Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
9 C
32

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad usum fr. Francisci Zauaroni

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

8. 9. C. 32

4#. 10

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

Dn. IOANNI GODEFRIDO.

Dei gratia Episcopo Bambergensi & Herbipolensi, Franciæ Orientalis Duci, Principi suo clementissimo.

ORIENTEM *Solem adorasse gentes plerasq; de more Historiæ memorant, & cultu supra hominem maiore prosecutas esse, tum vt venustissimum illud Orbis tenebrosi lumen festiuo applausu exciperent, tum verò vt pro eius in sata læta boumque labores efficaci influxu grati animi significationem explicarent. Perinde quoq; & mecum agitur. In occasu solis illius fulgentissimi* IVLII *Episcopi, cuius memoria in benedictione est, vidimus spissis Franciam Orientalem tenebris coopertam, & in illa diutina caligine expertem lucis aliquandiu iacuisse, donec tandem Sol optatissimus aureis religiosissimorum virorum votis velut laureatis quadrigis reductus Occidentis mœrorem, redeuntis inexplicabili lætitiâ detersit. Is tu* CLEMENTISSIME PRINCEPS *Sol es, & velut lucis virtuosissimæ inextincta lampas, cuius radii per vniuersam Romanam, Orthodoxam, Catholicam, quà patet Ecclesiam sparguntur, nec sese duntaxat Franciæ Ducalis limite definiunt; verum etiam totum Romanum Imperium atque Vbios Menapiosq; nostros accesserunt, quorum ora passim in Tuæ Celsitudinis laudes famaq; illibatæ præconia soluuntur. Nec immeritò. Fecisti quod prudentissimi atq; optimi Principes facere consueuerunt, quod irreprehensibiles Episcopi vsitarunt vt augusta suarum dignitatum exordia, opere magis quàm dignitate, labore potius quàm deliciis, virtutibus impensius quàm statuis, Imaginibusq; nobilites. Illud vnicum tuum est theatrum, illud stadium, in quo cum Regibus currere, id est, virtutum imperio duntaxat firmis proponis. Quomodo enim possibile esset non eiusmodi succumbere Infulæ, tot animarum stateris aggrauata, & instar Enceladi Ætna obrui fumante cum Sua Celsitudo*

gemina onera sustineat Angelicis humeris formidanda, nisi illis domesticis tuis præsidiis vterere, quæ diuinitus humanitusq́ incredibili labore & contentione quæsiuisti, quæ pari benignitate à propitio Numine in te confertim defluxerunt cœlitus, totq́ exoptatis gradibus extulerunt. Quicumq́ certe Suam Celsitudinem nouit familiarius & prima vitæ morum, scientiarumq́ incunabula repetit, item religionis ac pietatis tyrocinia & nunc adultam sibiq́ constantem in adeo sublimi Perfectionis fastigio militiam, is Pandoram illam Diuam apud Poetas esse non incongrue exprimet, quam singuli Deorum peculiari munere exornarūt, vt beneficentiæ suæ vestigium impressum exhiberet & ante alios temperatissima pulchritudine emineret. Quid enim in te Principe oris dignitas, vultus maiestas, species principalis, quid intellectus perspicacitas voluntatis bonitas, memoriæ Thesauri monstrant aliud? Quid amabo, quod in cogitando purus, in amando feruens, in opere iustus, in conuersatione suauis, in promissis fidelis, in donis liberalis, in remittendo clemens, in sufferendo patiens, in dicendo prudens, in persuadendo vehemens; in reprehendendo efficax sis, aliud sunt quàm cœlitum in te Clementissime Princeps donatiua profusa? Quod Poetarum adyta, Oratorum rostra, Philosophorum secreta, Theologorum mysteria canonesq́ perdidiceris, Iuris vtriusque sacraria adieris, aliud sunt quàm proludia & merita dignitatum? Quid quod in Hierarchico ordine sis Antistes expectatissimus, in Politico verò ciuiliq́ Princeps prudentissimus quàm quæsitarum stipendia virtutum? Testabitur id Bamberga sancta, edicet hoc opulenta Herbipolis omniumq́ ordinum ac dignitatum viri Principes, nobiles Plebeii, pari calculo concludent, te optatissimum Antistitem, Principem, Patrem, oues, subditos, filios totidem gratia complecti donis quot ornatus es. Quæ ego Suæ Celsitud. secundum faciem ignotus, cum à certissimis auctoribus virisq́ grauissimis & imprimis à Doctore Matenesio accepissem præterire non potui quin aliquod gaudii communis argumentum Suæ Celsitudini Clementissimæ statuerem, quo me & Suæ Gratiæ radiis ardentissimis collustraret & Clientulorum suorum albo inserere dignaretur. Quam obrem cum in illum celebratissimum Galliæ Ecclesiasten incidissem à R. Patre Ludouico Cresolesio Soc. Iesu Presbytero Latio donatum vti disertissimum sic quoq́ solidissimum scriptorem & idoli illius Caluinistici ac carcinomatis fortissimum Gedeonem & medicum peritissimum, cuius laus hactenus in Euangelio fuit multo maxima, nullum Suæ Celsitudine potentiorem patronum reperire potui qui è toto pectore auidissimè religionis controuersias huius æui hausisset adeoq́ (rarum viro Principe donum) ingenii acrimonia putidos Caluinianorum & venenatos assultus iunior elisisset. Complurium in hac palæstra labores Orthodoxorum vidimus, qui Ecclesiam ab infandis & viperinis Hæresiarchæ Caluini sutelis blasphemiisq́ fortiter vindicarunt, sed nullum meo iudicio qui propius conserta manu Caluinum conficiat, quam R. P. Cotonum laude nostra maiorem Theologum ob breuiorem neruosioremq́ methodum quam sequitur; ob instructam aciem & ordinatum qua clypeatim casca deliria & versipellem Logodædalum inuicta ac victoriosa propellat. Quem in Suæ Celsitudinis Clementissimæ sinu

sinu repono vti succisciuis horis Institutionem (si respirare ab cura grauissima tantillum conceditur) eius perlegat repetatq; illa controuersa fidei nostræ mysteria, item suis subditis eam commendet quos in medio Nationis praua Diuina bonitas & optumi Principis IVLII *vigilantia inuiolatos ab istis virulentis hæresibus præseruauit. Illud D. Bernardi ad Eugenium Suæ Celsitudini medullitus comprecatus, vt quemadmodum gratissimis auspiciis vtramque mitram diuinitus cœpit coniungere, ita quoque deinceps diuina Clementia Suam Celsitudinem sospitet conseruetque vt porrò felicissime pergat exhibere sese, formam iustitiæ sanctimoniaq; speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorum ducem, sponsi amicum, paranymphum sponsæ, Cleri ordinatorem, Pastorem plebeium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, miserorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum rebellium, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terræ, Franciæ lumen, sacerdotem Altissimi, Christum Domini, denique Deum Hæreticorũ, vt impii Pharaonis Moses fuisse legimus. Deus id Opt. Max. faxit ex animo precor. Coloniæ Agripp. ex officina nostra Anno M. DCXVIII. ad d. 20. Martii.*

Reuerendissimæ & Illustrissimæ Celsitud. Suæ

Obsequentissimus Cliens

Petrus Henningius Ciuis ac Bibliopola Coloniensis.

Digitized by Google

REGINÆ MATRI GALLIÆ MODERATRICI.

OPVS hic habes, DOMINA, quod propter eius principem architectum, verè posthumum indigitare possum. Is fuit Henricus Magnus coniux tuus augustissimus, qui prima ipsius lineamenta sapienti iudicio descripserat, & quo duce & autore perfectum suisque numeris absolutum fuit. Et quoniam quæ ad illum pertinebant omnia, iure hæreditario atque optimo, Regi nostro Tibiq; obuenerunt, vobis iure meritissimoq; offertur, sub iisdem auspiciis & tutela, atque eodem honoris propylæo.

In eo videbis expressam fidei veritatem puram & candidam absque næuo: Reperies in eodem Controuersiarum huius temporis comprehensionem, & vt ita loquar Pandectas: & rationes animaduertes non modo continendi Gallicani imperii in florentissimo quodam statu, prȩstabili consilio tuo & gubernatione, Regisque auctoritate; verum etiam religionem omnem ad D. Petri ductum & sanctimoniæ moderationem aggregandi.

Faxit Deus Optimus, cuius nutu atque arbitrio vitæ cursus & commutationes administrantur, vt vtrumq; aliquando videamus, cum cœlestium munerum incremento, quibus te, DOMINA, affluentissimè cœlum cumulauit, ad tuos omnes in hac Galliæ tempestate solisque obitu solandos.

M. T.

Deditissimus & deuotissimus

PETRVS COTONVS Societatis IESV.

APPROBATIO DOCTORVM THEOLOG. Facult. Parisiensis.

Nos subsignati Doctores Theologiæ, certificamus nos legisse & examinasse librum inscriptum Institutio Catholica, *in qua exponitur fidei veritas, & comprobatur aduersus Hæreses & superstitiones huius æui, in quatuor diuisa libros, qui totidem quatuor voluminibus & Institutioni opponi queant. Autore R. P. Petro Cotono Soc. Iesu, in quo nihil deprehendimus quod non sit Catholicæ fidei consentaneum, quare dignum iudicamus quo prælo mandetur. Parisiis,*

F. Coeffeteau.
F. A. Simeon.

Facultas R.P. Prouincialis Prouinciæ Rhenanæ Societatis Iesu.

Cum Sacra Cæsareæ Maiestatis decreto, omnibus & singulis Typographis, & Bibliopolis, ac aliis, quamcunq; librariam negotiationem exercentibus, serio firmiterq; inhibeatur, ne quisquam vllos Libros à nostris Patribus hactenus editos, vel imposterum edendos intra S. R. Imperii, Regnorum, & Dominiorum, suæ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines, simili, vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere, & distrahere, clam, seu palam, citra iudicium, ac testimonium supradictorum Patrum audeat vel præsumat: Concedo ego Iohannes Copperus Soc. Iesu per Rheni prouinciam Præpositus Prouincialis (potestate mihi ad id facta ab admodum Reuerendo P. N. Generali Mutio Vitellesco) Petro Henningio Ciui & Bibliopolæ Coloniensi facultatem excudendi librum hunc, cui titulus: Institutio Catholica, in qua exponitur fidei veritas, & comprobatur &c. Autore R. P. Petro Cotono, Societatis nostræ Theologo conscriptum, atq; à deputatis ad id Theologis lectum, & approbatum. In quorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum, & sigillo munitum dare voluimus. Coloniæ die 2. Aprilis Anno 1618.

HENRI-

Digitized by Google

HENRICO IV. GALLIÆ ET NAVARRÆ REGI CHRISTIANISSIMO.

INTER admirabilia multa quibus diuina Mens prosequuta est tuam Maiestatem, DOMINE, Gallicanum videmus hunc Dominatum, qui paulo ante non deflorescere modo cœperat iniquissimis temporibus, verum etiam ad acerbum miserandumq; interitum & occasum appropinquare videbatur, ita iam ad pristinum suum splendorem atque decus rediisse, ab eo tempore, quo tu primum insignibus imperij atque amplissima dignitate ornatus es, vt talem eum tamq; omnibus bonis affluentem, beato in otio & communi tranquillitate futurum, vix sperare sæculo vno quispiam potuisset. Regina dimidia pars tui, in qua lucet augusta illa maiestas, quæ à tua copiosissimè deriuatur, hanc patriæ fœlicitatem ampliorem fecit, tum proprijs magni animi & lectissimis ornamentis, tum liberorum procreatione, & præsertim eo partu verè aureo, qui tuum sceptrum, maximarum tuarum virtutum hæres atque heroicæ mentis, ad posteritatem omnem debet transmittere. Iucunda pax quæ veluti pulsa finibus & Galliæ prouincijs longe euolauerat, sic Deo duce, tuaq; incredibili animi fortitudine quasi postliminio rediјt, vt in hoc clarissimo domicilio dignitatis perpetuam & stabilem sedem sibi legisse videatur. Lilia quæ prope iam marcuerant, fragrant hodierna die suauius odore tui nominis, qui longè & latè funditur per omnes oras terrarum. Catholicæ religionis cultus plurium annorum intercapedine intermissus, & augustum aræ sacrificium omnibus regni prouinciis restitutum, Christianum omnem orbem singulari voluptate compleuit, & coronæ tuæ adiunxit mirabilem quendam eximiumq; splendorem. Religiosi Patres Iesuitæ suas in sedes & domicilia reuocati, bonorum erga te omnium beneuolentiam & studia nationum exterarum opinionemq; auxerunt: & glorioso vno facto tibi vires animumque omnem religiosi vnius Ordinis latè fusi adiunxisti, quem calamitosissimis his temporibus diuina prouidentia excitasse videtur ad barbararum gentium conuersionem, ad hæreticorum reuocationem in viam, ad institutionem Catholicorum, & quibus posset iustis & communibus officiis Ecclesia Dei tibiq; seruiret. Italia quam turbulentissimus motus seditionis, & à capite religionis defectio, iam non obscurum ad periculū obitumq; vocabat, per te suauitudine pacis recreatur. Belgij ocellus te vt sydus intuetur suum, cuius vi & benigno influxu ad otij portum & felicissimæ quietis prouehatur.

Hæc omnia tibi diuinitus concessa beneficia, & illustria sunt & maxima, quæ tu ipse Rex sapientissime, aliquando dixisti, non modo agnoscenda, sed pro illis quantum fieri posset, gratiam habendam & referendam esse: quod acroama dignissimum te puto & ista pietate quæ sapientia tua comitatur. Quod cum ita sit, quibus studiis atque officiis Deo parenti meritas gratias, aut tu satis pro dignitate reddere, aut nos tua causa possimus? Solus is quidem meo iudicio potest, vnde illa tanquam è perenni fonte manarunt, cuius vnius caussa & meritis, vniuersi procreator Deus fecit omnia. Is nimirum est Dei Filius Christus Iesus, qui pacifica hostia est ab Israele in gratiarum actionem offerenda. Enimuero pium & æquum est, vt nos quoque cœlestia dona venerantes, pro iis grates, quantas animus capere potest habeamus, nihilque omittamus, quod ad eius gloriam augendam propagandamque pertineat. Quid autem cogitatione fingi potest aut diuinitati gratius, aut isto tuo animo dignius, aut ad famam omnium sæculorum accommodatius, quàm communis animorum & voluntatum conciliatio, totaq; populorum in religione concordia, qui in hoc potentissimo regno, tuis legibus imperiisque obediunt? An non ea maximè ratione illius dominatus per te atque tuos amplificaretur, qui tuum sic illustrauit, vt eum colat Asia, veneretur Africa, Europa timeat & reformidet, orbis denique hic vniuersus miretur? Nonne eadem fa-

Digitized by Google

dem facinoris gloria vt publicæ quietis fundator, sic religionis violatæ Restaurator diceretis, & bene de cœlo soloque meritus geminam benedictionem in tuos importauisse? nonne sæculum rediisse aureum videretur, & Templi Pacis gemina fores coiisse, vt tam sensus animorum consiliaque vinciret, quàm externa omnia arctissimo nodo copulauit?

Hoc tantum opus Rex maximè per Deum immortalem aggredere; potes id quidem, omnia tibi obsecundant, tuum sceptrum, caduceum est, quod ducit inducitque animos & pro animi tui arbitrio reducit, adeoque in iisdem producit, quod nemo ex omnibus homo potest. Tibi anteit pollens Deus, & rationes tuas fortunat: est ille tibi Arca fœderis, est Labarum, est Auriflamma sanctius illud auspicatumque vexillum. Quod ad vias & conficiendi modos attinet, tu profectò cui paucissima in humanis ignota sunt, eos intelligis. Hoc scriptum in multorum hac nocte & ignoratione, aliquid lucis adferre posse credidisti, quod sanè eo fine elucubraui, vt auspiciis tuis clarissimo in lumine ponam, quænam sit vera Ecclesia Catholica, Apostolica & Romana fides, qui sint abusus, quæve superstitiones, quas tua Maiestas fungos religionis *appellare solet, qua denique ratione in communis Ecclesiæ parentis sinum queant succedere, qui se à nobis opinionum diuortio seiugarunt. Quod susceptum opus non vt quidam suspicari potuissent ita operosum mihi fuit aut perdifficile, siue id fecit diuinæ auræ gratia & fauoris, seu felicitas quædam mandatorum comes tuorum, aut quod ardens diuinæ pariter atque tuæ gloriæ cupiditas quæ mihi sæpe à pectore suspiria, ab ore preces eduxerat, stylum iam in manum iniecerit; cuius ego felicissimum conatum arbitrabor, si vtrique facere satis Maiestati queat, & diuinæ & humanæ. Sed fatendum est tuam imprimis grauissimam auctoritatem,* DOMINE, *post Ecclesiæ Verbique diuini momentum, in eam rem plus aliis omnibus valere posse, sine qua labori nostro & piis consiliis, profundi modo gurgites, præcipitia, voragines, ardua & inaccessæ rupes, obiiciuntur. Quæ res facit vt etiam lubens ad eam confugiam, & in vmbra viridantium laurearum tuarum ponam eos fructus quos ex arbore Crucis aliquando decerpsi, cuius Inuentio annua memoria & piorum gratulatione hodie recolitur. Eum autem ipsum oro & obtestor cuius sanguine tam fœcunda semper fuit, vt quemadmodum singulari eius beneficio nihil carius antiquiusque habes, quàm Ecclesiæ bonum atque decus, ita in hoc vitæ cursu, quam longissimam tibi & felicissimam optamus, eos adiunctos ad eiusdem Ecclesiæ communionem videas, qui ab ea se opinionum prauitate aut nefaria mente segregarunt.*

Deuotus M. N. Q. T.

PETRVS COTONVS *Societatis* IESV.

A D

AD LECTORES CATHOLICOS.

NON sum nescius, vota & preces quæ communi incendio pietatis in omnium pectoribus æstuant, eo ferri, vt Ecclesiam aliquando videatis, de indignissimis illis contumeliis triumphantem, quas nouæ & absurdæ opiniones in religionem intulerunt. Id quidem hactenus desideratum magis fuit, quam speratum, & speratum magis quam elaboratum in excogitandis rationibus, quibus id recte fieri posset, adeo vtrinque illam omnem conciliationem, & consociationem existimarunt plenam summi & inuicti laboris: cum præsertim Controuersiæ iam robustiores forent temporis diuturnitate & turbido motu animorum, qui commodis & suæ vtilitati seruirent. Me quidam in hoc genere aliquod operæpretium atque lucem adferri posse existimarunt, si duo perficerem: Alterum, si ex sacris diuinæ scripturæ oraculis & Patrum, distincte perspicueq; ostenderem, quænam vera sit fides Catholica: alterum, qui abusus irrepserunt, non quidem in Ecclesiæ doctrinam quæ labi & errare non potest, sed in plurimorum opinionem, siue ingenij quadam imbecillitate, siue Prælatorum negligentia, seu præpostera gentium aliquarum consuetudine. Vtrumq; igitur magno animo sum complexus, satis intelligens, quod vt hæresis sponte fluit & vanescit in aperta luce posita; sic Catholica religio commoda explicatione constabilitur. Et vt constet me ex formula bonæ fidei velle agere Dei vnius gloriam intuentem veritatisque victoriam, excepi lubens, & minime repudiaui aduersariorum nostrorum iustas monitiones, etiam grates habui, seu cum Pastores excitarunt nostros, aut cum etiam nonnihil iuuerunt ad tollendos impios cultus & inanes superstitiones, quæ veluti fungi religionis exortæ fuissent lapsu temporis & obscura longinquitate, non quidem in ecclesiæ corpore, quod pollui funestarique non potest, sed in quibusdam veluti appendicibus illius atque inter idiotas. Quanquam sanctissimi Patres & doctores Ecclesiæ in huiusmodi notandis erroribus & reprehendendis primi sane fuerunt, in iisque stirpitus euellendis elaborarunt. Partem etiam industriæ meæ posui & laboris, in Caluino, Beza, & similibus

qui ab eorum sinu prodierunt excusandis, cum vere id me facere posse existimaui: Quamuis ij quidem liberari omnino culpa non possunt, vt qui se vltro ab Ecclesiæ communione secreuerint, quam etiam miserandum in modum nouis & rediuiuis impiorum opinionib. lacerauerunt. Accipite igitur Lectores Catholici excusationem meam, & in memoriam reuocate nobis rem esse cum hominibus animi ægritudine confectis, neq; tam in Controuersiis nostris de victoria cogitandum, quam de salute animarum. Quare si de consensione concordiaque loquor aliquãdo, ne propterea me existimetis Ecclesiæ fidem in dubium vocare velle, aut latum vnguem à doctrinæ integritate discedere, quæ vna eademq; fuit hactenus est, & erit in omnem consequentis temporis continuationem. Quin potius recognoscite me toto animo comprobare quod illa probat, & refutare quod aspernatur, cum nihil contrarium magis sit doctrinæ quam ignorantia, religioni veræ quam superstitio, & laudato vsui quam abusus.

Vt autem melius vnum ab altero secernatur, hoc maxime velim à vobis animaduerti, me de industria pigmenta omnia & colores artificiumq; fugere, intra fines & cancellos simplicium probationum hærere velle, non aliam sequi methodum, quam ordinem controuersiarum, quas ad tria veluti capita reuocaui: quorum primum ecclesiam spectat, quæ supra stelliferos orbes degit: alterum eam quæ in terra, tertium quæ sub terra moratur, vbi etiam de sacrificio pro mortuis deq; indulgentiis agitur, deinde de inferis & suppliciis damnatorum; demum corollarij vice & totius operis conclusionis de Prædestinatione, & quæ ad eandẽ spectare possunt. Quod ad probationes attinet, eæ imprimis è Scriptura sacra eruuntur, quæ citatur sæpius è Geneuensi versione quo fidentius conuincat errantes: & patrib. & Græcis & Latinis, qui laudãtur pro ætate qua quisq; floruit distincte & separatim: ex aduersariis ipsis: deniq; ex Ratione. Quibus probationibus subijcio, quibus in rebus, & quo modo conciliatio fieri possit: Si quid eis benigne largior, id sumo è sanctis Conciliis, è decretis è communi & constanti Ecclesiæ vsu: Quod ab iisdem expecto, è propriis illorum doctoribus expromitur. Atq; hæc omnia eo consilio machinatus sum, vt clare omnes tanquam ea quæ oculis obijciuntur viderent, puram & nitidam & nullo fuco aut purpurissa oblitam fidei Catholicæ faciem & veritatem. Iam igitur ad rem ipsam aggrediamur, & orbi vniuerso patefaciamus filiorum Dei mentem & consilium non esse. Primogeniti ipsius tunicam aut dissuere aut impia manu lacerare, nec schisma vllum in Ecclesia consciscere. Quod si dissi-

dissidium fuit aliquando opinionumque varietas, eam peperit iniuria temporis, quæ communi reipubl. perturbationi confusionique rerum omnium, nomen religionis veluti nubem & inuolucrum obtendit: partim etiam praui dæmonis versuta malitia, qui hominum imprudentium oculis, eorũ præsertim qui nouitatis studiosissimi sunt & maxime appetentes, pro doctrina fraudem & abusum, pro religione superstitionem pro Ecclesiæ mirabili dignitate & piorum cœtu, fictos Ecclesiasticos personatosque obijcit: partim etiam labem illam attulit animorum voluntatumque disiunctio, quæ verius quam alia res vlla factiones progenerauit, suasitque vim, ferrum, flammam, & crudelitatẽ potius cogitare, quam verum, iustum, & honestum.

Id vos mecum Catholici Lectores minime facietis Dei aspirante gratia, ante quem vna omnes in spiritu charitatis & demississimæ humilitatis prosternemur, pie obtestantes, vt tanquam bonus & placidus parens filios suos diuina pace conciliet, tanquam princeps subditos suos mutuo consociet, tanquam Pastor, ouiculas omnes aggreget ad illius vnius ductum & gubernationem, qui dixit, Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus Pastor.

Digitized by Google

AD EOS QVI LAPSAM ECCLESIÆ DISCIPLINAM INSTAVRARE SE FALSO GLORIANTVR.

Præfatio & Admonitum.

Res plane luctuosa mihi videtur & miranda, tam exiguũ eorum hominum esse numerum, qui Seruatoris Christi IESV fidem & amicitiam profitentur, instituta cum infidelibus comparatione: & eos ipsos qui se Christianos nominant, esse in plures religionis vias sectasq; dispertitos, quam quot olim M. Varro de finibus bonorum & malorum, in veteris Philosophiæ studio notari potuerit. Id profecto communis animorum hostis fecit inuidentia, qui cum sciat, vt vnus est Deus, ita fidẽ esse vnam, Ecclesiã item vnam in qua salus ab hominibus sperari possit, sic illam inobscurauit, hanc diuellit & distraxit, vt in earum multitudine & copia quæ se Protestantes Reformatasque nominant, vix cognosci posse videatur: Vnde partem hæreditatis eximiam quæ filio Dei reliqua erat, fœdo exitio & prædo inferorum obiecit. Et quanquam malum quæ cœlestis Parentis est misericordia, non tam late pateat in Gallia, quam in aliis regnis orisque terrarum, est tamen eiusmodi, vt inuitet omnes qui diuinæ gloriæ cupiditate incenduntur, quique patriam & florentissimum hoc regnum diligunt, vt pro virili parte in illustranda veritate elaborent, hoc præsertim lætissimo tempore, quo PrincipemDei prouidentia nobis concessit, tam in pace carum & iucundum, quam in bellis & acie formidabilem, cuius autoritas potest, pietas cupit, nouit sapientia, quidquid ad facinus hoc nobile gloriandumq; requiritur. Quæ diuinitus sunt in eum collata beneficia tot & tanta numerantur, vt eorum Autor DEVS quasi fixis in eum oculis videatur haud obscure dicere hoc duce & moderatore opus meum exædificabo. Videmus in eo admiratione obstupefacti naturæ instructum atque ornatum, & quoddam veluti choragium mirificum & visendum: nam quod ad partem potiorem quidem attinet, tam subtili cum mente, tam acuta, tamque idonea ad percipiendum Deus insigniuit, tam solerti maturoque iudicio comitata, vt omnibus qui cum eo agunt metuendus foret, nisi incredibilis illa humanitas comitasque naturæ spem inii-

August li. 19. de Ciuit. Dei cap. 1.

iniiceret, dissimulaturum eum aliorum ineptias & humanæ mentis imbecillitatem excusaturum, quam subito ingenii acie atque intelligentia penetrabat. Ipsius corpus excellentis animi domicilium, prima sui molitione ita fuit compaginatum, vt è Physiognomonum disciplina, omnia pæne animaduerti indicia queant prudentiæ, Virtutis, felicitatis, Magnanimitatis. Medici addunt & naturæ speculatores Physici è ratis suarum artium sententiis & pronunciatis, naturalem eius temperationem esse perfectissimam, vt quæ neque feruida nimium adustaque sit, qualis solet in iis videri quibus redundat bilis in corpore, nec concreta & terrestris vt in melancholicis, neque item aquea vt in quibus pituita dominatur, sed è calido & humido conglutinata præstantissimo temperamento, in quo tenuitas aeris & naturæ temperatione vigens animus exprimitur. Quod si bona quæ dicuntur fortunæ & externa videamus, eius certe nominis existimatio atque fama, non minus venerationis opifex quam timoris, carum eum bonis omnibus gratiosumque reddit, formidandum improbis & consceleratis, omnibus admirandum. Eius potestas atque prudentia duo veluti sunt aurei cardines, quibus prope omnia huius æui consilia & negotiorum momenta vertuntur. Res illius gestæ, dicta, responsa, clarissima inquam illa plane regia vel acroamata vel trophæa, annalium monumentis consignata, æquabunt Alexandros, Cæsares, Constantinos, Carolos magnos omnes & præstantes Heroas. Plane diuina prouidentia declarauit, optādam illam animorum conciliationem, quæ nostris malis vnica medicina est, huius in imperio & felici dominatu constitui posse, quæ iam neglecta sane deinceps post longissimum temporis interuallum frustra quæratur, & non nisi postquam ille animarum Archipirata infinitos homines demerserit, qui extra Petri salutare nauigium perfidiæ vndis alluuntur.

Quod præterea nos impellit vt hoc verissimum esse credamus, est illa summa autoritas, quam in subditos illi suos diuina dona pepererunt, cuius tam plenæ tam ratæ & æternæ vix vlla exempla Gallorum Regum historiæ suppeditant: Ecclesiæ pax communisque tranquillitas, quam eius ductu & arbitrio, illa mundi Mens omnia tuens & gubernans Italiæ concessit: excellens prudentia qua dirigit omnia in præstantissimum finem: Incensus animi ardor sæpe voce literisque declaratus reformandi Cleri, & ad optimum statum reuocandi eos omnes, qui diuinis ceremoniis & religionibus sunt addicti: & maxime diuina manus quæ dexteram illius regit, paterna Spiritus sancti prouidentia, quæ sic promouet actiones illius omnes, vt æternæ mentis arbitrium illi negotia, negotiis illum reseruasse videatur.

Hæc omnia nobis persuadent, si curæ industriæque suæ partem, ad hanc animorum conciliationem velit adiungere, vosque vna qui alia à nobis sentitis, in eandem rem pie conspiretis, fore vt tandem diuino auxilio felicissime perficiat, quod tentarunt olim Theodosii, &

nostra fere memoria Franciscus primus Galliæ Rex, Imperator Ferdinandus, Carolus quintus, Maximilianus, tum ante, tum etiam post Colloquium Ratisbonense & Confessionem Augustanam, nec perficere tamen potuerunt. Dei perfectæ sunt actiones, iam affectum opus videmus, sine dubio hoc adiutore & suæ voluntatis administro colophonem imponet. Status & politia Religioni præsidio est, Religio statui & præsidio & ornamento. Vtrumque Deus fouet & complectitur. Speremus igitur tanto Principi Deum suppeditaturum vim, propositum, voluntatem, consilia, necessariosque modos, quibus hoc tantum operæpretium susceptumque munus expleat. Excellens quidem eum natura, quod facile animaduerti potuit, eo ducit, iudicium inuitat, erga Deum caritas & amor impellit. Sed Rex optimus delineari à nobis forte rationes cupiat, quibus eo peruenire facilius possit. Quæ causa fuit cur hoc scriptum illi offerrem, ad vosque mitterem, quos à nobis opinionibus secretos ad tam pulchri facinoris communionem voco, quo in scripto quinque rationes illigantur, promptæ, illustres, magnique momenti.

Prima est, vt nouæ & immutatæ religionis homines supra communem sensum & aspectabilia omnia oculos attollant, & in cœlo figant, Deum vnum & eius gloriam intuentes, vt priuati commodi rationem omnem seponant, oboriri sibi lucem precentur, qua fidem cui assentiri, Ecclesiam quam sequi, religionem quam amplexari debeant, tutius possint faciliusque agnoscere. II. Vt anticipatas opiniones ex animis omnes euellant, impetum omnem rationis expertem, omnem offensionem, omnem abalienationem voluntatis omne præiudicium fictũ & insolens funditus eiiciant, & quidquid demum perfectæ caritatis conditionibus aduersatur, quas sanctissimus Paulus expressit. III. Vt accurate distinguant inter superstitionem & pietatem, vsum & abusum mores & doctrinam, nec vnius causa aliud repudient & refutent. IV. Vt sicubi Catholici animaduerterint esse abusum, inanem superstitionem aut quidpiam aliud quod meritissimo reprehendi possit, admoneãtur, ne id ficta dissimulatione inumbrare, ne excusare velint aut diffendere sed malo potius medicinã quærant. V. Ne sectatores disciplinæ vestræ cognitæ veritati claudant oculos, sed eam agnoscant, obuiis vlnis excipiant, illam profiteantur, cum certum sit, nullam esse mentem rationis cõpotem & ingenuitatis, quæ si qñ ipsius pulchritudinem agnouerit, non illi studio omni inhæreat, & ea fruenda liquido gaudio potiatur.

1. Cor. 13. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Hic vero Spiritus veritatis iubet me queri de spiritu vanitatis atque mendacii, qui callida importunaque malitia vos in fraudem illexit. Nã cum sciret, quantam vim habeat in hominum animis commouendis Catholica veritas, cum propriis & natiuis colorib. exprimitur pro vultu ipso verissimæ religionis, quo nihil est amabilius & speciosius, laruã quandam, horribile monstrum & portentum substituit, quod fœda specie & horrore percellat. Vt cum vobis repræsentat Romanum Pontificem,

Digitized by Google

tificem, alta illa & triplici tiara ornatum, plena corbe animas ab inferis educentem, gloriam beatorum & cœli opulentam suppellectilem sub hasta & licitatione vendentem, transferentem commutantemq; tempora, regna, imperia, seque Deo væcordi ambitione præferentem. Cum describit ingentem ollam, purgatorii flamma bullientem: Capucinum aliquem manuum intentu corporisque viribus cœlum tentantem: hinc Iesuitam in Regum vitam & salutem proditionem molientem, aut in puppe Argonautarū aureos inter cumulos, maria omnia volitantē. Cū docet nihil aliud esse pias imagines, quam idola, & qui Diuos apud Deum gratiosos venerantur, esse idolorum cultores. Item Papistas plus spei fiduciæque collocare in beata Dei matre Maria, quam in eius filio: aliud Purgatorii genus constituere, quam Iesu Christi Seruatoris nostri cruorem: Bonis, meritis, operibusque suis totos niti. Eorum Eucharistiam muribus catulis, & iumentis communicari: Missam ridiculum esse Mimum ex Atellanis, Confessionem peccatorum, tyrannidem & carnificinam: Vitam omnium religiosissimam, fucum, hypocrisin, & meram inanitatē videri. Hoc penicillo, hac impia machinatione, Princeps tenebrarum oculis imposuit & hominum imbecillitati, vt contēpta vera fide proque nihilo habita, Hæresim amplecterentur.

Et hoc quidem modo Epicurei olim Athæique vt diuinam prouidentiam conuellerent, Christianos interrogabant, An illorum Deus culicum vitam & pulicum saltus administraret: si numerasset quidquid arenarum est in Libya, & in vasta illa solitudine Africę: si quot essent in arboribus frondes, quot earum motiones liquido sciret. An guttas omnes profundi Oceani haberet in numerato. Num ranæ aut bufones ad eiusdem beatæ Mentis procurationem spectarent. Num pulti puerorum infantium præsideret. Num horribili & cruento certamini interesset araneam inter & culicem. Num si quando superbissimo delectu Grues suas legiones in ordinem cogerent, ipse illarum copiarum dux & Imperator esset. His & similibus ineptiis homines impii & incesto ore blaterantes diuinæ prouidentiæ cursum & administrationem eludere se posse credebant, quæ ita elaborat, vt non laboret, & excepto peccato, nihil se indignum ducit.

Saducæi ab Hebræo צדק Tsedech, id est iustitia nominati vt inter omnes æquissimi viderentur, Christo Domino mulierem obtulerunt quæ septem viros habuisset, cum quærerent, cuiusnam illorum post resurrectionē esset futura. Marcionitæ vt è Tertull. discimus, & Origenistæ vt prodit S. Hieron. ita ratiocinabantur, si sexuum esset in beata vita differentia, fore igitur matrimonii coniugationes atq; nuptias, obstetrices, partiones, adiiciales epulas atque repotia. Nestoriani vt Theodoretus & Euagrius meminerunt, cum vellent Incarnationis mysterium eludere, Deum irridebant mulierculæ visceribus clausum, palmi vnius primum aut duorum, mox cubito longiorem, triū, quatuor, octo mensium pusionem. Ariani qui substantiæ æqualitatem in diuinis personis

S. Hier. in Matt. 22. *Saducæi interpretantur iusti.*
Matt. 22 v. 28. *In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor.*
Tertull. de resurr. carnis.
Hieron *ep. ad Pammach. contra errores Ioannis Hierosolymitani.*
Theod. *l. 4. hæret. fabul. &* *Euag. li. 1 hist. 52.*
S. Hilar. *l. 12 de Trin. & l. contra Constantium.*
Amb. *l. 1. de Pœnitent. c. 2.*

vellent

vellens infringere, Catholicos reprehendebantq; verbū, illi vnde originē sumeret, filium, æquarent Patri. Qui à Nouato pullularunt, superbos, gloriosósq; sacerdotes & velut Semideos quosdā nominabant, qui solunem peccatorum sibi arrogarent. Ita mysterium Crucis scandalum Iudæis fuit, Gentibus stultitia, vt grauissime dicit magnus Paulus. Et vt præclare D. Augustinus, in ipsum Christum non crederemus si fides Christiana cachinnum metueret Paganorum. Vndenā igitur fit etiam hoc tempore, vt vos qui nobiscum Christi IESV diuinitatem & triumphantem vbique dominationem colitis, iisdem vtamini armis, eadem animi turbulenti impressione tum in eum tum in eius verba irruatis? An à vobis diuinam scripturā esse dicetis? nec credere aut asserere quidpiam velle, quod non diuinitus traditis monumentis sit expressum? An hoc ita sit videamus. Lubet hic propositiones collocare triginta, quas pro fidei articulis vos habetis, quibus sigillatim si scripturæ locum vllum perspicue accommodare potueritis, tum vestram esse illam vniuersam confitebor. Sed in hoc quæso animaduertite, ne pro Dei verbo quod petitur, hominum sententias interpretationesque proferatis.

1.Cor.1.23. *Crux Christi, Iudæis scandalum, Gentib. stultitia.*

Aug. ep.49 ad Deograt. q.6 *in ipsum Christum non crederemus, si fides Christiana cachinnum metueret paganorum.*

Qua in parte diuinorum oraculorum inuenietis, Christianorum filios, in fide modo parentum, absque salutari lotione seruari posse, nec proinde Baptismi sacramentum esse absolute necessarium? Quod Panis Cœnæ, figura tantum sit corporis Christi Iesu? Quod Ecclesia labi, decipi, & errare possit? Quod Traditiones omnes sint repudiandæ? Quod Angeli atq; diui qui cœlesti gloria perfruuntur communes hominum miserias ignorent, neq; vllius preces aut vota exaudiant? Quod Sacerdotes & Religiosi promissiones Deo factas violare possint. Quod celebs vita nihilo melior sit matrimonio? Quod Machabæorum libri, Sapientiæ, Ecclesiastici, Tobiæ, Baruch & pars vna Danielis inter apocrypha numerentur? Quod vindicis & Liberatoris nostri anima non descenderit ad inferos, vt sanctos Patres iamdiu præstolantes aduentum eius inde erueret, aut quod priusquam in cœlum Christus abiisset, animæ sanctæ & Empyreo in cœlo potius quam Limbo aut tertio quodam in loco fuissent? Quod vni Deo peccatorum confessio instituenda? Quod sola fides iustificet? Quod quando peccati labes eluitur, pœna etiam omnis tollatur? Quod non simili homines conditione Deus crearit, sed alios quidem æternæ gloriæ desponsos, alios perpetuę suppliciorum acerbitati tartareoque igni deuotos in lucem venire voluerit? Quod cuique custos Angelus sit nullus? Quod eundem nec pie salutare nec inuocare liceat? Quod Deus non permittat peccatum, sed velit, iubeat, nosque impellat adigatque ad scelus? Quod scriptura sacra prompta, facilis, perspicuaque sit, eamq; omnes intelligentia comprehendant? Quod missio necessaria nulla sit aut communis aut extraordinaria ad Verbum Dei pro concione explicandum? Quod credere tantum ea oporteat, quæ diuinis libris continentur? Quod potest item remittendi peccata Deus in Ecclesia non reliquerit? Quod peccata omnia

Caluin. l.3. Instit. c.21 sect. 5 & c.23 sect. 7.

Idem Caluin. l.1. Instit. c.17 sect. 8 & c.18. sect. 1. & 2. & lib. 3. c.23. sect. 7. & 8.

Digitized by Google

mnia ſint mortalia? Quod mereri nihil homo poſſit, ne quidem gratia diuina inſtructus? Quod Dei mandata obſeruare nemo poſſit, etiam cum eius ope atque præſidio? Quod Deus bonis laudatiſque operibus præmia nulla conſtituta habeat? Quod in felicitate beatorum nulla ſit *Act. cap. 8.14 & 17. & 19.* diſtinctio, ſed pares gloriæ gradus & ſumma æqualitas? Quod manuũ *v. 5.* impoſitione minime vti oporteat, quam Samariæ & Epheſi Apoſtoli ipſi adhibuerunt? Quod præceptum vngendi oleo infirmos, cuius meminit D. Iacobus, ſeruari in Eccleſia non debeat, quamuis illud idem fidei ſatores Apoſtoli tenuerint? Quod preces pro mortuis fuſæ antiquo in vſu non fuerint, & ne quidem Machabæorum tempeſtate?

Iacob 5. 14.
1. Marc, 6 12. & 12.
1. Mach 12. 43. 44.

Exhibete igitur locum aliquem promptum è ſcripturis, qui axiomata hæc veſtra rata eſſe iubeat & confirmet, quod ſæpius & petitum hactenus fuit, & negare honeſte non poteſtis. Quod ſi hactenus nullũ inueniſtis, nec ſpes vlla eſt fore vt aliquando inueniatis, quonam modo ſuſtinere audetis atque defendere, veſtro ore ſcripturam loqui, & veſtra dicta & excogitata, illius eſſe oracula? nonne vt falſo verbum Dei & Eccleſiam vobis arrogetis? Illi ipſi veſtri Paſtores & moderatores in hoc incubuerunt diligenter & toto pectore elaborarunt, vt diuini ſpiritus linguam ad ſuam mentem accommodarent, & in hac iuris & rationis inopia, colorem aliquem quæſiſſe viderentur, ſed audax Bibliorum deprauatio ſuppeditare nihil potuit, quod tam æquis poſtulatis ſatisfaceret, cum alioqui in ſcripturis deprauandis immane ſacrilegium & inexpiabilem fraudem conceperint. Minime id quidem vos animaduertiſſe puto, neque enim animo æquo tuliſſetis, iam à docto Tertulliano moniti hanc principem hæreſeos notam eſſe, quod *non recipit quaſdam ſcripturas, & ſi quas recipit adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit: & ſi recipit, non recipit integras, & ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata conuertit: Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus.* Volo igitur fraudem & iniuriam vobis illatam ante oculos veſtros ponere, & locos ex infinitis paucos hic notare, malitioſa induſtria corruptos; ſpes me tenet ex labore hoc meo vos vtilitatem percepturos, vt aliquando intelligatis, quali manu & molitione, Geneua ſcripturam ſanctam vobis cuderit & ſubornarit. *Tertull. 1. de Præſcript.*

Apud S. Matthæum dicitur Christum benedixiſſe panem, dicendo: Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum. In Bibliis igitur ve- *Matt. 26 26.* ſtris an eo modo id explicatum ſit, inquirite: & Paſtores Geneuenſes percontamini, num ad vitandum illius vſum benedictionis & inobſcurandum, licuerit illis dictionem εὐλογήσας, in εὐχαριστήσας commutare, hoc eſt pro benedictione, gratiarum actionem ſubſtituere, cum ea vocabula ita inter ſe differant, vt quamuis εὐχαριστεῖν nonnunquam loco εὐλογεῖν ponatur, hoc tamen pro illo, ſicut nec εὐλογία pro εὐχαριστία non capiatur? Hoc etiam ab eiſdem quærite, ſi quando vnus Euangeliſta quidpiam factum à Chriſto memorat, alius item Euangeliſta aliud, ex-

 iſtimari

Digitized by Google

Luc.22.19 καὶ λαβὼν ἄρτον εὐχαριστήσας ἔκλασε.
Matth 26.26 λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον καὶ εὐλογήσας ἔκλασε.
Vulgo reddũt, c'est-cy, c'est icy, cy est mon corps. In Bibl. Francisci Stephani. Cecy iè mon corps secundum Oecolampadium indigitando seipsum.

istimari non oporteat vtrumque ab eodem perfectum: & propterea, ex Luca egisse gratias, è S. Matthæo etiam benedixisse Panem & fregisse, dicendo: *Hoc est corpus meum.* Vrgete etiamnum eos vt dicant, cur tanta & monstrosa varietate, pauca illa verba, Hoc est corpus meum, Gallice reddiderunt, quæ sane incredibilis prope videbatur, nisi prolata in medium fuissent exemplaria Francisci Stephani, Perrini, Crispini, aliorum in quibus ea de qua loquor in interpretando licentia & inepta varietas exprimitur.

Marc 1 καὶ μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε.
Luc.10 13 ἐν σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν.
Act.3.19 μετανοήσατε οὖν.
Apoc.10.21. ἵνα μετανοήσῃ.
Basil. orat. de fame & siccitate.
Aus. Epig de occasione & pœnitentia.

Etiam illos interrogate, cur non modo in Matthæo, Marco, & Luca, verumetiam in aliis scripturæ locis vbi *pœnitentia* nomen ponitur, *resipiscentiam* vertunt, & *resipiscite*, cum plus quiddam τὸ μετανοεῖν significet, D. Basilio teste & autore, qui disputans suo more grauiter de notissima Niniuitarum pœnitentia, eam appellat μετάνοιαν. Quo eodem modo sumitur apud Ausonium qui loquentem sic inducit.

Sum Dea quæ facti non factique exigo pœnas,
Nempe vt pœniteat sic Metanœa vocor.

Pour penitence vertunt amendement & amendez vous.

In quo minime obscurum est, non eos modo rem, sed ipsum vocabulum odisse, cum satisfactionem omnem, mulctam, & externam actionem quæ pœnitentiæ nomine continetur, repudient, & animi tantum motu sint contenti.

Luc.1.6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου ἄμεμπτοι.
Iustificationes vertunt Ordonnances.

S. Lucas ait perspicue Zachariam & Elizabetham, vnde flos ille sanctitatis emicuit Ioannes Baptista, iustos fuisse ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini. Fastidiosior Geneua quæ operum iustificationem ferre non potest, nomen ipsum eiecit, aliud substituit, contra vim & veritatem Græci textus vbi legitur ἐν δικαιώμασι.

Luc.1 v.30.
Bern super Missus est serm. 3 inuenisti quod quærebas, inuenisti quod nemo ante te potuit inuenire. Inuenisti gratiam apud Deum, &c.

Ibidem cum Angelus Gabriel excellentissimam Dei Matrem affatur, inuenisti, inquit gratiam apud Deum. Illi reddunt, tu es in gratia ante Deum, vt arbitrij libertatem imminuant, & in quærenda gratia piam hominum diligentiamque industriam. Nisi enim hoc voluissent, cur omnem loquendi modum & sermonis proprietatem respuerunt, cum in Græco sit εὗρες γὰρ χάριν.

Cap 24 v 31.
καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

Apud eundem Euangelistam dicitur Christus in Castello Emmaus se suorum discipulorum oculis inuisibilem reddidisse. Genuenses cum perspicue sit in Græco ἄφαντος ἐγένετο. conquisita interpretatione quasi nebula eum locum inobscurarunt, cum disparuisse & subduxisse se dicunt: qui loquendi modus plurimum à priori differt. Potest enim quis tametsi visibilis maneat variis se modis à conspectu aliorum subducere, vel in latebram obscuritatis subtili artificio se iniiciendo, vel oculos illudendo. Hic autem nihil in oculis intuentium mutatum fuit, sed ipsum corpus quod erat prius aspectabile se inuisum reddit. Quorsum igitur hæc subtilis & veteratoria loci corruptio, nisi vt negare liberius audeant posse corpus naturam suam retinere, quamuis diuinitus fiat inuisibile, quod in sanctissima Eucharistia contingit?

Hæc

Google

Hæc deprauatio alterius nos admonet, quam Biblia omnia vestra habent Luc. 22. cum ait Christus Dominus Apostolis, Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis funditur. Qui sane locus omnino persuadet, filii Dei verissimum sanguinem eo calice contineri, quod ille ipse sit pro nobis fusus, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν inquit ἐκχυνόμενον. Hæc tam clara tamq; illustris probatio ita pressit Theodorum Bezam atque irretiit, vt cum frontem perfricuisset, auderet sanctissimo scriptori Solœcophanes tribuere; itaque persuasit Geneuensibus Aristarchis, vt commutatis generibus sententiam illam redderent & peruerterent, vt ea quæ ibi memoratur fusio, non ad calicem sed ad sanguinem solum referenda videatur. An hæc dissimulari fraus potest, quæ in vestris Bibliis omnibus reperitur?

Luc. 22. 20. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

Beza in 22. Luc. Quum hæc verba, si constructionem spectemus, necessario non ad sanguinem, sed ad poculum pertineant, neq; tamen de vino nedum de poculo intelligi possint, aut manifestum est solœcophanes, &c.

Nonne hoc ipsum eos impulit, ne animum traducere ad veritatem cogantur, vt Ioannis 6. vocabulum ζῶν, quasi foret ζωοποιὸς, conuerterent. Nimirum videbant duci à nobis clarissimum hoc argumentum ex eo loco, Panis quem Christus dedit est viuus, sed panis Cœnæ Caluinianorum non est viuus, Panis igitur Cœnæ non est Panis quem Christus dedit. Vbi in Græco animaduertenda etiam est articuli geminatio quæ momentum habet ὁ ἄρτος ὁ ζῶν.

Geneua. Ie suis le pain viuifiant, cum dicendum sit, viuant.

Ioan 6. 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.

Act. 2. 31. ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου.

Quid vero de illo Actorum loco dicent, vbi Corypheus Apostolorum D. Petrus Dauidis oraculum profert, de filio Dei à mortuis excitato, *Non derelinques animam meam in inferno*. Quod effatū perspicue ostendit tertium quondam esse locum, cum nec de sede beatorum queat intelligi, nec de ergastulo damnatorum. Placuit igitur nouis Magistris sepulchrum vertere ne delicatus forte lector audito inferorum nomine cohorresceret quasi anima vna cum corpore sepeliretur, & quasi in Græco esset ἐν τάφῳ & non εἰς ᾅδην. S. Paulus mirabili sapientia confirmans hanc Christi ad inferos profectionem, quam Symbolum Apostolorum prædicat, ita scribit ad Ephesios, *Qui descendit in inferiores partes terræ*, qui sane comparatiuus de finitimis terræ partibus, puta sepulchro nequit intelligi. Atque huic etiam loco ne quid inausum & intentatum fuisse videretur, Spongia Geneuensis impactâ fuit, nam literate admodum pro comparatiuo, positiuum expresserunt, quasi Christus in inferas tantum partes, id est, sepulchrum, non autem in inferiores, sinum videlicet Abrahę subiisset. At ista clara vel hebetes oculos possint quatere, εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, quæ afflatus diuinitus Paulus extulit.

Olim verterant cadauer meum, priusquam Theodorus Beza reprehensus fuisset à Castalione.

Eph. 4. 9. τὸ δὲ ἀνέβη τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς.

Actorum 14. scribit S. Lucas D. Paulum atque Barnabam ordinauisse Presbyteros per omnem Ecclesiam, nimirum Lystris, Iconij, Antiochiæ, Biblia Genuensia anni 1588. benigne addunt, *de populi consilio & sententia*, quæ verba nusquam in sacro textu reperiuntur. Nonne apparet agnoscere eos noluisse maiorem in episcopis, quam in Presbyteris dignitatis gradum & potestatem, quam tamen imperitæ multitudinis concioni & Consistorio tribuunt?

Act. 14. 21. χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν. Quomodo χειροτονία sumatur apud sacros autores, vide apud Frontonem Bucæum annotationib. in Tom. 5. S. Chrysost. pag. 3.

In 2. ad Thessalonicenses cap. 2. idem Euangelii buccinator Paulus

Digitized by Google

Vertunt, Gardez les enseignemens.
2. *Petr* 1.15.

monet vt traditiones teneamus. Id nominis ieiunius visum, nec sapere ad eruditum Ministrorum palatum. Tollunt igitur, substituuntque *documenta*, & audacter iam scribunt, *Tenete documenta*, pro eo nimirum, *Tenete traditiones.*

S. Petrus Epist. 2. cap. 1. ait se post huius vitæ cursum daturum operam, vt ii ad quos scribit, suarum monitionum perpetuam memoriam conseruent, eam curam solicitudinemque referens in æternitatem, qua defunctus huius vitæ miseria frueretur. Contra vero Theologia Geneuensis eum de se viuo loqui sentit, ne fateri ex hoc loco oporteat animas à corporibus seiunctas nostri curam & aliquem sensum habere. Itaque vt fures commutant signa, ita illi particulam, *vt*, transponentes, sensum inuertunt, quasi Diuus Petrus dixisset, Dabo operam vt post obitum meum horum memoriam faciatis. quod sententiæ magni Apostoli penitus aduersatur: nam cum dixisset se quamdiu huius lucis vsuram haberet, non desiturum ab iis monendis & salutariter instruendis, eo non contentus ait etiam se post migrationem ab hac vita prouisurum, vt eos præsentes semper habeat & commendatos, quo lubentius ea exequantur, quæ per literas in eorum fide & religione deponebat. Autographum id diserte σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. Quibus verbis liquido apparet Christianam caritatem comitari animas à corporis contagione secretas, & proinde eos qui beati ad quietis portum appulerunt, meminisse Ecclesiæ, cursum adhuc mediis in vndis periculose tenentis, & præsidio esse non modo generatim, verum etiam ἑκάστοτε, *singulatim*, iisque præsertim adesse lubentius, qui ad eos aliqua ratione spectare potuerunt.

S. Chrys. hom. in natali beatorum Apost. Petri & Pauli. Salue beata biga quæ vna es anima in duob. corporib. Petre & Paule. Saluete vos semper in Domino, sine intermissione pro nobis, rogamus orate, promissa vestra implete.

D. Chrysostomus id candida & argentea mente complexus, aureo deinde ore illustrauit in Natali Apostolorum Petri & Pauli, cum eorum preces, opem, auxiliumque exposcit & prope iure debitum efflagitat. hac obiecta pollicitatione Diui Petri, quam etiam Geneua cum vt odiosam & inanem aspernaretur, figurata videlicet metathesi & vnius syllabæ commutatione, totum locum interuerterunt.

Quicunque admittit plura simul corpora in eodem loco atque situ esse posse, is opinor facile concederet idem corpus diuina vi in pluribus locis posse collocari: cum id primum naturæ magis quam secundum repugnet. Quoniã igitur Christi Seruatoris corpori plura loca nolunt concedere, quæ in diuersis hostiis consecratis non occupando occupat, primum id etiam præfracte negarunt, in quem finem male quasdam scripturæ sententias interpretantur, vt in epistol. ad Hebræos cap. 4. vbi dicitur habere nos summum Pontificem διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, qui cœlos penetrauit, illi candida malitia & simplicitate malitiosa, ingressum in cœlos vertunt.

Hebr. 4.
Qui a penetré les cieux. *Geneua* qui est entré es cieux.

Primæ ad Corinthios capite decimoquinto clarissime significatur, posse viuos bonis & laudatis operibus suis eos iuuare qui iam è vita ex-

ta excesserint. Ait enim ad probandam resurrectionem Apostolus, etiamnum esse plurimos, qui pro mortuis vltro se multis laboribus conficiant, quam ille vexationem consueto scripturæ more *Baptismum* nūcupat, *Alioqui quid facient*, inquit, *qui baptizantur pro mortuis si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro mortuis?* ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Geneua quæ ab his manibus impietatem redargui suam videret, vmbras in hūc locum iniecit & totam rem obscurauit, interpretando, *quare baptizantur vt mortui*, quasi doloris & pœnæ acerbitas ad mortuos ipsos pertineret, non autem ad eos, qui vexatione corporis & afflictione pro mortuis iustitiæ diuinæ satisfaciunt.

Confitemini alterutrum peccata vestra, ait D. Iacobus. Cur igitur impia interpretatione libuit sentētiam peruertere, quasi esset εἰς ἀλλήλους? Nonne hoc ipsum est Spiritus sancti sensum pro animi sui libidine torquere, cuius instinctu illa nobis diuinissimorum hominum monumenta panduntur? Cum item S. Iacobus eodem ipso capite sic monet, *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent* ἐπ' αὐτόν, *super eum*, cur illi Doctores mustei vertere maluerunt *pro illo*, nisi vt preces Sacramenti proprias, ad communis orationis modum reuocarent? Et cum nomen sanctificationis in sanctitatem commutarunt ad Roman. sexto, non subruere aperta vi moliebantur operum sanctificationem ad quam nos D. Paulus inuitat? Præterea cum 1. ad Corinth. c. 9. vers. 27. scribitur, *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar*, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι: tres illi voces liberalissime addunt de suo, & vnam in textu commutāt, quasi non absolute loquatur Apostolus sed *aliqua ratione* se reprobum inuentum iri dicat. An obscurum est huius loci vim atque robur infringere eos voluisse, à quo videbant quati & conuelli stultam eorum confidentiam, qui securos se de salute sua gloriantur? Iam ad Eph. 5. v. 32. vbi dicitur de Matrimonio, sacramentum esse magnum in Christo & in Ecclesia, εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, cum illi reddunt, *de Christo & de Ecclesia*, an non mysticā sacramenti significationem quæ in matrimonium conuenit, vna cum ipsa voce exterminare voluerunt, cum arcanum siue secretum reddere maluerint?

Age vero cum ad Philemonem, scribens idem Paulus ita infit, *vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium*, cur illi obtrudunt insolenter de suo, *quasi* voluntarium, cum illud, *quasi*, à contextu absit, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον; nisi quod nolint, quæ hic pingitur, liberi arbitrii potestatem vimq; recognoscere. Et cum ad Titum c. 3. v. 5. dicitur saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, cur tam fidenter illi nomen regenerationis delerunt, nisi vt quantum fieri posset efficientiam illam omnem obruerent atque extinguerent, quam sacramentis nouæ legis tanquam instrumentis fuisse à Christo Iesu concessam prædicat Ecclesia.

Geneua. Pourquoy aussy sont ils baptisez pour morts.

Geneua Confessez vos faultes l'vn enuers l'autre.

Iac. 5. v. 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα.

Vertunt pour luy, *loco* sur luy.

Rom 6. 19. παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. autre chose ἁγιασμός, autre chose est ἁγιότης.

ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.

Geneue. Ains ie matte & reduis mon corps en seruitude, afin qu'en quelque maniere apres auoir presché aux autres, moy mesme ne soye trouué non receuable.

De Christ & de l'eglise, aut touchant Christ & l'eglise.

Ad Philem. v. 14. χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον.

Ie n'ay rien voulu faire sans ton aduis, afin que ton bien ne fust point comme par contrainte, mais volontaire.

Geneue adiouste *comme volontaire.*

Digitized by Google

Hebr 13. 4 Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος.

Eccleſ 15 15. 16. 17. 18. *Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu concilii ſui, adiecit mandata & præcepta ſua: ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te & in perpetuum fidem placitam facient. Appoſuit tibi aquã & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.*

Denique in epiſtola ad Hebræos cap. 13. verſ. 4. vbi dicitur *Honorabile connubium in omnibus*, ἐν πᾶσι, hoc eſt in omnibus ſuis partibus, ipſi nequiter & flagitioſe vertunt, *inter omnes*, vt latam libidini ianuam aperiant, & tam bella interpretatione ſua comprobent ſacerdotum inceſtas coniugationes Nonnarumque nuptias, quæ ſe votis religioſe Deo conſecrarant.

Nunc vero ſi Teſtamentum vetus intueri lubet, ex vnius loci deprauatione, quid de multis aliis cogitandum ſit, poterit intelligi. Eccleſiaſtici cap. 15. Ieſus filius Sirach ait Deum ab initio conſtituiſſe hominem, & reliquiſſe illum in manu conſilii ſui, & appoſuiſſe illi aquam & ignẽ, vt ad quod voluerit porrigat manum ſuam. Vt huius loci mirifice liberi arbitrij vim declarantis pondus eleuarent, Sophi Geneuenſes verſui 17. addiderunt, *quod placuerit ei dabitur illi*, vbi particula *ei* in Deum relata, quod in eorum verſione fieri neceſſe eſt, ſenſum efficit è diametro iis repugnantem quæ in prioribus tribus verſibus collocantur: in Græco eſt καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ δοθήσεται αὐτῷ.

Apoc. 22. v. 18.
Tertull. l. 4. contr Marcio.
Irenæus li. 1. aduerſ. hæreſ. cap. 34.

Quid igitur hic dicetis nouæ religionis amaſii? eſtne verum ſtare à vobis ſcripturam ſacram? an nobis, aut vobis potius horribiles illæ pœnæ timendæ ſunt, & reformidanda ſupplicia, quæ in Apocalypſi pollens Deus iis minatur, qui in diuinas literas quidpiam auſi molitiq; fuerint? An dicetis forte vos in eo genere non fuiſſe primos, iamque extitiſſe ſpongiam Marcionis, miniatulam Arii Cretam, vt interpuncta Iouiniani: fatemur id quidem: ſed videte quæſo, ad quod hominum genus vos aggregetis, quam ſecurim iniiciatis nomini veſtro & religioni, quantam famæ & honori veſtro maculam inuratis. Qui legum humanarum ſanctiones violarent, eos falſæ monetæ architectis multo eſſe deteriores, ſapientiſſime quondam Solon aiebat. nam ciuitates quidem communeſque res florere poſſunt, argento minus defœcato aut etiam mixto vtentes, ſed quæ leges hominum vitæ ſalutares perfregerint, omnes ſcimus miſerando & funeſto exitio periiſſe. Quanto vero ſceleratiores illi ſunt, & grauioris ſuppliciorum acerbitate puniendi qui effata illa ſacroſancta corrumpunt, quæ ſola in Dei regno & Eccleſia locum habent! omnes tamen hæretici id agunt, & ſæculorum omnium propagatione fecerunt. Scripturam ſacram omnes vel citarunt & laudarunt falſo, vel impie & malitioſe deprauarunt. Quam ob cauſam D. Irenæus cum hæreſes ſui temporis numerando percenſet, notatque Hæreticorum in abuſu diuinarum literarum & peruerſione malitiam cum aurificibus eos belle componit, qui nonnunquam Regis aut Principis decoram imaginem, in canis aut ſerpentis effigiem commutant.

Demoſthenes aduerſ. Timocrat.

Origen. in c. 14 ep. ad Rom.

Origines autem omnes eos qui ſe Catholicæ veritati opponunt, maritimis ait prædonibus eſſe pares, qui in ſummis Promontoriis aut Euripis faces attollunt, vt ſpecie ſinus placidiq; portus, naues in ſyrtes ſcopuloſque impellant. S. Ioannes Chryſoſtomus haud ſecus facere eos ait atque improbos auidoſque Pædagogos, qui non audent pueris quidẽ

S. Chryſoſt. homil. 2. de Pœnitent.

conſulere

Digitized by Google

conſulere vt paternas ædes exhauriant, eos tamen ita inſtituunt, vt tandem ea conſciſcant, propter quæ hæreditatis ſpe omni ſpolientur. D. Baſilius libr. de virginitate, ſcribit Satanam hoſtem animarum ſcripturis adminiſtris eadem apud hæreticos conſequi, qui olim apud barbaras nationes idolis addictas, rerum creatarum vſu: quemadmodum enim cæci homines ad inducendam idolorum vanitatem, rebus iis abutebantur, quibus veluti gradibus, ad cognoſcendam colendamque diuinitatē par fuit aſcendere, ita illi verbū Dei. iudicii normā & veritatis, quaſi fundamentum locāt, in quo deinde hæreſi extruenda inſaniant. Cyprianus etiam purpureus martyr atque doctus, illud eleganter, hæreticos vt ab Eccleſia præciſi ſunt, ita libros Eccleſiæ auctoritate probatos ſcindere velle, proque animi ſui arbitrio, reiicere, mutare, peruertere, amputari.

D. Cypr. de vnit. Eccl. Corruptores Euangelii atq; interpretes falſi. ex trema ponunt, & ſuperiora omittunt, partis memores & partem ſubdole comprimentes: vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiā ſcindunt.

Hac eadem via mendacii princeps & antiquus Sator, transfigurans ſe in Angelum lucis, Chriſtianum orbem decepit, & ea quidem varietate quanta eſt Articulorum fidei noſtræ copia, quamuis à cœleſti Pædagogo tanto ante ferioque ſimus ea de re commonefacti. Vbi neceſſe eſt animaduertere, funeſtum illum Babylonis principem, quamuis ſit omnis confuſionis machinator, in hac tamen tam peruerſa & præpoſtera opinionum prauitate, certum ordinem tenere voluiſſe.

Eſt elegans animaduerſio Tertulliani lib. aduerſ. Praxeam, Diabolus æmulatus eſt veritatem: affectans illam aliquando defendendo concutere. Vnicum Dominum vindicat omnipotentem mundi conditorem, vt & de vnico hereſim faciat ipſum dicit Patrem deſcendiſſe in virginem ipſum ex ea natum, &c.

Hærebat adhuc pæne dicam in crepundiis Eccleſia, cum excitauit Simonianos, Menandrianos, Baſilidianos, Valentinoſque, Marcioniſtas, & nationem omnem ſcholamq; Gnoſticorum, aduerſus primum fidei noſtræ Articulum, idque inter primas duas annorum centurias. Tertio ſæculo alium eduxit gregem & furioſum impiorum globum qui ſecundum Articulum & diuinitatem Chriſti quaterent, nimirum Praxeam, Noetum, Sabellium, Paulum Samoſatenum, alioſq;. Et quoniam duo quædam in diuinitate conſideramus, naturam & hypoſtaſim, quarto ſæculo nonnullis perſuaſit vt perſonas omnes confunderent, aliis vero, vt filii Dei eſſentiam inferiorem, & proinde à natura Patris diſſimilem eſſe dicerent. Qua fuerunt in Claſſe Photinus, Arius, Eunomius, qui ſuperbi animi contumacia confidentiaque omnes ſuperarunt.

Cum portæ inferi contra ſponſam triumphantis filii Dei præualere non potuiſſent, nouam quandam & violentam impreſſionem in alios ſymboli Articulos vſque ad ſeptimum adornat, propter mutuam omnium inter ſe coniunctionem. Quarto id ſæculo factum, Neſtorii præſertim factione & Theodori Mopſueſteni, & paulo poſt Eutychis & Dioſcori. Et circa quintum ſæculum, vt ætate ſic impietate ſuperioribus vicini, Seuerus Antiocheni & Iulius Halicarnaſſeus operam illi ſuā nauarunt. Poſt ſextum ſeptimumque ſæculum, legionem emiſit criſtis & inſolentia ferocientem, Iacobum Syrum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum Conſtantinopolitanum Antiſtitem, & omnem Eutychis poſteritatem, ſobolem illam peſtilentiſſimam longe

conta-

Digitized by Google

contagione serpentem, diuisam & discerptam in sectas prope infinitas quarum etiamnum ad Orientem vigent reliquiæ.

Primi illi duas personas in salutis nostræ vindice Deo, vt naturas duas, esse docebant, diuinam vnam, alteram humanam: illam è Deo genitam, hanc è Maria, illam omnia procreauisse, hanc creatam esse. De illa negabant articulos symbolo Apostolorum insertos, hanc aiebant in vtero virgineo conceptam & natam: hominem solum passum mortem oppetiisse, sepultum hominem solum, hominem ad dexteram Patris sedere, hominem solum viuorum atque mortuorum Iudicem constitutum. Vltimi noua & inaudita temperatione diuinitatem simul & humanitatem vnius naturæ confusione conglutinabant, & quidquid dicimus de Seruatoris nostri incarnatione, perpessione, excitatione à mortuis, in cœlum Ascensione, aduentuque ad iudicium extremum, id docebant præstigias esse meras, dolos, fallacias, humanæ mentis oculorumque ludibria, & inanium vocum sonum.

Cum duas primas sanctissimæ Triadis personas eo modo oppugnauisset, ausus etiam est exercere vim odiumque suum infinitum, aduersus Spiritum sanctum, idque inprimis ductu & furore Macedonii, qui asserebat, à solo cum Patre non autem à verbo manare. Pestifera illa sementis in agrum Ecclesiæ coniecta, mox ita propagata est & diffusa, vt totam Græciam mali contagione complexerit, quæ magnam partem primum hæreseos veneno infecta, turpi deinde à corpore defectione laborauit. Atque hoc loco non possum non incredibilem Apostoli sapientiam & prouisionem mirari, qui hæresim cum carcinomate composuit. Nam vt cancer in dies serpit latius, & sanas corporis partes celeri contagione occupat, ita schisma, & religionis corruptæ virus, late animos inficit & incredibili celeritate contaminat. Circa annum octogesimum supra trecentos, Græcia haud obscure cœpit odiosa quædam in supremam sedem moliri, & Romani Antistitis auctoritatem percellere cum ab eo secundum Constantinopolitanum esse vellent. Quem deinde septuaginta post annis Romano parem, eodem honoris gradu iisdem priuilegiis ornatum esse dixerunt. Sexcentesimo vero anno cũ Gregorius Magnus Ecclesiam moderaretur, eundem illum Oecumenicum Pontificem, hoc est vniuersalem indigitarunt. Denique Nicolai primi temporibus circa annum Domini octingentesimum sexagesimum, Græcia penitus se ab Occidentis Ecclesiæ communione seiungauit. Vnde iusta prouidentia factum summæ mentis res mortalium æqua lance ponderantis, vt quæ Romanæ sedis gubernationem tam cõmunem tamque plenam beneuolentissimæ humanitatis repudiarit, in sæuum barbarumque dominatum inciderit, disiecta dissipataque fide proculcata religione, & illa vetere omni opulentia exinanita.

2. Timoth. 2. 17.

Princeps igitur tenebrarum, cum ad Orientem, partem Europæ maximam tandem aliquando sibi obedientem videret, nam pridem Asiam, Africam, atque Americam suæ ditioni adiunxerat, eorundem armorum

Digitized by Google

morum impetum in Occidentem frigidas oras Septentrionis conuertendum putauit, vt quemadmodum fidei çomprehensionem quæ ad Ecclesiam Triumphantem spectat, iam antea feliciſſime oppugnauiſſet, ſic arcem Militantis Eccleſiæ obſideret, & quanto poſſet hominum furentium conatu labefactaret. Ergo phalangem educit acrem & bellicoſam in ſacramenta, in ſanctorum communionem, in Remiſſionem peccatorum. Crudele id quidem atque horrificum bellum fuit, exitioſum, diuturnum, quod à decimo fere ſæculo ad hanc vſque tempeſtatem viguit. Nam cum veluti ad pileum vocatos è fæce decuriaſſet Berégarianos, Petrobruſianos, Valdenſes, Albigenſes: his non contentus, duriſſima conquiſitione & delectu conſcripſit wicleffiſtas, Huſſitas, Lutheranos, Zuinglianos Confeſſioniſtas, Anabaptiſtas, Oecolampadiſtas, Puritanos, Tritheitas alioſque. Qua in re tria mihi quædam videntur opere maximo animaduertenda. Primum eſt tres principes huius temporis ſectas Romanæ fidei inimicas, à Berengario Andegauenſi quondam Archidiacono ſuam originem duxiſſe, qui initio idem aſſerebat quod Sacramentarii hodierna die tuentur, nimirum Euchariſtiam eſſe tantum corporis Chriſti ſignum & adumbrationem. Poſtea vt inſtabilis eſſe conſueuit impietas, verum Chriſti corpus admiſit quidem, ſed mirabilem eam negauit mutationem quam Tranſubſtantiationem nominamus, & ad corpus panem adiunxit: Tandem edixit baptiſmum puerorum non eſſe neceſſarium, nec vllas nuptias aut matrimonii ſocietatem ineundam cum illi, inquit, fide parentum ſanctitatem conſequantur, mulieres autem iure & inſtitutione naturali ſint cõmunes. Quis vero non in illo primo animaduertit Geneuenſem Confeſſionem in 2. Auguſtanam, in tertio Anabaptiſtarum effuſam & flagitioſam cupiditatem? Alterum quod hic notandum mihi videbatur eſt, hoc deteſtandum nouæ opinionis monſtrum, cuius maturitas quædam noſtra memoria erupit, mirabiliter, & ſupra hominum fidem propagatum fuiſſe, & qua patet veræ fidei religio, diſſipatum: In Dei filio, verborum illius proprietatem impugnauit, in eximia Dei Matre, meritum cultum; in ſanctis Deo fruentibus, venerationem: in Angelis tutelaribus, hominum procurationem: in Eccleſia, communionem meritorum & ſacramenta: in Vicario filii Dei, ſupremam dignitatem: in laicis ſanctitatem Matrimonii quod ſacramentum eſſe negat: in Eccleſiaſticis cœlibem vitam in Religioſis, vota & inſtitutum; indicatis Deo virginibus caſtimoniam: in peccatoribus ſalutem, quos pœnitentiæ Aſylo expoliat. In iuſtis merita bonorum operum, quæ nulla putat. In Magiſtratu autoritatem, quem Synodis Conſiſtorioque ſubiicit. Templa emolitur, aras euertit, Diuorum imagines deturbat & comminuit, effodit oſſa mortuorum, ſepulchri iure violato. Vſta fuere ſanctorum lipſana præſidia viuentium, cineres contumelioſe iactati, & in liquidas vndas immiſſi. inter affines & neceſſarios in re omnium maxima hoc eſt religione diſſidium excitauit; Viuos aſſidue turbat, mortuos quiete priuat,

Google

uat, quos felicitatis exortis ait vſque ad ſtatos Reſurrectionis dies,pro
quib.etiam Numini ſupplicari vetat.Denique humanitatis & innati a-
moris tenue veſtigium tantũ erga audaces & perditis moribus homi-
nes oſtendit, quibus perſuadet nullum eſſe facinus tam abominandũ
ꝙ nocere prædeſtinatis queat, & dũmodo in Chriſtum credant,omnia
illorum flagitia etiam prius fuiſſe abolita quam admitterentur. Teneri
illos ſibi firmiſſime perſuadere in Dei gratia ſe eſſe: deſponſam ac deſti-
natam certamq; iam omnib. eſſe gloriam. nullam bonorum operũ ra-
tionem habendam, imo neq; vlla eſſe opera bona, vel quæ mereri ali-
quid poſſint,in quibus tm̃ vel cogitatione depingendis,atrox quædam
& non ferẽda Chriſto iniuria imponeretur.Circa bonum,liberi arbitrii
ius eſſe nemini: voluntatem noſtram ſceleri auctoratam & mancipatã
eſſe,terriculamenta eſſe puerorum quæ de inferis memorantur.Strido-
rem dentium,ignem,flammam tenebras exteriores,quęq; dicuntur de
diuite epulone,parabolas eſſe meras & fingẽtis animi narrationes. De-
niq; nullam eſſe aliam pœnam, q̃ quæ nos vita & communi ſpiritu fru-
entes comitatur, Dei nimirũ iucundo cõſpectu priuari: quod ſi ſpe qua
ſuſtentamur,careant, eſſe tamen bellis,contagione, fame,morbo,exi-
tiiſq; liberatos,à quibus laborioſiſſimæ vitę curſus perpetua vexatione
conficitur. Tertio iſta recens proſeminata opinio non erubuit in com-
munem Theatrum Eccleſiæ prodire, tot erroribus fœda & deformis,
quot cenſoriæ eiuſdem Eccleſiæ animaduerſiones, quot damnatæ fu-
rioſorum hominum ſententiæ ſæculorum omniũ memoria fuerunt. Id
licet facile intelligere, ſi oculos coniiciamus in varios fœtus impietatũ
atq; probra, quæ non ſine labe Eccleſiæ,perpetua temporum ſucceſſio-
ne pullularunt.ſed antequam in iis contemplandis hæreamus, oro ob-
teſtorq; vos, quos iampridem mea ſpectat oratio, vt mecum attente cõ-
ſideretis,quanto potior ſit vera fide ſuperiorq; hæreſis in iis hominibus
qui oculis tantum atq; auribus & externo ſenſu ducuntur.Fides n.ni-
hil proponit,quod ſenſuum vi & communi intelligentia percipi poſſit,
hæreſis contra prope in omnib. cum carne & ſanguine congruit. fides
ſubigit intellectum & in ſeruitutem ducit voluntarium: eundem hære-
ſis à ſpiritus dominatione imperioq; abſoluit.fides incitatas voluntatis
appetitiones,& abhorrentes à ratione coercet, hæreſis blãdiſſime illas
fouet & cum parte inferiore conciliat. fides peccatũ repræſentat vt in-
fandum & horribile prodigium,naturæ inimicum & gratiæ,hæreſis fę-
ditatem eius obnubit, & non modo non deteſtatur, ſed refert etiam in
diuinam voluntatem: qui turbidæ & impiæ mentis lapſus incredibilis
videretur, niſi libros in manibus haberemus, ô temporum licentiam
non ferendam! in quibus id diſerte & repetitis ſententiis confirmatur.
Sed quid illa tandem non audeat opinio, quæ ex impietate religionem
machinatur,è noſtris ruinis, inſanas illas ſuas ſubſtructiones è parieti-
nis noſtris templa ſua: è petris ſcãdali, ſuos lapides pretioſos ſuas gem-
mas atq; monilia.è noſtris apoſtatis,ſuos Apoſtolos: Id autem an ita ſit
videamus.

Caluin. l. 1 Inſt. c. 17 ſect. 8. & c. 18. ſect. 1 p. 2. & l. de æterna prædeſtin.

Digitized by Google

Circa annum 60. à Christo Dño, Simon magus fato omnia tribuebat, nihil hominum libero arbitrio: idē asserebat bona piaq; opera nihil ad salutē valere, Dei vnius voluntate homines felicitate potiri; hominem ad recte agendum adigere, nihil esse aliud quā inducere honestam seruitutē. Gnostici 100. post annis, Christum Iesum pingebant ignarum & inscientē, quiq; ad literas percipiēdas Doctoris institutione egeret. Prodicus vt memorat Clemens Alexandrin. preces & supplicationes illudebat, circa annū Domini 180. Cerdon & Marcion D. Ioan. Apocalypsin respuebant, in quorum vestigia nuper Lutherus incurrit. Florinus Deum auctorem peccati faciebat. Montanistæ decem post annis sacramentum Pœnitentiæ & Confessionis vehementissime oppugnauerunt. Nouatiani circa annum 250. Confirmationis sacramentum iis negabant, qui salutaribus vndis abluti forent. Post paulo, Paulus Samosatenus diuinarum literarum interpretationem repudiauit, quam superioris ætatis homines iique sapientissimi confecerant, Manichæi annis fere 280. post Christum liberum arbitrium damnabant cum omnia fati necessitate ferre agi opinarentur. Ariani sexaginta post annis, vocē consubstantialis & ὁμουσίου admittere noluerunt, quod nusquam in Bibliis inueniretur: ordinem Ecclesiasticum vexabant, & implacabili quodam odio Romanam Ecclesiam persequebantur. Mox succreuere Donatistæ qui se solos Catholicos venditabant, sane fatui & gloriosi ostentatores, qui vniuersum orbem, iis exceptis qui eorum sectam sequerentur, Cimmeriis in tenebris hærere sine fidei luce aiebant, sanctum Chrisma pro nihilo habebāt, aras euertebant, sacra Templorum ornamenta & supellectilem polluebant, Calices diuinis mysteriis dicatos conflabant: sacerdotes omni supplicio excruciatos necabant, sacrosanctam Eucharistiam immani sacrilegio canibus obiiciebāt. Tempore Constantini Magni & Syluestri summi Pontificis, Eustathiani loca Deo consecrata & fortium Martyrum honori atq; memoriæ, vna cū ieiuniis Ecclesiæ voce indictis, simili audacia contemnebant.

Clemens lib. 3. recognit.
Iren. li. 1. c. 20.
Iren. l. 1. c. 17.
Clem. Alexand. l. 5. Strom.
Tertul. de Præscr.
Prateol. V. Florin.
Hier. ad Marcell.
Baron. ad ann. 173.
Idem ad ann. 154. num. 72.
Theod. li. 5. hæred. fab.
Euseb. lib. 7. c. 24.
Hieron. *Dialogo aduersus Pelagianos*
August. con. Faust.
Chrys. in Io. hom. 45.
Athan. in orat. contra Arianos.
Optatus Mileuitanus lib. 1. 2. & 6.
Socrat. lib. 2. c. 33.

Eiusdem Constantini imperio, cum Iulius Papa primus Ecclesiæ habenas teneret, circa annum trigesimum supra trecentos, Aerius se ab Ecclesiæ communione seiunxit, quod iniquissimo animo ferret, se non fuisse renunciatum Antistitem: itaque sæpe declamitabat in preces & sacrificia, quæ pro mortuis offeruntur, statam illam veterum abstinentiam atque ieiunium, Mercurii Veneris & Sabbathi diebus fieri solitum illudebat, delectam illam ieiunitatem atque famem liberam aiebat, esse oportere, nihil differre Episcopum à sacerdote contendebat. Eunomius temporibus iisdem antiquitatis omnem auctoritatem, & fidei vim atque excellentiam ita attollebat, vt iis qui traditam abs se doctrinam exciperent, exusta esse ab animo scelera, & maculam omnem deletam firmissime asseueraret.

Epiphanius. August. Isidor. & Damasc. de Arianis.
Aug. hæres. 54.

Audiani seu Vadiani Pontificibus & religionis administris Ecclesiæ opulentiam exprobrabant. Luciferiani insolescentes præter

Epiph. hæres. 70.
Hier. contra Luciferia. c. 1.

suam, in toto orbe terrarum, nullam aiebant esse ecclesiam Romanam meretricio more vulgatam, nihil minus quam orthodoxam videri. Iulianus Imperator qui impie à religione defecit, Christianos in eo maxime reprehendebat, quod lignum Crucis cultu & veneratione prosequerentur, tamque fuit ad audendum proiectus, vt euersa Christi Seruatoris imagine, suam substitueret.

Cyrill Alexan. lib 6 cont. Iulian.
Sozom. lib. 5 c6.
Aug. hæres 59.

Seleucienses Malum omne tum pœnæ tum culpæ, à Deo tanquam à causa & molitore proficisci dixerunt. Eodem sæculo Messaliani anno videlicet trecentesimo sexagesimo decimo, sacramenta negabant purgationem vllam aut sanctitatem, in hominum animos posse inducere. Theodosii Imperatoris æuo, cum Siricius Papa religioni præesset, circa annum Dñi trecentesimum & octogesimum, Iouinianus castimoniam sacerdotum, & Monachorum Religiosorumque solemnia vota, facere vt quidem sibi videbatur irridebat, matrimonium cum virginitate pari in honoris gradu & loco ponebat: aiebat etiã quod per os intrat, id animum nulla ratione funestare: nullam in sedibus beatorum & gloria varietatem admittebat: Sacerdotes matrimonii societate coniugabat: Beatissimæ Dei matris virginitatem in partu negabat: neminem post baptismum dirum facinus aut peccatum vllum consciscere posse tuebatur. Eodem sæculo Heluidius tantam maritis gloriæ & felicitatis vsuram in cœlo, quantam virginibus tribuebat. Quarti sæculi initio Faustus Manichæus, verni temporis solemne ieiunium, & continentiæ votum penitus abiudicabat, nec alias dicti sui proferebat rationes, quã quæ obiiciuntur hac tẽpestate. Suppares Manicheis Pelagiani affirmabant, seruari pueros paruos sine baptismo posse, nec quidq̃ esse credendum, quod non in sacris monumentis exaratum esset. Nestorius quarti sæculi anno fere trigesimo veterum scripta & commentarios, sapientia refertos, vix legere dignabatur, cum iudicium suum præferret omnibus, vt ex sexta Collatione quintæ Synodi Constantinopolitanæ colligitur. Eutyches 20 post annis, Ephesini Concilii decreta præfracte & superbe reiiciebat. Iacobitæ sub finem eiusdem sæculi, Deo soli peccata fatebantur sua. Anno sexcentesimo, Armenii in sancto calice, aquam vino miscere nolebant, sacramentis nullam efficiendæ gratiæ vim inesse aiebant, Purgatorium repudiabant, nullamque animam volebant ante communem corporum resurrectionem, in beatam Angelorum societatem admitti. Iconomachi circa annũ septingentesimum quinquagesimum, nefarie Diuorum imagines comminuebant, abiiciebantque in flammas. Pauliciani octauo sæculo, signo crucis nullum penitus honorem tribuendum existimabant. Claudius Taurinensis sæculi eiusdem anno fere trigesimo, non minus sanctorum reliquias, quam eorundem imagines auersabatur. Græci à Photio subornati, sub initium noni sæculi, supremam D. Petri autoritatem & primatum oppugnare cœperunt: Presbyteris matrimonii ius liberum esse voluerunt: vsum calicis concesserunt profanis; fermentato pane ad Eucharistiæ confectionem

Aug. *il idem.*
Aug. *hæres. 82.*
Hier. *2. aduers. Iouinian.*
Hier. *aduers Heluid. li. 1.*
Aug. *De peccatorũ meritis & remissione l. 1. c. 9.*
Idem *de natura & gratia c. 39.*
Flauianus Constantinopolitanus *Ep. ad Leonem Papam.*
Guido *de hæresibus.*
Iacob. Vitriacus. *historia Orientalis c. 76. & 79*
Zonoras, Cedren. Nicephor. *de Iconom.*
Euthym. *in Panoplia.*
Ionas Aurelianens. *lib. de cultu imaginum.*
Euthym. *in Panoplia.*

Digitized by Google

ctionem sunt usi, negauerunt Purgatorium, Latinamque Ecclesiam omnium dirarum obnunciatione deuouerunt.

Anno Domini quinquagesimo supra millesimum, Bogomili simili audacia refutarunt signum crucis, eos qui sueta religione maiorum, imagines venerarentur, Idololatras & Iconolatras vocitabant, eoque tandem progressi vaecordiae sunt, vt Missae ipsius diuinum sacrificium despuerent. Taudemus alias Tauchelinus circa Domini annum millesimum centesimum vigesimum quartum, & Antistitum, & simplicium sacerdotum characterem, pleno ore illudebat, vt supplementum Sigeberti monet. Berengarius Henrici 3. Imperatoris temporibus, viginti post annis, docebat vt superius diximus, in Eucharistia solum esse panem, impio errori praetexebat incommoda plurima ignis, muriū, veneni, aliarum rerum: etiam proferebat è diuinis oraculis illud, *Verba quae ego loquor vobis, Spiritus & vita sunt*. Agnouit tandem se, & vanae mentis aberrationem, atque in diuersis quatuor Patrum Conciliis palinodiam cecinit, nimirum in Vercellensi sub Leone nono: in Turonensi sub Victore: in Romano Nicolai secundi temporibus: & in Lateranensi Gregorio septimo religionem moderante. Non longe post, Petrus Abailardus sponte maxima se à sanctorum communione seuocauit. Valdenses item sub finem vndecimi saeculi à Sedis Apostolicae cura & dominatione subduxerunt se, Canones Ecclesiasticos inanes existimauerunt, & indulgentias omnium irrisione ludendas, aeui sui miracula omnia pro nihilo habuerunt, nec ferias solenni religione sacras, nec purgantem ignem Manium agnouerunt. Albigenses duodecimo saeculo, negabant mortuos viuentium vllis officiis iuuari posse: Templa rite sacra nullius esse momenti ad religionem, excommunicationem esse minime reformidandam, extremam vnctionem penitus inanem, peccatum à libero arbitrio non proficisci, vni Deo patefacienda esse peccata & confitenda iactabant. Begardi saeculi decimi tertii initio, in effatis suis haec habebant insignia, viris iam perfectione magnis ieiunandum haud esse nulli legi subesse hominem, iam inde ab eo tempore, quo spiritus libertatem sibi comparauerit: nullum Eucharistiae cultum esse deferendum. Iisdem paene temporibus, Lollardi repudiabant missam, & poenitentiae sacramentum. Hostiam consecratam monogrammum Deum ioco & lasciuia indigitabant. Vitae noxas atque flagitia laicis & profanis hominibus confitebantur, negligebant extremam vnctionem, amoliebantur decreta Ecclesiae. carne vescebantur pro animi sui libidine quolibet tempore, ceremonias, sanctorum inuocationes, merita bonorum operum, oculis fugiebant, auribus respuebant, animo aspernabantur.

Qui dicti sunt Flagellantes cachinnos tollebant si vel nominari audiissent aquam lustralem, sacramentum Confirmationis, Eucharistiae, Confessionis, Extremae Vnctionis, Purgatorium, preces mortuorum causa fusas, ieiunia denique Ecclesiae auctoritate definita. Marsilius

Robertus Montensis *in supplemento ad Chron Sigeberti, ann. 1124.*

Bern. *Epist.* 198.
Guido *de Valdensibus.*

Caesarius Heisterbachius l. 5. c. 21. S. Antoni. 4. *parte, tit. 11. c. 7.*

Clemens quintus *in Concilio Viennensi.*

Ioan Trithemius *in chronico Hirsaugien. an.* 1315. & *anno* 1320.
Bern. Lutzem. *de haeres.*

Idem *ibidem.*

Digitized by Google

Pataninus circa annum 1360. mordicus tenebat panem & eandem esse episcopi simplicium sacerdotũ, & Papæ Romani potestatem: itẽ Christum Iesum nullum in terris vicarium habere voluisse: etiam ipsum Põtificem Max. sententiæ Imperatoris atque arbitrio, non minus quã reliquos omnes subesse. Ioan. wiclefus viginti post annis, vt è damnatis eius Articulis Concilio Constantiensi apparet, in augusto aræ mysterio panem & vinum manere docebat: priuatam item exomologesim esse inutilem, vota Religiosorum atque institutum, superstitionem: Indulgentias & constitutiones Ecclesiæ, abusum opinabatur. Denique quidquid eueniret in hac mundi vniuersitate, id ex omni æternitate definitum fieri fataliter. Ioan. Hus anno 1400. negauit D. Petrum esse Ecclesiæ caput secundum Christum, & proinde nullam esse Papæ auctoritatem, nullam dignitatem, qua cæteros Prælatos anteeat, sustinere etiam ausus, contra ius fasq; articulos Vuiclefi damnatos, repudiatosq; fuisse.

Ibidem.

De nostri vero sæculi erroribus quid dicemus? quid de Confessione Britanniæ, Augustæ, Anabaptistarum, Zuinglianorum, Oecolampadistarũ, Carolostadistarum, Georgitarũ, Dauiditarum, Adiaphoritarum & aliorum, qui sane omnes melius æterno silentio premerentur, quam in lucem & hominum cognitionem venirent? Sed quid alii de aliis senserint, vt proprio testimonio noti sint videamus.

Lutherus Zuinglium hæreticum habet, infit enim Thesi 20. contra Articulos Louaniẽses, *Hereticos serio censemus & alienos ab Ecclesia Dei Zuinglianos & Sacramentarios omnes qui negant Christi corpus & sanguinem ore carnali sumi in venerabili sacramento.* Caluinus admonitione tertia contra Ioachimum Vuestphalũ hoc elogio Lutheranos exornat, Lutherani homines sunt vertiginosi, Cyclopes, superba factio gigãtum, phrenetici, bestiæ, prodigiose cæci, desperate impudentes, nihil aliud quam fallarii & improbi, calumniatores proterui, plus satis bardi, fastuosi & simul ita ignari vt quod in Catechismo traditur, id eorũ veterani Theologi ignorent, &c. Et in Instructione aduersus Anabaptistas, *si*, inquit, *aduersus omnes errores & falsas opiniones Anabaptistarum scribere vellem, ingrederer abyssum vndè mihi exitus non pateret. Nam ista colluuies ab aliis hæreticorum sectis in eo differt, quod non tantum cæteris in rebus errauerit, verum sit immensum quoddam stupendorum deliriorum mare. Adeo vt vix vnius Anabaptistæ caput reperiri possit, quod non sit imbutum diuersa opinione à reliquis.* Franciscus Stancharius Lutheranus de Trinitate Commentarios conscripsit aduersus Bullingerum, Petrum Martyrem, Ioannem Caluinum & alios, quos appellat *Tigurinæ ac Geneuensiæ Ecclesiæ perturbatores.* Vbi cum iis rem sibi esse ait, sicut olim erat Augustino cum Manichæis.

Franc. Stanch l. de Trin. *Omnino mihi nunc ita negotium est cũ Tigurinis, Arianis, & Eutychianis, sicut olim erat Augustino cum Manichæis, hæreticis Quis diabolus ô Caluine, te seduxit?*

Libro vero secundo numero 4. ita scribit, *Quis Diabolus ô Caluine te seduxit? Antichristus ille septentrionis, quem tu adoras imprudenter, Melanchthon Grammaticus hoc fecit. Caue Christiane Lector, & maxime vos Ministri omnes à libris Caluini cauete* Ita quidem ille totidem verbis. At Matthias Illyricus Mar-

ricus Martinistarum Confessionem propugnans, *Caluinistarum*, inquit, *liturgia non vno sacrilegio vitiata est contaminataque proh dolor! innumeras animas aterno exitio inuoluit.* Theodorus Beza in Sacramentario contra Heshussium, eum nominat Polyphemũ, simiam cothurnatum, vægrandem & pileatum Asinum, Canem de balneo, asinissimum sophistam, impudentem & petulantissimum nebulonem, impurum sycophantem, belluam, laruam hominis, animal carniuorum, Cyclopem.

Nihil denique omittit, quod non in eum acerbissimæ contumeliæ causa euomat. Conradus Schlusselburgius tres libros à se diligenter elaboratos inscripsit de Theologia Caluinistarum: In iis autem plusquam ducentos & viginti duos Sacramentariorum errores notauit, asscriptis nominatim auctoribus. Excusi Francofurti repeiiuntur anno Millesimo quingẽtesimo nonagesimo secundo, estq; Proęmii hoc initium, *Mirabitur absque dubio pia posteritas.* Et libro secundo articulo primo, seueritatis suæ aculeos in Theodoro Beza defigit, eius castigat, & acerbe reprehendit sarcasmos, ieiunamque maleuolentiam, Atheum illum & in diuinitatem contumeliosum appellat, quod corporis & sanguinis Christi Domini in Eucharistia præsentiam Creophagiam nominauisset.

Infinita prope sunt volumina, innumerabiles commentarii Trinitariorum aduersus Anabaptistas, sacramentariorum in Lutheranos horũ in Caluinistas: quos videmus plenis plaustris sæculi vnius interuallo in lucem prodiisse. Et tamen ii omnes tam pugnantes inter se, & toto cœlo dissentientes diuinam scripturam prædicant, venditant Euangelium omnes, omnes crepant Bibliorum sententias, Spiritum S. laudant opinionum ducem: quæque apud illos glorians Ecclesia se illuminatam, se reformatam, se puram putam & inuiolatam gloriatur, alias omnes damnat hęreseos. Nec aliter inter se conspirant, quam more & modo turbulentissimarum tempestatum.

Vna Eurusque Notusque ruunt creberque procellis.

furentium æstus animorum, vt D. Petri fluctuans nauigium sæuo impetu quatiatur. Sed quid mirum si se mutuo in crimen vocant, si appellant etiam asperius, si exagitant & insectantur, cum de fama & sapientia veterum Patrum detrahant liberius, & scripturã ipsam vellicent! Lutherus quidem ferre æquo animo haud poterat, si quis ei Machabæorũ libros Hesterisq; historiã citasset. Iob totus comœdia illi videbatur, aut fabulę argumentum; Iudith & Tobiam ad poeticas fictiones accommodatos, Ecclesiasticum autẽ prophanũ scriptorem existimabat. Epist. S. Iacobi, D. Pauli ad Hebræos S. Iudæ, secunda Sancti Petri, secunda & tertia D. Ioannis, stramineæ illi fuerunt, Apocalypsis, vigilantis somnium, libri Esdræ, meræ nugæ. Iam Ecclesiasten è Thalmudistarum fontibus ortum putat, conflatum & imperitorum industria haustum è Ptolemæi aut alia veterum Bibliotheca. Præterea væcordi impudentia D. Pe-

D.Petrum Dei negatorem, S. Matthæum fornicatorem auidum, magnum Paulum, fractam appellat testam. Hoc Caluinus quidem scribit & obiicit cap.9. suæ instructionis aduersus Libertinos: quanquam & ipse consimili in errore versatur, parisque audaciæ reus audit: nam si non mores scriptorum Ecclesiæ, verba certe & eorum orationem carpit & accusat. Scribens in caput primum epistolæ 1. D.Ioannis, *meo iudicio*, inquit, *istæ repetitiones superfluæ sunt, nimirum, Patres vobis scribo, & verisimile est ignaros lectores cum Apostolum bis dixisse idem crederent, duo illa membra sine ratione adiunxisse*. Et ibid. *Qui libros scripserunt temere easdē sententias quæ ad Patres simul filiosque pertinent repetere vo'uerunt vt explerent numerum*. Et in cap. 7. Nehemiæ. Quod sequitur & in secundo capite libro Esdræ, sed magna quædam literarum & dictionum mutatione, superfluitate verborum, & sententiarum transpositione. Et in secundam ad Timotheum cap.1. Potest fieri vt vehemens quidam animi affectus impulerit Paulum vt superflua repetitione vteretur, quod accidit sæpe. Et in primum S. Matthæi vers. 14. S. Marcus inquit non necessaria eiusdem rei inculcatione & superfluis sermonibus vtitur pro electis dicens, quos elegit.

Qualem vero Lutheri opinionem esse dicemus atque iudicium, quod de sanctis Doctoribus ipse tulit, quos Patres vulgo nuncupamus, quod in spiritu nos Deo generarint, nobisque cœlestem doctrinam suā fidei commissam, hæreditario veluti iure, de manu quod aiunt in manum tradiderint.

Lutherus libro de abolenda missa clare testatur nihil se curare si quis queratur, quod Patrum perspicuis sententiis contrariam ipse doctrinam adferat. In ea quidem re quæcunque illi obiiciantur surdis se auribus excepturum ait. In colloquiis vero conuiualibus cap. de Patribus, de singulis illis fidei & religionis sanctæ luminibus, quasi delectus humani generis censor ita pronuntiat, *Hieronymum legere licet propter historiam. Nam de fide & vera religione & doctrina, ne verbum quidem in ipsius scriptis extat.* ORIGENEM *iamdudum diris deuoui.* CHRYSOSTOMVM *nullo loco habeo, non est nisi loquaculus.* BASILIVS *nihil valet, totus est monachus, ne pilo quidem illum redimerem. Apologia Philippi omnes Ecclesiæ Doctores exuperat, etiam Augustinum.* BERNARDVS *omnes Ecclesiæ Doctores vincit concionando, sed cum disputat, in alium virum mutatur, ibi nimium tribuit præcepto & libero arbitrio.* TERTVLLIANVS *inter Eccl siæ Doctores merus est Carlstadius.* CYPRIANVS *Martyr infirmus est Theologus. Videte quales de fide tenebræ sint in Patrum scriptis. Nam quando articulos ille de hominis iustificatione tenebris obductus est, fieri omnino nequit, vt maiores errores vitentur.* S. HIERONYMVS *scripsit in Matthæum, & in epist. ad Galat. & ad Titum, sed quam frigide?* AMBROSIVS *sex libros super Mose scripsit, sed quam ieiunos?* AVGVSTINVS *nihil singulare habet de fide: sed vbi Pelagianos oppugnat, excitatur, & in virum euadit. Pulchre quidem docuerunt illi Patres, sed extra lites & controuersias nihil singulare potuerunt in apertum referre: nec vlla eorum extant in epistolam vel ad Romanos*

Digitized by Google

manos vel ad Galatas, in quo aliquid quod purum & syncerum sit reperiatur. Similia ructat in aliis locis bene multis, sed præsertim in doctissimum Hieronymum sæuit & bacchatur. Ad cap. 22. Genes. *Quin te Hieronyme, conculcamus, cum tua Bethlehem, cuculla & deserto?* Et in Colloquiis cap. de Scholast. Theologis. *Nullum scio cui æque infestus sim ac Hieronymo. Nam tantum scribit de ieiunio de delectu ciborum, de virginitate, &c.* Ipse vero se Isaiam appellari consueuerat, & aduersus Angliæ Regem scribens, non curare se gloriatur, *Si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra se starent.* Alias de sua doctrina loquens, *Non solum*, inquit, *extra aleam positam esse volo eam omnis humani iudicij, sed & vt Apostolus ait, omnium Angelorum.* Quis non modo de hoc glorioso Thrasone dicat Δοκῶν εἶναι ὁ φῶς ἰμωραίνω? Sed fatendum omnino est, eas fatuæ mentis aberrationes, non repugnante Numinis prouidentia, iis hominibus excidisse, vt perspicue intelligeremus, quo demum spiritu, belli isti atque noui sæculorum instauratores agitentur.

Petrus Reberstock. to. 2. p. 18. & 199.

Tametsi vero Ioannes Caluinus cautior fuit, magisque aliquando moderatus, in opinione atq; existimatione literis commendanda, quã de seipso conceperat, animi tamen inuidentis impotentiam, qua Patribus sanctissimisque viris male cupiebat, dissimulare omnino non potest, aut fictæ vllius modestiæ integumento tegere. *Ex qua colluuie*, inquit, *sibi aduocatos sumant minime ignotum est.* Et alio quodam loco de vniuersa antiquitate contumeliosissime loquitur, quod vt ipse quidem opinabatur, magnifice nimis de castimonia in sacerdotum & cælibe vita senserit, quodque Malachiæ Vatis prædictiones & Melchisedecis adumbratam imaginem ad sacrificium Missæ retulerit.

Calu Inst. l. 3. c. 20. §. 15.

Libro 3. Institutionum cap. de ieiunio, §. 39. inconsideratam Veterum Patrum sententiam reprehendit, iam inde à mille & trecentis annis, in precibus mortuorum causa sanciendis. Alias quoque eosdem insimulat, quod satisfactiones operaque bona, nimium scriptis & prædicatione sua extulerint.

Cal. Inst. l. 3 c. 4. § 39. *Scio veteres interdum duriuscule loqui neque, vt nuper dixi forsan lapsos esse nego.*
Lib 3 Inst. c. 4 §. 33

Libro 2. cap. 2. §. 4. Liberi arbitrij vocabulum penitus repudiat, & quod à Græcis adhibetur αὐτεξούσιον, quod arrogantius multo existimat. Ibidem etiam generatim omnes omnino Ecclesiæ Doctores carpit, acerbeq; incusat, quod in extollenda humanæ voluntatis facultate modum excesserint, quo loco tametsi Augustinum vnum excipiat, alias tamen sapientissimi illius Doctoris sententiam de operante voluntate nostra, simul cum diuina gratia, libero fastidio respuit & auersatur. Et in Appendice lib. de vera religione dicere non dubitauit, errasse D. Augustinum, cum docet Baptismum necessarium esse paruulis, ad salutem adipiscendam. Iterum illam insectatur, quod gratiæ iustitiam tribuentis effectus, ad intimam animi sanctitatem referat, qua spiritu in vitæ nouitatem regeneramur. Errasse præterea defendit, cum docet nullum esse peccatum in parte concupiscente, cum voluntas appositioni resistit. Caluino quoq; vehementer displicet, quod Latini Patres Græcum λόγος

Idem Inst. lib 2 c 2 § 4. *Nimis Philosoph. hac de re locuti sunt qui se Christi iactabãt esse discipulos. Nam quasi adhuc integer staret homo, semper apud Latinos liberi arbitrii nomẽ extitit. Græcos vero non puduit multo arrogantius vsurpare vocabulum αὐτεξούσιον dixerunt, ac si potestas sui ipsius penes hominem fuisset.* Et paulo ante. *Porro, tametsi Græci præ aliis, atque inter eos singulariter Chrysostomus in extollenda humanæ voluntatis facultate modum excesserunt veteres excepto August. sic in hac*

rö aut variant, aut vacillant, aut perplexe loquuntur vt certi fere nihil ex eorum scriptis referre liceat.
Inst l 3 c 3. § 10.
Idem in c. 4. Ioan.
Socrat. l. 7 c 25.
Euseb. l. 6. c. 35. 12. libro 14.
Niceph. l. 6. c. 30.

λέξεις, verbum interpretatur. Deniq; eosdem pro animi sui libidine, vel recipit, vel repudiat, non secus ac Iliadis Homericæ versus Criticus Aristarchus.

Quod ad S. Hieronymum attinet, eadem illum humanitate compellat, qua Nestoriani quondam, Nouatiani & Samosateni antiquissimos Ecclesiæ Doctores tractabant, vt Socrates, Eusebius, Nicephorus & Theodoretus monumentis suis meminerunt. Nam in cap. 4. Ionæ, in 2. Aggęi, in 3. Oseæ (quod gemina audacia præstitit Theodorus Beza in 23. capite Actorum) vocat illum *ineptum, vilem & despicatum, virum natura cauillatorem, qui lusit proterue in corrumpenda scriptura, cuique nulla fuit religio huc & illuc torquere scripturæ locos.*

Et Commentariis suis in Matthæum iaciendis contumeliis Luthero haud inferior, eandem vocat impudentem, loquacem, corruptorem.

Ita nimirum de magno illo viro gratiosissimo apud Deum loquuntur quem ab Africa subtilissimus & ingeniosissimus Augustinus, Orosius ab Hispania, è Cypro Epiphanius, Theophylus Alexandria, Roma ex ipso orbis terræ oraculo Damasus consulebant de abditis scripturæ diuinæ arcanis, vt qui erudita sapientia, & præsertim exquisita linguarum cognitione, Doctores illius æui omnes anteiret.

Gen. 16 12.

Ambros. l. 1. de fide ad Gratian. c. 4.

Quæ cum ita sint, quid iam restat, nisi vt vos quos Caluinus, & cæteri veterum impietatum consarcinatores in fraudem induxerunt, Catholici omnes miserationis luminibus intueamur, & deploremus calamitosissimam illam conditionem in quam redacti estis, Ismaelis subito consimiles, cuius manus erat contra omnes, & manus omnium contra illũ? aut Sansonis vulpeculis pares, quæ cum ora atq; frontes habeant inter se aduersas atq; oppositas, caudis tamen sociantur atq; consentiunt ad incendia per agros Domini segetemq; spargenda, ad turbandam penitusq; dissipandam filii Dei hæreditatem, ad Ecclesias tot numero stabiliendas, quot inter vos de religione variæ sunt & discrepãtes opiniones, *Plura enim nomina*, inquit sanctissimus Ambrosius (sinite obsecro vos, vt ipsius verbis vtar, quod non equidem offensionis causa facio, sed monitionis) *sed vna perfidia, impietate non dissonans, communione discordans, non dissimilis fraude, sed coitione discreta.* Et vbi nam sunt illæ politæ mentes? vbi exquisito iudicio viri? vbi Sapientia pręcellentes, illi inquam veluti rerum humanarum arbitri, qui aliis conficiendis negotiis singulari prudentiæ splendore lucent. Hac autem vna in re in qua salus & sempiternę vitæ præmium agitur, penitus cœcutiunt, vt iudicio vacui, & ab omni ratione derelicti? ô luctuosam cœcitatem! ô Cimmerias tenebras! ô formidandum Numinis iudicium super filios Adæ! Iacobi clarissimi illius herois liberi cum tunica variegata minimum suum fratrem exuissent, eandem hœdi cruore tinctam miserunt ad parentem dicentes. Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filii tui sit, an non. Quam aliam vobis senten-

Digitized by Google

sententiam pro clausula huius Præfationis aptius queam oportuniusq; proponere? En Religio quæ instar polymitæ vestis aut centunculi è magna opinionum varietate contexta & consuta est, quæ quidem variis sæculis sigillatim eiectæ & repudiatæ fuerunt: Tunica est in speciem tincta imbutaque veri Iosephi cruore: Videte nunc si tunica filii Dei sit, an non sit.

Si est, cur igitur abiudicatis, cur hæreticos appellatis eos, qui tanto ante huiusmodi opiniones inuexerunt? cur in eisdem incestos errores flagitiaque reiicitis, quæ in vobis libero animi sensu comprobatis? Sin autem tunica veri Iosephi non sit, cur igitur fraudis nubeculam obtendere, cur Iacobum fallere, cur vosmet ipsi viui & videntes errare, labiq; vultis? An pro nihilo ducendum existimatis, vt quis amicus vel inimicus sit Numinis? fidelis aut perfidiosus? in Ecclesiæ sinu, aut illius communionis expers.

Quidquid animo excogitari potest, quod diuortium hoc spontaneum efficiat, ad alterum de duobus i ferri necesse est: Aut enim commercium nostrum fugitis, & parentis illius gremium, quæ vos progenuit, vel propter mores, vel doctrinæ causa.

Sed quod ad mores quidem attinet, quonam modo iure è nobis obiici queant? Cum Caluinus doceat identidem, & inculcet veterum Prophetarum exemplo, qui munera castissimæ religionis obibant Hierosolymis, vrbe omnium scelerum contagione polluta, etiam Ieroboami temporibus, aliorumque Regum, quos idolorum superstitio funestauerat, communem labem atque morum corruptionem non sufficere, vt ab Ecclesiæ communione seiungamur. *Caluin. 1. Instit. c. 1. sect. 13. & c. 15. sect. 25.*

Adde quod vna quidem ex parte, non desunt apud Catholicos illustrium virtutum exempla, ex alia vero quod errata vbique & prolapsiones existant.

Omnes enim vitiorum sordibus inobscuramur, egemusque Dei gratia & misericordia. Sed si multo etiam deformiores essemus, & nigelli magis, quam nefarius animorum hostis carbone vobis suo depinxit, referret id quidem nihil, neque enim ad similia opera perficienda vos inuito, sed ea quæ diuinitus nobis tradita sunt fide credenda. Super cathedram Mosis sedebant Scribæ & Pharisæi, & tamen scitis, quid de illis pronunciarit sæculorum omnium Magister, os nusquam aberrantis sapientiæ sempiternæ veritatis oraculum. An ignoratis, in causa morum, copiam & multitudinem vinci & repudiari, quod vero ad fidem pertinet, inter eos qui baptismi sanctitate eluuntur, multitudinem superare.

Iam doctrina quomodo vos remorari iuste queat, non sane video, nisi forte popularis illa opinio id faciat, quam malus Dæmon exquisitio artificio in complurium animos iniecit, nimirum diuinam scripturam esse contrariam, penitusque aduersam iis quæ credimus: Ea gratia prohiberi à nobis eiusdem lectionem: nos humanis solum

Digitized by Google

traditionibus niti, deniq; fidem nostram nullum habere solidum fundamentum in Dei verbo. Vestrum igitur est videre atque experiri an ita sit, nostram autem calumniam diluere: nam si quidem verum id foret, sane essetis sine vlla dubitatione superiores in hac causa: vt contra non inuiti ad nos opinor accedetis, si nobiscum diuina scriptura sentiat religionemque nostram confirmet. Vt igitur iuuandi potius quam nocendi studio, prius vrgebam instabamq; vehementius, vt tot sacræ paginæ loca adduceretis, quod in vestræ religionis dogmate propositiones sunt, Catholicæ fidei contrariæ: ita mei muneris officiique reor, tot perspicuas autoritates in medio præponere è diuinis oraculis petitas, quot in nostra doctrina sunt conclusiones vestræ fidei nouitatique repugnantes. Atque hoc opinor officium est de maximis vnum, quod deferre vobis queam, è pia religiosaque mente profectum, quod nihil hactenus ita vestros animos commouerit quam falsa & inanis illa persuasio, nimirum diuinarum literarum effata vos solos tueri, Catholicam vero Ecclesiam oppugnare. Oculos igitur vestros, si placet, ad huius operis coronidem reflectite, vbi seorsim illa à me disputatio collocata est, tum quod sit veluti breuis quatuor librorum comprehensio qui antecedunt, tum quod etiam videatur esse peregregium & vermiculatum emblema, harum institutionum ornamentum; in quo potestis animaduertere nullam esse in Catholica professione sententiam, quæ non clare & expresse in sacra scriptura contineatur, dummodo syncere fideliter, atque ingenue, & sine contumacis animi perduellione laudetur.

Necesse igitur est dicere ô Alastor, inimicæ veritatis & mendacii parens, summam fuisse meritoriam illam tuam calliditatem, insignem ad improbitatem inusitatamque malitiam, qui tot mentibus persuadere potuisti, verbum Dei ab incesto & impudenti ore tuo manare, hærere autem in sponsæ diuinæ labris mendacium & inanitatem. Ita nimirum Helenam in Hecubam mutas, Faustinam in Lucretium. Sic vua Zeuxis volucres decipiebat, vacca Niconis tauros, nubes Iunonis miserandũ Ixionem libidinibus furentem. Sic Æneas vt Poetarum filii produnt, Ereusæ loco honestæ suauissimæque matronæ præstigiis olim tuis fascinoque lusus fugientis spectri inanitatem est complexus. Splendidæ illæ mentes, ornatæ prudentia, quas labor hic meus intuetur, id profecto non efficient: ibi enim Ecclesiam agnoscent, vbi Verbum est, ibi Verbum effatumque diuinum, vbi est Ecclesia. Hic vero confirmare ausim, non tantum esse inter nos interuallum (quod plerique sibi induxerunt in animum) vt minime coniugari & consociari posse videamur: neque enim tanta est propositi voluntatisque diuersitas, quanta est opinionum, quas titillans nouitatis amor inuexit: quas si quoque sigillatim accuratiusq; lubet dispicere, sic reperiemus, doctissimos quosque & intelligentes inter eos, qui se à nostra communione secreuerũt, deruisse plurimum de cumulo repugnantium sententiarum, qua minus

Digitized by Google

nus docti animi impotentia elati, iam præfracte obstinateque defendunt.

Et quidem Zanchius clare vt omnes exaudiant pronunciat, Ecclesiam Catholicam etiamnum esse veram Ecclesiam. Lutherus agnoscit suffragiorum & præsidii B. Virginis vtilitatem: ait suum esse cuique tutelarem Angelum, Sanctorum lipsana esse veneranda: admittit S. Petri & Pontificum Maximorum principatum, oportunum vsum indulgentiarum: Episcopum esse presbytero superiorem, nouæ legis sacerdotiũ, Canonicas horas Clericorum, cœlibem sacerdotum vitam: asserit opera bona esse ad salutem necessaria, seruare diuina mandata posse, consilia dari Euangelica: profitetur Eucharistiæ veritatem, sacrificium Missæ & in eo Melchisedecis ordinem: Sacramentum pœnitentiæ, priuatam scelerum confessionem: satisfactionem, sacramentum Ordinis & Matrimonii, Purgantẽ ignem, preces pro manibus, Ecclesiam labi & errare non posse, Romanam Ecclesiam esse honore dignam, atque veneratione, Baptismum omnino & absolute esse necessarium: Vatum prædictiones & scripturam omnem quam diuinitus afflati homines reliquerunt esse difficilẽ ad comprehendendum & intelligentia consequendum. neminem de salute sua certum & securum esse, Deum haud posse dici peccati autorem. Bucerus dies festos Cœlitum honori consecratos agnoscit, sacramentum item Confirmationis & sacras vestes: præterea disputans de Liturgia Anglicana cap. de sepulturis, preces memorat quibus in exequiis mortuorum vti solent. Melanchthon in Apologia & libro de triplici cultu sanctorum non repudiat vota quæ Religiosi concipiunt. Ecclesiam in aspectum cadere, constitutum fuit ratum & conclusum in Confessione Witembergica: In Anglicana vero probatur impositio manuum, Ordines Clericorum, Confirmatio, signi Crucis & Litaniarum vsus, Baptismi ceremoniæ atque funerum, Ecclesiæ ornamenta & sacrorum hominum vestitus. In Confessionibus item Augustana, Bohemica & Heluetiorum multa quidem de Ecclesiæ disciplina præscribuntur quæ à nostris moribus non abhorrent. Theodorus Beza in sua Confessione testatur se vehementer expetere vt vetus & pia consuetudo renouetur deferendi Eucharistiam tanquam viaticum ad ægrotos. Denique laxis vt ita dicam habenis & effuso cursu ad nos reueniunt, & maxime omnium Caluinus: quod forte multis paradoxum & incredibile primo aspectu videatur, eius tamen libris & Cõmentariis comprobari facile potest, è quibus eruam loca paulo post vberius, prout controuersiæ & rerum quæ exponuntur varietas postulabit, nunc autem inductorium veluti gustum exhibebo adscriptis fideliter ad marginem locis quæ proferuntur.

Præfat. sua Confeß.
Lutherus variis in locis.

Caluinus inquam agnoscit. I. Ordinem de sacramentis Ecclesiæ vnũ esse. II. Angelus fatetur hominibus opem & præsidium adferre, scire quoque ipsos atq; intelligere quæ facimus, atque adeo tum opera nostra tum pias precationes Numini offerre posse. III. Creandos instituendosq;

L. 4. c. 19. § 31. in fin. & li. 4. c. 14 § 20.
l. 3. c. 20 § 23 initio.
l. 4 c. 3 § 16. post initium.

4.l.3.c.20.§.24.
5.l.4.c.17 §.10.
6.l 4 c.17 §.32.
7.l.4.c.7 §.2.
8.l.4.c 9.§.8.
9.l.3.c 17 §.3.
10.l.2.c.15 § 3.
11.l 4.c.1 §.4.
12.l.4.c.3.§ 10.
13 l.4.c.6 §.16.
14.l.4 c.6.§ 15.
15 l.3 c 11.§.3.& c 17.§.3.
16.l.3.c,25 § 6.
17.l.1 c.13 § 3 & 4.
18.l.2 c.8 § 17.
19 l.2 c 8 § 32.
20.l.2.c.8 § 21.
21 l 3.c 20.§.21.
22.l 2.c.17.§. 1. versu fin.
23 Caluin in Psych. & Ep. 139.
24 Caluin Epist. 128. 129. 178 179 & tract. de reformatio. Eccles.
25. In Ep. 361.

endosque Ecclesiæ esse ministros impositione manuum. 4. Presbyteri vocem 1 ad Timotheum capite 4. officium non personam significare. 5. Sanctos in genere pro Ecclesia Deo preces fundere. 6. In Eucharistia non vere minus rem significatam, quam signum ipsum recipi. 7. Christum IESVM esse in Eucharistia, modum tamen ipsum capi animo & intelligi non posse. 8. Cum credere in Ecclesiam dicimur complecti etiam nos omnes sanctos qui feliciter ab hac vita migrarunt. 8. Inter fidei articulos id habendum esse quod in primis œcumenicis Conciliis decretum fuit. 9. Iusti hominis actiones eam mercedem habituras quam lex pollicetur. 10. Ecclesiam ab omnibus sæculorum ætatibus fuisse & futuram esse. 11. Extra Ecclesiam nullum salutis perfugium esse posse. 12. Neminem posse fungi munere atque officio in Ecclesia, nisi delectus & ad illud ipsum vocatus sit. 13. Antiquos non nisi honorifice de Romana Ecclesia locutos. 14. Sanctum Petrum Romæ diem extremum obiisse. 15. Opera bona atque laudabilia mereri apud Deum. 16. Quod esse in corpore mystico IESV Christi nequeamus, nisi certa & stabili communione cum sanctis cœlitibus sociemur. 17. Fas iusque esse aliis vocabulis vti quam quæ diuinis in libris ponuntur. 18. Secundum præceptum non spectare Angelorum imagines. 19. Ferias quasdam & festos dies neque malos repudiandosque videri neque lege prohibendos. 20. Proborum hominum vitam etiam liberis prodesse. 21. Cum sancti corpore mortui, animo viui pro nobis preces fundunt, id facere illos per Christum IESVM. 22. Gratiam nulla ratione meritis repugnare, quæ ex ipsa gratia procedunt. 23. Antiquos Patres certa custodia fuisse detentos priusquam Seruator hominum Deus naturam humanam induisset. 24. Reprehẽdi non posse quod Catholici aquam vino misceant in Eucharistia. 25. Non illius autoritate & consilio festos sanctorum dies in Ecclesia Geneuensi extinctos sublatosque fuisse: neque enim voluisse vnquam merito illos honore spoliare, sed tantum coercere illorum superstitionem qui quod vni Deo debetur ipsis tribuunt. Alias idem ipse Caluinus probat & admittit certam quandam absoluendi formulam quæ confessionem insequitur, optat vt singulis mensibus sacræ mensæ delitiis fruantur omnes, & Eucharistia ad ægros deferatur.

1 l.2.c.2 §.4.
2.l.3.c.4.§.38.39.
3.l.3.c.15.§ 2.
4.l.3 c 5.§.10.
5 l 4 c.18 § 11.
6.l.2.c.16 § 9.
7 l.4.c.15 § 7.
8 l.2.c.7 § 1.
9 l.4 c.10.§.20.ch.15. § 19 ch.17. § 43.
10.l 2.c.4.§.3.
11 l.4.c.12 §. 20. & 21. Ep. 190.

Quod ad cæteros fidei articulos & decreta, si nobiscum in iis probandis recipiendisque minus consentit, saltem à nobis stare antiquitatem fatetur, vt exponetur postea distinctius, nimirum 1. in controuersia De libero arbitrio. 2. De satisfactione. 3. De meritis bonorum operum. 4. De purgatorio. 5. De sacrificio Missæ. 6. De abitu Christi Domini ad inferos. 7. De discrimine inter Baptismum Seruatoris & S. Ioannis. 8. De diuinis mandatis facile conficiundis. 9. De Baptismi ceremoniis atque Missæ. 10. De remissione peccatorum. 11. De magno verni temporis ieiunio. 12. De Primatum & Patriarcharum dignitate.

Et aduersus Pighium libro de libero arbitrio non inuitus traditiones recipit moresque sacros ab omni antiquitate in hunc vsque diem propagatos.

Digitized by Google

pagitos Et literis ad Farellum detestatur schisma, clareque docet, nullam videri causam legitimam, cur se quispiam ab Ecclesia parente seiungat, quamuis næui atque labes in ea quædam sint, & vero etiam errores in doctrina.

Sadoleto vero cum respondet, fatetur Ecclesiam, cui Pontifex Romanos præsidet, Christi Ecclesiam existimandam. Et libro quarto, Institut. capite primo, §.18. his verbis concludit, *Nimium nobis arrogamus, si protinus audemus ab Ecclesiæ communione deficere, vbi non omnium mores vel nostro iudicio vel Christianæ etiam professioni satisfaciunt.*

Hic igitur nudo sinu obuiisque vlnis expectamus vos, ô viri, quos Caluinus cæterique eius mentis atque sententiæ Doctores tenent, vt excipiamus tanquã fratres, non modo ex eodem Genitore Deo natos, verum & deinceps ex eadem Ecclesia matre germanos. Adeste & in collum benigne irruite, in eos penates castamque domum è qua excessistis redite partem hereditatis cernite quæ vobis seruatur. Permittite, vos vt eorum more salutemus, qui post longam temporis inter capedinem, à dissitis oris terrarum ad suos redeuntes, amice & beneuole excipiuntur: reconciliata gratia firmior esse consueuit & stabilior, quam quæ nunquam fuit dissuta: & qui fato nescio quo dissenserunt, arctius deinde mirabili amoris nexu conglutinantur,

Nunc demum seditionum illa procella desonuit, bellorum fluctus posuerunt, resedit grauis ad importuna tempestas, etsi modo redeatis, illa horrida & infelicia tempora non redibunt.

Ter quater felicissima illa dies quæ hunc reditum sua luce prosequetur, memorabilis illa sane fuerit, lapillis candidis vnionibusque notanda, dies nimium exoptanda, quæ sola Ecclesiæ tranquillitatem, Galliæ vero communi omnium patriæ formam stabilemque pacem est allatura.

O Gallia Christianæ pietatis lumen, decus & ornamentum orbis vniuersi: tum nimirum tua lilia incredibili quadam odoris suauitate, cælum, terras, mariaque omnia complebunt: tum gloriæ velamentum te longe quam vnquam antea splendidius ornabit: honoris diadema ceruicem tuam circuncinget, preciosissimus instructus & cœlestis gratiæ choragium in natæ pulchritudini tuæ splendorem adiunget, qui te splendor super omnes omnium terrarum dominatus euehet & illustrabit.

Magne Rex qui illi moderaris, quique auorum sceptrum quatis manu, sed tanto potentius, quanto lilium celsitate sua humi serpentem hyssopum exuperat, an non illo, illo inquam die tuarum victoriarum tropœa cœlo definientur, cum sapienti industria tua, zizania malamque sementem hæreseos à frumento secretam, superstitionem eiectam è religione, schisma ab Ecclesia, ab hoc regno florentissi-

rentissimoque imperio tuo dissidium exterminatum, extincta opinionum diuortia cernemus? An non etiam sacro tridente summæ tuæ potestatis, sapientiæ & inuictæ animi fortitudinis atque roboris, tum exteris nationibus æmulis tantæ gloriæ motum iniicies, cum videbunt, in tot & tantis prouinciis tuæ ditioni subiectis florere iustitiam vna & Pietatem: Religionem & Politiam: fidem & Charitatem: Pacem & belli arbitrium? Quis tuorum inimicorum tam furiosus, tam proiectus ad audendum, qui in te quidpiam machinari, quis inuidorum de tui nominis gloria decerpere audebit? Tum indigitari verissime poteris Trismegistus hoc est, Ter-maximus Henricus: tum longe potiori iure, quā Imperator olim Romanus nominabere Delitiæ mundi, maiorum decus tuorum, Christianæ religionis firmamentum, præstabilium Regum exemplar, & Dynastarum omnium coryphæus.

Princeps cum iis, quos legitimo dominatu regit, conspirantis animi voluntate coniunctus tricorpor est veluti quidam Geryon, Centimanus Briareus, multorum millium oculorum Argus: Sicut è contra vbi dissidia vigent, & dissona mentium & opinionum varietas, Cræsus migrat in Irum, Achilles degenerat Thersiten, Polyphemus in Myrmidonem & pumilionem commutatur.

Quod autem seminarium discordiæ tam funestum, tam perniciosum cogitari potest, quis acrior perduellium aculeus, quæ maior fax & principium defectionis à Principe timeri vehementius debet, quam animorū in religione dissensio? Ex aduerso quis nexus arctior fingi queat, aut firmior animorum conglutinatio, quam quæ ex fide mutua charitate sociata existit? Cur igitur, ô nimium nouitatis studiosi, tanta contentione inuidetis hoc tantum boni patriæ, hanc omnium mentibus tranquillitatem, hanc regi vestro humanissimam voluptatem, triumphanti Ecclesiæ lætitiam, belligeranti præsidium, honorem ipsi numini, vobis animorum salutem? Cur Deo repugnatis? Cur mœrorem spiritui sancto creatis? quod delectamenti genus liquidique gaudii, quem honorem, quam securitatem & placidæ mentis statum percipitis, è secretis & discerptis opinionibus illis vestris, quo non multo vberiorem caperetis, è sanctorum communione, & amico fidelium consortio? Quid intueri in Moabi tentoriis potestis quod iure cum tabernaculis Iacobi magnis & speciosis componi queat? Quid est tandem in turbidis vndis Assyriæ, aut olido in cœno Ægypti, quod fontium illi perennitati æquari possit, qui fontes Edenæo in horto scaturiunt, in vno Ecclesiæ paradiso funduntur? Aduolate nunc igitur propiusque accedite, gustate, atque intimo animi sensu inexplicabilem suauitatem percipite: vos aliquando vt Sabæam olim Reginam docebit experientia, vix minima diuinissimarum voluptatum partem expositam fuisse vobis, quæ vos manent, quibus iucundissime frui potestis, si nobiscum lubet in eandem corporis societatem coire sub vno capite Christo Iesu. Sed à cuius manu atque ope, singulare hoc bonum expectari potest, nisi

Digitized by Google

nisi illius, qui globes orbium cœlestium compaginauit, qui tribus digitis terræ immensitatem sustinet, quique adspectibilis huius mundi fabricationem, ad sempiternas Archetypi illius primigeniique mundi ideas retulit? Ad illum igitur communi omnes animorum consensione feramur, in illo spem collocemus nostram, ab illo vim molitiones hauriant, ad eundem nostri omnes labores collineent. Ipsum oro quæsoq; supplex, vt vos oculis misericordiæ contueatur, è tenebris nouæ Ægypti & caligine vos eripiat, inurat in animis vestris tot gratiæ suæ vestigia, gloriæ monumenta, quot in his schedis apices literarum inuenietis. Ipsi pariter æquo animo sinite, vos vt orem, & totius animi corporisque viribus obtester, vt animos comparetis, eius vocem exaudiatis, in oculis diuinæ maiestatis candida & syncera mente versemini: nam vt poeta nescio quis illud præclare.

Quæcunq; mundi vult parens, hæc & potest:
Quæcunq; debet, vult idem rerum sator.
Sane tueri candidæ mentis viros
Rectaq; debet ille beneuolentia.

Elenchus Capitum IN LIBRVM QVI tractat de Ecclesia triumphante.

CAPVT I. De sanctissima Trinitate pag. 3.
II. De Iesu Christo, deque assumpta ab illo humanitate, p. 6.
III. Quod nascendo Christus parentis suæ castimoniam plane integram reliquerit, p. 11.
IV. Quod Christus rediens ab inferis clauso sepulchro in lucem prodierit, p. 15.
V. Quod Christus in conclaue Apostolorum fuerit ingressus nullo troitu patefacto, p. 18.
VI. Quod proprietate corporis gloriosi potentia semper nonnunquam etiam actu Christi corpus comitarentur dum adhuc inter homines morti obnoxius degeret, p. 22.
VII. Quod corpus Christi fuit, est, & erit in pluribus locis sine vllius proprietatis essentialis imminutione, p. 29.

De incomparabili & Augustissima Dei matre.

VII. Quod ab omni peccati contagione pura fuerit, p. 37.
VIII. Quod mater Christi voto se virginitatis obligauerit, & quod nulla ratione dubitarit de omnipotentia Dei cum Angelum interrogauit, quomodo fiet istud, p. 44.
IX. Quod mater Christi sit honoranda & hominum votis inuocanda. Quod eius preces plurimum apud Deum valeant.
X. De Titulis Mediatricis & reginæ, p. 54.
XI. De perpetua Dei matris virginitate, deque illius similitudie cum filio, p. 57.

De Angelis deque Cœlesti Hierarchia.

XII. Quod inter Angelos sit ordinum & hierarchiarum distinctio, p. 60.
XII. De Angelis hominum custodiæ & tutelæ præfectis, p. 72.
XIV. De S. Cœlitibus, deque præsenti eorum beatitate, p. 77.
XV. Quod sancti qui sempiterna gloria perfruuntur, pro nobis orent, p. 82.
XVI. De sanctorum inuocatione, p. 82.

XVII. De

Digitized by Google

XVII.De merito atque dignitate sanctorum,p.95.
XVIII.De honore Cœlitibus deferendo,p.95.
XIX.De latria,dulia,hyperdulia,& in genere de adoratione,p.98.
XX.De corporis demissione atque abiectione,de genuum inflexione,aliisq; signis intimæ reuerentiæ,p.101.
XXI.De imaginibus Christi, beatæ Virginis, Angelorum & Diuorum, p.104.
XXII. De forma & figura Seraphinorum, Cherubinorum & Teraphinorum,p.105.
XXIII.De reliquiis,p.120.
XXIV.De peregrinationibus, quæ ad loca sanctitate & Diuorum reliquiis illustria pie & religiose suscipiuntur,p.129.
XXV.Quod sit distinctio in felicitate & gloria beatorum, p.135.
XXVI.De consecratione seu canonizatione sanctorum,p.138.
XXVII.Quod consentaneum sit publico iudico quosdam in numerum beatorum ascribere,p.140.
XXVIII.Cuius proprium munus sit vita functos cum Cœlitum honoribus & religione coniungere,p.142.
XXIX. Quod in viuorum memoria consecranda Ecclesiæ iudicium & summæ Pontificis renunciatio errare non possit,p.144.

In Librum Secundum qui tractat de Ecclesia militante.

CAP.I.De Ecclesia,p.160.
II.Quod militans Ecclesia sit visibilis,p.162.
III. Quod in Ecclesia boni & mali prædestinati & reprobi inueniantur, p.165.
IV.De notis veræ Ecclesiæ,p.168.
V.De aliis duabus illustribus notis & certissimis veræ Ecclesiæ, p.177.
VI.Quod Ecclesia in antiquissimis Conciliis expressa eadem omnino sit,quam etiamnum Catholici profitentur,p.184.
VII.de Conciliis & earum authoritate,p.203.
VIII. Quod S. Petr. Apostolorum princeps fuerit,& Christi Iesu in Ecclesia procuranda vicarius,p.211.
IX. Quod summi Pontifices sint Diui Petri successores,& quod legitime electi, iure quodam hæreditario eius dignitatem & principatum assequantur,p.219.
X.D.Petrum fundasse,administrauisse,& ad extremum proprio sanguine Deo consecrasse Romanam Ecclesia,p.224.
XI.De Romana Ecclesia,p.228.
XII.Romanum Pontificem dici non posse Antichristum, p.231.
XIII.Apologia pro summis Pontificibus,p.236.

XIV. De fabulosa & ementita Iohanna, quam Papissam vocant, 259.
XV. De honore qui summo Pontifici defertur, deque pedum osculatione, p.270.
XVI. De Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, p.284.
XVII. Ab omni hominum memoria aditum fuisse Pontificem maximum, vt visibile Ecclesiæ caput, tum ad fidei controuersias terminādas, tum ad mores & ecclesiastica negotia rite & ordine componenda, p.291.
XVIII. Episcopum vrbis Romanæ D. Petri successorem, sacris Ecclesiæ Comitiis seu Conciliis præesse debere, p.293.
XIX. De sacra scriptura, p.295.
XX. De scripturæ sacræ in linguam aliam versione, p.300.
XXI. Qua lingua diuina scriptura legi debeat in populi cœtu & concione, p.304.
XXII. De facilitate aut difficultate sacrarum literarum, 306.
XXIII. Non cuiuslibet esse priuati hominis diuinam scripturam è proprio sensu interpretari, p.314.
XXIV. De miserando & horribili lapsu trium virorum illustrium, quod ingenio nimis suo opinionique tribuerent, p.318.
XXV. De libro Estheris, p.322.
XXVI. De libro Baruch, p.323.
XXVII. De precatione trium puerorum, de qua Danielis, c.3. p.324.
XXVIII. De Susannæ historia, p.325.
XXIX. De historia Beli Draconis & Habacuc, p.326.
XXX. De libro Tobiæ, 328.
XXXI. De libro Iudithæ, 329.
XXXII. De libro Sapientiæ, 330.
XXXIII. De Ecclesiastico, 332.
XXXIV. De primo & secundo libro Machabæorum, 333.
XXXV. De traditionibus, 340.
XXXVI. De quadragesima, quatuor temporibus, peruigiliis abstinentia diei Veneris atque Sabbati, deq; aliis Ecclesiæ ieiuniis, 360.
XXXVII. De abstinentia quod attinet ad ciborum delectum & qualitatem, 345.
XXXVIII. De cinerum ceremonia, deque luce eidem rei consecrata, 361.
XXXIX. De ceremoniis generatim, 363.
XL. Signo crucis, quod motione dextræ manus effingitur, 365.
XLI. De signo crucis varia in materia illigato & expresso, 369.
XLII. De sanctissimo Iesu nomine, deque honore qui illi tribuitur, 374.
XLIII. De aqua lustrali, 389.
XLIII. De olei & chrismatis sacri vsu & benedictione, 393.
XLIV. De cereis agni imagunculis, deque sigillaribus, & granis benedictis, 396.

XLV. De

Digitized by Google

XLV. De precibus vernacula lingua conceptis, 399.
XLVI. De templorum dedicatione & consecratione altarium, 401.
XLVII. Quod fas licitumq; templis atq; altaribus pulcherrimas instructus & ornatus adhibere, 406.
XLVIII. De cœmeteriis, & sepulchrorum religione, 408.
XLIX. De sepultura, deque cerimoniis, quæ in iustis funebribus obseruantur, 411.
L. De sacra suppellectili atq; ornamentis, 414.
LI. Ecclesiam pretiosissimis semper vasis & exquisitis ab omni hominũ memoria vsam fuisse, quæ profanæ manus non attingerent, 418.
LII. De Calicibus atque linteis quibus aræ exornantur, 421.
LIII. De thure incendendo, 422.
LIV. De supplicationibus, deque publicis precationibus, quæ rogationes nominantur, 425.
LV. De cereis, facibus reliquisq; luminibus, 428.
LVI. De organis, instrumentis musicis, & campanis, 431.

In librum tertium qui etiam tractat de Ecclesia militante.

CAP. I. De mandatis diuinis quæ vna decalogi nomine comprehenduntur, p 441.
II. Quod diuinæ gratia freti obseruare omnia mandata possimus, 453.
III. De festis diebus, ad Dei parentem aliosque Cœlites honorandos, institutis, 456.
IV. De Cathedra S. Petri, 461.
V. De loco sepulturæ beatorum Apostolorum atq; sanctorum Petri & Pauli, 468.
VI. Inter peccata quæ ab hominibus admittuntur vnum esse alio grauius, vnum veniale, mortale aliud esse posse, 472.
VII. De libero arbitrio, 477.
VIII. De concupiscentia quæ post baptismum in regeneratis manet, 487.
IX. Quod fides iustum efficere hominem sine operibus nequeat, 493.
X. De iustificatione, 499.
XI. Bona opera diuina gratia nixa sempiternam beatorum vitam digne promereri, 501.
XII. De operibus quæ ab satisfaciendum referuntur, 505.
XIII. Quod sine intima & clara Dei monitione nemo certe scire possit, se diuino gratiæ dono ornari, 511.
XIV. De Consiliis Euangelicis, deque operibus quæ supererogationis nominantur, p. 520.
XV. De votis generatim, 526.
XVI. De votis quæ à religiosis nuncupantur, 531.
XVII. De cœlibi vita Clericorum, 535.

Digitized by Google

XVIII.De cœlibe vita Laicorum,p.521.
XIX.De corona sacerdotum,p.548.
XX.De tonsura propria religiosorum & Nonnarum,p.554.
XXI.De vestitu Monachorum & aliorum religiosorum,p.557.
XXII.De horis Canonicis quæ vulgo in templis tum à religiosis,tum ab aliis recitari solent,p.560.
XXIII.De breuiario & eius antiquitate,p.570.
XXIV.De decimis quæ vetusto more Ecclesiæ persoluuntur,p.572.
XXV.De exemptionibus & immunitatibus Clericorum,p.577.

De Sacramentis.

XXVI.De Baptismo & eius necessitate,p.582.
XXVII.Quod baptismi Sacramentum ingruente necessitate, à quolibet,seu fœmina fuerit,administrari possit,p.586.
XXVIII Baptismum Ioannis non perinde ac seruatoris voluisse ad animi labes expiandas,p.588.
XXIX.de Baptisterio,p.590.
XXX.De benedictione aquæ baptismi,p.591.
XXXI.De S.Chrismate,p.593.
XXXII.De abrenunciatione,p.594.
XXXIII.De sale quod immittitur in os eorum qui baptizantur, p.595.
XXXIV.De saliua,p.596.
XXXV.De exsufflatione in baptismo,p.596.
XXXV.De trina immersione siue aspersione,p.599.
XXXVII.De candidis vestimentis atq; funalibus,p.600.
XXXVIII.De sponsoribus quos patrinos vulgo nominant, p.601.
XXXIX. Antiquæ legis Sacramenta non eadem & virtute pollere, qua nouæ legis mysteria,p.603.
XL. Tribus in Sacramentis baptismo ordine confirmatione, intimum quendam in animo caracterem inuri,qui deleri nequeat,p.605.
XLI.De Sacramento confirmationis,p.609.
XLII.De Sacramento pœnitentiæ,& confessione priuata,p.615.
XLIII. Culpa remissa non semper omnem exhauriri pœnam diuino iudicio debitam,cui faciendum sit necessario,idq; vi meritorum & perpessionum Christi Iesu,p.626.
XLIV.De Eucharistiæ veritate,p.633.
XLV.S. Patres credidisse atque adeo in communi docuisse Christum in Eucharistia esse adorandum,p.637.
XLVI.De transsubstantiatioe,p.640.
XLVII.Admiranda Eucharistiæ breuiter enumerantur,p.653.
XLVIII.Æternam sapientiam Eucharistiæ figuras prædictionesque Vatum admirabiliter perfecisse,p.654.
XLIX.De augustissimo Sacramento & sacrificio Missæ.p.655.
L. Quod liturgia & solenne aræ sacrificium sit propitiatorium, pag. 665.

LI.Sa-

Digitized by Google

LI. Sacrificium Melchisedecis aræ Christianæ augustiq; sacrificii adumbrationem fuisse, p.675.
LII. Sacrificium Missæ præsignificatum fuisse à Malachia, p.679.
LIII. Quod sacro in Calice ab omni tempore hominum memoria hosemper aqua vino mixta fuerit, p.681.
LIV. De communione sub vtraq; specie, p.684.
LV. De Missis priuatis hoc est, in quibus nemo vno excepto Sacerdote sumit Eucharistiam, p.691.
LVI. De Missis quæ in Cœlitum honorem celebrantur, p.696.
LVII. De Sacramento ordinis, p.699.
LVIII. De Subdiaconis, Acolitis, Exorcistis Lectoribus & Ianitoribus Ecclesiæ, p.704.
LIX. Quod Episcopus gradu & dignitate Presbyterum exsuperet, pag. 709.
LX. Quod Diaconi Presbyteris inferiores semper fuerint, quod non modo ad erogandas olim Eleemosynas ab Episcopo legerentur, verum etiam vt Sacerdoti ad aram inseruirent, legerent Euangelium, & cæteris piis functionibus adessent, p.712.
LXI. De potestate adiurandi Energumenos & Catechumenos, p.716.
LVII. Quod bigami à sacris ordinibus arceantur, quodque ad eos iam inde à temporibus Apostolorum admissi non fuerint, p.719,
LXIII. De matrimonii Sacramento, p.722.
LXIV. Quod propter adulterium coniugibus fas licitumq; non sit, de aliis nuptiis cogitare, p.726.
LXV. De affinitate spiritali, quæ in baptismo contrahitur, p.729.
LXVI. Affinitatis & naturalis cognationis gradus societatem matrimonii legitimam ab omni hominum memoria impediuisse, p.730.
LXVII. De extrema vnctione, p.732.
LXVIII. Quod à temporibus Apostolorum omnibus omnino ætatibus in Ecclesia vera miracula hominum generi suspicienda fuerint, p.735.

Liber Quartus, qui tractat de Ecclesia patiente.

CAP. I. De purgatorio, p.743.
II. De sacrificio mortuorum causa offerri consueto, p.753.
III. De indulgentiis, p.756,
IV. De clauibus & potestate quam Christus D. Petro, successoribusque concessit, p.765.
V. Discrimen & varietas indulgentiarum, p.769.
VI. Indulgentiarum antiquitas, p.769.
VII. De indulgentiis mortuorum causa concessit, p.771.
VIII. De Limbis, p.774.
IX. De Limbo puerorum infantium, p.779.

X.De

X.De inferis,p.781.
XI.De apparitione animarum & præsertim Vatis Samuelis,p.784.
XI.De prædestinatione,p.789.
XII.Neminem de sua prædestinatione certum esse posse, nisi Deus singulari priuilegio id aperuerit,789.
XIII.De causa peccati, Deum permittere, illud tamen non velle & maiestatem illam diuinam non creasse hominem in perditionem, 802.
XIV.Deum esse liberum in agendo, iisq; in rebus quæ sunt extra ipsum. procreandis,p.812.
XV.Parentem rerum omnium Deum posse omnia, eiusque potentiam plenam & absolutam esse.p.817.
XVI. Sempiternam fœlicitatem & gloriam dari prædestinatis, non vt gratuitum modo munus, sed vt præmium quoque & mercedem, coronamque iustitiæ, licet prædestinatio secundum se totam sit gratuita,p.825

Digitized by Google

DE ECCLESIA TRIVMPHANTE.

LIBER PRIMVS.

Origenes in Procemio lib. I.

περὶ Ἀρχῶν.

Orig. in procem. li. primi περὶ ἀρχῶν.
Cum multi sint qui se putent sentire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur vero Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in Ecclesiis permanens: illa sola credenda est veritas quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.

Cum multi sint qui se putent sentire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur vero Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita & vsque ad præsens in Ecclesia permanens. Illa sola credenda est veritas quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.

S. Basilius Epist. LX. ad Eccles. Antioch.

Basil. Epist. 60. ad Eccl. Antioch.
Πίστιν δὲ ἡμεῖς οὔτε παρ᾽ ἄλλων γραφομένην ἡμῖν νεωτέραν παραδεχόμεθα, οὔτε αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας γεννήματα παραδιδόναι τολμῶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώπινα λογίζωνται τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα· ἀλλ᾽ ἅπερ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσιν ἡμᾶς διαγγέλλομεν.

Nos vero nouam descriptam ab aliis fidem non admittimus, ac ne ipsi quidem mentis & ingenii nostri fœtus audemus efferre, ne quis verba quæ ad religionem spectant putet esse humana: sed si quis forte nos interroget, ea proponimus quæ Sancti Patres nos perpetua successione docuerunt.

Digitized by Google

DE SANCTISSIMA TRINITATE.

CAPVT I.

IN nostræ fidei capitibus, vix vllum forte reperietur, quod sator mendacii Dæmon acrioribus machinis & maiori contentione oppugnarit, quàm quod spectat ad sanctissimam Trinitatem. Montanus imprimis Deum vt essentia, sic persona vnum esse aiebat. Praxeæ fuit opinio, Patrem, filiũ, & Spiritum sanctum externas modo esse nominationes, æque enim tres illos humanam naturam induisse. Haud absimilis fuit Noeti impietas, qui non minus à persona Patris & diuini Spiritus, quam à persona filii liberatum genus humanum existimabat. Petrus Gnapheus inusitata audacia Trisagio quiddam adiungi voluit, cum diceret *Deus sanctus, Deus fortis, Deus immortalis qui pro nobis fuisti crucifixus*; quæ causa fuit cur eius sectæ homines Theopaschitæ nominarentur. Sabellius asserebat vnum & eundem in veteri Testamẽto Patrem indigitatum, in nouo filium post Pentecosten Spiritum sanctum. Ariani Patrem filium & Spiritum sanctum essentia voluerunt esse consimiles, substantia vero discretos. Qui Donati væcordiam exceperunt essentiam vnam quidem admittebant, sed filium Patre, Spiritum vero sanctum vtroque minorem censuerunt. Eunomiani in diuinitate dispares substantias machinati sunt, cum auro vnam, alteram cum argento, tertiam cum ære componentes. Faustus Manicheus triplici appellatione vnum se DEVM colere profitebatur. Sabelliani quasi è formula Iudæorum Deum vnum, vnam item personam agnoscebant.

S. Hier. epist. 54 ad Marcellum.
Tertull. adu. Prax. init.
Epiphanius, hæresi 57.
Philast. hæres. 36.
Aug. hæres. 36. to. 6.
Hilarius passim in libris de Trinit.
Epiphan. hæresi 42.
August. de Verbis Domini in Matth. serm. 11 ca. 3. tom. 10.
Athan. disput. in Nicæno conc. cont. Arium.
Ἄρειος εἶπεν ὁμολογῶ ὀρθῶς εἰρῆσθαι τοῦτο τὸ περὶ τῆς ὁμοιότητος, τὸ δὲ τῆς οὐσίας ἰσότητα τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ οὐκ ὀρθῶς ἔχειν φημί.
Basilius l. 5. contra Eunomium.
August. hæres. 49. tom 6.
Philastrius de Eunomianis. hæres. 21. in catal. hæretic. qui fuerunt sub Apost.
August. l. 20. contra Faustum c. 2 tom. 6.
Leo Pap. epist. 93 c. 1.

Caluinus in hac disputatione de Trinitate, varius sane volubilisque fuit, neque in tanta inconstantia & mobilitate, quo eius mens atque oratio collinearet, viri doctissimi liquido scire potuerunt. Nam cum vident quæ statuerit aliquãdo in Seruetũ, quem fidei perduellem merito incendio vita spoliauit, cumque è multis grauibusque sententiis fidem

ipsius metiuntur, non possunt non Orthodoxũ eum existimare. Nam in opere illo suo, nihil ponit, quod Catholicæ fidei integritatem violare possit: Nouum illum Samosatenum acertimè reprehẽdit, quod clarissimum & innocentissimum Athanasium impudenti & impia annominatione Satanasium dixisset, fabricantem videlicet Deum, Geryonis instar Cerberique tripertitum: vehementissime hominis insolentiam coarguit, quod Nicæni Concilii Patres, cœcos, sophistas, & Satellites Antichristi nuncupauerit. Porro in tribus, Serueti fanatici hominis impietas versabatur, nam Deum aiebat esse vnum, sine vlla personarum distinctione: IESVM Christum ante assumptam carnem non fuisse nisi in idea atque mente æterni Patris: diuinitatem illi communicatam, gratia tantum, & Numinis inhabitantis singulari dono atque munere, non æquali substantia aut sempiterna generatione: proinde vocari Deum quidem potuisse, sed cum modo, videlicet Deum factitium, Deum temporarium, Deum creantis Dei opificium, quæ Nestorii est contumeliosa in diuinitatem Verbi dementia, plena furiosissimæ impietatis.

Seruetus lib. 5. de Trinit. p. 189

Theodorus Beza Doctoris sui vestigia sequitur, pari orationis libertate infando Serueto exprobrat contumeliosi oris blasphemias, omnemque mouet lapidem, vt vere in hac re Catholicus minime fictus & adumbratus fuisse videatur.

Alii vero diligentius rem intuentes, conferentesque inter se varias Caluini sententias, alia omnia de eodem senserunt. Nam cum vellet hominem sibi inimicum de medio tollere, quem pridem infesto odio crudelissimis exitiis deuouerat, illum aiebant, vt causa aliqua iusta necandi, excruciandique sontis fuisse videretur, vim, nomen, & auctoritatem Catholicæ Ecclesiæ mutuatum; quemadmodum cum aduersus Libertinos agit, qui Deum peccati autorem faciebãt, & triumphi cupiditate incenderetur, quo gloriari deinde posset, abs se victos prostratosque illos fuisse, non aliis quam Doctorum Catholicorum armis & rationibus oppugnauit, cum tamen aliis in locis, paria cum Libertinis sentiat, & sub iisdem signis auspiciisque belligeret. Hæc nimirum eius in docendo fuit ratio, mentem & orationem suam, vt nauigium, ad omnes ventos & tempestatem accommodaret. Ex quo certe non modo in hac, sed in alia omni disputatione, tria quædam documenta licet eruere. 1. est, in ore eo, vix tutam & incolumem hærere veritatem, quod simul calidum frigidumque aspirat. Alterum, si Caluinus videatur aliquando sequendus, tum id tantum faciendum videri, cum vniuersæ Ecclesiæ menti sensuique congruit. Tertium, cum accusatur, cum excusatur idem ipse à Catholicis, id non ab aliqua eorum leuitate & oppositione fieri, sed ab eius veteratoria agendi ratione, qui in eodem Circo modo huic, modo contrariæ factioni se addicat.

Instit. l. 1. c. 13. §. 5. Si ergo temere non sunt inuen-

Ita constat, cupere illum primo Institutionum suarum libro, nomina

mina illa perpetua obliuione sepeliri, Trinitatis, Personæ, Hypostasis, Consubstantialis, dummodo cesset omnis opinionum dissensio, quæ sæpe ex vocum varietate generatur: vult tamē constare inter omnes hāc fidem, Patrem, & filium & Spiritum esse vnum Deum, nec tamen aut filium esse Patrem, aut Spiritum filium, sed proprietate quadam esse distinctos.

ta nomina, cauendum est, ne ea repudiando suspecti temeritatis arguamur. Vtinam quidem sepulta essent: constaret modo hac inter cēs fides, Patrem & Filium, & Spiritum esse vnum Deum, nec tamen aut Filium esse Patrem, aut Spiritum Filium, sed proprietate quadā esse distinctos.

Scribit eodem libro diuinas personas nihil esse aut significare aliud, quam subsistentias tres in essentia Dei, ordine collocatas: & tamen ibidem *Personam* ita definit, *Personam igitur voco subsistentiam in Dei essentia, quæ ad alios relata, proprietate incommutabili distinguitur.*

Primo libro Institutionum cap. 13. sect. 19. ea ipsius est oratio, is loquendi modus, vt non sine causa Lindanus, Genebrardus, Canisius, in numero Autotheanorum Caluinum ponant, quod cum illis neget filium à Patre, aut Spiritum ab vtroque essentiam suam capere. Et quidem in Epistola ad Polonos, quam scripsit anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, aperte repudiat, & aspernatur loquendi rationem, qua primum vsi in Nicæno Concilio Patres, deinde Constantinopolitano & Ephesino fuerunt, *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* Sæpè tamen alijs in locis tueri videtur contrarium & explicare, quod à pio & doctissimo Cardinale Bellarmino fuit animaduersum: nam in citato Institutionum loco docet filium generatum esse à Patre, & vnicam numero essentiam in personis tribus reperiri: Et paulo post, Patris essentiam communicatam esse filio. Præterea, essentiam ab Hypostasi re non distingui. Ex quibus nihil aliud potest colligi, quam Caluinum fuisse Cothurnum, & Polypi mentem habuisse, qui colores pro animi sui libidine indueret, & opinionum suarum cursum ingenij leuitate moderaretur.

Linda. *in 2. Dubit.*
Genebr. *l. 1 de Trinit.*
Canis. *præfat. in lib. de S. Io. Baptista.*

Bellarm. *lib. 2. de Christo c. 19.*
Calu. *l. 1. Institut. c. 13. §. 16. 19 & 25.*
§. 19. Siquidem in vnaquaque hypostasi tota intelligitur natura cum hoc, quod subest sua vnicuiq; proprietas.

Valentinus Gentilis in disputatione de Trinitate viuis eum aculeis pupugerat, & quia identidem inculcabat, & sine ratione, Patrem esse αὐτόθεον, & plurimos in eam mentem inducebat, vti crederent, essentiam Patris solam esse vere diuinam, solam increatam; Caluinus hominem refutabat, cum diceret, filium esse αὐτόθεον, hoc est, à seipso Deum, essentia inquam non minus quam Patrem αὐτόθεον, cum essentia vnius, sit natura substantiaque alterius; & si quando de generatione, de productione, & processione mentio fiat, id esse de personis tantum, non de essentia intelligendum. Denique tametsi Pater sit αὐτούσιος, ipsam tamen αὐτουσίαν naturæ conuenire, quæ personis tribus est communis.

Ad eandem doctrinam se Beza volens adjungit, cum in Axiomatis suis profitetur, Dei filium esse ab omni æternitate à Patre, ea totius essentiæ communicatione, quæ fando explicari nequeat. Iosias Simlerus, qui Caluini etiam Theologia gloriatur, in Epistola ad Polonos, his verbis Doctoris sui mentem exponit, *Non negamus filium habere essentiam à Patre, sed essentiam genitam negamus.* Atque ex his perspicuum est, in hac omnium grauissima tractatione, quæ iure in Caluino reprehendantur,

potiſſimum hæc eſſe, veræ imprimis Theologiæ ignorationem, certas item loquendi rationes nouas & inuſitatas, quæ poſſint offendere, ad extremum, non ferendam illam animi elati & ſuperbientis audaciam plenam inconſideratiſſimæ temeritatis, qua Patres in Nicæno Concilio legitime aggregatos, homo è luto & argilla factus redarguit.

Conciliatio.

Conciliatio in hoc ſita eſt, Omnes vt fateantur, in myſterio auguſtiſſimo Trinitatis vnam tantum eſſe naturam, eſſentiam, ſubſtantiam: Proceſſiones ſiue Emanationes duas: Tres Perſonas aut Hypoſtaſes: quatuor relationes: quinque notiones perſonarum proprias. Quod ſi quis animo inflatus, & doctrinæ præiudicio repugnet, Caluinum obijciemus, hæc ſua quadam Epiſtola pronunciantem, *Quoniam voces iſtas Trinitatis & perſonarum plurimum Eccleſiæ Chriſti commodare intelligimus, vt & vera Patris, filij & Spiritus ſancti diſtinctio clarius exprimatur, & contentioſis controuerſiis melius occurratur, ab his vſque adeo non abhorremus, vt eas libenter amplexemur, ſiue ex alijs audiendæ, ſiue à nobis vſurpandæ ſint.*

Caluin. Epiſt. 550.

DE IESV CHRISTO DEQVE ASSVMPTA AB ILLO HVMANITATE.

CAPVT II.

CVM in hoc diuino myſterio, communium exitiorum, quæ in hominum vitam ſalutemque redundarunt, ſit tam præſens tamque exquiſita medicina, ſæuus animarum prædo Cœlique hoſtis nihil omiſit, quod eius fidem aut labefactare in Chriſtianis, aut in Barbaris religione vacuis impedire poſſet. Iaque his quidem vana ſuperſtitione obſtrictis, pro æterno Patre, qui filium nobis donauit, mortique expoſuit, humani generis eluendi cauſa in ſcelerum ſorde & cœno volutati, Saturnum obijcit liberos deuorantem ſuos. Pro Verbo, ſapientia non creata, atque à diuina mente Genitoris manante, Mineruam è Iouis capite exilientem molitur. Pro Virgine nouo & inaudito miraculo parturiente, neſcio quam Danaen pingit aureo imbre fœcundam. Sciebat Dei filium illibata ſuæ parentis integritate ortum habiturum: igitur Tyndaridas ex oui putamine in lucem venientes efformat. Seruator hominum immenſam poteſtatem

Iuſtin. Apolog 2. ad Imperat. Anton.
Εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένου τῷ ὕδατι πνεύματος Θεοῦ, τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δὲ ὁμοίως

ſtatem in vndas atque fluctus oſtendit, vel cum ſicco veſtigio in liquido mari inambulauit, vel cum imperio ventos & tempeſtates compreſſit, ipſe Neptunum proinde ſuum & Tritones excogitauit. Nullus erat tam inſitus morbus, aut periculoſa hominum ægrotatio, quam non CHRISTVS admirabiliter ſuſtulerit: ſuos hic Apollines & Æſculapios iactat. Ille in Inferos inque hominum vitam, plenam & perfectam dominationem habet, hic proinde Plutonem & Parcas inducit. Suum ille corpus & ſanguinem, ſub integumentis panis atque vini reliquit, hinc nimirum ficti à Dæmone Bacchus Cereſque: ille inſuetam naturæ mutationem, quam tranſſubſtantiationem Theologi appellant, arcanæ vi vocis inducit, ſic fabulam Meduſæi capitis ſubornauit, quod homines in ſaxa mutaret. Pro natura humana è fati faucibus erepta, Andromedam fingere libuit à Perſeo liberatam. Chriſtus ad inferos deſcenderat ad ſanctos Patres, è diuturna ſeruitute & caligine vindicandos, eo quoq; æmulus diuinitatis ad Theſeum eruendum fortem & inuictum Herculem amandat. Ille de viuis mortuiſque ampliſſima auctoritate feret ſententiam: hic Iudices qui de Manibus cognoſcerent Rhadamantum & Minoa renunciauit.

ποιησάμενοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν οὐκ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐννοηθέντα τὸν Θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Ἀθηνᾶν.

Sed cum illa offuſa mentibus caligo, & Gentium vetus impietas, ſuperſtitioque idolorum eſſet eiecta, Chriſti ortu ſplendidiſſimi Solis animorum; idem ipſe Python ſerpens, cuius os atque pectus fœtum malitia eſt & improbitate, Hæreſin machinatus eſt Idololatriæ geminam & germanam, qua cum Chriſti diuinitatem aliquandiu oppugnauiſſet, in eiuſdem poſtea humanitatem arma conuertit. Itaque Saturnianis vel Saturnilianis cum nefarium dentem infixiſſet, perſuaſit facile, vti crederent IESVM Chriſtum nullo fuiſſe corpore præditum, ipſam carnem quæ oculis obijciebatur, inanem eſſe quandam vmbram atque imaginem, non ſolidam naturam. His profligatis emittit Valentinianos, qui cœleſte illi corpus tribuerunt, quod ſanctiſſimum Dei matris vterum quaſi ductum & canalem quendam prætervectum, nullam humanæ ſubſtantiæ particulam decerpſerit. Marcion & Cerdon quinquaginta poſt annis docuerunt, externa tantum ſpecie, & falſa intuentium opinione, hominem illum fuiſſe. Apelles corpus illi quidem conceſſit, ſed aereum è ſpirabili natura, aut quibuſdam alijs elementis, quod corpus introitu in cœlum, cuique elemento ſui generis partes reliquerit. Manichei anno ducenteſimo ſeptuageſimo humanam filij Dei naturam diuinæ particulam auræ eſſe aiebant: carnem oſtendiſſe quidem illum quaſi natiuis coloribus tinctam, non veram tamen neque ſolidam, proinde quæ de perpeſſionibus eius dicerentur atque morte, opinabantur eſſe præſtigias. Baſilides paulo ante ſomniauerat, Chriſtum ſuorum dolorum quaſi vicarium ſubſtituiſſe Simonem Cyreneum, cui non modo crucem ferendam, ſed vultum etiam ſpeciemque ſuam tribuerit: eumq; procul ſtantem, & quæ fierent quæq; gererentur omnia contemplantem, irriſiſſe Iudæos, qui opinione ſua deluſi, in Simonem

Iren. lib 1 cap. 22.
Epiph. hær 23.
Philaſt. tom. 4. bibl. PP. catalog. poſt paſſ. Chriſti nu. 3.
Theodor. l. 1. hær. fab. initio.
Tertul. aduer. Valent. c. 12. & de præſc. ad hær. cap. 49.
Phil. to. 4. Biblio. PP. cat. hæret. num. 10.
Aug. hær. 11. tom. 6.
Theod. hær. fab. l. 1. init.
Iren. lib. 1. c. 29.
Tert. de præſcr. c. 51.
Phil. tom 4. Bibl PP. n. 17.
Aug. hæreſ. 21. & 22. tom. 6.
Nicetas l 4. c. 16.
Tertul. de præſcr. c. 51.
Epiph. hær. 44.
Aug. hær. 23 tom. 6.
Hil. l. 6. de Trinit. init.
Hieron. ad c. 14. Marci.
Ruſin. in ſymb. habetur inter opera Cypr.
S. Leo ſer 4. Epiph.
Damaſc. de hæreſ. in medio libri.
Liberat. in Breuiar. c. 12.

Digitized by Google

monem animorum suorum acerbitatem crudelitatemque expromerent. Nestoriani duas illi hypostases seu personas affinxerunt, diuinam vnam, alteram humanam. Monothelitæ contra voluntatem vnam atque mentem, vnde nomen consecuti sunt. Eutychiani noua & audaci confusione vtrumque miscentes, vt vnam asseruerunt esse personam, ita & vnam tantum naturam.

Conciliatio.

Iam vero coimus, omnes pariterque sentimus, non modo hæretica hæc esse atque ridicula, sed etiam furiosæ væcordiæ plena. Communi animorum consensione tam absurdas tamq; impias de Christo opiniones auersamur & damnamus: E contrario quæ sequuntur propositiones vnius sententiæ conspiratione defendimus.

Vt in mysterio Trinitatis tres personas veneramur in vnica substantia & natura: sic contra in assumptæ carnis opere illo mirabili, tres naturas profitemur, tresque substantias in vna persona, nimirum Verbi naturam, spiritalis animi substantiam & corporis concretionem, quæ omnia sola hypostasi filij Dei sustinentur. In mysterio Trinitatis tres dicuntur, & non tria, vnum, non vnus, alius & alius, non aliud & aliud, distinctio & non differentia. Hic autem tria, & non tres, vnus & non vnum. In priori illo, tres personæ reperiuntur reipsa inter se distinctæ, nulla tamen ratione differentes: in hoc autem tres substantiæ plane dissimiles, non subsistétia diuersæ. Ibi persona alia atque alia, res tamen vna: hic in rerum varietate vna persona. Ibi substantia vna, & tres hypostases, hic hypostasis vna tresque substantiæ. Denique Numinis essentia trina est, non triplex, Christi IESV substantia triplex non trina.

Athan. in symb.
Ὥσπερ γὰρ ψυχὴ λογικὴ καὶ σὰρξ εἷς ἐστιν ἄνθρωπος· οὕτω θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστι χριστός.

Nulla fuit in his naturis facta confusio, vt fatue quondam Eutyches, non hypostaseon contemperatio, vt Nestorius impie garriebat: mentes enim duæ atque voluntates, geminæque naturæ, vnum IESVM Christum efficiunt, non secus ac mortales vniuersi ex corpore & animo componuntur.

Eo temporis puncto, quo beatissima Virgo dictis Angeli Gabrielis consensit, corpus Christi in vtero virgineo omnibus suis partibus fuit distinctum, & exquisite affabrefactum, Spiritu sancto è purissimo illius sanguine id moliente. Quo eodem momento felicissima illius anima procreata fuit diuinitus, & vtraque pars diuinæ hypostasis accessione cum diuinitate copulata. Cæterum actio illa omnis vt externa, & ab artifice manans, Trinitati communis est; vt secundâ personâ terminata, Verbi tantum propria. Neque dicendum est naturam diuinam sibi humanam consociauisse personam, sed potius diuinam personam sibi naturam hominum iunctam esse voluisse, cum Dei filius, partus fieret hominis, qui in aspectum non cadebat, visibilis: qui violari non poterat, perpessionibus obnoxius, æternus denique, mortalis fieret: & omnium rerum effector, creatura.

Hinc nimirum est idiomatum illa communicatio, siue loquendi ratio-

rationes, quibus quod vnius tantum naturæ est proprium, toti personæ tribuitur. vt cùm Deus generatus, Deus in cruce fixus, Deus mortuus dicitur, aliaque huiusmodi, quæ verè vnius hypostaseos ratione efferuntur.

Propter hanc hypostasin & subsistentiam, quæ à natura diuina re non distinguitur, omnes Christi actiones meriti fuerunt infiniti, & excellentissimæ cuiusdam æstimationis, quæ proinde plene & perfecte, & ex iustitiæ æqualitate, facere pro nobis satis potuerunt. quam ob rem aiebat Apostolus esse omnes iam mirifice opulentos, vel potius diuites factos in Christo IESV. 1 Cor. 1. 5. *In omnibus diuites facti estis in illo.*

Tres item mirabiles vniones in hoc mysterio animaduerti possunt, Diuinæ vna cum natura humana in subsistentia Verbi coniunctio: altera animæ Christi cum diuinæ mentis gloria & beatitate, qua iam inde à creatione felicissime perfruitur. ad extremum gratiæ illius singularis, quæ humanam voluntatem cum diuina perpetuo nexu iungebat.

Quatuor item genera cognitionis atque scientiæ in eodem fuerunt. Diuina inprimis, æterno Patri Spirituique sancto communis: Beata, quæ nimirum ex animi gloria & perspicua essentiæ Verbi cognitione redundabat. Infusa, quæ tributa illi est singulari affluentia quadam & copia, vt Vatum coryphæo & Principi, Duci omnium & Capiti tum Angelorum, tum hominum. Acquisita, tum frequenti experientia, tum etiam quotidiana mentis agitatione, in qua mirabiles in dies processus efficiebat.

Atque in his, quæ hactenus sunt à nobis libata concisius, nouæ religionis sectatores cum Catholicis consentiunt. Restat ea modo controuersia Caluinum inter plurimosque alios vtriusque religionis, qui non satis animo æquo ferre possunt, & concoquere, modos illius quosdam & loquendi & scribendi, quos in libris varijsque suis monumentis posuit. Nam in Caput Geneseos 14. IESVM Christum appellat secundum à Deo Regem, quod sane Arium sapit. Et in Euangelium S. Ioannis, nominat causam secundam. Et in Harmonia, illum inscientem, & quod piæ aures maxime abhorreant, scelere commaculatum effingit: primum quidem, in eo quod sterilem ficum ignorarit, alterum vero cum docet grauissimi doloris acerbitatem à Christo hanc orationem expressisse, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste.* Et alias, diffidentis & desperantis animi voces illas fuisse ait in Cruce, *quare me dereliquisti.* *Caluinus in Gen. 14. 18. & in Ioan. c. 6 §. 17. Idem Harm. in 24 Matth. §. 36. & c. 27. § 46.*

Reperti nihilominus sunt, qui Caluinum excusare niterentur, non quidem in loquendi modo, sed quod attinet ad ipsius fidei integritatem, & commoda quadam explicatione dicta illius mollientes, aiunt, cum Christum nominat secundum à Deo Regem, de humana solum eum loqui non de natura diuina. Enimuero ita se res habet, vt eius oratio vix à culpa & impietate eximi posse videatur. Sic enim diserte scribit, In summa, Christus sic erit Rex secundus à Deo, quemadmodum &

vnctus in sacerdotem est futurus. Quis autem non videt hanc sententiam & inconditam loquendi rationem, sapere Arrianum aut Nestorianum? Arrianum quidem si intelligit de diuinitate, Nestorianum, si de humanitate verba facit. Et quomodocunque tandem sumat, ita loquitur de Christo, quasi duas personas complecteretur, primam vnam, alteram secundam, conficientem vnam, alteram factam, vnam sacerdotis, illius alteram cui victima consecrari solet.

Cum in D. Ioannem Commentarijs, vocat *secundam causam*, in eundem lapidem è veteri prouerbio bis incurrit, denuoq; labitur, non minus opinor ignoratione & veræ Theologiæ inopia, quam animi arrogantis malitia. Ait enim, quia Deus Pater, in quo residet vita, procul à nobis seiungitur, Christus veluti inter vtrosque reponitur, qui secunda causa est vitæ, quasi vero in Christo esset subsistentia quædam humana, separata à diuina, aut quasi filij hypostasis inferior esset, & veluti media inter nos & æternum Patrem. Sane melius religiosiusque dixisset, primam causam nostræ salutis esse Dei misericordiam, Secundam autem quæ meriti vim habet, exempli, & instrumenti, esse vitam, mortem, & dolores filij acerbissimos. Vel IESVM Christum esse vitæ primam causam secundum diuinitatem, secundam vero habita ratione humanæ carnis.

Quod ad ficum attinet, minime negandum est, Christum vt ætate ita sapientia processisse coram Deo & hominibus, & quotidiana experientia cumulauisse eam rerum humanarum cognitionem, quam habebat excellentissimam; & proinde experiendo multa in dies cognouisse, quæ ad sensuum obiecta pertinent: sed ignarum eum & idiotam

Coloss. 2. 3.

qui dicat, neque arborem cui maledixit cognouisse, an non Paulo diuinæ mentis Interpreti repugnet, qui eidem thesauros scientiæ & sapientiæ Patris concedit? an non hoc ipso obliterare velle videatur, atque obruere, quam communi omnes consensione prædicant, vim cognitionis illam in Christo infinitam, seu diuinæ, seu propriæ beatorum, seu denique infusæ, quibus illius anima statim ab initio generationis fuit ornata? Debuit ergo dicere Christum in eo ita se gerere voluisse, causam vt haberet magni cuiusdam & inusitati prodigij conficiendi,

August. *l. 2. Quæst. Euang. q 51.* Chrysost. & Euth. *in caput 21. Matth.* Origenes *tractat. 17. in Matth.* Hier. & Hilarius *in cap. 21. Matth.*

quemadmodum D. Chrysostomus & Sanct. Augustinus eloquentissimi & eruditissimi interpretantur. Aut vt exponunt Origenes, Diuus Hilarius, & Hieronymus, vt suorum animos atque mentes ad mysticam illius actionis intelligentiam adiungeret. aut propter iustissimas alias causas, quæ eius primæ pueritiæ diuturnum silentium indixerunt, similemque infantiæ nostræ ignorationē; quæ fugas, quæ timores imposuerunt, quæ partim inscitiæ argumenta sunt, partim etiam imbecillitatis. Denique potuit fingere se in istius arboris ignoratione versari, eo modo, quo se imperitum earum difficultatum simulabat, quas aliquando voluit solui & explicari à Doctoribus, anno ætatis suæ 12, aut cum rogatus à Discipulis, se nihil scire de extremo iudicij die profitebatur.

Luc. 2. 46.
Actor. 1. 7.

In eo

Google

In eo vero quod ait summi doloris vehementiam & atrocitatem illam orationem expressisse, *Pater si possibile est, &c.* excusandus aliqua forte ratione videatur, propter Anthropopathiam, quam Christus alijs etiam in rebus ad declarandam naturæ humanæ veritatem adhibuit, cum fleret, fugeret, metu aut sudore compleretur. Sed profecto Caluini dictio minime in eum conuenit, qui excitabat & turbabat seipsum, vt cum D. Ioanne loquar, quique motus animi omnes & in citationes præuertebat, ijsdemque imperabat, nec earum impetu aut motione, nisi volens incitabatur: in quo denique perturbationes & consuetæ permotiones animorum, affectiones potius quædam fuisse videntur, sic vt pars illa animæ inferior tam constanter & perfecte obediret rationi, vt despoticum esset potius imperium quam politicum, hoc est ita absolutum, vt turbidi concitatique motus auersique à ratione nulli existerent.

Luca 90.41. Matth. 2 13.
Luca 4.30.
Marci 14.33.
Luca 22.44.
Καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν.
Ioann. 11.33.

Ad extremum cum Caluinus de abiecti & desperantis animi voce loquitur, quanquam in ijs quidem in Euangelia Commentarijs, quæ superioribus annis prodierunt, clare & diserte non dicat, desperasse in medio cruciatu horribilique dolore Christum, est tamen illa hominis otio & ingenio abutentis explicatio dura & insolens, & parum Christianis moribus accommodata, potius impia, & in Seruatorem contumeliosa, quam etiam omnes sine controuersia repudiarunt: Quare cum expetitam Conciliationem impedire minime debeat, ad ea quæ reliqua sunt eodem orationis cursu feramur.

Cal. Harm. 26 Matth.

QVOD NASCENDO CHRISTVS Parentis suæ castimoniam plane integram illibatamque reliquerit.

CAPVT III.

NVLLA serpens tot in orbem spiris inuoluitur, quot fuerunt implicatæ variorum hominum interpretationes, quas annis abhinc sexaginta de triplici Christi actione ex animi sui sententia protulerunt: cum inquirunt scilicet, quomodo sit in lucem editus è virgine Matre, excitatus à mortuis, & ianuis clausis ad suos Apostolos ingressus. Est autem illa omnis excogitata varietas ad eleuandum id momentum, quod inde ad probandam Christi in Eucharistia præsentiam erui potest. Nos igitur eorum trium veritatem perspicue & distincte enucleemus.

Calu. 4. Institut cap. 17. sect 29.

Quod Christum exijsse, è sepulchro clauso, & clausis ianuis ad discipulos ingressum esse obijciunt, nihilomagis eorum errori suffragatur. Nam sicut aqua, nō secus ac solidum pauimentum, Christo iter præbuit super lacum ambulanti: ita nihil mirum, si ad eius oc-

Digitized by Google

cursum re flexit lapidis duritiei. Et si probabilius est eius imperio amotum fuisse lapidem, & mox transitu dato, in suum locum redijsse. Nec ianuis clausis intrare tantumdem valet, ac penetrare per solidam materiam, sed sibi aditum patefacere diuina virtute, vt repente steterit inter suos discipulos plane admirabili modo, quum obserata essent fores. August. hæres. 82.

Iulianus Parabata, & Iouinianus impietatis Antesignani, omnibus ingenij neruis & contentione, perpetuam Mariæ virginitatem oppugnarunt: ille quidem pestilentissimo quodam libro, quem aduersus Christianos elaborauit, hic vero in proprijs illis suis decretis atque sententijs, quas è D. Hieronymi refutatione cognoscimus, atque è scriptis D.Augustini, vbi de Hæresibus memorauit.

Origen. *hom.14. in Luc.* Iul. Apost. *libr. aduersus Christianos.* Petrus Martyr. *ad c.4. Ep. ad Rom.*

Noui huius temporis in religione magistri, ante partum quidem Dei Matris virginitatem asserunt, nihil autem habent, quod in partu id credere suadeat (quæ fuit olim stulta Origenis opinio) vel etiam post partum. quod desertor Iulianus impie censuit, quod Iouinianus, quod nuper etiam Petrus Martyr. Sed audiamus diuinarum literarum & Patrum oracula.

Isa. 7.14. הָרָה וְיֹלֶדֶת
ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν.
Matth. 1.23. Ezech. 44.2. לֹא יִפָּתֵחַ סָגוּר יִהְיֶה

Athanasius *sermon. de Natiu. Christi apud Lipoma tom 8 in descriptione sanctissimæ Mariæ & Beati Ioseph.* *Traicté qui est rapporté par Simeon Metaphraste, & se trouue dans Surius.*

Isaias imprimis non ait modo, quod Virgo *concipiet*, verum etiam adiungit, *pariet*: quod eodem modo S.Matthæus in exordio Euangelii sui recenset. Ezechiel idem quoq; luculentius, *Hæc porta*, inquit, *clausa erit, non aperietur*: reddit continuo causam, *quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.* Et apud Lucam cap. 2. hoc diserte: *Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit & reclinauit in præsepio,* quod vt ait Sanctissimus Athanasius facere non potuisset, si aliarum more mulierum dolore afflicta, & impuris sordibus contaminata peperisset. Symbolum etiam Apostolorum non modo credendũ proponit, de Spiritu sancto conceptum, verum etiam natum è Virgine Maria, & ea quidem ratione Patres intellexerunt.

Origenes hom. 8. in Leuiticum: *lex ista quæ de immunditia scribitur, ad mulierem pertinet: de Maria autẽ dicitur, quia Virgo concepit, & peperit.*

Idem hom. 1. in diuer. *sicut enim quondam rubus cõburi videbatur, & ignis eum non tangebat: & sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebantur, & tamen eos non lædebat incendium, nec odor fumi erat in eis: vel quemadmodum Danieli in lacu Leonum incluso, claustris non apertis allatum est prandium ab Abacuch: ita & hæc virgo sancta genuit Deum, sed virgo permansit, mater filii facta est, sed virginitatem non amisit, genuit infantem, & vt dictum est virgo permansit.*

Origenes homil.8. in Leuiticum ostendit nihil fuisse opus, vt Sancta Virgo consuetis Templi ceremoniis lustraretur, aut filium offerret suum, quod sine humano commercio concepisset, & peperisset, incorrupta & inuiolata corporis integritate. Et homilia prima in diuers. egregie ratiocinatur, quod quemadmodum rubus olim Mosi obiectus sic ardebat vt non consumeretur, & tres pueri sine pernicie in mediis flammis hærebant, præterea vt Danieli in cauea leonum iacenti, non patefactis neque motis ianuæ repagulis, Vates bonus cum prandio fuit illatus: ita parens Dei Maria filium genuit, & sigillum castitatis non violauit.

Athanas. serm. in descriptionem sanctissimæ Mariæ & B. Ioseph. *Aliarum mulierum quæ in mundo sunt vna parit, & alia infantem pannis inuoluit, at*

S. Athanasius paulo ante laudatus animaduertit illam minime indiguisse obstetrice, quod sine vllo doloris sensu, & molesto cruciatu, mater effecta pepererit. Sed quid dicent inimici, aut qui non satis bene sunt animati erga Dei matrem, cum in eadem nauigare se naui, eadem furere insania videbunt, quam Cyrillus Hierosolymitanus in Iudæis, &

cxvl-

Digitized by Google

non ita virgo fecit, sed quæ peperit, eadem pannis inuoluit, quæ sine aliquo mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cum à nulla muliere didicisset.

ex vltima barbaria hominibus reprehendit? Cuius illa præclara sunt duodecima Catechesi: *Qui enim dicitis* (Græcos alloquitur) *proiectos lapides in homines mutari, quomodo virginem parere posse negatis? qui ex Iouis cerebro natam filiam fabulamini, quomodo ex vtero virginali nasci aliquem impossibile esse dicitis? qui de femore vestri Iouis prognatum falso dicitis esse Bacchum, cur nostram veritatem reiicitis?* Tum orationem ad Hebræos conuertens, *sterilis* inquit *erat Sara, & deficientibus iam mulieribus præter naturam peperit, igitur cum & sterilem & virginem parere sit præter naturam, aut vtrumque nega aut vtrumque concede*, &c. *Quomodo igitur Mosis manus sicut nix alba apparuit & rursus statim illa aloed ne destituta est, &c. Taceo de virga Aaron, &c. Quid ergo? Lutum quidem in hominem mutatur, & Virgo non generabit?*

D. Gregorius Nyssenus ab Origene similitudinem vnam mutuatur, aitque, non secus ac rubus ignem tangit & non comburitur, ita Virginem lucem parere & non corrumpi. Vbi aptissime meo quidem iudicio lucis meminit, vt significaret, quod quemadmodum illa vitrum specularíaq; penetrat, sine comminutione corporis & diuisione, ita sol diuinus è purissima stella prodierit.

Greg. Nyssenus Orat. in die Christi Natiuit. *Quemadmodum re illic est rubus, & tangit ignem, & non comburitur: ita hic est virgo quæ lucem parit, & non corrumpitur.*

S. Ioannes Chrysostomus hom. 49. in Genesin, internuncium Gabrielem Virgini sic loquentem inducit, *Ne quæras*, inquit, *naturæ modum & ordinem, quando super naturam sunt quæ fiunt, ne spectes coniugii dolores, quando maior quam in nuptiis natiuitatis modus erit.*

Theodoretus Dialogo 2. ingressum ad Apostolos ianuis clausis, cum egressu ab vtero virgineo & mirabili ambulatione super aquas comparat. Et Cicero Christianus ob singularem in scribendo elegantiam dictus c. 13. lib. 4. de vera sapientia, vt Dei filius ἀπάτωρ & ἀμήτωρ dici posset, quod de Patre Hermes ter maximus olim asseruerat, bis illum nasci oportuisse monet, semel ex patre sine matre, iterum ex matre sine Genitore: & quemadmodum secundum diuinitatem è paterna mente sine vllo alio principio manauit, ita secundum naturam humanam ab illibato virginis vtero prodiisse.

Theodo. Dial. 2. Eranistes, seu Polymorphus, circa finem. *Ingressus est clausis ianuis quomodo, & egressus est ex vtero, cum claustra virginis obsisterent, & sicuti in mari ingressus est.*

Lactantius c. 13. lib. 4. de vera sapientia. *Ipse enim Pater Deus, & origo, & Principium rerum, quoniam parentibus caret ἀπάτωρ & ἀμήτωρ à Trismegisto verissimè nominatur, quod ex nullo sit procreatus. Idcirco etiam filium bis nasci oportuit, vt ipse fieret ἀπάτωρ, atque ἀμήτωρ. In prima enim natiuitate spirituali ἀμήτωρ fuit, quoniam sine officio matris à solo Deo patre generatus est. In secunda vero carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam sine patris officio virginali vtero procreatus est.*

Iisdem fere temporibus S. Ambrosius ad Papam Syricium scribens perpetuam magnæ Dei matris castimoniam conquisitis rationibus confirmat, cumq; venisset ad clausam illam Ezechielis ianuam, illa verba, *& erit clausa*, hoc modo interpretatur, quia nimirum concipiendo Virgo pariendoque permansit. Additque rem non videri posse incredibilem aut fidem omnem superare, quod similibus olim prodigiis Iordanis in fontem suum refluxerit, è saxo vnda scaturierit, ferrum natauerit in liquidis vndis, homo incesserit super aquas.

S. Ambros. ad Syricium Papam to. 5. l. 1. epistol. 7. *Quid autem incredibile, si contra vsum ordinis naturalis peperit Maria, & Virgo permanet; quando contra vsum naturæ mare vidit & fugit, atque in fontem suum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem quod virgo peperit, quando legimus quod petra vomuit aquas, & in muri speciem maris aqua solidata est? Non ergo excedit fidem quod homo exiuit de virgine, quando petra profluxit, [illegible] ferrum [illegible] aquas, & ambulauit homo super aquas.*

S. Hieronymus contra Iouinianum, l. 1. ca. 18. to. 1. paulo post med.

Quid est ergo quod significat halmah absconditam virginem, id est, non solum virginem, sed cum ingenti virginem, quia non omnis virgo abscondita est, nec ab hominum fortuito separata conspectu.

Sanctus Hieronymus in Iouinianum disputans, perite apud Isaiam notauit ex autographo, quod futura mater Emanuelis non sit appellata בתולה Bethula, aliarum virginum consuetudine; neque נערה Naara, vt puellæ consueuerant, sed עלמה haalma quod non simpliciter Virginem, sed cum ἐπιτάσει plane perfecteque Virginem significat. Et lib. 2. aduersus Pelagianos ait solum Mariæ filium clausas portas vuluæ virginalia aperuisse, quæ tamen clausæ iugiter permanserint. Et in Apologia contra Iouinianum, Ostendatur inquit, quonam modo Christus ianuis clausis ad Apostolos sit ingressus, tum ego Diuę Mariæ castissimum partum explicabo.

Idem l. 2. adu. Pelag. c. 2. tom. 1. initio: *Solus enim Christus clausas portas vulua virginalis aperuit, qua tamen clausa iugiter permanserunt. Hac est porta orientalis clausa per quam solus Pontifex ingreditur, & egreditur, & nihilominus semper clausa est.*

Ruf. in expositione symboli. *Quid mirum videtur, si virgo conceperit, cum orientis autem, quam Phœnicem vocant, in tantum sine coniuge nasci, vel renasci constet, vt semper, & vna sit, & semper sibi ipsa nascendo, vel renascendo succedat? Apes certe nescire coniugia nec fœtus nixibus edere omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur, vti huiusmodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum; cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur, & tamen mirandum cur hoc Gentilibus impossibile videatur, qui credunt Mineruam suam de cerebro Iouis natam: Quid ad credendum difficilius? aut quid magis contra naturam? Hic fœmina est, hic naturæ ordo seruatur, hic conceptus, & partus temporibus suis editur. Ibi nusquam fœmineus sexus, sed vir solus & partus. Qui illa credit cur ista miretur? Sed & Liberum de femore eius asserunt natum. Ecce aliud portenti genus & tamen creditur. Venerem quoque quam Aphroditem vocant, de spuma maris (sicut etiam nominis ipsius compositio ostendit) credunt esse progenitam: De ouo natos Castorem, Pollucemque confirmant: ex formica Myrmidones, & alia mille sunt, quæ contra rerum naturam venientia, ipsis tamen visa sunt credibilia: vt Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos, & hominum ex his segetem natam. Et cum hæc tot & alia figmenta crediderint, vnum eis verbum impossibile videtur, quod adolescens fœmina diuinum germen non hominis vitio, sed Deo inspirante conceperit.*

Ruffinus in Symboli expositione, ad hanc corporis integritatem & perpetuam castimoniam, Ethnicis à fide alienis persuadendam, multa in medium adducit non modo è natura prompta, vt Phœnicis, vt apum exempla, verum etiam è fabulis & Theologia Veterum, qui sane difficiliora multo ad credendum sibi in animum induxerant, vt quod Minerua sine satu è capite Iouis, Bacchus è femore in lucem venisset, quod idē paulo ante Cyrillus obiecerat, quod Venus ab Oceani spuma, quod ex ouo Castor & Pollux, Myrmidones è formicis, secunda hominum progenies è iactis Pyrrhæ & Deucalionis lapidibus, orti generatiq; sint.

Aug. de Symb. ad Catech. l. 4. c. 4. tom. 9.

D. Augustinus de Symbolo ad Catechumenos lib. 4. cum de mirabili filii Dei conceptu atque natalibus disseruisset maternumque nomen virginitati opposuisset, adiungit, *Miraris hæc? Adhuc mirare, parit mater & virgo fœta & intacta.* Euchenius hom. 2. de Natiu. locum sæpius iam laudatum Ezechielis cum protulisset, subdit, nascendo è Virgine eadem illum potestate vsum, qua postea cum destructo ianuæ introitu ad discipulos est ingressus, & simul cum regio Vate exclamat, generationē eius quis enarrabit? cur miramur nouitatem cum maiestatem videamus? Fulgentii auctoritate pii & elegantissimi Doctoris disputationem hanc terminabo: is serm. 3. de laudibus Mariæ ita infit, *De cœlis medicus transiens per Virginem, post transitum suum, illæsam fecit virginem permanere, qui enim disrupta corporis membra in aliis poterat integrare tangendo, quanto magis in sua matre quod inuenit integrum potuit non violare nascendo. Creuit enim eius partu integritas corporis potius, quam decreuit, & virginitas ampliata potius quam fugata.*

Fulgent. sermon 3. de laud. Mariæ.

Est igi-

Est igitur nunc opinor probabile post hanc nubem testimoniorum & summarum auctoritatum nemimem fore qui mirabilem hanc dimensionum penetrationem tam claram in nascente Christo & eminentem negare audeat, cum parem in eius ad cœlos via redituque fateamur, quo tempore magno Paulo id etiam testificante cœlos penetrauit: Et proinde quod liquido hinc colligi potest, corpus Christi sanorum omnium iudicio & consensu, esse posse totum in tota, & totum in qualibet parte sanctissimæ Eucharistiæ, sine consueta illa corporum occupatione, & commensuratione cum partib. loci: qua de re post etiam erit dicendum.

QVOD CHRISTVS REDIENS AB INFEris clauso munitoque sepulchro in lucem prodierit.

CAPVT IV.

CALVINVS lib. 4. Institut. cap. 17. section. 29. non secus ac mare, solidi pauimenti instar, Christo ambulanti viam præbuerit, sic eidem è sepulchro prodeunti ait se flexisse lapidis duritiem; vel eius imperio saxum ab Angelo primum fuisse amotum, deinde loco redditum, mox iterum euolutum ad piarum mulierum accessum.

Caluin Instit. cap. 17. sect. 29.

Quod Christum exiisse sepulchro clauso, & clausis ianuis ad discipulos ingressum esse obiiciunt, nihilo magis eorum errori suffragatur. Nam sicut aqua non secus ac solidum pauimentum Christo iter præbuit super lacum ambulanti: ita nihil mirum, si ad eius occursum se flexit lapidis durities. Et si probabilius est eius imperio amotum fuisse lapidem, & mox transitu dato in suum locum rediisse

Theodorus Beza generatim loquens ait lapidis duritiem cessisse corporis moli celeriter emicanti è sepulchro. Optandum sane fuisset vt illius animi durities æneusque stylus Magistri se mollem obedientemque præbuisset, & veritati quæ domare omnia debet & superare cessisset.

Theodorus Beza in Chicophagia, pag 303. *cur non potuit lapidis durities per Dei omnipotentiam cedere corporis moli.*

Sunt autem diuinarum litterarum loca tria quæ fidem rei faciant. Primus est Matthæi 28. *Et ecce terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum.* E quibus verbis satis constat, terræmotum ob descendentis Angeli præsentiam contigisse, quod sane scriptura non diceret, sed Christo potius surgenti à mortuis tribuisset, si illius causa terra tremeret, & non prius victor & triumphans è tumulo excessisset. Secundus est Marci 16. vbi sacer Euangelii scriptor perspicue significat lapidis reuolutionem factã ab Angelo, non vt Christus exire posset, sed vt fœminæ quæ ardenti religione aduolauerant, & postea etiam Apostoli videre possent, eum tumuli angustiis non teneri. Dicebant inter se, *quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? & respicientes viderunt reuolutum lapidem*: quasi diceret. Commode euenit vt cum de introitu laborarent, beatę mentes obicem

Matth 28 2.

Marc 16.3.

Iustinus quæst ad Orthodoxos 1. 17.

Chrysost hom. 2. tom. 3 post exposit euang. D. Ioannis. de Ioan. Bapt.

Gregor. Nazian in trag. de Christo patiente.

Hieronym. quæst. 6 tom. 1. epist. 150. tom. 1. ad Hedibiam.

Aug. serm. de tempore 138. & 160. in appendice sermo 58. adscribitur Eusebio ὀρθῷ βαπτ.., Luc. 24. 1.

euelle-

λίαν πρωΐ, Marc. 16. 2. σκοτίας ἔτι οὔσης. Io. 20. 2. ὄρθρον apud Græcos primũ diluculi punctũ. τὸ λυκαυγὲς quum dubia lux est, δείλη ὀψία totum crepusculum.

reuellerent. Ita quidem interpretantur Sancti Patres, Iustinus Martyr, S.Ioan.Chrysostomus, S.Gregorius Nazianzenus, D.Hieronymus, & S.Augustinus qui quasi vno omnes ore loquerentur concordissimè rem explicarunt: eorum verba ac sententiæ post paulo ponuntur. Tertius locus huius vim argumenti continet, ex Sacra historia liquet definitè qua hora lapis ab ostio monumenti reuolutus fuit, id enim ait contigisse diluculo siue exoriẽte Sole. At qua hora Christus rediuiuus extiterit nõ liquet, vt totius vox antiquitatis fatetur; necesse igitur est vt alio tempore resurrexerit, quàm cum lapis fuit reuolutus. Patres autem qui illã horam humano generi ignotam fuisse aiunt, hi numerantur, S.Hieronymus 6.quæst.ad Hedibiam tom.1.epist.150. q. 4. & S. Gregorius Nyssenus orat.2.de resurrect. & post illos Euthymius. Sed vt ad id quod est in quæstione redeamus, quid Patres censuerint est videndum.

Euthymus in c.10. Marci ad illa verba. Quum autem surrexisset.

Iustinus quæst.117.

Ὥσπερ οὐ κατὰ τὴν σώματος εἰς τὸ πνεῦμα τροπὴν περιεπάτησεν ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ τῇ θείᾳ αὐτοῦ δυνάμει βατὴν ἐποίησε τὴν τοῖς περιπατοῦσιν ἄβατον θάλασσαν, οὐ μόνον τῷ ἑαυτοῦ σώματι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ Πέτρου, οὕτως τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ δυνάμει, καὶ τοῦ μνήματος ἐξῆλθε, τοῦ λίθου ἐπικειμένου τῷ μνήματι, καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰσῆλθε τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. οὐ γὰρ διὰ τὴν αὐτοῦ ἔγερσιν, τοῦ λίθου ἐκ τοῦ μνήματος ἐγένετο ἡ ἀφαίρεσις, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκδειχθῆναι τοῖς ὁρῶσι τὴν ἀνάστασιν.

Iustinus martyr quæstioni centesimæ decimæ septimæ faciens satis, quam Græci superstitionibus adhuc obstricti proposuerant, quî nimirum fieri potuisset, vt corpus solidum partibus suis constans, ianuæ molem penetraret, quod de salutis suæ Deo Christiani iactarẽt, ad Apostolos insuitato prodigio ingrediente. Respondet, filii Dei corpus non magis in Spiritum fuisse mutatum, cum ianuam diuina sua vi traiecit, quam cum super vndas ambulauit. Addit autem huius generis mirabilia effecta, esse in diuinam potentiam referenda, quæ similiter effecerit, vt è sepulchro tum prodierit, cum introitus saxo immani intercluderetur, quod amotum quidem fuit, non vt prodiret silentibus è locis promptius, sed vt illa tumuli vacuitas, & felicissimus ad vitam gloriamque reditus ab omnibus cognosceretur.

Nazianzenus in tragœdia de Christo patiente, circa finem. *Et quomodo antè foribus occlusis adest? Quin fortè & idem sit sepulchro condito, clausoque surgens exiit velut antea*

S. Gregorius Nazianzenus in Tragœdia *de Christo patiente*, triplicem illam corporum penetrationem paucorum versuum elegantia conclusit & spectandã proposuit: è cuius verbis clarissimè hoc colligitur, quod quemadmodum venit in lucem Christus incolumi suæ parentis integritate & castimonia, sic è sepulchro nullis claustris violatis emerserit. *Virginis ab aluo prodiit matris sua infracta seruans claustra quam castissima.*

Nyssenus 2. Oratio. de Resurrectione.

Gregorius Nyssenus ea quam attigi paulo ante oratione, dilucidè omnino ait, cum Angelus tumulum aperuit, ibi Christum minimè tum quieuisse. Tam illustris clarissimi viri locus dignissimus visus, qui in aperta om luce ponatur. Ita igitur ille, *Cum Angelus Lapidem reuoluisset, reperit surrexisse Dominum de sepulchro, quod sigillis munitum fuerat, ac præsidio militum custodiebatur, sicut Deum decebat, clauso relicto: quemadmodum clausis quoque ianuis, penetrans in domicilium ad discipulos accessit. Quare enim dicebat non est hic, sed surrexit, significans ante suum aduentum mirabiliter accidisse resurrectionem Seruatoris, quam vt Deus propria virtute exequens in iis, quæ dispositа & destinata erant peragendis nullum auxilium Angelorum desiderauit. Nisi enim hoc ita esset, dixisset, ecce resurgit, significans id quod*

Digitized by Google

quod statim fieret; sed quoniam antea factum fuerat, præterito vtens tempore, dixit, non est hic, sed surrexit.

Post expressum Dei verbum, & veterum Patrum sapientiam, consulamus etiam si placet antiquorum sapientum effata, quandoquidem veritas non nisi à Deo rerum omnium fonte manare potest. Aristoteles l.4. Physic. quærit num id vacuum dici posset, in quo nullum quidem sit corpus, sed tantum color sonitusve sine subiecto. Pythagoræi vnitates esse aiebant dimensiones ab omni corporum concretione diuulsas. Platonici verò asserebant quantitates per se posse in rerum natura subsistere, quod hominum intelligentia possint & cogitatione separari. Quod si hæc omnia, quæ ex omnium mente Philosophorum accidentia mera nominantur, seuocari à subiecto queunt: cur vehementer fugiamus credere, posse Deum, aut corpus à suo loco separare, aut illius extensionem à loci ambientis proportione diuidere? Ignem quondam pollens Deus suo calore spoliauit, cum alioqui rubum splendore compleret, aut in Babylonis fornace tres adolescentes prodigio magno sopiret. Vel vt verius dicam actionem vt vocant secundam abstulit, nimirum calefactionem, tametsi ardor inhæreret, cuius deinde vis in crudelium carnificum vstis corporibus emicuit: & fieri posse negemus, vt tollatur & secernatur ab eodem illa corporis ad locum adaptatio & commensuratio, cuius loci amplexu res continetur? Corporis D. Petri grauitas atque pondus, vno eodemque tempore est, & non est, quod ad motionem attinet, & vt mutuer è schola verbum, in actu secundo, prout nimirum vel Deo fidit, vel dubius ambigit fluctibusque hauritur in quibus antea volitabat: & dubitemus eundem posse Deum suum corpus in aliorum corporum situ collocare, & cum libuerit, proprio deinde & naturali loco restituere?

Arist. 4. Physic. Textu 5? Διὸ καὶ διαπορήσειεν ἄν τις, τί φαῖεν εἰ ἔχοι τὸ διάστημα χρῶμα ἢ ψόφον, πότερον κενὸν ἢ οὔ; *Quocirca dubitauerit aliquis quidnam dicent si habeat spiritum colorem, aut sonum, vtrum vacuum an non?*

Basil. hom. 6 in Exameron. circa initium. *Nam & ignis vim vstiuam ab eius splendore, tu quidem ipse, minimè separare vales: Deus autem volens famulum suũ reddere sibi attentiorem illo admirabili spectaculo, in rubum ignẽ splendore solum agentem, otiosam autem flagrandi vrendiq; facultatem habentem immisit, vt Psaltes testatur, vox Domini discendo, intercidentis flammam ignis.*

Non minus quotidiana experientia quàm ratio nos docet, locum, externum quiddam & aduentitium esse corporum essentiæ, quod omnes de empyreo cœlo fatentur, cuius extima superiorque illa superficies quam conuexam dicunt, nullo in loco reponitur. Quod etiam existimandum est de luce, quæ vt magnus Basilius animaduertit, ante res omnes, in prima vniuersi molitione producta fuit. Quis ergo inficiari audeat, posse præpotentem rerum omnium Deum, corporum opificem ædificatoremque nostrorum, nullæ essentiæ & naturæ corruptione, certis ea definitisque spatiis vel coniungere vel separare?

Gen. 1. 3. Basil. in Exam. hom. 6. paulo ante citatum locum *Itaque ne mihi dixeris fieri hæc non posse, vt lux à corpore Solis separetur: neque enim ego lucis à Solis corpore separationem mihi & tibi possibilem esse dico: sed asserendum esse censeo, quæ mentis sola agitatione, cogitationeque disparari à se possunt, ea reipsa seiungi facultate Creatoris vtriusque naturæ posse.*

Profanæ historiæ nunquam mendacii coarguerunt Ælianum curiosum rerum variarum scriptorem, qui Pythagoram memorat duobus simul in oppidis aliquando visum magna locorum intercapedine disiunctis, cum tempore eodem Metaponti & Crotone femur aureum ostentaret. Nec Annales vnquam Ecclesiæ & nostræ religionis monumenta refutarunt Origenis & D. Ambrosii testimonia, qui scri[p]tis suis pro-

Ælianus var. histor. l. 2 c. 16. Ἀριστοτέλης λέγει ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν, τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα ὑπερβόρειον προσαγορεύεσθαι, κἀκεῖνα δὲ προσεπιλέγει ὁ τοῦ Νικομάχου, Ὅτι ποτὲ αὐτὸς

dunt, Christum Iesvm, quem nihilominus in domicilio beatorum Patri assidere omnes sciunt, ad viam Appiam Sancto Petro fuisse visum, cum Neronis horribilem vexatione immanitatemq; fugeret. Et tamen hac grauium scriptorum testificatione patet, vnum corpus variis in locis plurimum distantibus simul esse posse. Quis ergo eximio corpori quod hypostasi diuini Verbi copulatur, vim deneget eam, vt sine occupatione loci, in eodem cum alio corpore vestigio atque loco poni possit? Estne spissius aut operosius rerum omnium architecto (qui legibus suis astringi coerceriq; non potest) vt plura corpora statuat in eodem loco, quàm vnum corpus in pluribus locis? Qui præfractè & pugnacissimè id negare vellet, sanè aduersam & oppositam haberet Philosophiam, quod facilè hic ostenderetur, nisi de hoc ipso disputandum alias foret, tum in sequenti capite, tum verò longè copiosius cum de Eucharistia dicetur.

ἡμέρας ποτὲ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν, ἔν τε Μεταποντίῳ ὤφθη ὑπὸ πολλῶν, ἔν τε Κρότωνι τῷ ἀγῶνι ἐξανιστάμενος ἔδειξε καὶ τὸν μηρὸν ὁ Πυθαγόρας παρέφηνε τὸν ἕτερον χρυσοῦν.
Origen. *homil 21 in Ioan. vel tomo 21. circa medium.*
Ambros. *contra Auxentium. De Basilicis non tradendis hæreticis. to 5.*
Origenes Paulo, Ambrosius Petro attribuit apparitionem.

Qvod Christvs in id conclaue vbi erant Apostoli, sit ingressus ianuis clausis, nulloque introitu patefacto.

Capvt V.

Berengarivs princeps fuisse dicitur qui hoc mirandum Seruatoris facinus noua & inusitata confidentia negauerit. Ab eo vt in cursu quodam impietatis, lampadem exceperunt Oecolampadius & Aretius, cum Catholicis etiam obiicerent, non esse in Græco fonte διὰ, sed tantum θυρῶν κεκλεισμένων. Bullingerus emicat paulo post, clareque defendit ab Angelo fores patefactas, allato in medium S. Petri exemplo. Gualterus it comes, eumq; ipsum Angelum fuisse ait, qui custodes monumēti aspectu perterrefecit. Petrus Martyr subtilius quiddam altiusque molitus, se per tectum insinuasse Christum pronunciat, aut etiam si diuis placet, leui saltu se extulisse per fenestram. Recentiores qui eadem anilia commenta sibi tuenda putauerunt, cum pudore præpediantur, ne futilem opinionem tam disertè exponant, callide quidem illi & dissimulanter, sed tamen ita, vt animi flagitium appareat, dicunt *creaturam cessisse creatori.*

Guitmundus Auersanus *de Eucharistia lib 3. paul ante medium.*
Oecolamp. ad cap 1. Ioan.
Henric. Bullingerus ad ca 20 Ioannis.
Rodolphus Gualterus libr de incarnatione fol. 82.
Petrus Martyr in Dialogo fol. 91.
Theod. Beza ad v 9. cap. 20 Ioannis.
Ea vel igitur spōte patuerunt Christo fores domus illius vbi congregati erant: vel ipsi etiā parietes ei fuerunt peruii, quum ista non fuerint ei factu difficiliora quam super aquas ambulare.

Scriptura Sacra tam perspicuè rei veritatem ostendit, vt prodigii & portenti simile videatur, reperiri quempiam tam nullo tamque hebeti ingenio aut inuerecundo, qui reuocare in dubium velit geminum miraculum, de quo nobis diuinus Ioannes ita narrat, *Cum ergo sero esset die illo vna Sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit* Iesvs, *& stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Et post dies octo,*

Apud Lucam cap. 14. v. 36. ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν. *In Ioanne absolutè* ἔστη εἰς τὸ μέσον.

lies octo, iterum erant disci;uli eius intus, & Thomas cum eis. Venit IESVS *ianuis clausis, & stetit in medio, & dix:t, Pax vobis.* Quibus in verbis vnusquisque videre potest sublimium rerum scriptorem expresse ianuæ adiunctum & circunstantiam posuisse ad mirandi facinoris magnitudinem decla-randam, quam etiam vehementius ea verba stabiliunt *stetit in medio, ἔστη εἰς τὸ μέσον*, quæ significant apparuisse illũ subito in medio, non tantum llorum ex D. Ioanne, neque enim est apud eum *αὐτῶν*, sed absolutè *in medio.* Et rei gestæ singularis admirabilisq; nouitas, illo quoque pauore :xprimitur, qui derepentè in Apostolos inuasit, nam *conturbati*, vt est a-pud Lucam, *existimabant se spiritum videre*, cum eum præsentem intueren-tur, neq; tamen cogitando intelligerent qua ratione omni aditu inter-clusso penetrauisset. Necesse igitur fuit vti Christus hæc clara voce dice-ret, *Videte manus meas & pedes quia ego ipse sum: palpate, & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & pedes.* Et quidem plusquam noui Sacramentarii è superiorũ tempo-rum confusione, & perturbatione omnium rerum extitissent, nemini in mentem venerat, alio rem modo exponere, quàm quo eam cœlestium rerum Interpretes in Euangelio memorauissent. Quod etiam vel ex eo confirmari potest quod Caluinus ipse in Ioannis caput 20. notauit e-uenisse Diuo Petro, vt est proditum in rerum gestarum memoria à Diuo Luca. Nam Act. 12. ita exiuit è custodia septa vndiq; & firmissimis clau-stris serisque munita, vt prius ianuam primam & secundam penetraret, quam perueniret ad ferream quæ ducebat in ciuitatem, de qua tantum ait Scriptura *vltro apertam fuisse illis.* His quoq; luculẽtissimus ille D. Mat-thæi locus iungi potest cap. 19. vbi æternæ Mentis sapientia ita loquitur, *facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœ-lorum.* Quod dictum, cum insolentia & magnitudine rei obstupefacti, mirarentur vehementius Discipuli, aiebãt, *quis ergo poterit saluus esse? Aspi-ciens autem* IESVS *dixit illis, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possib lia sunt.* Qui sanè locus penetrationem dimensionum eui-dentissimè demonstrat, siue Græca vox *κάμηλος* animantem significet, vt est in Syriaca versione, seu pro nautico fune sumatur multiplici ac robusto; idem enim ex vtroq; necessario colligitur, fieri videlicet nulla vi humana posse, vt angustum tamque minutum acus foramen aut hic aut ille traiiciat, rem autẽ esse omnium effectori Deo facillimam. Quæ si fiat, vbinam tum erunt dimensiones & solidi corporis concretio? vbi in tantis meatus angustiis extuberans moles animantis? vbi vastitas reiq; latitudo? vbi denique perennis omnium rerum cursus, & consueta via naturæ?

πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν.

v. 38. 39. 40.

Act. 12 10.

Matth. 19. 24. *εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. où il faut remarquer le mot εὐκοπώτερον qui est plus que ῥᾷον qui signifie chose de legere & facile entreprise.*

לגמלא

Præterea cum D. Paulus Actor. 23. militari custodia teneretur, *se-quenti nocte assistens ei Dominus ait, constans esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalem sic te oportet & Romæ testificari.* Quis hic non videt ex vi vocis *ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ κύριος*, necesse fuisse, vt Christus ei adesset, & mentium more beatarum atque spirituum subito se insinuaret, non quod ta-

Act. 23. 11.

1. Cor. 15 53. *ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν καὶ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.*

Athanas. ep. ad Epic tom. 1. longe post medium. καὶ λοιπὸν τῆς ἑαυτῶν ἐκβαλὼν ἡμᾶς. Deinde sui nos circumuestiens, &c.

1. Cor. 15 41 42. 43. Matth. 22. 30.

men eo ipso naturam corporis & proprietatem exueret, sed quia *corruptibile hoc induere incorruptionem oportet, & mortale hoc induere immortalitatem*, vt magnus Paulus sapienter admonuit. Cum præsertim non de Christi modo corpore, sed nostris etiam vt auctor est Athanasius epist. ad Epictetum illa dicantur, *seminatur in corruptione, surget in incorruptione. seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* Denique oraculo veritatis & testimonio constat homines similes aliquando futuros Angelis Dei, quæ verba grauissimus Tertullianus ita exponit; *Quia & Angeli aliquando tanquam homines fuerunt edendo & bibendo, & pedes lauacro porrigendo. Humanam enim induerant superficiem, salua intus substantia propria. Igitur si Angeli facti tanquam homines in eadem substantia spiritus carnalem tractationem susceperunt: cur non & homines facti tanquam Angeli in eadem substantia carnis spiritalem habeant dispositionem non magis solennibus carnis obnoxii sub Angelico indumento quam Angeli tunc solennibus spiritus sub humano?* Quod si corpora nostra ad nouam vitam gloriamque surgentia, exutis & abiectis iis quæ propria sunt humanæ concretionis, nullam tamen naturæ suæ partem essentiæque deponunt, sed illustri spirituum proprietate ornantur, cur id ipsum ornamentum & priuilegium Christi corpori denegemus? non quod corpus in tenuem spiritum commutetur, respondet eruditus Iustinus (qui mihi videtur Caluino impie dubitanti facere satis voluisse) sed diuinitatis ope atque potentia. & vt ostenderet, addit Epiphanius, plurimum à nostris, corpora beatorum compta vndique gloriaque fulgentia differre, & id quod erat crassum, terrenum, animale miserum huius vitæ cursu, fieri deinde vt diuinissimus Paulus loqui solet, spiritale. Clauorum sane vestigiis Dei filius patefecit suum corpus substantia idem naturaque fuisse, sed hoc nouo suspiciendoque introitu, qualitate longe diuersum atque disparatum. *Nullus igitur quærat*, ait Cyrillus Alexandrinus, *quomodo ianuis clausis corpus Domini penetrauit, cum intelligat non de homine mero, vt modo nos sumus, sed de Omnipotente Filio Dei hæc scribi. Integra sunt omnia & obserata*, verba sunt nostri Hilarii; *sed ecce assistit medius, cui per virtutem vniuersa sunt peruia* quia videlicet homo stulta elatus audacia intra fines sibi à Deo constitutos hærere non potuit, sed pudoris omnia claustra modestiæq; violauit, ideo salutis auctor parensque Deus sic ad suos penetrauit vt ianuæ claustra atq; repagula minime commouerentur. Paulo ante egregie Diuus Hieronymus; Quæris à me quomodo Iesus ianuis clausis sit ingressus? & ego quæro quomodo è virgine matre sit generatus?

Tertull. lib. de resurrect. carn. cap. 62.

Iust. quæst 117. τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ δυνάμει καὶ τῷ μεγέθους ἰσχύϊ, ... λόγου ἀπὸ ... τοῦ μεγάλου.

Epiph. contra hæres. l. 1 t 10. Hæres. 20. *Resurrexit & clausis foribus ingressus est vt crassarum partium corpus, tenuium partium ostenderet, ipsum quod erat cum carne & ossibus; nam vbi ingressus esset, ostendit manus, & pedes, & latus punctum, ossaque item ac neruos & reliqua, vt ne esset imaginatio, ea quæ videbant, id quod videbatur fideique & spei nostræ promissionem faciebat per seipsum perfecte. Et conuersatur non in apparentia, sed in veritate.*

Cyrill. l. 12. in Ioan. cap. 53 circa fin.

S. Hilar. lib contra Constant. August.

S. Hier. ad Pammach epist. 5. tom. 1. sub fin. & est Apologetica pro libris aduers. Iouin. *Respondeant mihi quomodo Iesus ingressus est clausis ostiis, cum palpandas manus, & latus considerandum, & ossa carnemque monstrauerit, ne veritas corporis phantasma putaretur: & ego respondebo, quomodo sancta Maria sit mater, & virgo, virgo post partum, mater antequam nupta.*

Conciliatio.

August. epist. 3. ad Volus. to. 2. circa med.

Concludamus totum hunc locum egregia D. Augustini sententia ad Volusianum, ita verò singularis Doctor, *Ipsa virtus per inuiolata matris virginea*

Digitized by Google

ginea viscera membra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia mēbra iuuenis introduxit: hic si ratio quæritur non erit mirabile; si exemplū poscitis non erit singulare. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse, in talib. rebus tota ratio facti est potentia facientis. Et certe Caluinus & Theodorus Beza re melius ad calculos reuocata subductisque rationibus idem quod Catholici sentiunt, nec cum in gyrum modestiæ effrenatum animi sui impetum & gestientem compellunt, alios videntur conquisitis rationibus oppugnare quam Vbiquistas, qui filio Dei corpus quoddam, velut immensum infinitumque tribuunt, aut Marcionitas & Valentinianos, qui tantum illud inane adumbratumque existimabant & alia quadam à nostris diuersaque essentia structum & formatum. Vtriusque verba huic opinioni meæ fidem facient, & Theodori quidem ponuntur ad marginem, hæc vero sunt ipsius magistri illa D. Ioannis cap. 20. exponentis: *Cum fores essent clausæ.* Hæc circumstantia, inquit, expresse fuit addita, quod manifestam probationem contineat diuinæ Potentiæ Christi Iesu. Sunt qui existiment quempiam illi ianuam aperuisse, & communi hominum more Christum ingressum, sed hoc plane menti Euangelistæ contrarium est. Intelligere ergo oportet non sine cœlesti prodigio illum ingressum, sed voluisse documentum signumque dare suæ Diuinitatis, quo attentiores fierent discipuli. Hæc Caluini verba sunt, qui tamen postea furiosius incurrit in Catholicos, quos Papistas nominat; sed falso vtens fundamento, non tam veritatem, quam vmbram atque laruam sciamachia inani ferit. Cur, inquit, tantopere contendunt Christum ianuis clausis introiuisse, ratio hęc est, vt tandem obtinere queant & efficere, vt corpus Christi gloriosum non spiritui modo simillimum esse videatur, verum etiam infinitum & interminatum, quod loco nullo aut spatio contineri possit. At constat id ipsum repudiatum semper à Catholicis, qui nec illud ἀπερίγραπτον, nec πνεῦμα ἀσώματον esse voluerunt, vt inepte Beza pueriliterque fingebat: quin potius omnibus sententiis contendunt veri corporis naturales affectiones retinuisse, quædam vero egisse, quæ supra quidem naturam communem essent, non autem essentiæ repugnarent. Quod certe omnes, qui Euangelii luce gloriantur, aut credunt, aut credere & sine scrupulo & dubitatione persuasum habere debent.

Vbiquistæ attribuunt corpori Christi πανταχουσίαν perinde ac diuinitati.

Beza in 20 Ioannis v. 19. vltimæ editionis an. 1598.

Qui vero hinc colligūt corpus Christi post resurrectionem fuisse ἀπερίγραπτον & huc tandem delabuntur, vt corpus Christi velint esse vbiq; inuisibili modo, non video qua tandem rationis specie sic didicerint argumentari.

Beza in annotat. ad cap. 20. Ioannis, & in Κρεωφαγίᾳ: fol. 264.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVOD PROPRIETATES CORPORIS *gloriosi potentia quidem semper atque ipsa origine, sed nonnunquam etiam actu Christi corpus comitarentur, dum adhuc inter homines homo & morti obnoxius degeret.*

CAPVT VI.

COELI decus & nobile terræ ornamentum CHRISTVS IESVS, vt viator, corpus habuit naturæ similitudine par nostro, si peccatum modo excipias, vt autem felicissimæ gloriæ compos, quem Theologi Comprehensorem nominant, admirabilem illum instructum ornatumque habuit corporis beatitudine perfruentis, non quidem in actu exercito vt aiūt, sed tantum vi atque potentia. Quatuor autem corporis gloriosi qualitates siue Dotes numerantur, Impossibilitas, Subtilitas, Agilitas, Claritas. Primam ostendit in diuinissimi Sacramenti institutione quando nobis commemorabili beneficio suum corpus donauit tum mortale & perpessionibus obnoxium, sed modo quodam immortali & incorrupte, sub externa specie, magnitudine, qualitate panis & vini. Subtilitatem vero quā secundo loco posuimus plurifariam exhibuit. 1. quando in lucem prodiit ex virgine matre. 2. cum per medios suæ dignitatis & doctrinæ æmulos infestosq; inimicos transiit. 3. cum è tumulo se vi sua suscitauit. 4. 5. cum foribus omni ratione occlusis bis ad Apostolos est ingressus. 6. quando in concretos orbium cœlestium globos, clarissimo triumpho lętus se immisit. Tertia cognita fuit Agilitas, quando in mollibus vndis suspensus leui motu ambulauit, & quando in Castello Emaus ab oculis discipulorum euanuit. Quarta rapuit in admirationem D. Petrum in monte Thabor, quando medius Heliam inter atque Moysen splendidissimum vultum soli geminum exhibuit, collucentibus etiam vestibus mirabili & eximio splendore instar niuis. De prima post dicetur à nobis accuratius: de secunda superiori capite iam egimus: de tertia & quarta reliquum modo est vt dicamus, in quibus duo quædam sunt, quæ à nouis reformatisque Doctoribus in controuersiam vocantur, alterum filii Dei corporis agilitas cum in mari Tyberiadis incessit, alterum, cum in Castello Emaus ab oculis subito euanuit.

Luc. 22. 19.

Luc. 2. 7.
Luc. 4. 30.
Marc 16. 4.
Ioan. 20. 19. 26.

In quibusdam Exemplarib. est ὡς τὸ φῶς, quod Geneua sequitur, in antiquioribus autem ὡς ὁ χιών, sicut nix, vt est in vulgata.

Neque vero primum illud eiusmodi est in quo diutius hærere debeamus, cum luculentus sit Euangelii locus, qui perspicue doceat, non fuisse id in solidis vndis miraculum (quod Caluinus nodum in scirpo quærens

Matth. 17. 2.
Matth. 14. 25. & 26.
Luc. 24. 31.

quærens excogitauit) cum D. Petrus in iisdem mergeretur, sed in corpore incedentis filii Dei, qui natiui ponderis vim cohiberet, efficientiamque omnem tardaret. Et quidem si repugnans illa nouorum hominum opinio aliquo in loco ponenda videretur, in eo facto Seruatoris, quod suspexit omnium ætatum religio, non plus foret admirabilitatis atque prodigii, quam cum gentes ad Septentrionem plenis plaustris in conglaciato æquore feruntur. Itaque ab omni hominum memoria nullus id Christi corpori denegauerat, priusquam illa curiosarum mentium seges malo satu pullularet, quæ ne bene & sentire & loqui de Eucharistiæ dignitate cogantur, sancto corpori miraculum nullum concedunt. Nam quod ad S. Hieronymum attinet, tametsi in huius interpretatione loci dicat; *Tu praecipe, & illico solidabuntur vndæ* minime tamen durescere vult humorem, & veluti frigoribus Aquilonibusque vndam constringi, sed tantum ea leuitate in fluctibus corpus euolaturum, ac si duri solidique cõstitissent, quod perspicue ostendit cum adiungit, *& leue fiet corpus quod per se graue est.* Sed disertius epistola ad Pammachium, *Petrus* inquit, *super aquas ambulat graui & solido corpore.* Quo eodem modo capiendus est Leontius in expositione huius loci, ex communi videlicet interpretatione S. Iustini quæst. 117. & † Augustini Serm. 159. de tempore qui tertius est in Octau. Paschæ. Et si nos clarissima hæc testimonia deficerent, haud obscurum tamen esset, aut ignotum, quæ fuisset olim de eadem re veteris Ecclesiæ fides & opinio, cum à famosis illis erronibus antiquitatis Marcionistis, Valentinianis, Manicheis, iactatam obiectionem videamus, quam Caluini schola renouauit. Nam ex communi Catholicorum sensu inferebant, Christum non habuisse corpus verum & solidum, sed in speciem tantum adumbratum & inane, quandoquidem liquido in elemento & fluenti inambulare potuisset: atque hoc modo susceptæ carnis mysterium, vt fictum hominum opinione & superuacuum, excogitata perfidia eleuare cupiebant. Quos sane maiorum nostrorum industria facile refutauisset, si dixissent id prodigium non tam in corpore Seruatoris euenisse, quam in fluctibus induratis, neque leuius illud aliis corporibus, sed stratas vndas solidas & concretas, pauiměti instar fuisse. Alia * quadam ratione D. Hieronymus iisdem respondet, ait enim, si quid eorum valeat obiectio, corpus etiam D. Petri fictum & inane fuisse. Alii quidam mendaciorum architecti veterrimique hæretici tam à Caluini illa inducta fluctuum soliditate abhorrebant, vt crederent, non alio baptismo D. Petrum aliosq; Apostolos fuisse tinctos, quam cum huius formidolosæ tempestatis fluctu respergerentur. Quibus Tertullianus libro de baptismo respondet, *aliud esse aspergi vel intercipi violentia maris, aliud tingi disciplina religionis.*

Cal. 4. Inst. c. 17. sect. 29.

Matth. 14. 30. Videns autem ventum validum, timuit & ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι ἔκραξε λέγων κύριε σῶσόν με, v 30.

Isto modo, maius illa, de qua Poeta scribit, miraculum fecit, quæ mare per medium, fluctu suspensa tumenti ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas. Virg. 7. Æneid.

In comment. Codicis Vaticani manuscript. Ὡς θεῷ δὲ ὑπεστρώθη αὐτῷ ἡ θάλασσα, καὶ περιεπάτει ἐπάνω τοῦ ὕδατος.

Refert Maldon. in hũc locũ.

Iustin. Mar. q 117. ἰσοδυναμεῖ δὲ τὸ περιπατεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἀνατρίπτῳ σώματι, καὶ εἰσελθεῖν πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐν ἀτρίπτῳ σώματι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων.

† *Aug. in octauis Paschæ serm. 3 in append. 55. to. 10. O homo, si rationem à me poscis, nõ erit mirabile. Exemplum quæritur, non erit singulare; credis nempe Dominum Christum super aquas maris firmis gressibus ambulasse? Credis vtiq; dicis igitur mihi, si per ostia clausa Christus intrauit, vbi est corporis pondus? Recedant paulisper pondus & modus. Ille hæc facit cui nihil impossibile est.*

* Hier. epist. 61. ad Pammach. contra errores, &c. circa fin. *Nunquid iuxta Marcionem dicere possumus, quod ideo natiuitas eius in phantasmate fuerit, quia contra naturam, qui tenebatur elapsus est?* Tertull. l de Bapt. fol. 391 Pamell. *Alij plane satis coacte iniiciunt tunc Apostoles Baptismi vicem impleße, cum in nauicula fluctibus adspersi operti sunt, ipsum quoque Petrum mare ingredientem satis mersum. Vt opinor autem, aliud est adspergi, vel intercipi violentia maris,*

Theodo-

Digitized by Google

† Theodorus Beza fretus D. Hieronymi ratione, quam superius adferebamus magistri sui sententiam repudiauit: nam in Creophagia fol. 303. editionis Vignonii, fatetur Christum suspendisse grauitatem corporis sui pariterque D. Petri, vultq; leue & graue non esse ex eorum numero, quæ in corporibus sunt ἐνύλα naturamque ingrediuntur, qualia esse ait finitum esse & circumscriptum & aspectabile. Quæ sane puerilis ignorantia est fœdaque prolapsio hominis, vt sibi quidem videbatur acuti & intelligentis, quam vel minuti Philosophi possent refellere, qui naturæ cognitionem atq; disciplinam à primo limine salutauissent, qui probe tenent, lucem, colorem, situm, locum, externamque figuram seiungi à re facilius posse, quam pondus & grauitatem, quæ innata magnitudini est & propria quarto modo. Addit ea quidem ratione diuum Petrum in multis locis esse potuisse, debuit dicere & inuisibilem. nam eadem vis quę tumidis in vndis celeri vestigio ingredientem sustinebat, vtrumque potuit æquabili facilitate conficere. Sed quoniam hoc quidem vltimum ad alia quoque miracula pertinet, quæ à leuibus & tortuosis ingeniis in dubium reuocantur, age plenius & cumulatius, vt sumus antea polliciti, de eodem disputemus.

aliud fingi disciplina religionis? cæterum nauicula illa figuram Ecclesiæ præferebat, quod in mari, id est sæculo, fluctibus, i. e persecutionib. & tentationib. inquietatur. Domino per patientiam velut dormiente, donec orationibus Sanctorum in vltimis suscitatus compescat sæculum, & tranquillitatem suis reddat.

† Beza aduersus Tilm. Heshusium, de Christi inambulatione super aquas. *Quidni enim potuit virtute Dei suspendi grauitas corporis? Sed leue & graue non sunt ex eorum numero, quæ diximus, esse in corporibus ἐνύλα, sicut finitum esse & circumscriptum, & aspectabile: alioqui Petri quoq; corpus eadē ratione dicemus simul esse posse multis in locis: nam & illud super aquas ambulauit.*

Sacræ paginæ quæ rerum à Christo gestarum memoriam continent, ipsum corpus alioquin aspectabile, inuisum tamen aliquando effectum, modo expresse dilucideque aiunt, modo innuunt & haud obscure significant. Sanctissimi Scriptores Matthæus, Marcus & Lucas, testantur Christum, cum panem accepisset, cum benedixisse, fregisse, dedisse discipulis dicendo: *Accipite, & comedite, hoc est corpus meum.* His paucis verbis vt & similibus, quæ de calice mox subduntur, alterum de duobus confici est necesse, vt aut Christus inani se mendacio astringat, quod sine inexpiabili scelere ne cogitari quidem potest, aut si corpus illius est, quod esse Catholici omnes fatentur, vt inuisibile sit, panis & vini externis illis inuolucris tectum & inobscuratum.

Sed quoniam ad obliterandam veritatem, hanc corporis affectionem, in hoc quidem loco significatam esse negant, quid in aliis sacræ historiæ locis contineatur, vno coniectu oculorum lustremus. Diuus Lucas cap. 4. ita memorat: *Hæc audientes surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.* Quæ verba intelligi haud satis queunt, nisi vi vocis διελθεῖν bene cognita, qua vsus magnus quoque est Apostolus, cum Hebræis oratione sua explicare voluit, quonam modo cœli terræque moderator & vindex cœlos penetrauit, vocat enim ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς. Quod Biblia Geneuensia dissimularunt, tum in hoc, tum superiore loco. Sed à Diuo Chrysostomo præclare monemur, vt animaduertit sanctus Thomas, à doctissimo item Ambrosio, ab Euthymio, & aliis qui hunc locum suis Commentariis illustrarunt, CHRISTVM IESVM hoc miraculo Iudæis Diuinitatem suam

Luc. 4. 28. 29. 30.

12. Epist. ad Hebr. c. 4. 14. *Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos.*

Ambr. in 4. Luc. tom 3. *Vides igitur & hic diuinitatis esse quod nō captus est?*

suam probare voluisse. Quare multo est vero similius, id miraculum sedem habuisse in corpore illius potius, quam in oculis manibusque impiorum, qui nefario illum odio prosequebantur. Quod etiam confirmari vehementius potest è capite 8. sancti Ioannis, vbi sic infit: *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo. & praeteriens, &c.* Vbi notandum est Diuum Ioannem eodem esse verbo vsum cum sancto Luca, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν. Quæ nec percipi nec exponi melius possunt, quam à doctissimis viris luminibus antiquitatis, Græcis præsertim, qui præstanti sapientia lucem huic loco attulerunt, declarantur, Theodoro Heracleensi, Leontio, Theophylacto, Euthymio, quorum primus sic ait διὰ μέσου αὐτῶν μὴ ὁρώμενος ἐξῆλθε, καὶ παρῆγεν οὕτως excessit per medium illorum inuisibilis & sic euasit.

Ioan 8.59. *Transiens per medium eorum.*

Sed omnium sine controuersia longe splendidissimus est locus D. Lucæ cap. 24. vers. 31. vbi sanctus politusque historicus de Cleopha & socio ita meminit; *Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum*, καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν & factus est inuisibilis ante illos, neque enim fieri potest, vt ἄφαντος aliud proprie significet, quam qui in conspectum non cadit, quibuscunque tandem versuti ingenii machinis torquere hunc locum velit Geneua cum Theodoro suo. Et quidem Theodorus Beza vt instructior paulo cognitione Græcæ linguæ, nec tam proiectus ad audendum & malitiosus quam magister, non negauit D. Lucæ dictionem significare inuisibilem, sed ne à suis aberrare videretur, rei clarissimæ noctem offundere voluit, callide interpretando, *subduxit se ab oculis.* Caluinus autem nimis sane impudenter & inuerecunde l. 4. Institut. cap. 17. sect. 29. sic habet: *Quod istant ex Luca Christum subito euanuisse ex Discipulorum oculis, quibuscum Emmaunta profectus erat, nihil illis prodest, & nos adiuuat. Nam vt sui conspectum illis auferret, non factus est inuisibilis, sed tantum disparuit.* Quid dici potest magis contrarium & repugnans verbo Dei? Ait sanctus Lucas ἄφαντος ἐγένετο inuisibilis factus est, Caluinus contra grauis Censor dicit, non est factus inuisibilis, cum apud se reputando concluderet, eum non potuisse tum fieri inuisibilem, qui antea non fuisset. Quod idem est ac si quis diceret, Christus ante humani corporis sumptionem erat inuisibilis, non igitur post susceptum corpus fuit visibilis: vel, Priusquam in cœlestes orbes conscenderet fuit adspectabilis, non est ergo inuisibilis hoc tempore. Quæ tam ineptæ ratiocinationes atque nugatoriæ non merentur aliam solutionem, quam vt in omnium luce ponantur, admoneantur lectores, nouos illos subtilesque Hierophantas denegare corpori Christi, & illius immensæ atq; incredibi potétię, quod* Herodotus, Plato, Cicero, Gygis annulo tribuerunt, quo ille pro arbitrio vtēs à nemine videbatur, cum videret omnes; vnde & tanti muneris beneficio ad gentium plurimarum Dominationem Lydiæque regnum peruenit.

Theodor. Heracleen. Ἀναχωρήσαντος ἐκ τῆς γῆς ... τοῦ ἱεροῦ ... ἀλλὰ ἐξουσίᾳ θεϊκῇ ... διὰ μέσου αὐτῶν μὴ ὁρώμενος, καὶ ἐξῆλθε, καὶ παρῆγεν οὕτως.

* Herodot. l. 1. histor Cicero lib de officiis. *Hinc ille Gyges inducitur à Platone, &c. Qui cum palam eius annuli ad palmam conuerterat à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur cum in lucem annulum inuerterat, hac opportunitate annuli vsus Regina stuprum intulit, eaq; adiutrice Regem Dominum interemit, sustulit eos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit: sic repente annuli beneficio Rex exortus est Lydiæ.*

D Hæc

Hæc nimirum est fraus Dæmonis & veteratoria quædam mendacissimi Genii calliditas, vt fidem religionis mysteriis debitam, tam difficilem tamque incredibilem efficiat Christianis, quam facile persuasionem rerum similium in mentibus Ethnicorũ impresserat, vt quod Diana subito Iphigeniam ab omnium oculis in diuina eripuisset, ad Thoantem vsq; in Bosphorum Cimmerium eam traduxisset, in eius locum ceruam supposuisset, quod socii Diomedis in aues, Vlyssis comilitones Circeo poculo in sues, in Asinum etiam Apuleius mutatus foret. Iisdem præstigiis Apollonius Tyanęus, magus æui sui prope omnium summus, videbatur esse πολυπρόσωπος, qui modo vultu hominem senio confectum, modo pulchrum & venustum adolescentem exprimeret, & vt prodidit sanctus Hieronymus, cum esset aliquãdo ante Domitianum in Consistorio, repente non comparuit, inuisusque fuit.

S. Hieron. ad Pammach. *Contra errores Ioãnis Hierosolymitani. epistol. 61 tom. 1. circa finem epistola. Magis licet hoc, Domino non licet? Apollonius Tyaneus scribitur, cum ante Domitianum staret in Consistorio, repente non comparuisse.*

Palladius in vita magnorum Macariorum, vnius Ægypti, alterius Alexandrini. Vos, inquit, equi vos estis, qui habetis equorum oculos. *Sozom. l. 7. cap. 25.*
οἱ δὲ βάρβαροι μήτε αὐτὸν μήτε τοὺς ἑπομένους, ἢ τοὺς ἵππους οἷς ἐπέβαινον θεασάμενοι παρέδραμον.

Palladius in duorum Macariorum vita scribit mulierem fuisse quandam, quam iumentum omnes existimarent, vno excepto Ægyptio Macario, qui propria & natiua illam specie ornatam intuebatur. Ergone plus aliquid possit Dæmon, quam præpotens rerum omnium effector Deus? Aut si hæc nullius ponderis cuipiam esse videantur, quis audeat Gregorii Nysseni auctoritatem sanam & futilem existimare, qui oratione complexus res mirabiliter gestas à Gregorio Thaumaturgo, eum refert, cum à globo barbarorum circumsessus in quodam monte, impotenti furentium crudelitate ad necem quæreretur, se vna cum famulo suo inuisibilem reddidisse? Quis mentitum fuisse putet Sozomenum, qui historiæ Ecclesiasticæ libr. 7. Theotimum ait Tomitanum Episcopum, sui & cuiusdam alterius conspectum Scythis eripuisse, qui odio elati ad mortem eum deposcebant? Quis repudiandum Magnum Gregorium existimet, quem multis locis Caluinus appellat sanctum, & postremum Ecclesiæ Antistitem, qui libris Dialogorum recitat Libertinum, id etiam præstitisse Abbatem, cum Galli furibunda mente & væcordi, extremum illi exitium molirentur?

Caluin. l. 4. Instit. c. 7. sect. 11 & 17. sect. 49.

Atque ex his plane sequitur, quod si Dæmon aliqua ratione potest corpus, non quidem vere inuisibile, sed non apparens tamen efficere, subtili artificio oculos intuentium præstringendo: potiori quodam iure, id, qui potest omnia, Deum posse: quod si Deus id potuit, non vt improbissimi spiritus manibus fallaciis & captionibus, neque sola applicatione agentium ad efficiendum, sed veris certisque miraculis, cum per seipsum, perque sanctos, qui sunt apud illum gratiosi, corpora quædam inuisibilia reddidit: cur eidem in proprium corpus hæc vis & potestas non concedatur, cum præsertim in augustissimo Ecclesiæ Sacramento, cum hominibus communicare se cupit? & quoniam in eodem ipso Sacramento locum occupat non accidentium, sed substantiæ

Hieron. ad Pammach. epist. 61. tom. 1. *Noli potentiam Domini magnorum præstigiis adæquare.*

Digitized by Google

ſtantiæ tantum panis, quæ natura ſua nec diſcerpi, nec tangi aut videri poteſt, quid inde colligendum videatur, niſi corpus ibidem eſſe non partibile, non viſibile, non humanis ſenſibus iniuriiſque obnoxium? Naturalis autem ratio huius veritatis, quæ totius naturæ fines excedit, hæc eſt, quod omnis actio & efficientis cauſſæ ad obiectum ſuum applicatio fieri debeat in contactu, apta nimirum patientis cum agente coniunctione: Atqui res corporea & concreta, cum indiuiduo, quod dirimi diſtrahique nequit, nulla ratione copulatur, nulla igitur erit actio: atque hoc modo filii Dei corpus in Euchariſtia continetur. Quod Nouatores, cum vt dictum eſt, cœca pertinacia & malitioſa impietate nolint agnoſcere, coacti ſunt (vt mendacium vnum, non niſi deteſtabili alia fraude ſuſtineri poteſt) miranda etiam omnia, de quibus hactenus pro inſtituti ratione breuiſſime diſſeruimus, corpori Seruatoris auguſto illi tabernaculo diuinitatis gloriæque denegare: Quod nimirum inuiolata Matris virginitate ſit natus, quod inuiſibilem ſe inter manus affinium ſuorum aliquando reddiderit, & alias in medio illorum, à quibus inſolenti audacia lapidibus erat appetendus, quod ambulauerit ſuper aquas, agilitate ea inſtructus & leuitate quam miramur: quod è clauſo obturatoque ſepulchro rediuiuus exierit, quod occluſis quoque ianuis ad Diſcipulos ſit ingreſſus, quod denique ſine vllius corporis diuiſione ſydereos orbes vi ſua penetrarit. Hæc inquam neceſſaria conſecutione negant, quæ tam impia eſt, tam præpoſtera, tamque in omnem partem abominanda, vt facilè Antecedentis flagitioſam inanitatem demonſtret.

Conciliatio.

Quæ cum ita ſint, omnes deinceps in id opinor conſentiemus, vt dicamus, Tria eſſe maximè, quibus Filii Dei corpus, communem hanc corporum noſtrorum conditionem ſuperarit, ſic tamen vt de veris & naturæ inſitis proprietatibus nihil deperdiderit. 1. Quia coagmentatio ipſa corporis atque materia, non alia, quàm hypoſtaſi Verbi ſuſtentabatur, ſanè decebat vt pluribus & illuſtrioribus ornamentis inſigniretur, quàm quæ ſubſiſtentiæ tantum humanæ inhærent. 2. Quandoquidem anima Chriſti diuinæ eſſentiæ feliciſſimo conſpectu perfruebatur, ex mirabili Perſonæ diuinæ coniunctione, congruens fuit & affectioni rei accommodatum, vt ex illa ſua copia felicitatis, ſuum in corpus aliquid deriuaret, cuius erat forma perfectiſſima & entelechia. Denique rationi fuit maximè conueniens, vt auguſta Humanitas è puris caſtiſſimæ Virginis viſceribus decerpta, Humanitas illa inquam Angelorum hominumque regina, quæ cœlum & terras imperio & dominatione ſua continet, haberet in ſe vi atque potentia, & vt ita dicam in radice atque origine, decora omnia, quæ non modo ſanctis hominibus, ſed rebus etiam ſenſu & anima carentibus fuerunt aliquando conceſſa. Verbi gratia, Virga* in ſerpentem mutatur, fluuii ſanguine purpuraſcunt: ma-

** Exod 4 3. Exod. 10. 21. Exod. 14 21. Num. 20 11. Num 17 7. 8. 4 Reg. 6 6. Exod 15. 24. 3 Reg 17 16. Danielis 6. 17. Allatus eſt lapis vnus, &*

positus est super os Laci, quem obsignauit Rex annulo suo & annulo optimatum suorum.

re cohibet fluctus suos & vocis imperio sistit: è rupibus vnde scaturiunt, emortua virga se in flores induit, securis ferrea natat in summis aquis, pugillus farinæ oleique lecythus exhauriri nequeunt: olla prandiumque solidum quod messoribus bonus vates apparauerat, in leonum caueam sigillo regio procerumque munitam penetrant, & sexcenta huiusmodi illustria veteris æui miracula, quæ potenti manu is operabatur, qui ad suam amplificandam gloriam facit omnia. Fieri ne posset vt Sacrosanctæ humanitati Christi, vbi diuinitas (Apostolo teste & rei magnitudinem prædicante) domicilium suum collocauerat, priuilegia illa denegemus, quæ tam expresse in nouo Testamento referuntur, quam in Veteri illa fuerunt ad sæculorum omnium memoriam commendata?

Hieron. tom. 2. epist. 61. ad Pammach. aduers. error. Ioan. Hierosolym. circa fin.

Hæ considerationes magnam partem sumuntur è Diuo Ambrosio libro de Initiatis cap. 9. & libro 4. de Sacramentis cap. 5. Partim etiam è doctissimo Hieronymo de sensuum præstigiis differente aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, & in epistola quam scribit ad Pammachium. Proferam eius locum vt totam hanc disputationem de mysterio susceptæ carnis à Filio Dei aliquando concludamus, ita verò præclarè scribit, *Scilicet nunc mihi philosophandum est, incertos esse sensus nostros & maximè visum. Carneades aliquis ab inferis excitandus, vt praestrat remum in aqua fractum videri, porticus longius angustiores, rotundos procul turrium angulos, columbarum colla ad singulas conuersiones colorem mutantia. Cum Rhodo Petrum nuntiaret & Apostolis diceret ob periculi magnitudinem, euasisse non credunt, phantasma suspicantur. Porro quod clausis ingressus est ostiis eiusdem virtutis fuit, cuius ex oculis euanescere. Lynceus vt fabula ferunt, videbat transparietem, Dominus clausis ostiis, nisi phantasma fuerit, intrare non poterit? Aquilæ & vultures transmarina cadauera sentiunt, Saluator Apostolos suos nisi ostium aperuerit non videbit? Dic mihi acutissime disputator quid est maius tantam terræ magnitudinem appendere super nihilum, & super aquarum incerta librare, an Deum transire per clausam portam & creaturam cedere Creatori. Quod maius est tribuis, quod minus est calumniaris. Petrus super aquas ambulat graui & solido corpore: mollis vnda non cedit, paululum fides dubitat, & statim naturam suam corpus intelligit: vt sciamus super aquas non corpus ambulasse sed fidem.*

QVOD

QVOD CORPVS CHRISTI FVIT, *est, & erit in pluribus locis sine vllius proprietatis imminutione, quæ quidem ad illius essentiam spectet.*

CAPVT VII.

FAs & æquum non est, hominem diuinorum operum immensitatem in exiguum veluti gyrum velle ducere, & intra vnius naturæ limites coercere. Huius tamen temporis Sacramentarii ausi sunt in dubium controuersiamque reuocare hunc articulum, An Dei Filius vi potentiaque sua, eodem tempore multis in locis corpus suum collocare possit. Ostendamus verò è Scripturis Sacris, è Patribus, & ratione, id eum posse, & vt diuina illius admirabilisque potestas imbecillitatem nostram exuperat, bonitas malitiam, sapientia imprudentiam, gratia ingrati animi angustias; sic doceamus verborum illius constantissimam veritatem, Nouatorum fidem superare, quam tamen nullo pudore instauratam religionem indigitant.

Imprimis certissimum hoc est, Deum Patrem Filio suo dixisse, *Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Vnde sequitur, vt concludit D. Paulus, symbolum Apostolorum docet, Angeli denunciant, D. Petrus in concione perhibet, alioque in loco diuina pagina testatur, ad dexteram Patris illum considere, cœloque teneri, quoadusque veniat, immortale regnum in Genitoris sui ditionem perfectissimè subiuncturus. Hoc igitur cum sit in confesso, si demonstremus eundem ipsum Filium Dei, reipsa in propria substantia atque persona, in terris visum, ab eo tempore, quo triumphans in cœlum ascendit, an non fuerit perspicuè probatum, in pluribus eum locis vnà fuisse, & proinde partem aientem propositæ quæstionis esse veram?

Psal. 109.1.
1 Cor. 15.24.25
Act. 1.11.

In Actis Apostolorum cap. 9. hæc ponuntur, *Saulus autem adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini accessit ad Principem Sacerdotum & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres vinctos perduceret in Ierusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco, & subito circumfulsit eum lux de cœlo: & cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit, quis es, Domine: Et ille, Ego sum* IESVS *quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare: Et tremens ac stupens dixit, Domine quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Paulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damascum.* Ex hac narratione

σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

tione constat Mundi Seruatorem se videndum obtulisse D.Paulo, non è cœlo, vt Stephano martyrum corypheo, sed in via Damasci, quod adiunctis octo illustribus in eodem Scripturæ loco expressis, clarissimè ostendi potest. 1. Quod illius in itinere comites vocem loquentis audierunt, vnde finitimum fuisse oportet. 2. quod eorundem oculi minimè fuerunt eo splendore perstricti, qui aciem D.Pauli maxima luce hebetauerat, cum fulgentis corporis Christi vim non sustineret. 3. quod primum eum non agnouerit, & proinde rogat, *quis es Domine?* quod non fecisset, si vt D.Stephanus in cœlestibus eum locis hærentē vidisset. 4. vt intelligeret non inanes obtendi præstigias, aut apparatum fictitiæ cuiusdam adumbratæq; personæ, ait illi disertè, *Ego sum* IESVS *quem tu persequeris.* 5. Ananias id paulo post sua quoq; oratione confirmat, inquit enim, *Saule frater, Dominus misit me Iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas.* 6. Non dicit Ananias, Dominus qui mihi apparuit quemadmodū & tibi, sed Dominus qui apparuit tibi. Vnde liquet, tametsi illi quidē in visu locutus fuerit Christus, vt versu decimo eiusdem capitis memoratur, magnū tamen fuisse discrimen, inter ea quæ audierat, & viderat D.Paulus. 7. Non ait tantum, *qui apparuit tibi in via*, hoc est cum tu esses in via, sed *in via qua veniebas*, quasi dixisset, qui tecū in eadē erat via, ea enim est vis huius cōduplicationis ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, nisi D.Lucā Battologiæ aut Pleonasmi accusare lubet. 8. finis quoq; ipsius apparitionis non leuiter hac in re considerandus videtur, est autem huiusmodi, testis vt esset eorum quæ vidisset. Quod dilucidè Paulus ipse recenset Actorum 22. vbi cum Iudæis cōmutati animi sui causas exposuisset, illa ipsa verba repetit quæ ab Anania prius audierat, *Deus Patrum nostrorum præordinauit te vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum & audires vocem ex ore eius, quia eris testis illius ad omnes homines eorum quæ vidisti & audisti.* Quæ sanè verba omnem omnino dubitationem excludunt & sensuum fallacias. Accedit quod alio loco ipse etiam Apostolus inculcat, cum causam agit suam, innocentiamq; tuetur, audiente Agrippa Rege, testimonium petens ab anteacta vita sua, & mirabili ad pietatem Christianam conuersione, *Die media in via vidi Rex* (κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον quid disertius clariusq; dici posset?) *de cœlo supra splendorem Solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant: Omnesque nos cum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua, Saule, Saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autem dixi, quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum* IESVS *quem tu persequeris. Sed exurge & sta super pedes tuos, ad hoc enim apparui tibi, vt constituam te ministrum & testem eorum quæ vidisti, & eorum quibus apparebo tibi.*

Hæc extrema verba nobis persuadent, vt credamus, Christum sæpius ei se videndū obtulisse, & nō tantum eo loco, de quo dictum hactenus. Id imprimis D Lucas in Apostolorum historia cap.23.v.11. significat his verbis, *Cum magna dissensio facta esset, timens Tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eum de medio eorū ac deducere eum in castra. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus ait, Constans esto, sicut enim testificatus es de me*

Si D Paulus ad dexteram Patris Christum vidisset, certè non minus quam D. Stephanus eum agnouisset.

Act 26.13.14.15.16.17.
Act 26.11.13.

Act 23.10.11.

de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. Quis negabit hic reipsa præsentem fuisse? In Græco est ἐπιστὰς αὐτῷ, hoc est astans illi, vel stans prope illũ, quæ illustris rei est circunstantia: idem enim est ac si dixisset, incumbens illi, stans supra illum; nec video quomodo versuti ingenii fraus & malitia tam dilucidum splendidumq; locum inobscurare possit. De aliis Apparitionibus expressa quidem in Scripturis Sacris mentio nulla, nisi forte, quod nonnulli arbitrantur, quæ memoratur 1. ad Corinth. c. 15. ab ea differat, quam de eius conuersatione retulimus. Sic autem loquitur ibi D. Paulus, quia *Christus visus est Cephæ, & post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsq; adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi: Ego enim sum minimus Apostolorum, quia non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit.* Quibus in verbis, vt etiam notauit S. Ioannes Chrysostomus hom. 38. in primam ad Corinth. apertè in eorum numero se ponit, qui testes oculati fuerunt Resurrectionis Christi IESV. Nonne sum ego Apostolus? inquit idem alio loco: non sum liber? Nonne Christum IESVM Dominum nostrum vidi, οὐχὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν ἑώρακα. Origenes quandam etiam aliam manifestationẽ Seruatoris D. Paulo factam recenset; quam D. Ambrosius principi Apostolorum Petro accommodat, quando ad viam Appiã Christus illi dixit, Vado Romam vt ibi denuo in crucem tollar.

Eadem vox adhibetur à D. Luca cum de Pastoribus agit, Ἄγγελος κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, Angelus Domini stetit iuxta illos.

Chrysost. to. 4 homil. 38. circa med. in primam ad Corinth.

Hac enim corporis resurrectionem probantis non peccati libertatem significantis vox est.

Origen. homil siue to. 12. in Ioannem.

Quod si cui placet admittere, quod in Actis Pauli scriptum est tanquã à Seruatore dictum. Denuo debeo crucifigi.

Efficitur ex his, quandoquidem filius Dei αὐθυποστάτως, hoc est, in propria persona aliquãdo in his terris, semper autem supra stelliferos orbes versatur, eius corpus esse, & diuina vi constitui posse in pluribus locis simul. Quod sanè mirificum opus quotidiana & profusa animi benignitate in Eucharistia nobis exhibet. *O miraculum!* (ita obstupefactus exclamat lib. 3. de Sacerdotio magnus Chrysostomus) *ô Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac seipsum tradit volentibus illum excipere & amplecti.* Et Homilia de incredul. D. Thomæ, Qui ad dexteram æterni Patris sedet, in dextera est hominũ consceleratorum. Et Homil. 17. in Epist. ad Heb. addit, vt vnus est Christus IESVS, ita vnum tantum esse sacrificium, & quemadmodũ in pluribus locis hoc offertur sacrificium, ita Christũ in proprio corpore in multis locis reperiri. Quæ ipsa cõmunis ratio est Theologorum, qui ex vna eademq; victima, & præcipuo vno sacrificante, vnum tantum esse Christianæ religionis sacrificium contendunt. Et quoniam hoc sacrificiũ per consequentes omnium sæculorũ ætates, vsq; ad Antichristi illam vltimã & atrocissimam tempestatem est duraturum, vt Danielis clarissimi Vatis prædictione constat, de qua nos cum Deo alio loco non sine causa videmur iam ab initio asseruisse corpus Christi esse, fuisse, & futurum esse in magna locorum varietate, sine vllius proprietatis naturalis iactura, quæ ad essentiam pertineat. Sed quid super ea re dicant Patres strictim breuiterque videamus.

Chrysost l. 3 de Sacerdotio sub initium to. 5. *ô miraculum!, ô Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac seipse tradit volentibus illũ excipere & amplecti.*

Idem Chrysost. hom. 17. in c. 9. ad Hebr. ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι καὶ οὐ πολλὰ σώματα, οὕτω καὶ μία θυσία. ὁ Ἀρχιερεὺς ἡμῶν ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ τὴν θυσίαν τὴν καθαίρουσαν ἡμᾶς προσενεγκών. *Et paulo ante,* τὸν γὰρ αὐτὸν ἀεὶ προσφέρομεν, οὐ νῦν μὲν ἕτερον, ἀλλ' ἀεὶ τὸν αὐτόν.

Dan. 8. 11. *Tunc cessabit iuge.* הַתָּמִיד *Hattamid.*

Digitized by Google

S. Basilius in Liturgia, *Veni ad sanctificandum nos qui sursum Patri consides & hic nobis inuisibiliter coes, dignare manu tua forti dare nobis sanctum & intaminatum corpus tuum & pretiosum sanguinē.* Cui hæc grauissimi Doctoris verba minus arridebunt, Nyssenum audiat Gregorium oratione de Sancto Pasch. *Sicut diuinitas replet mundum, & tamen vnus Deus est, ita innumerabilibus locis consecratur, & tamen vnū corpus est:* quæ prope verba ipsa sunt D. Chrysostomi laudata iam Homil. 17. in Epist. ad Hebræos, nec abhorrēt à diuina illa concione, quam aliquando ad populum Antiochenū habuit, vbi inter alia hoc insigne, *Helias melotem discipulo reliquit, Filius autem Dei ascendens suam carnem dimisit, sed Helias quidem exutus, Christus autem & nobis reliquit & ipsam habens ascendit,* quam carnē merito quis appellet diuinitatis animiq; paludamentum. Atq; in his similibusq; locis, sanctissimi illi viri Orientis lumina, Christi corpus in inferiori longe gradu, quàm diuinæ Mentis amplitudinē collocant: neq; enim vbiq; id esse volunt, vt væsani Vbiquistæ, sed nostro multo excellētius præstabiliusq; esse aiunt, quod in multis locis versetur, quæ proprietas, naturalis aliis corporibus esse nequit, sed ratione coniunctionis cum hypostasi diuini Verbi conuenit Christo. Et ne quis forte id fieri putet ἀλλοτριοπροσώπῳ peregrina quadam ascititiaq; persona, D. Ambrosius in Psalmum 38. præclare, *Etsi nunc,* inquit, *Christus non videtur offerre, tamen ipse offertur in terris quando Christi corpus offertur.* Animaduertat hic Lector eas voces, *in terris*, vt & quæstionem quam proponit D. August. libro de cura pro mortuis habenda cap. 16. Vtrum Sancti beata gloria perfruentes, omnipotentia Dei possint iis adesse, qui in communibus vitæ miseriis, eorum opem auxiliumq; implorāt: & quamuis non planè quæstionem soluat, eos tamen posse rebus humanis interesse præsentes monet, adfertq; exemplum felicis Nolani, summa innocentia viri & incredibili sanctitate, quem post mortem quidam non dubiis, sed certissimis testimoniis confirmabant, ciuibus & inquilinis fuisse conspectum, cum à barbaris Nola obsideretur.

Chrys. homil. in ca. 9 ad Heb. *Hoc est figura illius & ipsa illius.* τοῦτο ὁμοίωμα τύπος ἐστὶ, καὶ αὕτη ἐκείνης. *Eundem enim semper offerimus; non nunc quidem alium sed semper eundem. Quamobrem vnum est sacrificium propter hanc rationem, quoniam multis in locis offertur, multi ne sunt Christi? neq; quaquā sed vnus est Christus, qui & hic est plenus, & illic plenus vnum corpus. Quomodo ergo multis in locis oblatum vnum est corpus, & non multa corpora, ita etiam vnum est sacrificium.*

Ambros. in Psal. 38. tom. 2. paulo post med. *Vidimus Principem sacerdotum ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis sanguinem suum, sequamur vt possumus sacerdotes, vt offeramus pro populo sacrificium & si infirmi merito, tamen honorabiles sacrificio. quia & si nunc Christus non videtur offerre, tamen ipse offertur in terris, quando Christi corpus offertur, immo ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium quod offertur.*

Aug. to 4. de cura pro mortuis gerenda c. 16. *Hinc & illa soluitur quæstio, quonam modo martyres ipsis beneficiis quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agunt viui? Non enim solis beneficiorum effectibus: verum etiam ipsis hominum aspectibus confessorem apparuisse Felicem ciuibus vel inquilinis piè à se dilectis cum à Barbaris Nola oppugnaretur audiuimus non incertis rumoribus, sed testibus certis.* 2. Corinth. c. 12. 2. 3.

Concludi hinc potest, quod si anima siue spiritus qui certo loco natura sua definitur, quem proinde locum definitionis doctissimi viri nominant, re ipsa atq; substantiâ suâ præsens multis simul locis esse queat, neq; externa corporū circumscriptio, quem locum circumscriptionis vocant, impediet, quo minus eadem diuina vi interminata & infinita, vno etiam tempore possint in pluribus locis reponi. Par argumentum è D. Pauli dubio elicitur secundæ ad Corint. ca. 12. cum de mirabili illo mentis afflatu & ecstasi verba facit, & ambigit, vtrum anima, an simul etiam corpore in tertium cœlum sit euectus. Cum enim ignorare posse nō videatur, si tum corpus habuisset in terris, cum mirabiliter ad diuinitatis

Digitized by Google

commercium fuit euocatus, haud obscure sensisse videtur, se nihilominus alio in loco esse potuisse. Sed post scripturæ diuinæ autoritatem & Sanctorum Patrum testimonia, instituti ratio monet, vt ad rationem quæ imago diuinitatis quædam est veniamus.

Tametsi magnus ille diuinorum mysteriorum interpres Angelus non dixisset, *nihil esse impossibile apud Deum,* hoc tamen ipsum esse verissimum, menti infusum à natura lumen satis ostenderet, modo ea quæ facienda obiiciuntur non repugnent rationi, æternisque id eis Verbi respondeat, quod Verbum factum non est, & cuius vi atque motione omnia sunt generata. Huiusmodi vero sunt quæcunque in intima essentia contradictionem non inuoluunt, & proinde cogitari & fieri possunt. Iam autem contradictio nulla est aut repugnantia, vt corpus vnum in pluribus locis collocetur: fieri id igitur potest illius immensa infinitaque potentia, qui omnia quæ vult, potest, & omnia vult quæ debet. Propositio illa Maior clarissima est & omnium confessione verissima. Minorem aliquot rationibus confirmo, Imprimis quod extra corporis essentiam est, id repugnantiam creare nullam potest in eiusdem essentia concipienda: at quidquid posterius est corpore, vt locus, vt alia multa, extra corporis essentiam est, locus igitur & quidquid est corpore posterius, repugnantiam creare nullam potest in concipienda corporis essentia, aut eam cōtrarietate labefactare. Rursum quod locus sit corpore posterior, ex varia commutatione locorum intelligitur, & longe etiam illustrius in supremo Cœlorum orbe, extra quem nihil plane est, quod eum suo complexu coerceat, quod idem euenisset lapidi, stirpi, homini, cuicunq; denique rei, quam ædificator omnium Deus ante hanc vniuersitatem fuisset molitus, vt de lumine concors est Doctorum hominum opinio, ante res alias omnes fuisse productum. Efficitur ergo locum esse extra corpus, posteriorem corpore, aduentitium corpori, & nullo modo de corporis essentia & natura.

Luc. 1 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα, *non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

2. Quod item fit luculentius, si consideremus omnem locum aut circumscriptionis esse, aut definitionis, aut Sacramenti. Primus omni corporum generi conuenit, alter menti & cuilibet spiritui, vna diuinitate excepta. Tertius proprius est Christi in Eucharistia. Nominant primum circumscriptionis, quod ita rem ambiat & circum amplectatur, vt totus toti respondeat, & pars parti, & res ipsa quæ inuoluitur sui quandam effigiem atque formam exprimat in aëre, aqua, & similibus à quibus clauditur & circumscribitur. Secundus Definitionis appellatur, quod Angelus siue anima omnis ita vno loco definitur, vt nec sit, nec vi naturæ simul esse possit in pluribus locis. Præterea cum diuisionis sit expers, mensa spatia nulla habere potest, nec alio modo circumscribi, quā efficiendi vi atque ipsius actionis magnitudine: quare locus illius proprius is erit, vbi agere potest, maior & diffusior, aut contractior, pro virium in agendo modo & mensura. Tertius quem Sacramenti nuncupauimus corpori Christi conuenit, quod per se quidem est visibile atque

diuiduum, sed inuisibiliter tamen atque indiuise sub visibili signo augustissimæ Eucharistiæ, totum sub toto, & totum sub qualibet parte, quemadmodum substantia panis in se naturaque sua spectata, ante mystica verba consecrationis, sub quacunque parte suæ quantitatis tota existebat. Quod sane minus mirum videri debet, quandoquidè illius verborum vi mirabiliq; potentia non accidentium, sed substantiæ locum accipit, quæ vocula, Hoc, pronunciatione declaratur. Atq; hic locus vt post paulo etiam dicetur copiosius, nihil impedit, quo minus alibi esse possit circumscriptione definitum. hinc fit vt qui dicitur Sacramenti locus, neq; proprie circũscriptionis sit, neq; definitionis. Sed vt ad propositam quæstionem reuertamur, illa plurium locorum varietate nihil penitus ad essentiam corporis & intimam conditionem accedit, sed tantum præsentiæ veluti quidam aspectus atque relatio rem inter, & id, cui tanquam loco præsens dicitur. Nihil igitur essentiam corporis attenuabit & extinguet, cum extra locum omnem, aut etiam pluribus in locis collocatum fuerit.

3. Dictum superius declaratumq; fuit, non videri absurdius aut repugnans magis, vt corpus vnum in pluribus locis, quam plura corpora in vno eodemque loco ponatur. Atqui plurimæ quæ à nobis allatæ sunt corporum penetrationes, dilucide ostendunt hoc vltimum sæpe iam contigisse, nihil igitur absurdi est aut repugnantiæ in primo.

4. Cui vel fando est auditum, magis proprium & naturale esse corpori, vt spatio magnitudini suæ pari circumscribatur, quam vt sit corruptioni obnoxium? aut si viuit, quàm vt alatur? aut si terrestre concretumque sit, quàm vt nutu & pondere suo deorsum feratur? Videmus autem Christum Dominum à suo corpore seiungauisse nonnunquam ponderis grauitatem, necessariitem cibi atque potionis vsuram, & corruptionis mutabilitatem, quæ sunt corporis proprietates naturales, contra vero nobiliores quasdam affectiones sumpsisse cõtrarias, Subtilitatem, Agilitatem, Impassibilitatem. Potuit igitur & eodem modo separare mutuum illum aspectum & relationem inter vnitatem loci & vnitatem corporis, atque multitudinem adiungere quæ tantum abest vt repugnet vnitati, vt eam etiam comprehendat.

5. Non est magis naturale corpori vt locum tantum vnum occupet, quam innatum spiritui vt nullo spatio definiatur: sed diuina potentia Spiritus certo loco definiri potest & corporeo veluti sinu concludi, fieri igitur poterit vt corpus nullius certi corporei loci finibus circumscribatur.

6. Vnum idemque subiectum aduentitias multas qualitates potest admittere, figuram, colorem, saporem, relationes multiplices æqualitatis, inæqualitatis, similitudinis, disparitatis, sic vt nullam in essentia mutationem aut corruptionem patiatur. Cur igitur excipere simul nequeat & sustinere diuersos respectus ad plura loca, & multiplicatam præsentiam pro locorum varietate, cum præsertim inter adiuncta essentię, locus

non tam

Digitized by Google

non tam videatur necti corpori, quam qualitates, quantitates, & quæ penitus inhærent inuuntur que figuræ?

7. Non magis pugnat cum sensu communi atq; notione, vt quis sibi animo & cogitatione depingat D. Petrum, quam beatorum spirituum principem Michaelem eodem temporis momento versantem Romæ, Ierosolymis, Constantinopoli. Atqui ex diuina pagina constat cum Hebræi mox abituri essent ex Ægypto, Angelum vnum pestem & exitium ferentem, vno temporis puncto simul fuisse in palatiis omnibus, in casis, in stabulis, haris, ouilibus & spelæis, in omni denique angulo & recessu, vbi aliquod primogenitum esse potuit in Ægypto vniuersa. Ita enim in Exodo scribitur, *factum est in noctis medio.* quæ præcise vox sumi debet non pro hora tantum vna, sed pro ipso mediæ noctis puncto & momento. Sed tametsi spatium illud protenderemus ad longissimam vnam horam, vix tamen adhuc cogitando complecti quisquam posset, quonam modo non multiplicatus loco Angelus tam vastam regionem, tamque locis, vrbibus, & prouinciis distinctam, simul occupare potuerit, cum Ægyptus Thebaidem complexa septem graduum interuallo suam latitudinem porrigat nimirum à vigesimo quarto vsque ad trigesimum primum, tres autem aut quatuor minimum gradus habeat longitudinis. *Percussit autem Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat vsque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.* Et ne quis forte existimaret plures fuisse Angelos, huius tanti operis & acerbæ animaduersionis ministros, proximè ante cum diuina monita posuisset, de Agno Paschali, deque ceremoniis in eo vorando religiose obseruandis, & de pane sine fermento, hæc addit, *fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine qui est in limine & aspergite ex eo superliminare & vtrumque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque ad mane: Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non finet percussorem ingredi domos vestras & lædere.* Quo in loco vox, *percussorem*, notanda est. Nam licet in Scriptura Sacra, singularis pro numero multitudinis haud raro ponatur: hic tamen emphasin habet quandam suam, & præsertim eorum habita ratione, quæ memorat Diuus Paulus prima ad Corinthios, cum ait, periisse illos ab exterminatore καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ ὀ᾽ ὀλοθρευτοῦ. Quod agnoscit Theodorus Beza in Annotationibus, vbi comparat hebraicam vocem הַמַּשְׁחִית Hammaschohith qua vtitur Moses, cum Græca ὀλοθρευτὴς quam adhibuit Apostolus. Quid plura? nonne è sacris Annalium monumentis didicimus, in exercitu Sennacherib infinita militum copia redũdante, de beatis spiritibus vnum plurifariam eodemque tempore magnam quandam & horribilem internecionem barbarorum attulisse? Quod si hoc exemplũ haud facit satis delicatis hominibus & fastidiosis qui se iactant etiam gloriosius, nihil velle nisi prolatis tabulis credere, legant

Bez. à disperditore, &c. Siue de bono siue de malo angelo accipias: cuius ministerio Dominus iudicium suũ executus est cum vltimo impiorum exitio.

mihi 48. caput Ecclesiastici, & plane vers. 24. reperient, quod Deus *Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos Angelus Domini*, nec eo loco nisi vnius tantum Angeli mentionem fieri, sicut etiam & cap. 7. lib. Machabeorum *Exiit Angelus & percussit ex eis centum octoginta quinq. millia.*

8. Ratio & experientia nos docet, animam nostram totam esse in toto corpore, & totam in singulis partibus eiusdem; ita vero est in capite, vt non alte suspendatur, ita in pedibus, vt non affligatur deiecta, ita in manibus vt nulla peruersione oblique iaceat, & vt breui dicam toties est in corpore quot in eo indiuidua puncta fingi & cogitari possunt. Quod si quis id fieri dicat & manare ex perfectissima consociatione animæ simul & corporis, concedam id quidem minimeque repugnabo, sed adiungam & illud, quod si præstabilissimæ illius formæ cum materia coniunctio tantum potest, vt eius vi & gratia, tota sit in omnibus partibus singulisque ipsius, & esse proinde queat in diuersis locis, & in vario situ partium corporis plane aduerso atque contrario: Cur pollentis omnia Dei singularis & immensa potestas, non illi corpori, omnium quæ vnquam fuerunt, aut erunt in hac vniuersitate, pulcherrimo atque excellentissimo, non possit concedere, quod in microcosmo facit animæ copulatio?

9. Cum augescit corpus, nullum incrementum capit anima, cum senio conficitur, illa minime deflorescit: cur igitur si species corrumpantur atque intereant, non possit filii Dei corpus saluum & incolume remanere?

10. Tota natura aquæ, vini, panis, carnis, similiumque rerum est in quaque parte aquæ, vini, panis, carnis, rerumque aliarum quas Philosophi homogeneas & similares vocant. Cur nequeat substantia corporis Christi tota existere sub quaque parte hostiæ, cum ibi sit, vt superius dicebamus, substantiarum more modoque, & loco essentiæ panis, non quantitatis & accidentium aliorum?

11. Cur homunciones Deo, cuius potentia nullis cancellis & finibus coercetur, denegare vim illam audeant, vt possit vnum corpus in variis locis ponere, cum natura diuina in personis sit tribus reapse distinctis atque separatis à se inuicem tota, & nihilominus indiuisa, imo plane & omnino vna eademque in quaque persona?

12. Æternitas Dei tota simul est præsens & elapso tempori, & instanti, & sequentibus omnium sæculorum ætatibus, quæ res communi hominum intelligentiæ & imaginationi vehementer repugnat: & illius corpus in tribus aut quatuor altaribus esse nequeat?

13. Hypostasis Verbi in duabus reperitur naturis vndique perfectis & absolutis, sine vlla mixtionis confusione, neque ab iis separari vnquã poterit: ergone corpus illius in variis locis esse nequeat, & sub diuersis accidentibus, quæ nullo negotio separantur?

14. Nos ipsos consulamus, qui sumus ad imaginem illius procreati, & corpore simul & anima simillimi DEO, iam inde ab humanæ carnis

Digitized by Google

carnis cum diuinitate copulatione: Res quoque alias conditione & natura infimas contueamur, in quibus diuinæ mentis vestigiũ elucet. Hominis oratio, vox belluarum, lituorum clangor, auium cantus, nolę tinnitus, fidium concentus atque symphonia, vno eodemque tempore aurium magna varietate excipiuntur, atque adeo pars quælibet soni, vocis, pronunciationis, & minutæ omnes syllabæ in sexcentis vna locis reperiuntur. Et quisquam neget filij Dei corpus in pluribus hostijs consecratis esse posse? Hæc similitudo à vocum experientia sumpta, speculoque in varias partes confracto, explicata fuit olim à Sammona pio & erudito Gazæ Episcopo. Cui tamen similitudini alijsque superius positis, occurrere quis forte possit atque obijcere, latum esse discrimen inter sonum, vocem, orationem, & hominis corpus, nec quod de re vna dicitur, recte in aliam accommodari. Sed respondebitur ex mente omnium Philosophorum & sapientiæ effatis, sonum, vocem, & pronunciationem esse res corporatas, non spiritus, aut pura quædam simpliciaque elementa: & ex magni Aristotelis disciplina, tam esse operosum atque difficile, lineam aut superficiem vnam in multis locis collocare, quam corpus terrena concretione solidum & continuatum. Et tametsi res spiritales, illæ forent, nonne iam superiori oratione dictum meminimus, æque absurdum esse & abhorrens, in pluribus locis Angelum sibi animo depingere, quam Apostolum vnum collocare? cum ratio difficultatis huius in eo versetur, quod varia locorum multiplicatione, res in ijsdem collocata à se dirimi & seiungi videatur, quæ difficultas cogitantem animum æquabiliter quatit, seu Raphaelem imaginetur & reputet, seu Tobiam adolescentem. Quare frustra est penitusq; iacet illa in contrarium inducta oppositio, quin potius vi rationis corrigenda imaginatio est, atque dicendum, rem esse vnam, planeque vnam remanere, differentiam modo habeat, quæ vulgo in scholis constituere essentiam dicitur, eamq; ab alijs omnibus secernere, cum nimirum & à qualibet alia re separatur, & à se manet indiuisa. Quod autem Socrates Athenis sit, Thebis, & Lacedæmone, aut in vna tantum illarum vrbium versetur, perinde & æqua ratione est indiuisus, & inseparabilis à seipso, & à qualibet alia re diuisus atque disclusus.

B. Samonas Gazæ Episc. in disceptatione cũ Achmed Saraceno, de corpore & sang. Christi. Habetur tom. 6. Bibl. Patrum.

Πᾶν ὅ, τι ἄνθρωπος ῥῆμα προφέρων λέγει, καὶ ὁ λέγων νοεῖ αὐτὸ, καὶ ἀκούει, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ ἀκούουσιν, εἰ καὶ πολλοί εἰσιν οἱ ἀκούοντες, οὐ διῃρημένον, ἀλλ' ὁλόκληρον, τὸν αὐτὸν τρόπον θετέον καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. τὸ τοῦ Χριστοῦ παναγιον σῶμα, καθεζόμενον παρὰ τῷ Πατρὶ, μένει ἐν αὐτῷ. ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ ἱερουργούμενος ἄρτος εἰς τὸ ἀληθὲς τοῦ Χριστοῦ σῶμα μεταβαλλόμενος δυνάμει θείᾳ, δι' ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου πνεύματος, καὶ οὐ μερίζεται, ἀλλ' ὁλόκληρον καὶ σῶον ἐν ἑκάστῳ κλάσματι σώζεται, ὡς καὶ ὁ λόγος τοῦ λέγοντος πρὸς πάντας τοῖς ἀκούοντας, ὁλόκληρος καὶ οὐ διῃρημένος ἀκούεται.

Hæc nimirum dicenda hoc loco fuerunt, in ea quæstione, quæ proxime cum diuinæ Incarnationis mysterio coniungitur: quod mysterium tanta etiam cognatione Eucharistiæ decus & admirabilitatem attingit, vt quemadmodum in eo Christus naturæ humanæ se vniuerse largitus est, ita in hac cuiq; singulatim incredibili beneuolentia coniungat. Beda venerabilis & chorus omnis Theologorum addunt, tametsi Dei filius naturam humanam in castæ parentis viscerib. non induisset, & hac tamen formula, *Hoc est corpus meum*, Sacramentum instituisset, fore vt eorum verborum vi atq; virtute humanam carnem homo susciperet: cum Dei verba non significandi tantum vim habeant, vt nostra, verum etiam & efficiendi. *Cœlum non erat*, inquit S. Ambros. *terra non erat, mare non erat.* *Ipse*

D. Ambros. 4. de Sacr. ca 4. tom. 4.

DE INCOMPARABILI ET AVGVSTISSIMA DEI MATRE.

QVOD AB OMNI PECCATI CONTAgione pura solutaque fuerit.

CAPVT VII.

DIVVS Bernardus de excellenti Virginis dignitate præstantiaque disputans sic ait, *Nimirum ipsa scilicet Maria est quondam à Deo promissa mulier, serpẽtis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius plane calcaneo in multis versutijs insidiatus est, &c. Alius non de substantia carnis suæ Christum edidisse dogmatizabat, alius non paruulum non peperisse, sed reperisse sibilabat, alius vel post partum viro cognitam blasphemabat: Alius Dei matrem audire non sustinens magnum illud nomen* θεοτόκος *impijssime sugillabat.* Quibus verbis breuissime complexus sanctissimus Doctor est infandas contumelias, quas ore incesto euomebant in Dei matrem Cerdoniani, Ebionitæ, Nestoriani, Eutychiani, Iconoclastæ, omnisq; natio Antidicomarianitarum. Ab illis immanissimis prodigijs, sæculum nostrum Dei beneficio purum est & vacuum, & si quæ restat de felicissima Dei parente controuersia, ad hæc capita reuocari illa omnis potest. 1. Vtrum ab omni peccato fuerit eximia. 2. Quemadmodum Angeli orationem exceperit. 3. An se voto virginitatis obligarit. 4. An in partu inuiolatam integritatem seruarit. 5. Num inuocari ipsa possit, & nomen eius certorum dierum cultu & solenni veneratione celebrari. 6. An Mediatrix appellanda videatur, & beatorum spirituum hominumque Regina salutanda.

S. Bern. serm. de Diua Virgine ex verb. Apocal. 12.

Quod ad primum attinet, facilis est partium conciliatio in eo, quod peccatum quidem originis communemque hominum labem spectat; quandoquidem Ecclesiæ voce atque decreto, libera cuique sentiendi potestas super ea re conceditur, vt videre est in * Concilio Tridentino: & Constitutione Sixti IV. anni 1483. quæ incipit *Graue nimis*, qua Christianis omnibus prohibetur, dirarum obnunciatione, & sub pœna excommunicationis Romanæ Sedi reseruatæ, ne quis alterutram opinionem aientem aut negantem de immaculata Conceptione Virginis damnet

* Conci. Trid. decreto de peccato Origin. sess. 5. ca. 5 *Declara tamen sancta Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur beatã & immaculatã Virginem Mariã Dei genitricem; sed obseruandas esse constitutiones fœlicis recordationis Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis cõstitutionibus cõtentis, quas innouat.*

damnet erroris:& facultas vnicuique tribuitur pro animi sui sententia, de re haud certa, nec communi Ecclesiæ iudicio stabilita censendi, quousque in rei grauissimæ ignoratione diuinæ prouidentiæ splendor illuxerit. Communis tamen & tacitus omnium sensus in partem aientem propendet:& idem ipse Sixtus 4. aliquot annis antea, nimirum an. 1466. Diploma quoddam publicauerat, cuius initium est, *Cum præ excelsa*, quo comprobabat, & sapienti religione confirmabat, conceptæ Virgini sacrum diem annuis ceremonijs festum & solennem, ijsque omnibus, qui eum diem pie celebrarent, pares indulgentias & diuina dona impertiebatur, quæ statis sanctissimi Sacramenti religionibus octidui spatio tribuuntur Vrbani Papæ 4. largitione, quęq; postea in Concilio Viennensi confirmata, & deinceps constabilita fuerunt à Martino V. eiusq; Decessoribus. Quin & Lutherus immaculatam conceptionem tuetur & prædicat oratione quadam in eius diei celebritate his verbis, *Mariæ conceptio pie creditur sine originali peccato facta esse, ut scilicet in ipsa animæ infusione vna etiam ab originali peccato purificata fuerit.* Et paulo post, *Sic Virgo Maria quodammodo inter Christum & alios homines medium tenet.* Ad eam autem sententiam corroborandam, duas adfert magni momẽti rationes, quarum vna è Gabrielis salutatione desumitur, qui nũquam Virginem inter mulieres benedictam salutauisset, si putida labes originis aut vitæ anteactæ næuus eam dedecorasset. Altera ex rei honestate & conuenientia eruitur, nam *dignum*, inquit, *& iustum erat personam hanc ab originali peccato præseruari, de qua Christus sumpturus erat carnem, quæ omnia peccata superaret.* Quæ ipsa ratio est quam diuinitus explicat D. Augustinus lib. de nat. & gratia, & repetit suauissimus Bernardus in eadem illuminanda quæstione versatus, ait enim, cum de peccatis agitur, se Matrem Dei semper exceptam velle, propter singularem filij dignitatem.

Luther. de Concept. Mariæ apud Canis. de Deipara l. 1. c. 8. circa finem cap.

Ber. sup. salue reg. ser. 4. *Innocens fuisti ab originalibus & actualib. peccatis, nemo ita præter te, unde auctoritas Augustini, cum de peccatis agitur, nullam de B. Maria volumus fieri mẽtionem, ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem ad vincẽdum ex omni parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, qui nullũ habuit peccatũ, ex omni inquit parte hoc est, ex parte originalis, & ex parte actualis peccati; ea ergo sola excepta quid dicere possunt cæteri oẽs, nisi quod ait Apostolus Ioan. Si dixerimus, quod peccatũ nõ habemus ipsi nos seducim⁹, & veritas in nobis non est.*

Quod ad peccata pertinet actione commissa, seu mortalia sint seu leuiora, erit tamen, in quo, filij Dei pacis amantes & concordiæ consentiant, si vastum illud maximumque discrimen consideremus, quod filiũ inter atq; matrem Catholica fides agnoscit: Illum enim à peccato liberum & solutum esse ait naturâ, propter hypostaticam vnionem, & quia diuina mens & voluntas humanam perfecte moderabatur. At Diua mater gratiâ tantum & priuilegio summam vitæ innocentiam consecuta, vacuaq; fuit communibus illis miserijs, quæ naturæ nostræ comitantur. Illi autem eiusmodi gratia concessa fuit, quam proprius filius talis ac tantus excogitata beneuolentia potuit voluitq; tribuere, adeoq; illam statuit inter res procreatas, vt eximij coloris odorisque rosam inter spinas: totam pulchram & sine macula, hortum conclusum, fontem obsignatum, paradisum omnibus delicijs effluentem, & vt princeps ille cœlestis indigitauit, gratia plenam, ornatissimumq; Dei domicilium. Iam videamus, an sancti Patres diuinitus afflati ita loquantur.

Orig. hom. 1 in diuersos. *Maria mater immaculata, mater incorrupta, mater*

Origenes Alexandrini Musei custos ac præses clarissimus homilia 1. in diuers. eam nominat Matrem, quæ cum cœlesti & æterno parente filium

Digitized by Google

filium habet communem: Matrem eo filio dignam, immaculatam quæ immaculatum conceperit: thesaurum diuinitatis, copijs sanctitatis opulentam, perfecta & cumulata vndiq; iustitia ornatam, Regis magni sacrosanctum palatium.

intacta, &c. Mater eius, qui in excelsis sine matre, & in terra est sine Patre, &c.

Gregor. Nicomediensis Oratione in Purificat. appellat clausam Portam, acerram auream, sanctificationis arcam, eximium vas & excellentissimum, Virgam mysticam, Terram sanctam, fœcũdam oleam, gloriæ Thronum, triumphalem currum, Ciuitatem sanctam, Librum obsignatam, sponsam Christi, fontem clausum atque munitum, Tabernaculum incredibilibus gratiæ donis insigne, Templum Dei quod dirui subuertique nequit.

Idem ibid. ad illa verba. *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Accipe ergo eam sicut commẽdatum cælestem thesaurum, Deitatis diuitias sicut plenissimam sanctitatẽ, sicut perfectam iustitiam, Creatoris omnium possessionem, accipe eam sicut vnigeniti mansionem, sicut honorabile templum, sicut domum Dei, sicut regis & cælestis sponsi domum immaculatam.*

Gregorius alter Neocæsareæ Antistes verba Gabrielis explicans, ait eam nominatam fuisse plenam gratia, *quod in Virgine totius gratiæ thesaurus reconderetur, quod sola ex omnibus generationibus sancta corpore & spiritu fuerit, sola ferens eum, qui verbo portat omnia.*

Gregor. Neocæsar. ser. 1. in Annunciat. B. Virgin. apud Turrian.

Epiphanius orat. de laudibus Virginis, ait Mariam à Patre instructam ornatamque fuisse, à Filio electam, dilectam à Spiritu sancto, & singulari beneuolentia exceptam, Cherubinis & Seraphinis atque omni Angelorum ordine sublimiorem, dignissimam Dei administram, Matrem sine macula, nihil habentem supra se præter Deum, & proinde quidqd Deus non est infra se continentem.

Epiphan. de laudib. Virginis habetur tom. 2. Bibliothecæ Patrum. *Virgo sublimior Angelis facta est, superior ipsis Cherubim, & Seraphim, placens Christo Regi, à Deo in honore habita tanquã ancilla digna, & mater sancta, mater immaculata, qui genuisti Christum, &c.*

S. Ioannes Chrysostomus à Canisio laudatus homilia de Hypapante, magnum mundi miraculum vocat: superare quoque prædicat, quidquid cœli & terræ complexu tenetur, sanctiorem esse Prophetis, Apostolis, Martyribus, & Patriarchis, longe augustiorem Angelis, Thronis, Dominationibus, Cherubinis & Seraphinis, excellentiorem secundum Deum procreatis rebus omnibus, tum quæ videntur, tum quæ in aspectum non cedunt. Et Orat. de Annuncia. *Missus est seruus incorporeus ad Virginem immaculatam, missus est à peccato integer ad corruptionis expertem.*

Canisius lib. 1 de Deipara cap. 2 circa med.

Τῆς γὰρ γῆς, καὶ τοῦ οὐρανοῦ πλατυτέρα αὕτη μόνη ἐφάνη. τίς γὰρ ταύτης ἁγιωτέρα γέγονεν ἢ ἀναφήσεται; οὐκ ἀπόστολοι, οὐ μάρτυρες, οὐ πατριάρχαι, οὐ πατέρες, οὐκ ἄγγελοι, οὐ θρόνοι, οὐ κυριότητες, οὐ τὰ σεραφείμ, οὐ τὰ χερουβείμ, οὐκ ἄλλό τι τῶν ὁρατῶν, καὶ ἀοράτων ἐν ποιήμασι μεῖζον ταύτης δόξῃ ἐστιν.

Paulo ante. *Soli Deo excepto cunctis superior existentis, natura formosior es ipsis Cherubin, Seraphin, & omni exercitu Angelico, cui prædicanda mortalis, ac terrena lingua minime sufficeret, imo vero, nec Angelorum.*

Sophronius serm. de Assumptione, qui D. Hieronymo tribuitur, cæteris quidem gratiam diuinitus per partes fuisse concessam, in Mariam autem plenitudinem ipsam profusam ait: quidquid in ea gestum sit, totum esse puritatem & simplicitatem, totum veritatem & gratiam. Hortulum esse quondam amœnissimum delitiarum, in quo sint omnia genera & odoraméta virtutum, sic conclusum vt nesciat violari: signatum esse fontem sigillo Trinitatis.

Sophronius apud Hieron. to. 4. serm. de Assumpt. Mariæ.

Proclus Constantinop. cuius auctoritas Ecclesiæ voce comprobata repudiari non potest, homilia de Natali Christi, nuncupat eam spiritalẽ Paradi-

Proclus Constantinop. to. 1. Concil. & Concilij Ephesini to. 6. c. 7. ἡ ὄντως νυμφιφί-

καὶ τὸν ἐπιχειρεῖν αὐτῶ σώματος ... ἐξ ὕστερου ... ὃς ... ἐνδύσασθαι. Conc. Ephes. actorum, tom 5 c.9. *Eadē quoque antistitum piissimusque frater noster Epis. Proclus veritatis sermonem recte secans, diligentissimusque eorum, qui quæ recta sunt, peruerterunt, oppugnator, in Epistola, quam ad Armenios scripsit, diserte prædicauit. Nam cum hic veritatis sit admodum studiosus semper victoriam reportare consueuit:* hoc de Proclo testatur Cyrillus ad Ioann. Eccles. Antiochenæ Epis.

Paradisum noui Adami, Nubem leuem cui insidet, qui super Cherubinos pro insignibus equis & curru aurato fertur, Vellus purissimum niueo rore perfusum, in qua & per quam Summus Pastor ouiculę suæ pelle induitur. Huius tanti viri sententia in Concilio Ephesino refertur sessione 5. cap. 9.

Theod. in Cant sub finē *Inter tot animas omnium hominū quæ saluantur, electa est vna illa Columba, quæ Christum genuit virgo mater, puella quæ puritate profecto Cherubim & Seraphim antecelluit.*

Theodoretus in Cantica vnicam illam electam à Christo Iesv Columbam vocat, Virginem simul & matrem, quæ puritate Cherubim & Seraphim antecellat. S. Ioann. Damascen. omnibus sanctis sanctiorem. Elias Cretensis, qui eodem sæculo florebat, eam nunquam sordidis cogitationibus fuisse contaminatā asserit. Quod grauissimi hominis dictū maxime animaduertēdum est, ne profecto refutari à Nouatoribus potest cum illius scriptoris Annotat. è Græco ipsi in Latinum conuerterint.

Ioan. Damasc. orat. 2 de Natiu. B. Mariæ ad illa verba, *De germine meo filius meus ascendisti circa med. orat. Per germē quemnam tandem quæso proprie, consentaneeque acceperis? an non perspicue solam hanc sanctam ac sanctis omnib. sanctiorem?* Elias Cret. in orat 4 Nazian *Dei genitrix, ne sordidis quidem cogitationibus vnquam inquinata est.*

Ecclesiæ Latinæ Patres in eandem cum Græcis Doctoribus sententiā lubentes iuerunt. Forte & inuictus Cyprianus Natalitia Christi oratione sua prædicans, illustria hæc de B. Virgine memorat, *Spiritu sancto obumbrante incendium originale extinctum est, ideoque innoxiam affligi non decuit nec sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniurijs, quoniam plurimum à cæteris differens natura communicabat, non culpa.*

Ambros. ad ps. 118 sub fin. ad illa verba erraui sicut ouis. *Suscipe me non ex Sara, sed ex Maria, vt incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiam ab omni integra labe peccati* Hier. ps. 77. tom. 4. *Deduxit eos in nube diei. Pulchre dixit diei: nubes enim illa non fuit in tenebris, sed in luce.* Hieron præfat. in Sophoniam, tom. 3. *Taceo de Anna & Elizabeth, & cæteris sanctis mulieribus, quarum velut syderum igniculos clarum Mariæ lumen abscondit.*

Consequenti sæculo D. Ambrosius in Psalm. 118. eam vt purissimam Virginem ab omni sceleris contagione liberam & solutam depingit. Et S. Hieron. comparat eam cum nube, quæ dux fuit populi Hebræorum, & in clarissima luce versatam illuminatamque assidue, à tenebris quam longissime remotam fuisse. Et Præfatione in Sophoniam, eam cæterarum mulierum igniculos eximio suo splendore superauisse.

Et in cap. 10. Ecclesiast. natam prædicat reliquis omnibus sanctis longe à sordibus & peccato liberiorem.

August. de natura & gratia, cap 36. tom. 7. *Excepta itaque S. Virgine Maria, de qua propter honorē Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Inde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincēdum omni ex parte peccatū, quæ concipere ac parere meruit*

S. Augustinus multo etiam magnificentius de eadem paulo ante pronunciauit, cum scribit, vbi de peccato quæstio est, nullam penitus excellentissimæ Dei matris faciendam esse mētionem. Cuius rei causam mox subijciens, ait fore alioquin, vt contumelia eius filio eo ipso irrogaretur. Idem alio in loco oēs homines obnoxios esse peccato existimat, quod in peccato concepti sint & generati: vnde à contrario concludi potest eum Virginem à totius vitæ noxis credidisse immunem, quam à prima originis labe vacuam & solutam putabat.

Flos sanctitatis & elegantissimæ doctrinæ D. Bernardus Epist. 174. de eius

eius natali, vita, moribusque disputans, hæc grauissime suauissimeque suo more, *Ego puto, quod copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quæ ipsum non solum sanctificaret ortum, sed & vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem, quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Decuit nimirum Reginam Virginum, singularis priuilegio sanctitatis absque omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati mortisque pareret peremptorem, munus vitæ & iustitiæ omnibus obtineret.* Propter hanc eandem rationem in Liturgijs Græcis appellatur sæpe illustrissima, sanctissima, purissima, gloriosissima, innocentissima, alijsque laudis honorisque titulis, qui summi excogitari possunt, ornatur.

> *eum, quem constat nullum habuisse peccatum.*

> Λαμπροτάτη, φαιδροτάτη, ἁγιωτάτη, σεμνοτάτη. Liturg. Iacobi. *Commemorãtes sanctissimam, immaculatam, gloriosissimam dominam nostram matrem Dei & semper Virginem Mariam, cum omnibus sanctis & iustis nos ipsos, & inter nos, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.*

Quandoquidem igitur è diuinis scripturis non constat, eam in omni vita vel tenuem labeculam admisisse: cum de eius cumulatissima sanctitate, vacuitateque peccati proprij pie sentire, non magis filij gloriæ officiat, quam nitor Lunæ clarissimo Solis splendori à quo deriuatur: quin potius summam filij dignitatem prædicet & illustret magis, cum ea fuerit opinio & communis sensus antiquitatis, cum pietas id quoque religioque suadeat: Cur obstinate contendere quis deinceps velit, & perfidiose conniti, vt venerandam Seruatoris nostri parentem sceleribus fuisse imbutam contaminatamque demonstret? Caluinus quidem ipse hac in parte minus in eam contumeliosus videtur, quam eorum hominum turba, qui eius sententias atque doctrinam incredibili ardore exceperunt. Nam ex vna quidem parte, non magnopere laborandum esse ait, vt Mariam ab omni purgemus vitio: ex altera vero, si carpere illam videatur ijs in locis, quæ ad marginem notantur: id eadem animi leuitate pariter fecit in eius filio, quem nobiscum tamen Agnum sine macula fuisse cognoscit.

> *Conciliatio.*

> Caluin. in harm. Euang. ad cap. 1. Luc. 34. *Non magnopere laborandum est, vt Mariam ab omni purgem' vitio.*

> Alibi carpere videtur, harmon. *Luc 1 vers. 39 & ca. 2. v. 34 & 48 Christum quoque,* Harm. Matth. *c. 3. 16. & cap. 26. 39 46.*

Concludamus igitur vna omnes voluntatum & sententiarum consensione, notato appositoque discrimine, magnam Dei matrem sine peccato esse, filium autem ipsius ne peccare quidem posse, illam esse ἄμωμον, gratiâ & priuilegio nulli reprehensioni obnoxiam, hunc ἀναμάρτητον, καὶ ἀνέγκλητον, summa innocentia & integritate præditum naturâ. Quæ nimirum vitæ excellentia primo modo vni Christo nemine excepto conuenit. Secundo autem modo ita Virginis propria est, vt ex mente D. Augustini impudens feret mendacium, & in Deum contumeliosum, id decus vlli hominum tribuere, qui præteritis sæculis viguerit, nec in ijs, qui deinceps futuri sunt, id sperari posse, absque intolerandæ audaciæ suspicione atque hæreseos, nisi fauore quodam singulari diuinæ Mentis: qua de re grauissimis in Decretis Concilij Tridentini præscribitur.

> Aug. *vbi sup pag. 71. ex lib. de nat & grat cap. 36 to. 7.*

> Trid. Sess. sexta. *in Decreto de iustificatione can. 23 Si quis hominem semel iustificatũ dixerit amplius peccare non posse, neque gratiã amittere; atque ideo eum qui labitur & peccat, nũquam vere fuisse iustificatũ; aut cõtra, posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio: quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia, Anathema sit.*

Digitized by Google

QVOD MATER CHRISTI VOTO SE *virginitatis obligauerit, & quod nulla ratione dubitarit de Omnipotentia Dei cum Angelum interrogauit, Quomodo fiet istud, &c.*

CAPVT VIII.

Caluin Harmon. in cap. 1. Luc. v. 34.

DOLET omnibus Ioannis Caluini pennam tanto impeturs leuitatis abreptam, vt in Dei Matrem infesto odio & non ferenda audacia & impietate inuolarit. *Videtur*, inquit, *sancta Virgo non minus maligne restringere Dei potentiam, quam prius Zacharias ver. 18. Quod enim præter communem naturæ ordinem est, impoßibile esse colligit. Sic enim ratiocinatur, virum non cognosco, qui credam igitur futurum quod nuncias? Nec vero magnopere laborandum est, vt eam purgemus ab omni vitio.*

Elizabeta eius cognata plena diuino spiritu multo sane consideratius hoc Momo loquitur, cum his verbis exclamat, *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino.* Sancti etiam Patres longe religiosius modestiusque senserunt, & animi sui sententiam expresserunt.

Cyril Hier. Cath. 12 circa finem.
Ἀλλὰ θαυμάζεις τὸ γινόμενον. ἐθαύμαζε ὅτι καὶ αὐτὴ ἐγνώρισαν.

S. Cyrillus Catechef. 12. eam locutam eo modo agnoscit præ summa & inusitata admiratione, quam rei nouitas & magnitudo procreauerat, quæ subito cogitantem animum occupauisset.

a Ambr in Luc capite 1 tom. 3.
Non videtur dubitasse de facto, sed de facti qualitate quæsisse, &c. & bene quæsiuit quomodo fieret, legerat enim, quia Virgo cōciperet, sed non legerat quomodo generaret, legerat, vt dixit Luc. Virgo in vtero accipiet, quomodo autē acciperet in Euangelio primum Angelus est loquutus.

a D. Ambrosius Commentarijs in Lucam, ait Virginem minime dubitasse de facto, sed de facti qualitate quæsisse. Legerat enim Isaiæ septimo Virginem parituram, sed quemadmodum id factura esset, non legerat.

D. Augustinus quæst. 19. in Numer. *Modum*, inquit, *quæsiuit Virgo, non de virtute dubitauit.* Et lib. 50. Homil. 44. *Maria inquirendo dixit, non desperando, Quomodo fiet istud.* Theophylactus b & Sanctus Bernardus c eodem plane modo id explicant. Sed eorum non ita vetus est, & annorum spatio corroborata auctoritas, & ab ijs forte repudiaretur, qui recentissimam Theodori Bezæ & modo natam minime opinor reijcient, qui Annotationibus in 24. verf. Capitis primi D. Lucæ comprobat eorum interpretationem, qui Virginis dictum in admirationem quandam vehementissimam referunt, aut in simplicem perquisitionem modi, quo facinus tam insolens tamque præter expectationem fieri debuit. Additque nullo modo credere se, quod Maria dubitauerit, aut admiratio sit à quadā animi diffidentia profecta: his enim verbis magnus ille reformati

b Theophylact. in hunc locum. *Non quasi difcrederet Virgo dixit, Quomodo fiet istud, sed vt prudēs, & intelligens vt discat modum inquirit.*

c Bernar. homil. 4. super Missus est. *Non dubitat de facto, sed modum requirit, & ordinem.*

Verbi

Digitized by Google

Verbi buccinator vtitur. Sed tametsi inusitatę rei nouitas & mysterii magnitudo illam trepidam anxiamque reddidissent, ergone propterea fuit accusanda peccati? Elisabetha & Zacharias metu & diffidentia peccauerunt, ait Gregorius Nyssenus cum aureo simul Chrysostomo, quod ante oculos & in promptu haberent exempla Saræ, Rachelis & Annæ vtriusq;, quæ iam effœtæ & expertes generationis, prolem tamen diuina vi susceperant. Quod de Virgine dici non potest. De cuius voto iam consequitur vt dicamus, quod iis sane verbis significatum est, *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco.*

Beza

Luc 34. *Q[illegible] ationem Mariæ [illegible] rei nouitate, nec prorsus assentientis Angelo; Quidam vero simplicem quæstionem esse, volunt cupientis amplius erudiri. Ego vtramq; opinionem coniungo: ita tamen vt hanc admirationem non à diffidentia profectam, sed ex eo potius or[illegible] tam credam; quod cum verbis Angeli credidisset, ipsa rei tum nouitas (Virgo enim adhuc erat, quamuis desponsa) tum etiam magnitudo cogeret sciscitari, quo tandem modo id implendum esset, num videl. nubendo, an vero potius extraordinario, & incomperto aliquo modo: quum diuina, & cœlestis prorsus, vtpote interitus omnis expers, proles illi promitteretur.*

Perspicuum est, hanc responsionem diuinæ Mentis Internuncio factam, omnium irrisione ludendam fore, nisi obiectum aliquod impedimentum intelligeretur, propter quod vix fieri posse, quæ audiebat, Sancta Virgo iudicaret. Nam alioqui facillimum illi fuit cogitare, & cœlesti Proxenetę dicere, quamuis hactenus castimoniam colueris, habes tamē tuum maritum è quo sobolem generare possis. Quod quia neq; illi neque beato Gabrieli venit vnquam in mentem, necessario fatendum est, graue quoddam & legitimum fuisse impedimentum, quod nisi cogente imperio diuino, spem suscipiendæ prolis & in matrimonio procreandæ omnem eriperet. Quod impedimētum cum minime naturale fuerit aut ex potentiæ defectione, necesse est vt morale cogitari debeat atque voluntarium, idq; Iosepho consentiente: nam alioqui vir vxoris suæ vota potuit irrita & infecta esse iubere, vt est 30. c. Numer. Præterea hæc delecta ex animi voluntate atq; proposita continentia, duobus fieri modis potuit, aut tantum ad temporis aliquam intercapedinem, vt liberius solutiusq; posset & ieiunio & piis precationibus operam dare, quod Corinthiis oratione sua D. Paulus suadebat: aut in perpetuum, nunquam vt votum consilii mutatione violetur. Atque huiusmodi fuisse propositum suum, Iosepho conscio, Virgo haud obscurè declarat, vt non sine causa tam difficilis tamq; implicatæ rei modum atque viam poposcisse ab Angelo videatur.

Num 30. v. 12. 13.

1. Cor. 7. 5.

Ita quidem Græci omnes Latinique Patres qui dignitate & sapientia floruerunt, negotium hoc intelligunt, è quibus duos hic laudare sufficiet, quorum verba omnem mentem & sententiam repræsentent.

1. S. Gregorius Nyssen. Orat. de Christi Natiuit. ita infit, *Audi pudicam Virginis vocem, Angelus partum denunciat, & illa virginitatem amplectitur, &c. Interdicta mihi inquit viri consuetudo, vt virum cognoscam fieri non potest, quo pacto hoc mihi continget? &c. Si nuptiarum causa sumpta erat à Ioseph, quomodo Angelum de partu prædicentem, quasi re noua & insolita obstupefacta auersata est, cùm prorsus speraret se quoque aliquando matrem futuram, sed quoniam Deo dicatam & consecratam carnem veluti sanctum quoddā donarium intactam seruari oportebat, propterea etiamsi Angelus sis inquit ac de cœlo veneris, etiamsi supra hominem sit id*

Greg. Nyssen. in Orat. de Christ. Natiu. circa mediū.

Digitized by Google

quod apparet, attamen vt virum cognóscam fieri non potest. Quomodo mater ero absque viro? Iosephum enim sponsum quidem noui, virum autem non cognosco. Huic magno viro Orientis faci, adiungamus D. Augustinum, qui Occidentem omnem ingenii sui lumine collustrauit, ita vero habet libro de Sancta Virgine. cap. 4. *Quomodo inquit fiet istud quoniam virum non cognosco: quod profecto non diceret, nisi Deo Virginem ante se vouisset*; Et iterum, *Non quæsisset vtique promissum sibi filium quomodo paritura esset, si concubitura nupsisset.* D. Bernardus eadem habet serm. 4. de Assumpt. & serm. 4. super *Missus est*, ita Virginem loquentem inducit, *Cum sciat Dominus meus testis conscientiæ meæ votum esse ancillæ suæ nō cognóscere virū, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat istud?*

Verum his tot ac tantis authoritatib. subiungamus rationes, ex ipsius Virginis responsione haustas, tum etiam è Scriptura, è conuenientia rei atque decoro. Imprimis hoc certum est, in diuina pagina tēpus præsens haud raro sumi consueuisse pro eo quod est in more & cōsuetudine positum, quodque deinceps mutari non debet neque potest. Matth. 9. ver. 14. *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* hoc est, quare ieiunare more nostro non solent? Et apud eundem cap. 17. vers. 24. *Magister vester non soluit didrachma? Ait, etiam.* quasi diceret, soluere consueuit. Et Ioan. 7. vers. 27. vbi vox eadem Græca ponitur quam Diuus Lucas Virgini attribuit, *sed hunc scimus vnde sit*, (inquiunt ciues Hierosolymitani) *Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.* hoc est nemo sciet, vt etiam Biblia Geneuæ reddiderunt, quamuis in Græco sit *οὐδεὶς γινώσκει, nemo scit.* Theodorus Beza vertit *nemo cognituus est*, qui etiam in Annotationibus suis in 2. Lucæ vers. 34. ingenue fatetur, cum Virgo dixit *virum non cognosco*, id etiam de futuro posse intelligi, non minus ac si ipsa dixisset *non cognosco & non cognoscam*, aut breuius *non possum cognoscere.* Sed cum vim huius loci reformidaret, adiunxit de suo, eam sententiam minime ad votum esse referendam. Sed illius profecto fuit, aliquam rationem proferre, cur vnum admitteret & fateretur, negaret alterum: cum nihil aliud excogitari possit, propter quod pudica Virgo quod illi proponebatur, fieri non posse existimaret, vt paulo ante clarissime fuit probatum.

Matth 9. 14.
διατί ἡμεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι.

Beza in 1 Luc. v. 34. *Sed & futuro tempore vertere possumus, non sum agnitura, sicut hoc ipsum verbum γινώσκειν vsurpatur. Ioann. 7. v. 27. modo quidem istud non ad votum vllum, sed ad res ab Angelo nunciatas qualitatem referatur.*

Secundò etiam hoc quoque extra controuersiam est, Virginitatem præstantiori quodam esse in ordine, quam nuptias matrimonii societate copulatas, Votum superare vulgarem promissionem, consilia item Euangelica gradu & dignitate anteire mandata. Hoc præterea liquido certum exploratumq; tenetur, optimam partem Dei matri esse concedendam, cum eam delegerit pollens Numen, in qua magna quædam exequeretur, vel vt ipsa propria lingua dicere potuit נִבְלָאוֹת niphaloth admirabilia, quæ communem modum antecellunt. Sequitur ergo vt in ea præstabili vitæ ratione, Deo se voto pia & religiosa beneuolentia consecraret. Nam tametsi Deuteronomii 7. est perscriptum: *Non erit apud te sterilis vtriusq; sexus.* Et Psalm. 127. *Vxor tua sicut vitis abundās in lateribus domus tuæ: filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.* & Psal. præcedenti. *Hæ-*

Deut. 7. 14.
Psalm. 127 v. 3.
Psalm 126. 3.
Iudicum 11. 37. 38. 39. 40.

reditas

d by Google

reditas Domini filii, merces, fructus ventris. Et licet propter eandem rationem, filia Iephte duorum mensium interuallo, vna cum puellis virginitatem suam defleuerit, hoc est vicinam mortem, quæ felicem partum atq; prolis susceptionem esset impeditura: Tamen Helias vt prodit S. Ambros. Ieremias, Heliseus, & Sibyllæ ex D. Hieronymo: Iosue & Melchisedech ex Ignatio; Sidrac, Misac, & Abdenago è diuinis oraculis non solum, mediocri continentia, sed insigni corporis & animæ castimonia & virginitate præstiterunt. Et S. Damascenus audet dicere *corpus Danielis virginitate ita obduratum fuisse, vt ferarum dentes ei infigi nequiuerint.*

vt sius discipulus Eliseus? an non cum eiusdem virtutis specimen edidisset spiritus gratiam consecutus? Quid tres pueri? nonne cum virginitatem coluissent, ignis ardorem superarunt, adeo vt eorum corpora igne confici minime possent? Nam quid de Daniele dicam, cuius duratum est, vt ferarum dentes ei infigi nequiuerint.

Iosephus in Antiquitatibus, aliisq; sępe in locis, meminit Essenorum: & Philo Iudæus li. de vita contemplat. de Essæis memorat qui cœlibem vitam profitebantur: neque dubitari omnino potest, quin de illis multi castimoniæ florem perpetuum summa integritate retinerent. Quare vt eruditissimus ait Chrysostomus Essæi dicti sunt quasi ὅσιοι h. e. sancti castique.

nymus citat. [illegible] *lib. de script. Eccl. in Phil.* De Essenis etiam Epiph. *libri quinti. Porphyrius apud Cyrillum l. 5. contra Iulianum. Essenos nonnulli eosdem esse cum Rechabitis, aut ab illis ortundos putant, de quibus apud Hieremiam cap. 35.* Essæos *vero eosdem cum* Assidæis *de quibus 1. Machabæorum c. 7 & libro 2. c. 14. & cum* Ossæis *de quibus* Iosephus *non semel.* Essæi *dicti sunt quoque Iessæi post Christum à Iesu vel à Iesse, ex quo Dominus secundum carnem.* Assidæos *dici volunt aliqui quasi* הַסִּידִים*, id est misericordes, bonos, sanctos, Essæos vero quasi* ὅσιοι. *Suidas in voce* Essæi.

Illud itidem notum est minimeque dubium, quod quemadmodum Moysis æuo, mulieres fuerunt quædam ad ostium tabernaculi, quarum fit mentio Exodi 38. sic à tempore Salomonis Virginum cœtus puellarum templum celebrauit, cui certis ministeriis seruiebant, è quibus aliæ conuolabant ad nuptias, alię vitam omnem iisdem muneribus ceremoniisque dicabant, aliæ denique viris demortuis in locum eundem reuertebantur, vt 2. Lucæ proditum est de *Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor quæ non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.* Itaque si de Maria pœnitente Scriptum est, *Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea*, quid de illa Maria sentiendum est quæ Innocentiæ exemplum fuit & cumulatissimæ sanctitatis.

Lubentes igitur illi deferamus singularem & diuinum honorem, certe tantum quantum maximum animi nostri capere possunt, neque enim vnquam vel tacita cogitatione assequemur, quot & quanta ornamenta tum eius filius, tum Spiritus sanctus profuse in eam contulerunt, quæ priusquam cum Ioseplio paciscęretur, se voto Numini cõiunxerat, certa fore vt diuina prouidentia eum sponsum nancisceretur, qui simillima cũ ea religione non modo animi sed corporis etiã puritatẽ castimoniamq; seruaret.

Ambr. *li. 3. de virginibus, to. 4 li. 1. initio.*

Hieron. *li. 1. aduersus Iouin. circ. med. to 1.*

Ignatius Philadelph. *epist 9. to. 3. Bibl. pp.*

Damasc. l. 4 de fide c. 25.

Quis cœlos clausit? quis mortuos ad vitam reuocauit? quis Iordanem scidit? An non cœlebs Elias? Quid quam duplam petiuerat, est id videlicet virginitatis a- corpus virginitate ita ob-

Iosephus *de Essenis lib. 18 Antiq. c. 2. & de Bello Iudaico, lib 2. c. 7.*

Philo Iud. de Essæis libro de vita contemplatiua siue de supplicibus, tom. 1 numero 21. *Hieronymus* hæresi 29. *to. 2. circa finem*

Ambr. l. i. de Virginibus initio tom. 4. *Nam etiam Templo Hierosolymis fuisse legimus Virgines deputatas.*

Luc 10. 42.

Digitized by Google

seruaret. Deniq; ingenuo studio & beneuolentissima mente iis eam versibus consalutemus, quos Poëta magnus diuino olim afflatu cecinit:

Sedulius Poeta qui floruit sub Theodosio an. 430.

Salue sancta parens enixa puerpera Regem
Quj cælum terramque tenet per sæcula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro
Imperium sine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum Virginitatis honore
Nec primam similem visa es nec habere sequentem.

QVOD MATER CHRISTI SIT HONOranda & hominum votis inuocanda. Quod eius preces plurimum apud Deum valeant. quod festi dies semper in Ecclesia eius honori sacri solennesque fuerunt.

CAPVT IX.

AVT neganda omnia decora sunt & admirabilia ornamẽta, quæ communi omnium sensu Beatæ Virgini tribuuntur, vt quod eundem cum æterno Patre communem filiũ habuerit, quod gratia plena sit, atq; inter mulieres benedicta, quod in ea, tanquam in arcano & mirabili tabernaculo, Numen habitare voluerit, quod susceperit ex ea Verbum vilem hominum caducamq; naturam, quod è millibus atq; hominum vniuersitate, à Spiritu S. sit vna delecta, quod sit mater filii, Genitoris filia, spõsa Spiritus S. quod felicissima & vberrima in cœlo gloria perfruatur, ꝙ perfectissima caritate cum Deo, cumque eius sponsa Ecclesia sit consociata, quod in speculo illo lato & splendidissimo diuinæ essentiæ, quę ad illam spectant omnia clare intueatur, quod ductus omnes atq; lineas vnius circuli ambitu comprehensas quæq; pari momento in id centrum cui iuncta est ferantur, distincte cognoscat, quod illa eadẽ præstabilissimũ sit opus diuinitatis, inter puras purissima, sanctissima inter sanctas, in perfectis omni absolutione cumulata, omnium quæ sunt erunt aut fuerunt animi affectione simillima nato suo, & proinde quæ plus omnibus studium nobis & in afflicta fortuna misericordiam adhibeat. Aut hæc inquam eiuranda omnia sunt & è communi sensu abolenda, aut fatendum, esse illam omni genere officii colendam, & vicissim magnam Mundi matrem scire, velle, posse nos sua gratia opibusque subleuare. Et sane reperti nulli alii sunt, quam Cerinthus, Heluidiani & Antidicomarianitæ, Marcionitæ, Ebionitæ, Pauliciani, Iouiniani, Carpocra-

Irenæus l. 1. c. 24. & 25. Epiph. hæres. 17. Tertull.

Digitized by Google

Carpocratiani, Copronymi & Cathari fœdi omnes atque impuri, & è spurca vitiorũ colluuione generati, qui cœlum despuere ausi sunt, & linguas impias in Dei parentem furiose vibrare. Contra verò flos & virtus antiquitatis Sanctissimi Patres, omni eam cultu atq; honoribus & constanti veneratione prosequuti sunt, vt ex his constat.

l. 3. contra Marcionem, ca. 19. tom. 1.
Hieron. contra Heluidiũ & Iouinianum.
Aug. hæres. 82. 84. tom. 6.
Photius apud Euthymium par. 2. Panoplia: tit. 21.
Guido de Catharis.

S. Ireneus cap. 19. libri 5. contra hæreses, *Sicut Eua seducta est vt effugeret Deum: sic Maria suasa est obedire Deo, vt virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata.* Vbi per Euam, omnem etiam eius posteritatem intelligit.

„ S. Athanasius his etiam verbis inuocat in quadam Orat. Exaudi nos „ ô filia Dauid: aurem tuam ad supplicationes nostras accommoda, ne „ immemor sis populi tui, neq; nostri qui in parentis tui familia cense- „ mur. Et paulo post. Ad te clamamus, memor esto nostri Sanctissima „ Virgo, quæ post partum etiam Virgo permansisti, & in vicem exiguæ „ huius precationis, ex ea diuinorum munerum abundantia, qua plenis- „ sima es, aliquid in nos deriua. Et deinceps. Aue gratia plena Domi- „ nus tecum. Intercede hera, & Domina, & Regina, & mater Dei pro nobis. Quid clarius disertiusque dici potuit?

Athan. vel antiquus auctor. serm. in Euang. de sanctissima Deipara. in fine to. 1.

Καὶ δὴ ἄκουσον θύγατερ Δαβίδ, καὶ Ἀβραάμ, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησιν ἡμῶν, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τοῦ λαοῦ σου· μηδὲ ἡμῶν τοῦ οἴκου πατρός σου. Περὶ σοῦ βοῶμεν, μνήσθητι ἡμῶν παναγία παρθένε, ἡ μετὰ τὸ γεννῆσαι παρθένος μείνασα, καὶ ἀντίδος ἡμῖν ἀντὶ τῶν μικρῶν τούτων λογίων μεγάλας τὰς δωρεὰς ἀπὸ τοῦ πλούτου τῶν χαρισμάτων σου κεχαριτωμένη. Χαῖρε κεχαριτωμένη ὁ Κύριος μετὰ σοῦ πρέσβευε Κυρία, δέσποινα βασίλισσα, ἡ μήτηρ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.

Vir Sanctissimus Ephrem illam etiam pari pietate his verbis affatur, *Tu es meus portus ô Virgo inuiolata & præsens auxiliatrix, deniq; sub tutela & protectione tua totus sum, crebris lacrymis te, ô celeberrima mater imploro & aduoluor tibi, Domina mea, suppliciter clamans ne dulcis Filius tuus & vitæ omnium dator ob multa quæ patraui scelera, tollat me de medio viæ, &c. Imple os meum gratia dulcedinis tuæ, illumina mentem, ô gratia plena, moue linguam meam & labia mea ad laudes tibi alacri & læto animo canendas.* Et alio loco, *Sicut humanißimi Dei mater es, ita me peccatorem humaniter suscipe, & meam sordidißimam indignis labris expressam orationem admitte, &c. Adsis mihi semper Virgo misericors, clemens & benigna.* Et iterum, *At verò nos te, ô immaculata & benedicta Filii tui Deique omnium mater inculpata, pura, integra, sacrosanctißima, desperatorum spes & damnatorum, collaudamus & benedicimus tibi vt gratia plena qui Deum genuisti. Omnes tibi aduoluimur, omnes te imploramus, erue nos, ô intemerata conciliatrix, ab omni neceßitate & à cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra Conciliatrix & Aduocata. In hora iudicii libera nos à futuro igne & tenebris.*

S. Ephrem Orat. de Sanctissima Dei matr. laud.
Idem Orat. ad Sanctiss. Dei genitric.
Idem in Lament. Sanctiss. Dei genetr. prope crucẽ stantis. Extat apud Surium in Appẽdice to. 7. die 25. Martii.

S. Ioannes Chrysostomus in Genesim Serm. de interdic. arboris, eam confert & componit cum Eua, vt Christum cum Adamo. Et alias eam salutat nominatq; *templum Dei animatum, cœli terræq; pariter domicilium, & illius qui comprehendi non potest amplißimum habitaculum.*

Serm. in Sanctiss. Dei gene. Annunciat. apud Surium.

D. Cyrillus Alexandrinus in homilia quæ in Ephesino Concilio recitata fuit aduersus Nestorium, eam quoq; demississimè salutat & vocat *Orbis decus & ornamentum eximium, lampadem inextinguibilem, Doctrinæ sceptrum, delubrum clarißimum deuotionis.*

D. Cyril. ho. habita Ephesi contra Nestoriũ Conc. to. 6. c. 6. in Conc. Ephesino, *Salue sancta Deipara, eximiũ illud totius orbis decus & ornamentum; Salue lampas inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrũ rectæ doctrinæ: templum indissolubile.*

Methodius in Epip Domini, Εὐλογημένη σὺ καὶ εὐλόγητη, ἡ πᾶσι ποθητὴ ἐξ εὐλογίας κυρίου τὸ θεοχαριτωτικὸν σου ὄνομα, θεοῦ μήτηρ, &c. *Tu creatoris mater, tu nutrix omnia nutrientis, tu cuncta continentis & comprehendentis comprehensio, tu illius gestatrix, qui verbo suo portat vniuersa; tu porta per quam in carnem ingressus est Deus, tu purificantis carbonis forceps, &c. tu incomprehensibilis illius roris vellus, tu immortalitatis poculum*

Methodius in Lycia primum, deinde etiam Tyri Antistes, vir ab vltima antiquitate eruditione maximus, quem inter Ecclesiæ scriptores D. Hieronymus reposuit, qui ante Concilium Nicænum floruit obiitque martyr, eam fidelium appellat facem, infiniti & interminati claustrum, Vellus diuini roris, Propitiatorium in quo Deus humana carne indutus se mortalibus ostendit. Et iterum his eam verbis salutat, *Salue in æternum, ad te namq; rursus recurrimus. In festiuitate nostra principium tu medium & finis: Tu pretiosa cœlestis regni margarita, tu fons vberrimus totius sanctitatis, tu animarum altare, panis vitæ. Salue Spiritus Sancti vmbraculum,* &c. *Bethlehemitica illa cisterna, quam, velut refocillatricem vitæ Dauid desiderauit, & ex qua emanauit, &c.*

Epiph. Serm. de laud. Deipara, to 2. Biblioth. Patrũ.

S. Epiphanius Serm. de laudib. Deiparæ, os Archangeli mutuatur aitque, *Aue gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo, in lampade gestans lucem inextinguibilem, Sole splendidiorem, aue gratia plena, hami esca spiritalis: in te siquidem hamus diuinitatis.* Et mox, *Aue gratia plena, quæ es vrna aurea continẽs manna cœleste, aue gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satias, mare spiritale habens gemmam celestem Christum. Aue gratia plena splendidum cælum, quæ in cœlis incomprehẽsum contines Deum.* Et paulo post, *Quid dico & quid proloquar? quo pacto beatam prædicabo gloriæ radicẽ, solo enim Deo excepto cunctis superior extitis. natura formosior es ipsis Cherubin & Seraphin, & omni exercitu angelico.*

Chrys. *serm. vel homil. in Annunc. Virginis, tom. 2. Biblioth. Patrum.*
Andr. Creten. *to. 2. Biblioth. Patrum.*
Chrysippus *presbyter de laudibus virginis, to. 2. Biblioth. Patrum.*
Instit. l. 1 Cod. de offic. Præf. Prat. Afric.
Ard. Cret. in salut. Angel. to. 2. Surij.

D. Gregorius Nyssenus Orat. de natali Domini, consimili modo eam salutat. Itidem & S. Ioannes Chrysostomus Serm. in Annunciat. Virg. sicut & Andreas Cretensis Serm. de Angel. salut. Chrysippus presbyter, qui sæculo quinto vixit. S. Bernardus singulis fere pagellis, aliique prope infiniti.

Ipse quoq; Iustinianus Imp. cum piè & iustè vellet Orbem administrare, his vtitur verbis, *Hoc etiam deprecantes exoramus, & gloriosæ semper Virginis & Dei genetricis Mariæ precibus, vt quidquid minus est reip. nostræ per nos vltimos seruos suos restituat, in suo nomine Deus, & dignos nos faciat seruitium suũ adimplere.* Et Andreas Cretensis qui quintum inter & sextum sæculum floruit, *Benedicta*, inquit, *tu in mulieribus quam beatam dicunt omnes generationes, quam Reges honorant, principes venerantur, diuites populi obsecrant.* Et in Encomio de dormit. Deip. nuncupat illam *cõmune mundi propitiatorium*, & speciatim ait illius precibus tela Barbarorum retundi & dissipari.

S. Ambros. Orat. 2. præpar. ad Missam. to. 2.
S. Ambr. l. 2. de Virginib. initio to. 4. *Quid nobilius Dei matre? quid splẽdidius ea quã splendor elegit? quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit, &c.*

Latini quoq; Patres nubem quandam inuehunt exemplorũ, quibus cum Græcis in hoc cultu & cõmorabili pietate ex æquo certare videantur. D. Ambrosius defœcato animo Deum sic affatur, *Vt efficax mea sit deprecatio, beatæ Mariæ Virginis suffragia peto, quam tanti meriti esse fecisti, vt prima inter mulieres nouum munus offerret, & nulla præter ipsam tam nouum acciperet.* Quibus verbis clarissimè significat ab ea votum virginitatis emissum, quod tamen fœcunditatis mirabile donum non impedierit. Idem ipse lib. 2. de Virginib. & Commentariis in 1. cap. D. Lucæ, in ea laudanda eloquentiæ suæ lumen & vberem vim Orationis consumit.

S. Augu-

Digitized by Google

S. Augustinus qui D. Ambrosii partus aureus fuit, Ecclesiæ Catholicę felicissimè generatus, cap. 35. Meditationum, sic exclamat, *Pie & misericordissime Domine ne effici eris mihi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, & da mihi effectum petitionis meæ & desiderii mei intercedente & orante & impetrante gloriosa Virgine genitrice tua Maria Domina mea, cum omnibus Sanctis tuis.* Et cap. 4. eiusdem libri eidem etiam preces defert suas. Sermone verò 18. de Sanctis, eo sensu pietatis atq; venerationis quædam protulit, vt in cōmunibus Ecclesiæ precationibus officioq; diuino adhibeantur: ita verò loquitur, *Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen quicunque celebrant tuam cōmemorationem.* Similia quædam etiam Fulgentius doctus & pius in Africa Episcopus, Venite virgines ad Virginem, concipientes ad concipientem, venite parturientes ad parturientem, &c. Huius benignæ inuitationis reddens paulo post rationem, ait diuina prouidentia Dei matrem istos omnes naturæ cursus suscepisse, vt omnibus ad se fugientibus fœminis subueniret. Et ne fortè infirmioris ingenii homines propter mentis imbecillitatem hic offendantur, quasi æquaretur filio Mater, D. Gregorius Magnus paucis verbis è cōmuni Ecclesiæ iudicio discrimen proponit, *Saluator mundi salua nos omnes, Sancta Dei genitrix semper virgo Maria ora pro nobis.* Hildefonsus Toletanus pari sapientia & religione loquitur in hæc verba, *Concedas etiam mihi adhærere Deo & tibi seruire, Deo filio & tibi famulari, Deo & tibi, illi sicut factori meo, tibi sicut genitrici factoris mei.* Vbi cōcedendi vox non de prima & principe auctoritate, quæque à nullo dependeat, sed de fauore gratiaq; intelligitur, vt idem ipse Serm. 2. de Assumpt. disertius explicat, *Quam, inquit, deprecantes veneramur, venerantes deprecamur vt ipsa pro nobis intercedere dignetur.*

Fulgentius serm. de laudib. Mariæ & partu saluat.

S. Gregor Magn. in Antiphonar. in Litan. Maiore.

lib. de virgin Dei genitricis c. 12. to. 9 Biblioth. Patrū.

Græcorum Horologium & Euchologium, Armeniorum Liturgia, Æthiopica item quæq; D. Petro ascribitur, & quam S. Iacobus reliquit, orationes & supplicationes plurimas habent plenas spiritu & incredibili religione, quibus Sancta Virgo propitiatur, aut per eam filius, & vix vnquam illa, sine respectu ad filium, à quo ad illam vt à perēni proprioque fonte omnia dona naturæ, gratiæ gloriæq; deriuantur.

Græcorum horol. in Mesonict.
ὑπερένδοξε ἀειπάρθενε, μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ προσάγαγε τὴν ἡμετέραν προσευχὴν τῷ υἱῷ σου, καὶ Θεῷ ἡμῶν, ἵνα σώσῃ διὰ σοῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν

Festi quoq; dies & solennes ab omni hominum memoria eius honori religiosissimè consecrati, hanc perennem omnium sæculorum venerationem testantur. Nam præter illam piam Ecclesiarum tum Orientis tum Occidentis consuetudinem quæ etiamnum viget, & cuius altè impressa vestigia diuinissimi nobis scriptores reliquerūt, inter Græcos quidem S. Athanasius festum Annunciationis magnis mysteriis illustre, laude & prædicatione exornat, quod inquit ille ipse dies est quo Seruator hominum Christus IESVS è cœlo in terras est delapsus. Gregorius Nyssenus & Cyrillus Hierosolymitanus, par egregiæ sanctitatis, diem purgatæ Virgini sacrum, quem Occidētis siue Hyppapantes appellant, eximiè venerantur. Est in manibus S. Ioannis Chrysostomi elegans & di-

Athanasius *in Euang. de SS. Deiparæ, tom 1. initio. Festum hoc incarnationis vnum esse ex Dominicis festis, atq; adeo primarium, ac prorsus venerandū, vtpote quod pro ordine & digestione rerum earum, quæ in Euangeliis de Christo prædicantur sacrosanctum habeatur: quippe in quo de filio Dei è cœlis descensu agitur.*

Greg. Nyss. orat. de occursu Domini Deiparente & Symeone, quæ habet etiam in tom. 2. Surij 2 Febr. Cuius quidem nos hodie celebrantes commemorationẽ, &c. Cyrillus Hierosol. apud eundem *Hodie dilecti festi cum, um perpetuum peragamus, cum Angelis: Choros ducamus, cum pastoribus; Illuminemur, cum Orthodoxis: Adoremus, cum Bethlehem; Festum agamus, cum Sion: Occurramus, cum templo: Sanctificemur, cum virgine; Festum agamus, cum Simeone: Christum vinis amplectamur, &c. Sophron. in Assumpt. Mariæ.* And. Cret. *de dormitione Deiparæ, habetur to. 4 Surij.* Ioannes Damasc. *orat. 1. de nat. beatæ Mariæ.* Gregorius Magnus *l. Sacram. die 8 Sept.*

uina oratio, qua Gabrielem ad Mariam deuolátem plausu & lætitia prosequitur, cuius rei memoria 25. Martii piè celebratur. Sophronius de Assumptione, Andreas Cretẽsis de felicicius ab hac vita migratione, quam cum Græcis omnibus Dormitionem Deiparæ nuncupat, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus de eiusdem in Templo Præsentatione præclare dixerunt. Sanctus etiam Ioannes Damascenus de eius Natali, vt prius inter Latinos fecerat Gregorius Magnus in lib. Sacram. die 8. Septembris.

Concilium Lugdunense apud Gratianum, de cõsecratione, Dist. 3. anno Domini 580. Pronunciandum est laicis, vt sciant tempora feriandi per annum; id est omnem Dominicam natale Domini, &c. Purificationem S. Mariæ, Assumptionem S. Mariæ, Natiuitatem eiusdem.

Eucherius Episcopus Lugdunensis circa annum quadragesimum quinquagesimum grauissimam habuit orationẽ & cœlesti sapientia refertam de Assumpta Virgine, in qua imprimis hoc asseruit meritissimo Ecclesiæ Patres olim constituisse, vt in festo illo solenni B. Virginis Euangelium de Martha & Magdalena proponeretur.

Concilium item Lugdunense aliquot post annis habitum, in Decretis suis posuit, significandum esse populo, qui feriandi essent dies in anno pieq; celebrandi, in quorũ numero expresse collocat festos dies Purificationi, Assumptioni & Natiuitati B. Mariæ consecratos. Centum post annis Venerabilis Beda Martyrologio inseruit Natæ Virginis festũ diem ad VI. Idus Septembr. Et in æstiuis sermonibus vnum elaborauit, ad prædicandum Dei matris iter, cum Iudeæ montes summo animi ardore peragrauit, quod 12. Iulii factum existimatur. Cognatam visitatura suam, cuius domum præsentia sua cohonestauit, donec puer in lucẽ veniret, qui erat magni Regis anteambulo futurus quem illa suis visceribus gestabat.

Ioan Hus in fidei suæ declaratione. *Ergo pro meis iisdem accusatoribus Virginem castissimam genitricem Saluatoris, reparatricẽ humani generis, reginã cœli, quæ titulo gratiæ naturæ superaddita angelicã naturã susceperat, quæ intra ões beatos citra suũ filium est beatior, singulari priuilegio gloriosior, gratia dotibus fœcundior, de cuius plenitudine, ait Bernardus, accipimus omnes, agri, curationẽ, tristes consolationem, angeli lætitiam, Filius Dei humanæ carnis substãtiam, tota Trinitas gloriã.*

Atq; hæc veritas tantam vim obtinuit, vt ab iis ipsis qui eam inobscurare cupiebant admitteretur. Ioannes quidem Hus in explicatione fidei suæ, illam inuocans, suis æmulis atq; accusatoribus propitiam esse precatur: vocat etiam Reparatricem humani generis, Reginam cœli, Dominam Angelorum, omnium beatorum fœlicissimam, & post D. Bernardum adiungit, ab eius copia nos abundantiaq; omnes hausisse, ægros ab ea sanitatem accipere, afflictos consolationem, Angelos lætitiam, Filium Dei humanæ carnis substantiam, totam Triadem singulare decus & gloriam.

Nulla mulier tam sancta est, nec fuit, nec erit imposterum quàm Maria, &c.

Lutherus in Euangelium festi quod appellat De Matre Dei, scribit nullam mulierem tam sanctam esse, nec fuisse, nec futuram in posterum quàm Mariam, cum illa vna inter omnes sine voluptate & peccato prolem susceperit. Oecolampadius Serm. quod Deus sit laudandus in Maria, ait inter res procreatas nullam esse ad tantum fastigiũ dignitatis euectam, illam esse Mundi Reginam, quam Deus supra alios omnes summis honoribus cumulauerit, neminem cum ea comparari posse, nullum esse donorum cœlestium munus quod non ea tanquam omnium princips

ceps

Digitized by Google

ceps consecuta sit. Ad hunc numerum adscribendus etiam est Erasmus; qui Apologia aduersus libros Alberti Pii sic habet, Quàm magnificè ,, sententiam de Sacratissima Virgine declarat Pæan meus & obsecratio iam ,, toties excusa, præterea Liturgia cum Concione, quam edidi aduersus ,, obtrectatores Virginis, semperq; faui sententiæ, quæ liberat eam ab o- ,, mni peccato etiam originali, &c. Et alias pio & lætabili apostropho sic illam affatur; *Tu felix illa plantula de Iesse radice sublimata, nihil tamen inde genitalium sordium trahens: tu sacratißimum pacifici Regis templum tam magnificum, vt in eo Rex Olympi præsideret, tam sacrum, vt nulla vnquam peccati labe potuerit profanari.* Hæc illius verba sunt, & ea tangunt, quæ modo in controuersiam vocantur; in qua sanè conueniemus inter nos celerrimè, si modo adsit Christianæ humilitatis & placidæ beneuolentiæ coniunctio, & rationem auscultare libeat. Præit nobis, quod mirabile forte videatur ipse Caluinus in lib. de Reform. Eccles. cum sic ait: *Omni studio Mariam Virginem honoramus Magistram omnium, eiusque sequimur tum doctrinam tum præcepta.*

Erasm. in Anno ad c. 13 Matth. *Vt nam populus Christianorũ vniuersus sic esset deditus cultui beatissimæ Mariæ, vt totis studiis illius virtutes æmularetur.* Idem lib. 1 de ratione cõcionandi. *Virginem matrem semper excipio, cuius nusquam oportet fieri mentionem vbi de vitiis agitur. Quis expediuit psittaco suum χαῖρε?*

Contra vero communi animorum conspiratione fugimus & detestamur Mariolatras, hoc est, eos omnes qui quod proprium est solius diuinitatis, eidem cupiunt stulta persuasione tribuere: & præsertim abominamur veterem insaniã Collyridianarum ex Arabia muliercularum, quæ ortum habuisse feruntur è Thracia. Hæ Virgini placentas quasdam annuo sacrificio offerebant, quas primum quidem triumphali veluti pilento ducebant, candidissimis linteis intecto & ornato, tum soléni peracto sacrificio partem quisque placentarum domum referebat, eorum Alexandrinorum in Ægypto imitatione, quos graui & aculeata reprehensione pungit diuinus Ieremias cap. 1 & 2. suarum prædictionum, nimirum illi Theneutinam Pharaonis filiam maximis ceremoniis statisq; venerabantur, quod Mosen Vatem sanctissimum ab vndis eripuisset, & inaudita beneuolentia domi suæ educasset. Quod ad cultum Hyperduliæ attinet qui Virgini sanctæ debetur, facilis erit Conciliationis via & ratio, quando post paulo de Dulia disputabitur. Nunc omnes non inuiti fatebuntur Dei Matrem in filio suo omnia, quæ attinent ad sese peruidere, & proinde eos omnes, qui cœlestium donorum copiam in ea venerantur, aut honestissimis officiis & merita obseruantia eam colunt & inuocant. Omnes agnoscent plurimũ eam posse apud illum, qui supra communem rerum cursum & mortalium conditionem sic eam insigniuit & illustrauit, vt delatus à nobis honor ea tanta & tam larga Dei munificentia longè inferior esse videatur.

S. Ioann. Damasc. lib. de hæresib. paulo post medium.

Collyridiani autem sunt qui eiusdem virginis numini certo & cõstituti anni die Collyrida tortam panis offerant, quibus nomen Collyridianorum impositũ est. Epiphan. hæres. 79.

Ierem cap. 7. v. 18. *Vt faciant placentas reginæ cœli.*

Conciliatio.

Digitized by Google

DE TITVLIS MEDIATRICIS ET Reginæ.

CAPVT X.

NIHIL procliuius, quam vt mentis imbecillitate laborantes, offensionem capiant: quam facillimum est ex eorum animis omnem euellere, qui sunt ingenio comes & benigni, & ad disciplinam capiendam parati. Id plane in hac Controuersia quiuis intelligat; quam vt clarius animo & intelligentia complectamur, animaduertẽdum est cum Theologis, Apposita quædam esse siue Epitheta, quæ nemini quam vni Deo possint attribui, qualia sunt Omnipotens, Æternus, infinitus, Principium, Medium, finis omnium rerum, Creator, Iustificator, Sãctitatis & Beatitudinis Largitor. & de his quidem, sententiæ illæ sunt diuinarum scripturarum intelligendæ, quibus significat Deus, se nemini gloriam suam communicare velle. Alia vero sunt, quæ promiscue & communiter in Deum, & in procreatas res conueniunt, vt Patris appellatio Matthæi 23. nam tametsi Euangelii Dux auctorque Deus diserte prohibeat ne quenquam in terris Patrem vocemus, idem ipse tamen Ioan. 8. Patrẽ Abrahamum nominat eorum, quos tum ad vitæ atque morum excellentiam instruebat. Quod idem faciebat Apostolus ad Corinthios Ephesiosque scribens. Eodem etiam D. Matthæi loco, *Ne vocemini Magistri, vnus enim est vester Magister*, nimirum Christus Iesus. Et tamen Act. 13. D. Lucas scribit, quod *erant in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collectaneus, & Saulus*. & 2. ad Timoth. ad Hebræos, & ad Ephesios D. Paulus *Magistrum* se & *Doctorem* nominat. Christus se nuncupat nostrum Pastorem Ioann. 10. Pastores tamen sunt alii quoque multi ab Apostolis nominati. *Pascite qui in vobis est gregem Dei*, ait S. Petrus. Et ipsemet inquit D. Paulus *dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores*. Et 1. ad Corinth. 3. *fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus*. Et tamen in Apocalypsi, duodecim fundamenta cœlestis Hierusalem dicuntur Apostoli. Prima item ad Corinth. Christus appellatur *Petra*, eodem nomine donatur & Abraham cap. 41. Isaiæ, *Attendite ad Petram vnde excisi estis*, & proxime deinde se explicans, *Attendite ad Abraham*, inquit, *Patrem vestrum*. *Ego sum lux mundi*, ait Christus Ioan. 8. Et tamen idem ipse Matth. 5. Apostolos suos *mundi lucem* appellat. Quid præterea? Omnes Baptismi vnda generati filiorum Dei honore ornantur, quæ tamẽ suprema est & dignissima Verbi appellatio. Quodque etiam mirabilius videatur, etiam nuncupantur Dii ab ipso Deo, vt & Exodi 7. cum ita Mosem affatur, *Ecce constitui te Deum Pharaonis &*

Aaron

Esa. 42. 8.

Matth 23. 9. Patrem nolite vocare vobis super terram.

Ioan. 8. 56. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum.

Rom. 14. 11 12 16. 17. 18.
1. Corinth. 10. 1.
Ephes. 6. 4.
Matth. 23. 8. Ne vocemini magistri, quia magister vnus est Christus.
Actor. 13. v. 1.
2. Tim. c. 2. v. 2.
Heb. 5. v. 12.
Ephes. 4. v. 21.
Ioan 10. 14.
1. Pet. 5. 2.
Ephes. 4. 11.
1. Cor. 3. 11.
Apoc. 21. 14.
1. Cor 10. 4.
Esa. 51. 2.
Ioan. 8. 12.
Vos estis lux mundi.
Matth. 5. 14.
Psal. 81. v. 6.
Ioan 1. 9.
Rom. 8. 16.
Gal. 4. 5.
Exod. 7. 1.

Digitized by Google

Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Et Psalm. 81. quem laudauit Christus Ioan.10. *Ego dixi Dii estis.* Quinetiam quod incredibile prope sit, Dei hominumque hostis acerbissimus Dæmon à D. Paulo *huius sæculi Deus* appellatur, 2. ad Corinth. c. 4.

Verissimum igitur est atque ratum, certa quædam esse nomina, quæ primo & proprie & absolute Numini conueniant, proportione tamen quadam & ἀναλόγως viris sanctis & creatis aliis rebus tribuantur. Ecquis vero absque hac regula, oppositiones quæ in diuinis oraculis sese obiiciunt, & Antinomias conciliare possit? Marc. 10. Christus respondit: *Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus.* Et tamen eodem ore sapientiæ dicitur Matth. 12 *Bonus homo de bono thesauro profert bona.* Et 1. Corinth. 8. *Nullus est Deus nisi vnus,* & continuo sequenti versu, *siquidem sunt dij multi & domini multi.* Deus est qui *remisit iniquitatem plebis suæ & operit omnia peccata eorum* ait sanctus Vates: & Ioan. 20. is ipse cuius vi atque numine flagitia hominum delentur ait, *quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Apud eundem Ioan. in Apocalypsi Deus iustitia ornatos & sanctitate benigne excipiet, & in solio suo positos eximia vitæ corona donabit. Verum & apud D. Lucam si quos nobis largiendo, & mammonâ iniquitatis amicos fecerimus, ii nos lætos hinc abeuntes in æterna tabernacula recipient. E Marci cap. 2. & symbolo Apostolorum Dei filius ad dexteram Patris considet: at eiusdem illa certa & magnifica pollicitatio est Ioan. 12. *Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit.* Io. 17. & Matth. 28. Seruator mundi datam sibi ait omnem potestatem in cœlo & in terra. Alias tamẽ cum de fido & prudenti seruo disserit, ait fore, vt *super omnia bona sua constituat eum.* Actor. c. 10. D. Petrus ait Christum Iesum à Deo constitutum esse Iudicem viuorum & mortuorum. Et Luc. 22. idem oraculum veritatis ait: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Et alio in loco, *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.*.

τέκνα Θεοῦ κληθῶμεν, vocemur; id est, simus, neque enim apud Hebræos tantum ita accipitur & apud Græcos verbum καλεῖσθαι Homer Iliad 8. *ἐ οὕνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι, vbi* mus interpres, *τὸ κέκλημαι, inquit, οὐκ ὀνομασμὸν δηλοῖ, ἀλλ' ὅτι εἰμί, καὶ τοῦτο, ἵνα λέγῃ ὅτι παῖδες, οὕτω καλούμεθα* Sap. 11. 2. *Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti.*

Sed vt aliquando disputationem hanc concludamus: qui se totum nobis concessit, titulos etiam nobis suos impertitur. Quæ res dilectum illum Discipulum in admirationem plenam amoris officiique rapiebat, cum exclamaret: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater vt filii Dei nominemur & simus.* Quod si diuina illa manus Patris Optimi Maximi, tam larga fuit tamque liberalis in nos omnes, quis dubitare iure possit, quin rara quædam & minime vulgaria honoris vocabula, quin amplissimæ dignitatis significationes & priuilegia illi reseruarit, quam in

Matrem

נְתַתִּיךָ אֱלֹהִים לְפַרְעֹה
Nethatticha Elohim le Parhoh.
Psal. 81. 8.
Ioan 10. 34.
2. *Cor* 4. 4.
Matth. 19. 17.
Marc. 10. 18.
Nemo bonus nisi solus Deus
Matth. 12. 35.
Bonus homo de bono Thesauro profert bona, &c.
1. *Cor.* 8. 4. *v.* 5.
Siquidem sunt Dij multi, & domini multi.
Psal. 84. 3.
Remisisti iniquitatem plebis tuæ, & operuisti omnia peccata eorum.
Ioan. 20. 23.
Matth. 16. 19 & 18. 18.
Apoc. 2. 10.
Apoc. 3. 21.
Luc. 16. 9.
Ioan. 12. 26.
Ioan. 17. 2.
Matth. 28. 18.
Matth. 24 47.
Super omnia bona sua constituet eum.
Act. 10. 42.
Luc. 22 29.
Matth. 19. 20.
Ioan. 3. 1. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur & simus.* Græce ita verbum קָרָא *Kara, sed* Eustathius diligentissi- *ὡς οὐ ψιλὸν ὄνομα, εἶναι δέ* [illegible]

Matrem suam delegit, si verum est quod sapiens protulit, omnia illũ in pondere mensura & numero disposuisse?

Itaque ii soli deinceps Mediatricis appellationem illi denegandam putent, qui negant filium Dei per eam Mediatorem fuisse nostrum. Sed quoniam erit postea locus, si quid amari est atq; insuauis in hac voce penitus eluendi, age rationes modo proponamus propter quas Sanctissimi Patres Athanasius, Methodius, Gregorius, Nazianzenus, Augustinus, Bernardus eam Reginam indigitarunt.

Maria Mater Dei Regina.

Lex erat Num 36.6.& 7. *vt ex sua quisq; tribu vxorem duceret, ne hæreditates ab vna tribu in aliã auerterentur; Ioseph porro & Mariam Christi matrem eiusdem fuisse tribus atq; familia, omnes veteres Theologi vno ore fatentur: Itaq; dum Euangelista, Matthæus, & Lucas Ioseph genealogiam recensent. Mariæ quoq; ac proinde Christi recensere.*

AN negari potest ex eadem illam tribu fuisse cum Iosepho, & proinde è veteri prosapia Dynastarum & Regum Israel? An cuiquam in dubium venire possit, quin ea sit mater illius summi Imperatoris, qui habet in paludamenti sui limbo atque in femore scriptum, *Rex Regum, & Dominus Dominantium*? quin etiam peculiari aliqua ratione sit particeps opulẽtissimæ hæreditatis filii sui, hoc est, imperii sempiterni? quin communem vnum filium habeat cum æterno Patre, cœli solique Dominatorem? quin ea dignitate sit prædita, vt Dei Mater, qua sub Deo cogitari maior illustriorque nequit? quin denique sit modo quodam singulari & incomparabili, vt antea etiam meminimus, filia Patris, Mater filii, sponsa Spiritus sancti?

Ita Irenæus lib 3. c.18. Tertull. lib con. Iudæos c.10. Ambr. lib. 2 de pœn. c.8. & lib. 3. comment. in Lucam *August. in quæstio. ex nouo test. q. 86. & lib. 23. contra Faustum, c. 3 & 5. Hiero. in primum Matth. Greg. Nyss. orat. de sancta Christi Natiu. Negarunt Iudæi, Iulianus, Celsus, Porphyrius, Faustus, eo quod cognata fuerit Elizabetha ex filiabus Aaron, respondet Augustin. q. 47. quæst. in lib. Iudicum, aliquem ex tribu Iuda, & familia Dauidis aliquam ex tribu Leui, vxorem duxisse vnde B. Virgo originem traxerit.* Hæc Maldonatus.

Gaudet Augusta iisdem priuilegiis quib. Augustus; Fœminæ coruscant radiis maritorum. Glossa ad leg. 3. ff *de senatoribus.*

Corona senũ, filii filiorũ, & gloria filiorum patres eorum, Prou. 17. 6.

Sermo de Assumpt. Mariæ qui Augustino tribuitur. *Caro Christi quamuis gloria Resurrectionis fuerit magnificata, & potenter super omnes cælos Ascensione glorificata, eadem tamẽ carnis mãsit & manet natura, quæ suscepta est de Maria.*

Athan. in Euan. de sanctiss. Deipar. circa fin. to. 1.

Quod si ex legum ciuilium auctoritate, Imperatorum splendor & maiestas in Augustam deriuatur: si liberi vt diuinæ Vatum prædictiones significant, parentibus suis ornamento sunt & gloriæ, quod tandem illius decus & gloria esse debet, de qua vetus est magni viri effatum *Caro Christi, caro Mariæ est*? & si nomen est rei imago & adumbratio, quibus eam laudis honorisque titulis prosequamur, qui tantæ tamque mirabili excellentiæ respondeant! Hæc nimirum animo comprehensa & diu meditata magnus Athanasius habuit, quando rationem reddebat cur illam appellauerat nouam Euam Dei Matrem, Vitæ parentem, Reginam, Dominam, Verbi genetricem, filiam Dauid & Abraham, Dei moderatricem, *quandoquidem*, inquit, *ipse Rex est, qui natus est ex Virgine idemque Dominus & Deus: ea propter & mater quæ eum genuit, & Regina, & Domina & Deipara vere & proprie censetur.* Ea ipsa de causa Gregorius Nazianzenus eam vocat [Greek, illegible]. Omnia pollentem gubernãtemque Dominam. Et Diuus Augustinus cum de ipsius egregiis ornamentis & præsta-

præstabilissima dignitate egisset, ita exclamat; *Altior est cœlo de qua loquimur, abysso profundior cui dicere laudes conamur. Si cœlum te vocem, altior es, si matrem gentium dicam, precedis. si formam Dei appellem, digna existis, si Dominam Angelorum vocitem, per omnia te esse probaris.*

D. Aug. Serm. 30. de Sanctis tom. 10.

Hoc supposito facile opinor omnes fatebuntur, iis nominibus atque titulis insigniri eam posse, quos illi Deus communicauit, & secundum modum & mensuram gratiarum quas diuinitus affluenter accepit, honorandam esse; cum honor sit vmbra virtutis, excellentiæ character, radius splendoris atque dignitatis, & meriti specimen & exemplar.

DE PERPETVA DEI MATRIS VIRginitate, deque magna illius similitudine cum Filio.

CAPVT XI.

EXIMIÆ Dei parentis virginitas tribus omnino modis considerari potest, ante partum, in partu, & post partum. De primo vna mentium & sententiarum est consensio: Omnes enim tanquam funestum auspicium Cerinthi & Carpocratis vocem impiam detestamur, qui ausi sunt inexpiabili væcordia dicere, Christum Iesum vnum de multis similemque nostri fuisse hominem, è Iosepho & Maria generatum. De secundo positæ superius sunt bene multæ rationes, quæ contra Iouiniani flagitium hac tempestate iterum in lucem reuocatum, clare demonstrent, eum nasci è Virgine potuisse, qui ab obstructo vndique monumento est egressus, & ianuis clausis ad Apostolos suos ingressus.

Iren lib. 1. c. 25. Epiphan. heres. 27.

Quod ad tertium illud attinet post partum, non est quod quis in dubium reuocare velit, cum iam inde à nascente Ecclesia, propter hanc perfidiosæ mentis audaciam, Heluidiani, Antidicomarianitæ, & Pauliani communi iudicio Hæretici nominati sint; cum præterea diuinorum hominum vaticinatione longe ante fuerit prænunciatum, non Virginem modo concepturam atque parituram, verum etiam eam ipsam portam clausam in omnem æternitatem futuram: Cum denique id Ecclesia credendum proponat, Scriptura non dissentiat, omnis teneat & defendat antiquitas, pars negans nullius fructus & emolumenti sit causa, pars aiens plena sit pietatis, religionis, humanitatis, dignitati filii Dei conueniens, & illius matri gloriosa. Propter has similesque rationes Theodorus Beza in Præfatione ad nouum Testamentum id pie credit, sic enim voluit scribere, nos autem & firmissime

Aug. heres. 82 tom. 6, de Iouin.

Hier. contra Heluid. tom. 2.

Epiphan. heres. 78. de Antidicomarianitis.

Aug heres. 84. de Heluidio, & Antidic.

Photius apud Euthymium in Panopl par 2. tit. 21 initio tituli aduersus Paulicianos.

Beza in præfatione ad nouum Testamentum. *Perpetuam Mariæ ad mortem vsque virginitatem, &*

sit, ego libenter credo, tamen nihil hoc ad salutis nostræ mysterium pertinet.

tenemus & summa animi constantia defendimus. & docemus euidenter, & si quando est opus facile vehementerque probamus, aduersus eos qui procaci temeritate id in controuersiam disputationemque reuocarent.

Conciliatio.

a 1. Cor. 15. 47.

b Genes. 2. 22. mutatum nomen Euæ.

Nunc vt sumus antea polliciti sanctam Virginem quantum fas homini cum Deo est, cum filio comparemus, & vna mente, liquida animorum voluptate dicamus, quod quemadmodum Christus Iesus est nouus Adamus *a* è cœlo diuinus & cœlestis, è cuius costa *b* Ecclesia prodiit, ita Maria est Eua secunda huic orbi non terrestris, quæ nomen Euæ in felicissimum illud Aue commutauit. CHRISTVS IESVS est salutis nostræ parens atque Deus, Dux & auctor vnus liberationis, *c* Maria eiusdem occasio & administra. Ille est fructus vitæ, hæc autem arbor, quæ tulit. Ille hortus Edenæus *d* verus animarum Paradisus, hæc fons & perennis scaturigo qua suauissime alluitur. Ille mirificus Noe *e* atque optimus, prima & secunda stirps generis humani, qui propriis liberis fuit opprobrio; hæc Arca *f* placidum illi perfugium in horribili tempestate, in qua perturbationes, quæ in nobis more belluarum furiose bacchantur, pace æterna & mirabili conquiescebant. Ille noster Abraham *g* multitudinis infinitæ Pater, & vere quidem Pater excelsus: Illa nostra Sara *h* insigni miraculo fœcunda, quæ sæculorum omnium ætatibus summam lætitiam peperit. Ille obsequentissimus Isaac *i* ligno oneratus super quod immolari debuit: hæc nobilissima integerrimaque Rebecca *k* diuino beneficio conseruata. Ille supplantator Iacob, *l* qui primum in humana carne tanquam femore debilitatus, post diluculo resurrectionis gloriosissime triumphauit: hæc speciosissima Rachel, *m* quæ peperit Benoni primum doloris filium, mox Beniaminum filium ad dexteram Patris sublatum. Ille Iosephus *n* sapientiæ laude clarus & Seruator mundi hæc terra sacerdotalis *o* immunis à tributo labis & peccati, terra virgo *p* quæ frumentum electorum protulit. Ille Rex Salem, *q* qui corporis sui panem & vinum sanguinis illis offert, qui è conflictu & cruento certamine huius vitæ triumphantes egrediuntur. hæc ciuitas Sion *r* cuius portæ gratiores multo sunt & iucundiores Deo Israel, quam omnia tabernacula Iacob. Ille Moses, *s* qui manuum in cruce protensione victoriam suis concessit: hæc Sephora Æthiopissa *t* externa specie fusca similisque cæterarum, sed intimo in recessu pulchra vndique & sine macula, *u* & proinde cum Luna comparata. Ille noster verus Aaron supremus Pontifex & Sac[illegible] Hæc Arca *x* Setim ligno incorruptibili constans, vbi manna diuin[illegible] tis & totius disciplinæ Virga, vbi denique perfectæ Obedientiæ legis tabulæ reperiebantur. Ille Germanus Dauid *y* qui Goliatum immanem illum Inferorum præliatorem, quinque plagis corporis sui, vt quinque silicibus deiecit & prostrauit. Hæc Turris Dauid *z* victoriis nobilitata, in qua tanquam in pleno & redundanti armamentario omnis-

c Ioan. 10. 9.
d Gen. 2. 6.
e Gen. 9. 22.
f Gen. 7. 7.
g Gen. 17. 5.
h Gen. 21. 2.
i Gen. 22. 6.
k Gen. 24. 16.
l Gen. 27. 36.
m Gen. 35. 18.
n Gen. 41. 45.
o Gen. 47. 26.
p Zach. 9. 17.
q Gen. 14. 18.
r Psal. 86. 2.
s Exod. 17. 12.
t Exod. 1. 15.
u Cant. 6. 9.
x Exod. 25. 10.
y 1 Reg. 17. 49.
z 1. Cant. 4. 4.
& 2. Reg. 12. 24.

Digitized by Google

omnis generis tela suppetunt. Ille vere Salomon: hæc illius iustitiæ thalamus in quo placidissime requieuit, & Thronus * aureus solidarum virtutum columnis extructus. Ille botrus è promissionis terra delatus, qui animas diuino amoris sui liquore perfusas inebriat. Hæc Vitis culta & odorata purpurascentem illam vuam genuit. Gedeon *a* ille est, qui eos sibi commilitones sociosque delegit, qui non se totos ad profluentem languidæ & impuræ voluptatis abiiciunt, sed vola manus tantum hauriunt quantum naturæ necessitatique sufficiat. Hæc *b* ipsius vellus Gedeonis in area virginitatis cœlesti rore madefactum & imbutum. Ille Iosue, *c* qui Tartaream Hiericuntem subuertit cum in rupto humanæ carnis & contuso vase, diuinitatis lumen extulisset. Hæc Iudita *d* Betuliæ decus, Solymorum gloria, totius gentis Hebræorum lætitia, cuius vi animique magnitudine infandarum legionum ductor concidit. Ille mirabilis Helias *e* omnipotentiæ suæ curru euectus, humanæ naturæ exuuias, pallium diuinitatis in Eucharistiæ Sacramento nobis reliquit. Est Helisæus *f* qui magnos artus ad exanimis corpusculi breuitatem accommodauit, vt id à morte suscitaret. Ionas *g* item è corde terræ egrediens. Est verus Daniel *h* è Leonum cauea sine peste exitioque egressus. Hæc illustris & amicissima perfugii Ciuitas, *i* Porta orientalis, *k* Hortus conclusus, fons signatus. Ille denique est scala Iacob *l* per quam ad diuini Numinis gremium ascendimus. Hæc etiam illa eadem scala, per quam Deus ad humilitatem nostram descendit. Eius filio sit per eam infinita gloria, & illa propter tantum filium sempiterna laude celebretur

* Reg.10.18. Num.13.25.
a Iud.7.8.
b Iud.6.37.
c Iud.7.20.
d Iud 15.10.
e Gen 30.5.
f 4.Reg 4.34.
g Ion 2 11.
h Dan.6 23.
i Num.35.6 1.Ezech.1.1.
k Cant.4 12. Ibid.
l Gen 28.12.

Digitized by Google

DE ANGELIS, DEQVE COELESTI HIERARHIA.

QVOD INTER ANGELOS SIT ORDINUM & Hierarchiarum distinctio.

CAPVT XII.

Sciendum vero quod Angelorum vocabulum, nomen est officii, non naturæ. Gregor. hom. 34. in Euang.

SANCTÆ & beatissimæ illæ Mentes, quæ à muneribus officiiq; ratione, vulgo Angeli nominantur, crudelem & diuturnam impressionem sustinuerunt, ab iis spiritibus, qui propter immanem audaciam perfidiosamq; defectionem, & malitiã animi voluntariam, præsenti gratia speq; futuræ gloriæ spoliati sunt, sic tamen vt naturæ proprietates non amitterent. Id bellum & furiosa contentio in eo posita fuit, quod veteratores illi mẽdaciorũ architecti, impiorum sectas hæreticorum varias & multiplices inuexerunt, quæ de natura Angelorum falsa quædam atque nefaria docerent.

Act. 23. 8.
Epiph. hæresi 4. de Saducæis & de Saturninis.
Leontius de sectis, hæresi 23.
Epiph. habetur tomo 4. Biblioth. patrum.
Philastr. & Theodor. hæreticarum fabularum.

Sadducei & Saturnini plane penitusque negarunt Angelum esse vllum aut Spiritum, vt in Apostolorum historia proditũ est. Basilidiani centũ post annis docuerunt Angelos sese mutuo generauisse, & quemq; cœlum vnum exædificasse vsq; ad numerum cẽtum sexaginta quinque.

Tertull. lib. 3. aduersus Marcionem cap. 9. & 11. *Meus autẽ Deus, qui, &c. æque potuit ex quacumque materia Angelis quoque astruxisse carnẽ, qui etiam mundum ex nihilo, in tot, ac talia corpora verbo suo ædificauit.*

Tertullianus libris in Marcionem veram illis atq; solidam corporis substantiam & humanam carnem tribuit. Origenes è Platonis mente fecit corporatos. Faustus Manicheus minutorũ Deorum copias & spirituum legiones induxit, quos aiebat non diuinitus procreatos sed à diuina substãtia ortos & libatos fuisse. Proclus ab Academia Philosophus pueriliter cẽsuit minores Angelos maiorum esse fœtus atq; liberos. Iam vero omnes vtriusq; religionis hæc flagitia erroresq; impios repudiant: quod reliquum est controuersiæ in hac quæstione de Angelis componi & profligari facile potest: ad tria enim capita res vniuersa meo iudicio reuocatur.

Digitized by Google

reuocatur. 1. Quod fundamento nixi Ordinum inter Angelos & Hierarchiarum varietatem statuimus. 2. Si fidei articulus sit quemque hominem tutelari vni custodiq; Angelo commissum. 3. An inuocari possit.

Quod ad primum attinet, S. Gregorius Magnus cumulatè opinor satisfecit Homilia 34. in Euangelia, ostendens in diuinis libris sæpe mentionem fieri Cherubinorum, Seraphinorum, Angelorum & Archangelorum. D. Paulum cœlestium Interpretem etiam ad Ephesios & Colossenses nominauisse Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes & Thronos. Notat quoq; apud Ezechielem principem Cherubinum appellari *Signaculum similitudinis Dei*, aut secundum Hebræos חותם תכנית chotem tachnith Diuinorum mandatorũ Cancellarium. Et paulo post, *Tu in deliciis Paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum, Sardius, Topazius & Iaspis, Chrysolithus, & Onyx, & Berillus, Sapphirus & Carbunculus & Smaragdus. aurum opus decoris tui.* Vbi sanctus Vates nouem lapidibus pretiosis adumbrauit nouem Ordinum perfectionem, qui supremæ intelligentiæ atque Menti iunguntur, deq; illis id intelligendum est Apocalypseos, vbi infandus & terribilis Draco fœda cauda, hoc est sceleris imitatione, post se dicitur stellarum tertiam partem rapuisse.

Sed speciatim iam Scripturæ loca videamus, quæ ter magnus Gregorius laudauit.

Genesis 3. volitantis Cherubini mentio fit & clare collucentis, qui Lignum vitæ custodiebat. **CHERVBIN.** *Genes. 3. v. 14.*

Isaiæ 6. describuntur Seraphini supra diuinum currum, senis alis ornati, quarum duabus Dei vultum inumbrant, pedes item duabus, volant reliquis, alternis magni Dei sanctitatem celebri illo τρισαγίῳ decantantes. **SERAPHIN.** *Esaia 6. v. 1. 2.* Dan. 10. 13.

Danielis 10. qui cum solabatur Angelus ita infit, *Princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum.* Qui locus superiorum & inferiorum mutuum quendam ordinem inter illos declarat, qui itidem apud Zachariam animaduerti potest cap. 2. vt idem ipse Gregorius Magnus in Iobi expositione notauit. Ita verò ille Vates, *Et ecce Angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum; Curre, loquere ad puerum istum dicens, Absque muro habitabitur Hierusalem, &c.* Illa eadem Hierarchica Ordinum collocatio distinctè à D. Paulo exprimitur cap. 1. Epist. ad Ephesios, vbi docet Deum Patrem suscitauisse Filium à mortuis & super omnes cœlos extulisse constitutum super omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et in Epistola ad Colossenses, *In ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia siue throni siue Dominationes, siue Principatus siue Potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt.* Sanctus quoque Petrus Epistola sua 1. trium meminit, *profectus in cœlum subiectis sibi Angelis & potestatibus & Virtutibus.* S. Iudas Archangelos quoque agnoscit his verbis, *Cum Michael Ar-*

Greg 4. c. 27. in Iob. *Zachar. 2. 3 4.* *Coloss. 1. v. 16.* *1. Pet. 3. 22.* *S Iud. c. 1. v 9.*

changelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore non est ausus iudiciū inferre blasphemiæ. Sed ad Sanctos Patres conuertamus orationem, quos peritè de tota re differentes audiamus.

S. Ignatius Epistola quadam sua, Ordines omnes Angelorum nominatim recenset, atque tametsi admirabilem illam distributionem, imò verò diuinam etiam & incomparabilem æterni Patris naturam animo & intelligentia perfectissimè cognosceret, minimè tamen cum magnis illis Ecclesiæ columnis Petro & Paulo comparandum fore.

Ignat. Epist. ad Trallianos: *Etenim & ego nō quatenus vinctus sum, etiam cælestia intelligere possum, Angelicos Ordines, Archangelorū, militiarumq; cœlestium, discrimina Virtutum, Dominationumq; differentias: Thronorum Potestatumq; diuersitates. Principatuum magnificantias, Cherubin, Seraphinque excellentias: spiritus sublimitatem, & Domini regnum, & incomparabilem Dei Patris omnipotentis diuinitatem: hac cum nouerim, non continuo perfectus prorsus sum, aut discipulus qualis Paulus aut Petrus.* Ireneus li. 2 c. 54 *Dicant nobis quæ sit inuisibilium natura; enarrent numerum Angelorum, & ordinem Archangelorum; & demonstrent Thronorum Sacramenta; doceant diuersitates Dominationum, Principatuum, Potestatum, atq; Virtutum.*

S. Ireneus libris quos de hæresibus composuit, bis eorundem fecit mentionem.

Clem. Alexandr. ad cap 3. prior Epist. Petri. Habetur to 1. Bibliot. Patrum.

Clemens Alexandrinus in 3. caput primæ D. Petri exponens ea verba, *Subiectis sibi Angelis & Potestatibus & Virtutibus*, sapienter animaduertit Apostolum è quaque Hierarchia ordinem vnum posuisse.

Athanas. orat 3. *contra Arrianos, paulo ante medium, to. 1. Multi Archangeli, multi Throni, multa Potestates, & Dominationes, millies millia & decies millies centena millia, &c.* Idem serm *de communi essentia Patris & Filii, & Spiritus Sancti, to. 1. circa finem. Quemadmodū discrimen ordinis in supernis Potestatibus cognouimus: ita quoque stationis scientia discrimina sunt. Throni, Cherubin, & Seraphin, &c. Postremi autem omnium sunt: Angeli, qui & hominum pædagogi sunt censendi.* Hilarius l. 2. *de Trinit. Archangeli, & Dominatus Principatus, & Potestates sine somno, sine occupatione, sine crimine æternis & indefessis in cælo laudibus Deum laudant* Idem ad Psalm. 134. *Ad illa verò educens nubes: prætereo Thronorum, Dominationum, Principatuum, & Potestatum, Cherubin & Seraphin, Angelorum & Archangelorū miraculo in his omnia Deus quæ voluit fecit in cælo & in terra.*

Sanctus Athanasius Serm. de communi essent. Patr. & Fil. &c. obseruat vt inter Angelos ordinum est certa collocatio, sic in iisdem esse dignitatem & cognitionis discrimen: Primos enim omniumque supremos nimirum Seraphinos & Cherubinos, inferioribus lucem & cognoscendi rationes impertiri: Angelos item hominum pædagogos atq; duces ex infimo esse ordine, quæ omnium Theologorum est opinio, quod quidem ad communem hominum sortem & conditionem attinet. D. Hilarius 2. de Trinitate, & in Psalm. 134. eos item accuratè enumerat & veluti diuino prodigio obstupefactus, miratur quotidianas & perennes laudationes, quibus rerum omnium molitorem Deum prosequuntur.

Ambros. to 4 *lib. 1. de Spiritu sancto cap. 7. De qua creatura Deus loquutus est, quod nō Dominationes, aut Potestates effundat, aut Angelos, sed de spiritu meo effundam.*

S. Ambrosius Dei mirabilem influxum patefaciens, vtrique naturæ communicatum, Angelicæ & Humanæ, ait hæc verba, *Effundam de Spiritu meo*, in beatas illas mentes Angelos, Potestates, & Dominationes cadere, quibus se benignè Deus largitur.

Hieron. l. 2 *aduersus Iouinianum c. 15 to. 1. paulo ante finem. Quare in regno cælorum Archangeli sunt,*

D. Hieronymus in Iouinianum, & Commentariis in Epist. ad Ephesios, perspicuè ostendit Angelos, Archangelos, Potestates, Principatus, Dominationes, Virtutes, Thronos, Cherubinos & Seraphinos nō mera tantum atque nuda esse nomina, sed rem habere subiectam, pro conditionis & meritorum varietate diuersam, quam distincta nomina significant,

Digitized by Google

ficant; quatenus rerum corporearum imagines, cum & dignitatem cœlestium possunt exprimere.

Angeli, Throni, Dominationes, Potestates, Cherubim, & Seraphim, & omne nomen quod nominatur non solum in præsenti sæculo, sed etiam in futuro? Sine causa diversitas nominum est vbi non est diversitas meritorum.

Confirmat hoc idem is qui animi singularem modestiam cum incredibili sapientia copulauit D. Augustinus, aduersus Priscillianistas, & Origenis familiam scribens, aitque se firmissimè credere quidquid Apostolus de cœlesti apparatu reliquit, siue Sedes, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates nominentur, & differre inter se aliquid penitus in animum sibi suum induxisse. Haud esset operosum alias hic sententias & similia dicta Sapientũ colligere ex pura puta antiquitate hausta & libata. Sed vnius Dionysii Areopagitæ autoritas, qui de cœlesti Hierarchia librum diuinè contexuit, quique mysticæ Theologiæ lumen & eximius Doctor fuit Ecclesiæ Christianæ, rem confirmabit, & sine exceptione conficiet, dummodo constet eum Dionysium, qui de cœlesti Hierarchia scripsit, esse verum & genuinum Areopagitam, Pauli discipulum, de quo in Actis Apostolorum memoratur. Cuius rei probationes lubet hic apponere, è flore hominum sapientissimorum depromptas, qui quoque sæculo à nato Mundi Seruatore ad hanc ætatem floruerunt.

Aug. ad Orosium, *contra Priscillianistas, & Origen. cap. 6. Certè ait Apostolus siue Sedes, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates. Et esse itaq; Sedes, Dominationes, Principatus, Potestates, in cœlestibus apparatibus firmissimè credo, & differre inter se aliquid indubitata fide teneo.*

De S. Dionysio Areopagita, & de Scriptorum ipsius auctoritate.

PRimo sæculo D. Lucas eius nobis describit nomen, conditionem, & ad fidem Christianam conuersionem. In secundo Dionysius Corinthi Episcopus ait illum Antistitem fuisse Athenarum. Tertio Dionysius Alexandrinus Origenis Auditor luculentos in eius opera scripsit Commentarios vt Maximus vir doctissimus prodidit. Quarto D. Gregorius Nazianzenus eundem haud obscurè designat, vbi Scriptoris antiqui meminit, qui præstabili quadam sapientia disputasset de Seraphinis, qui Tabernaculum operiunt, τρισάγιον magno animi ardore decantant, cum certum sit Magnum Dionysium librum composuisse περὶ τῶν θείων ὕμνων, de diuinis hymnis, cuius meminit sub finem capitis septimi de cœlesti Hierarchia. In eodem sæculo S. Ioannes Chrysostomus eleganter etiam nominat πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ, vt legitur in Epistola Bibliothecarii Anastasii ad Carolum Caluum. Quinto si Liberato Afro qui anno 520 floruit, adhibemus fidem, S. Cyrillus Alexandrinus Antistes

Act. 17. 34. *Paulus exiuit de medio eorũ. Quidam verò viri adhærentes ei crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.* [illegible]

Citat eundem Euseb. hist. Eccles. lib. 4. c. 23. in Latin. exemp. c. 22.

Δηλοῖ δ' ἐπὶ τούτοις ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης [illegible]

ἐν ταῖς πράξεσι δεδηλωμένα ὡς ὁ Ἀθηναίων προεδρίας τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκεχείρισθο. Nazianz oratione 38 εἰς τὰ φῶτα, *& ita quidem sancta Sanctorum, quæ à Seraphin teguntur, & glorificantur tribus sanctificationibus, quæ in vnam denominationem atque deitatem coeunt.* ὁ δὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν πρὸ ἡμῶν πεφιλοσόφηται κάλλιστά τε, καὶ ὑψηλότατα. Origenes vel antiquus auctor, homil. 1. in Ioannem, *tom. 2. habetur hom. 2. in diuersos. In ipso enim vt os loquitur diuinum, Viuimus, mouemur, & sumus: & vt ait magnus Dionysius Areopagita. Esse omnium & superessentia & diuinitas.* Sanctus Maximus martyr in c 5. Hierarch. cœlestis. ὁ γοῦν μέγας Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ὁ ἀπὸ ῥητόρων ἐν τοῖς σχολίοις οἷς πεποίηκεν εἰς τὸν μακάριον Διονύσιον τὸν αὐτοῦ συνώνυμον οὕτω λέγει. Anastasius Bibliothecarius Epist ad Carolum Caluum *Dionysium Ioannes Chrysostomus πετεινὸν οὐρανοῦ, Volucrem cœli vltimo Sermonum suorum libro describit.* Liberatus Afer Diaconus in breuiario de causa Nestoriana & Eutychiana c. 10. *Cyrillus quatuor libros scripsit, tres aduersus Theodorum & Diodorum, quasi Nestoriani dogmatis auctores, & alium de Incarnatione librum, in quibus continentur antiquorum Patrum corrupta testimonia, Fœlicis Papæ Romani, Dionysii Areopagitæ Corinthiorum Episcopi, & Gregorii mirabilis θαυματουργοῦ cognominati.* Notandum *non defuisse, qui Dionysium Areopagitam* asseuerauerint *fuisse Corinthiorum Episcopum.*

tistes eum laudat, in Theodorum & Diodorum agens Nestorianorum primipilos, quod etiam fecit libro de Incarnatione.

Anastasius Antiochenus Anagoricarũ contemplationum in hexameron, l 7 to 1. *Biblioth. Patrum. Celeberrimus ergo & rerũ diuinarum Mysta Apostolicus* Dionysius *dicit in sapientissima sua Theologia, quod Deus Græce dicitur* θεός, *&c.*

Gregor. Magnus ho. 34. *de drachma perdita, paulo post mediũ. Fertur Dionysius Areopagita antiquus & venerabilis* Pater, *dicere, quod ex minorũ Angelorũ agminibus foras ad explendum ministeriũ, vel visibiliter vel inuisibiliter mittuntur, &c.*

Sophron. ad Sergium in sexta Synodo, *to. 3. concil. circa medium. Huius verò Christi asserimus esse virtutem etiam illam, quæ dicitur noua, & Dei virilis operatio, non vnam existentem, sed diuersi generis, ac differentem, quam ex Areopago à Paulo egregio diuinitus captus Deo vocatus asseruit Dionysius.*

Damasc. orat. de fidel. defunct. Ὡς θεῖος Διο-

Sexto sæculo Anastasius Episcopus Antiochenus dictus Sinaita vir exquisitæ eruditionis & exemplar sanctitatis, vt auctor est Euagrius, in eximio quodam Commentario, quem inscripsit *Contemplationes Anagogicas in Hexameron*, illum indigitat celeberrimum rerum diuinarum Mystam Apostolicum Dionysium. D. Gregorius Magnus antiquum venerandumq; Patrem nominat, vtiturq; eius autoritate vt probet Angelos tutelares ex infimo esse ordine vltimæ Hierarchiæ. Septimo hoc est circa annum Domini 640 floruit Maximus, excellenti artium cognitione verè maximus, & singulari auctoritate apud Heraclium Imperatorem, qui se lubens à Comitatu Palatioq; subduxit, quod pestem in eo grassantem Monothelitarũ videret, religiosis se claustris addixit, in quibus placida quiete perfruens animiq; tranquillitate, multos edidit cõfecitque libros, inter quos Scholia sunt in Opera Dionysii Areopagitæ, tandem ipsi lingua euulsa fuit hæreticorum factione impioq; maleficio, inclytusq; martyr è sordibus custodiæ & pædore, ad beatæ æternitatis vsuram euolauit. Eodem sæculo vigebat Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, qui ad Sergium Constantinopolitanum item Patriarcham scribens, literas quæ in vndecima Actione sextæ Synodi inserũtur, Dionysii auctoritatem adhibet ad confutandos errores Monothelitarum, eumque Dionysium à diuino Paulo captum ait ex Areopago, Deoque mancipatum. Eadem etiam erat vsus auctoritate Macarius Archiepiscopus Antiochenus, eadem hæresi imbutus, vt constat ex fine Actionis secundæ, vbi tametsi vehementius Imperator vrgeret, distinguere tamen noluit & explicare, quemadmodum intelligeret operationem Hominis Dei, quam Dionysius θεανδρικὴν in Epistola ad Caium nuncupauerat. Octauo S. Ioannes Damascenus lux & decus eorum Theologorum, qui à præstanti eruditione Scholastici nomen habent, Opera sæpe illius laudat, neque id fere vnquam sine præfatione honoris meritoque præconio, quippe nominat *diuinum Areopagitam, sanctissimum & eloquen-*

Digitized by Google

eloquentißimum Dionysium. Et Orat. de fidel. defunct. *diuinis rebus abundantem, profundumque Dionysium*.

λὺς τὰ θεῖα καὶ βαθὺς τὰ θεῖα ὁ Διονύσιος. Et citans locum ex c. 7. non longe ab initio. *eruditissimus ille atque in explicandis rebus diuinis exercitatissimus Dionysius, &c.*

Secundum generale Concilium Niceæ celebratum, anno septingentesimo vigesimo septimo, sub Adriano Papa, citat eundem & *magnum Dionysium* appellat. Idem Pontifex Maximus scribens ad Carolum Magnum, vocat *Areopagitam, Episcopum Athenarum, hominem Apostolicum*, ait dictum fuisse à sanctissimo Gregorio *antiquum Patrem & Doctorem*, à sacris item Conciliis & Decessoribus suis comprobata illius fuisse Opera, ex iisdem fuisse laudatas promptasque sententias & præsertim ex Epistola quam ad Diuum Ioannem scribit, ad imaginum cultum & religionem tuendam.

& Episcopus Atheniensis valde nimirum laudatus est à D. Gregorio Papa, confirmante, & doctorem esse. Iste sub temporibus Apostolorum fuit, & in Actibus Apostolorum prædictis sanctissimis prædecessoribus nostris Pontificibus in sacris Cōcilijs eius confirmata pro sacrarum imaginum veneratione, inter cætera: amplectentes ista ex epistola Sancti quæ directa est ad S. Ioannem Euang.

Libri autem tanti viri missi in Galliam fuerunt circa nonum sæculum à Michaele Imperatore Constantinopolitano, qui eos velut magnificum regiumque munus, Ludouico Imperatori Occidentis cognomento Pio dedit, cum didicisset, quanta obseruantia & religione magnum Dionysium prosequeretur, quam etiam videretur habere quasi propriam atque hæreditariam, cum eundem auus atauusque Imperator Carolus Magnus & Pipinus coluissent: Ludouicus Pius summa lætitia exceptos è vestigio misit ad Hilduinum Monasterii Sancti Dionysii Abbatem in Francia. Michaël Singelus qui tum viuebat rem publica laudatione celebrauit, & Methodius græca lingua confecit Acta in eius honorem quæ vsque in hodiernam diem reperiuntur. Ioannes Exingena Scotus græcis quoque latinisque litteris doctus paulo post eos libros primus in latinum vertit, idque iussu Caroli Calui qui in imperium paternamque pietatem successerat, anno fere octingentesimo sexagesimo. Anastasius qui eodem æuo Bibliothecarius fuit sanctæ Sedis Apostolicæ ad eundem scripsit Imperatorem literas, quarum initium est *Inter cætera studia*, vbi apparet quantum studii industriæque poneret summus ille Galliæ & totius Occidentis moderator, in scriptis D. Dionysii legendis & intelligendis.

Decimo sæculo Simeon Metaphrastes, cuius viri auctoritas in Oecumenico Florentino Concilio sessione septima adducitur, S. Dionysii vitam litteris mandauit, & libros qui in manibus sunt vt veros & germanos agnouit. Suidas qui eodem scribebat sæculo, de eius vita moribusque similia memorat, nec in libris recensendis dissentit.

Vndecimo fuit Euthymius cognomento Zigabenus, inter doctos suæ ætatis clarissimus in Græcia, qui in Panoplia sententias sæpe atque

I flosculos,

νύσιος Ἀρεοπαγίτης, ἀγιώτατος καὶ λογιώτατος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης. ὁ πο-

Eccles Hierarch. Quocirca

Septima Synodus c. 2. to. 3. concil. *Nostra enim hierarchia substātia sunt. Eloquia diuinitus tradita diuinarum scilicet scripturarum vera scientia* καθὼς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος.

Hadrianus Papa, *ad Carolum Magnum, to. 3. Concil. epistola 3. 6. 36. Sanctus Dionysius Areopagita, qui eum & antiquum patrem monstratur: vnde & à sunt veridica testimonia Dionysii Episcopi Athen.*

Concil. Florent. sess. 7. to 4. Concil. *imprimis igitur Simeon Metaphrastes, vestris in Ecclesiis celeberrimus accedat qui, in beati Dionysii vita inquit, &c.*

flosculos, è Dionysio nostro decerptos delectosque laudat. Quod etiam duodecimo sæculo multo sæpius facit Hugo à S. Victore, qui sub Ludouico Iuniore florebat, dictus vulgo Secundus Augustinus, propter vberrimam elegantissimamque doctrinam, & ingenii præstantiam: hic autem splendidissimos & suauissimos Commentarios in Cœlestem Hierarchiam edidit, quos eidem Regi dedicauit.

Decimo tertio Georgius Pachumerus inter Græcos, polita & exculta paraphrasi Dionysii libros illustrauit: & è Latinis D. Thomas celsissimus apex Theologiæ, libros de diuinis nominibus luculenter exposuit, & in Theologica summa aliisq; in locis, citat eos frequenter, ad abstrusissima quæque mysteria & reconditos fidei quæstiones comprobandas.

Sæculo decimo quarto Nicephorus Callixtus Xanthopulus, qui Ecclesiasticam historiam memorabili opera contexuit sub Andronico Paleologo, inter alia quæ de viro Sancto memorat, ait illum & lauacro salutari tinctum, & Athenis Episcopum renunciatum, manibus D. Pauli: tum indicem proponit & eorum voluminum quibus fruimur, quæque temporum iniuria desiderantur.

Centum post annis sæculo decimo quinto Cardinalis Bessario doctrina sua quam purpura splendidior, eadem scripta vera & legitima esse defendit, Marsilius Ficinus in Latinum conuertit Librum de Diuinis Nominibus & quem de mystica Theologia scripsit, & rem omnem illustrauit Commentariis. Iisdem fere temporibus Ioannes Picus Mirandulanus cuius ingenii magnitudo atque excellentia orbem vniuersum obstupefecit, illum suis laudibus ad cœlum extulit, præsertim eo libro quem doctissime elucubrauit *de Ente & vno.*

Decimo sexto eruditissimus Budeus Manuscriptum vnum reliquit, curis vigilijsque suis diligenter emendatum Notisque illuminatum, quę Parisiis deinde in lucem prodierunt. Pettrus Faber Stapulensis libros eosdem perpetuis Annotationibus illustrat: Ioachimus Perionius in Latinum vertit. Præstantissimi viri atque Illustrissimi Genebrardus, Baronius, Bellarminus aliique eorum obiectiones docte refutarunt qui & Authorem & eius scripta in dubium reuocassent. Cumque recentis & funestæ memoriæ Scaliger qui pietati nefarium bellum indixerat, confidentia quadam animi maleuolentia ieiunii statuisset obterere tanti viri laudem & Operum auctoritatem, excitauit Rever. Patrem Martinum Delrio doctissimum & religiosissimum Societatis nostræ sacerdotem, qui sine pertinacia, impii & insolentis hæretici conatus repressit, & sanctissimum virum Galliæ decus & totius Ecclesiæ ornamentum defendit. Quod etiam felicissime deinde fecit R. Pater Ioannes à S. Francisco Fuliensium Monachorum Lutetiæ Prior, è quibus magnam partem hæ probationes eruuntur.

Apud Guilielmum Morel lium An. 1562.

Sed quamuis hæ tantæ tamque solidæ auctoritates deficerent, lectio eorum librorum vel vnica, æquo animo & minime repugnanti fidem facere t;

faceret; stylus enim hominem sapit doctum & intelligentem, & Athenis, in eo scilicet domicilio sapientiæ, studio literarum imbutum, ipsæ graues & diuinæ scribentis motiones impetusque animi supra res humanas omnes volitantis, scholam ipsius disciplinamque redolent, qui ad tertium vsque cœlum raptus fuit. Et quidem pag. 275. editionis Parisiensis Gulielmi Morelii, magnum Paulum, & suum, & Magistri sui Hierothei Doctorem agnoscit. & pag. 297. libros suos dicat Timotheo Ephesino Antistiti & Onesimi decessori. & pagin. 281. & 282. narrat se cum illo adfuisse Beatæ Virgini ab hac vita migranti. pag. 354. citat Philosophum Clementem, qui fuit vel Actius Clemens cuius Plinius Secundus meminit vt post dicetur, aut Pontifex Maximus Clemens, quem nominat Diuus Paulus in Epistola ad Philippenses. pag. 358. & 375. delirationem & anilia commenta refutat Elymæ magi, & væsani Simonis, qui in Actis Apostolorum cap. 8. & 13. referuntur. pag. 398. Iosephum laudat qui dicebatur Barsabas cognomento Iustus, cuius item est in Actis mentio. & pagin. 462. memorat quemadmodum exceptus fuit à Carpo in Creta de quo meminit Apostolus secundo ad Timotheum. Quid plura? confirmant hoc idem ipsius Epistolæ numero decem, quæ omnes ad eos scribuntur, qui suppares fuerunt Apostolis, aliæ ad Caium Therapeutam, quem illum ipsum scribit fuisse Maximus ad quem misit Epistolam vnam Diuus Ioannes, aliæ ad Dorotheum Liturgum, Sosipatrum Presbyterum, Polycarpum Episcopum, Demophilum, & Titum, qui per litteras rogauerat, quid sibi vellent in diuinis scripturis sapientiæ domus, poculum, cibi, & eiusdem potiones, vltima denique ad Ioannem Euangelistam & Apostolum cum exilium iussu Traiani pateretur.

συνοπτικῶς ὁ κοινὸς ἡμῶν καὶ τοῦ καθηγεμόνος ἐπὶ τὴν θείαν φωτοδοσίαν χειραγωγὸς, ὁ πολὺς τὰ θεῖα, τὸ φῶς τοῦ κόσμου, τάδε φησίν.

Le commun conducteur de nous & de nostre maistre vers le don de lumiere diuine, ayant consideré cela dit ainsi.

Philipp. 4. 3. *Etiam rogo & te Germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitæ.*

Citat Iustum de quo Act. 1. 23.

Penulam, quã reliqui Troade, apud Carpum veniens affer tecum & libros, maxime autem membranas.

Iam vero contra has tantas tamque firmas & omni modo constabilitas rationes, quod efficere tandem queant quinque aut sex obiectiones quæ tam facile dissolui possunt quam proponuntur? 1. Eusebius & Sanctus Hieronymus, inquiunt, cum Illustrium hominum numerum ineunt, nusquam huius meminere. Quasi vero nominare illi omnes debuissent. Sed quo in loco mentionem fecerunt librorum Theognosti excellentissimi Theologi, qui Arrianos audacia furentes & impietate confecit? aut Athenagoræ, qui doctam & disertam Apologiam Antonino & Commodo Imperatoribus obtulit? An Gregorii Neocæsareæ Antistitis meminerunt, qui nominatus fuit Thaumaturgus, an Ioannis Climaci, Chromatii, Prudentii, aut ipsius denique magni Augustini? Plutarchus, Plinius Secundus, Æmylius Probus vitas illustrium virorum Græcorum & Latinorum posteritati reliquerunt, sed quot ab illis præteriti sunt & silentio inuoluti? An non sufficit, vt quod à nonnullis omissum est, aliorum industria & narratione compensetur? Euangelii diuini scriptores Ioannes, Matthæus, & Marcus de missa ad beatam Virginem legatione nusquam loquuntur, ergone falsum erit eam à Gabriele salutatam in Nazarethana Vrbe fuisse?

I 2 Minuti

S. Maximus Præfat. Schol. in S. Diony. πάμπολλα παρῆκεν Εὐσέβιος οὐκ ἐλθόντα εἰς χεῖρας αὐτοῦ. nominat deinde quosdam, vt Hymeneum, Narcissum, Pantenum, &c.

Minuti Dialectici qui primoribus tantum labris Philosophiam degustarunt, negans argumentum ab auctoritate & testimonio promptum, nullam habere vim cognoscunt. Doctus & in omnem partem egregius Baronius alio quodam modo respondet, asserit enim cum S. Maximo quod ad Eusebium quidem Pamphilum attinet, eum huius tanti viri nomen atq; lucubrationes inuido silentio & excogitata malitia obtexisse, quod ex iis tela amentata sumi posse videret, quæ in Arii iugulum intorquerentur, cui ipse filii Dei inimico perfidia haud obscura fauebat: quam etiam ob causam opera Theognisti & plurimorum aliorum callide prætériisset, quæ tamen in Pamphili Martyris nobili & instructa Bibliotheca quæ Origenis olim fuisset reperiebantur.

Quod spectat ad S. Hieronymum, ex eodem ipso Præfatione ad Dexterum, probat Illustrissimus Baronius, nunquam in animo habuisse Scriptores omnes Ecclesiasticos breui eo opere concludere, sed tantum eorum memoriam æternitati propagare, quos ab Eusebio nominatos sciret, quibus tantum eos adiunxerit, qui post ipsum Eusebium fama & existimatione floruissent.

2. Obiicitur illa, quam habet, ceremoniarum Ecclesiæ descriptio, & instituti Monachorum, quod illa Areopagitæ tempore nusquã fuerint. Sed constat & ceremonias & Constitutiones Monachorum esse longe vetustiores, vt quæ ab ipsa Apostolorum auctoritate manent, vt inferius Deo duce patefiet, quod etiam paulo ante quasi per transennam videri potuit, cum de Essenis & Essæis ageremus.

3. Persuadere volunt laudari ab ipso Clementem Alexãdrinum qui secundo sæculo viguit centum videlicet annis post Areopagitam. Sed dictum fuit cum doctissimo Baronio, alium quendam illum fuisse nimirum Actium Clementem è sinu Platonis Academicum, ad quem Plinius iunior eam epistolam quæ decima est primi libri aut secundum Pachymerum, Papam Clementem, qui de seipso in literis ad Iacobum fratrem Domini significat, Philosophiæ se multam operam studiumque tribuisse: Et certe de Clemente Philosophiæ disciplinis imbuto, agit eo citato loco S. Dionysius.

4. Alii qui minus accurate vitam & annos ad calculos reuocarunt huius præstantis Ecclesiæ Pontificis, magnanimi & inuicti in S. ammate Christiano Athletæ, mirandum putant citare illum potuisse epistolam Ignatii ad Romanos, cum eo anno scripta sit quo mortem cum vita cõmutauit nimirum sub Traiano, quo tempore iam extinctum Dionysium credunt. Sed qui vetusta martyrologia peruolutarit, atq; imprimis Bedæ, Adonis, & Romanum cum exquisitis Baronii Notis & quæ præterea secundo Annalium Tomo ad annum Christi nonum & centesimum attulit, facile intelliget nostrum Dionys. non sub Domitiano sed sub Adriano Imp. ab hac vita migrasse. Quod quidem prodigii loco habendũ nõ est, si aliorũ exempla sanctorũ consideremus qui longissimã ætatem vixerũt, qualis imprimis Ioannes fuit Euãgelii clarus scriptor, qui anno à Christo

Baronius in Not. ad martyr. 9. Octobris: *Nec mirũ videri debet, tam longam Dionysio contigisse ætatem. cum diuina quadam dispensatione factum sit, vt & plures ex iis, qui Apostolorũ*

Christo passo sexagesimo octauo supremum vitæ diem confecit. S. Polycarpus eius discipulus in media morte exultans victor, anno centesimo sexagesimo nono vixit, M. Aurelio & Lucio Vero Imperatoribus, qui cum ad rogum duceretur de Christo Domino, sic aiebat: *Octoginta sex annos illi tam inseruiui, & nullo me hactenus affecit incommodo, quomodo igitur regem meum, qui me ad hoc vsque tempus seruauit incolumem contumeliosis verbis possum afficere.*

Sanctus Simeon, filius Cleophæ, & propinquus Seruatoris vitæ propagatione multorum ætates æquauit: nam secundum Eusebium, imperij Traiani anno decimo martyr è corpore tanquam è patefacto carcere euolauit, cum centesimum & vigesimum annum ageret. Hermas discipulus Sancti Pauli ad extrema Antonini Pij tempora Hadriani successoris peruenit, cuius etiam Hadriani imperio in humanis erant plurimi, quos Christus IESVS à mortuis excitasset, aut inualetudine iactatos recreasset: vt Quadratus, qui Athenis præsedit Antistes post Publium magni Dionysij successorem, Hieronymo teste, libro de scriptoribus Ecclesiasticis, cum diuina prouidentia hominem reseruasset ad eam temporis intercapedinem, vt de Verbo naturæ nostræ exuuijs ornato fidelius testari posset.

temporibus vixerant, ad longissimam ætatem peruenirent, nempe vt ea, quæ oculis aspexissent certa scientia testarentur: vt inter alios Simeon Episcop.⁹ Hierosolymitanus, qui centesimum vigesimũ attigit annum; S. Ignatius, qui se Dominum in carne vidisse testatur; scribens ad Polycarpum (citat eam epistolã S. Hieronymus, de scripto. Eccles. in Ignatio) ad annũ vndecimũ Traiani, vt idẽ auctor affirmat, peruenit. Certè Quadratus, qui post Publium, qui Dionysio successit in Ecclesia Athenensi rexitque illam temporibus Hadriani, complures se vidisse tradit, qui Christi tẽporibus sanati essent, & à mortuis surrexissent, vt de ipso recitat Hieronymus lib. de script. Eccles. Quid memorem Hermam Pauli discipulum, cuius ipse meminit scribens ad Romanos, cuius & esse dicitur liber Pastoris? eum constat ad vltima vsque Antonini Pij tempora fuisse superstitem: dicerem de Polycarpo, & alijs, nisi me alio vocaret oratio. Euseb lib 4. hist. eccles. capite 14 circa medium. *Idem de sancto Symeone lib. 3. cap. 18 & in Chronico Olympiade 221.* * *Hieron de script. eccles in Quadrato, tomo 1. Cumque Hadrianus Athenis exegisset hyemem, inuisens Eleusinam, & ei porrexit librum pro religione nostra compositum valde vtilem, plenumque rationis & fidei Apostolicæ doctrina dignum; in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait plurimos à se visos, qui sub Domino, varijs in Iudæa oppressi calamitatibus, sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant.*

Maior quædam huic est annexa difficultas, quonam modo noster Dionysius, scribens ad Timotheum, Epistolam illam Ignatij proferre potuit, cum Timotheus Ephesinus Antistes longe ante morte occubuisset. Sed animaduertendum est, ea quæ citantur Ignatij verba, non in vnis tantum ad Romanos literis, sed in pluribus etiam scriptis fuisse posita. Ita enim in frequenti sermone dicere consueuerat. *Meus amor crucifixus est*, cum Christus Iesus sic intimo in animo esset inustus, vt de illo merito canatur.

Ignatius epist. ad Romanos apud Hieronymum in Catalogo script eccles. *& habetur 3. biblioth. Patrum. Vtinam fruar bestijs quæ mihi sunt præparata, quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere: Quod si venire noluerint, ego vim faciam vt deuorer. Ignoscite filioli: quid mihi prosit ego scio, &c.*

Portans IESV nomen amabile
Flammante victor pectore, belluas
Ignatius parat feroces
Purpureo saturare tabo.

Igitur quemadmodum Dei filius, vt diuinissimus Paulus testatur, sæpe in ore commune illud dictum habebat μακάριον ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, *Beatius est dare quam accipere*: ita S. Ignatius & scripto & oratione sæpe

Actor. 3. 5.

De nomine IESV in corde scripto, Anton par. 1, tit. 7. cap. 2. §. 1.

vſurpabat: ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, *Amor meus crucifixus eſt*. Vnde fit, vt ea illius ſententia non neceſſario promenda fuerit ex Epiſtola ad Roman. quæ vere poſt Timothei ſanctiſſimi occaſum exarata fuit, Smyrnæ videlicet, quo tum Ignatius diuerterat, cum turba ferocientium militum circumſeptus, Romam igneus ad martyrij coronam duceretur: hoc enim S. Hieronymus in Commentarijs ſuis reliquit. Quod autem Timotheum appellet filium, & quod inde ſequatur, vt alius ille ſit ab Epiſc. Epheſino; male constructa & compoſita eſt obiectio, neque enim vt perſpicuũ eſt, tanquam Pater ſcribit ad filium, nec vt Senior ad iuniorem, nec vt Magiſter ad diſcipulum, ſed vt amicus ad amicum, à quo viciſſim doceri de omnibus cupit. Inſcriptio ita habet, Διονύσιος πρεσβύτερος Τιμοθέῳ συμπρεσβυτέρῳ, *Dionyſius Presbyter Timotheo Symmyſtæ*, vel *Dionyſius Epiſcop. Timotheo Antiſtiti*, cum presbyteri nomen, referente Maximo, haud raro pro Epiſcopo ſumatur, etiam apud D. Paulum cap. 1. ad Titum. Et animaduertendum eſt cum filij nomen adhibet, non dicere illum *filium meum*, ſed *filium ſanctum & ſacratum*, παῖ ἱερὸν, & *inter ſacros ſacerrimum* παίδων ἱερῶν ἱερώτατε. Vbi videre licet, referri ad hoc nomen ad ſingularem adoptionem & gratiam, qua delectus ab æterno Patre fuit ad cœleſtis familiæ ius & dignitatem, & ab eodem iam in Eccleſia Paſtor conſtitutus. Quod etiam confirmari ex eo poteſt, quod nono cap. cœleſtis Hierarchiæ his eum verbis alloquitur, *In memoriam illud reuocabo prudentiæ veſtræ hierarchica*, qua voce Epiſcopi dignitatem inſinuat, & vt liquido conſtat, ſingularem animi obſeruantiam cultumque oſtendit. Quare nihil neceſſe eſt ad alium Timotheum recurrere Pudentis filium, & Praxedis atque Pudentianæ fratrem, vt non nemini venit in mentem cogitare.

Quare cum fuerint æquo iudicio & accurate expenſa, ꝓbabilis nulla opinor ratio, ne dicam firma obijcietur, propter quam Laurentius Valla, Eraſmus, Centuriatores, & Ioſephus Scaliger, tam infeſta tamq; inimica mente in Areopagitam debuerint incurrere, & tam ſublimis ſapiẽtiæ monumenta, aut in Apollinarem Hierapolitanum, aut in Dionyſiũ Alexandrinum, aut in Dionyſium Corinthi Pontificem referre. Quod tamen ſi vere diceretur, eſſet eorum magna ſane & veneranda penitus autoritas, ex tam longa & incorrupta antiquitate repetita, cum ſi Apollinatis ſint, mille & quadringentorum annorum ætatem ferant, ſi vero Dionyſij Corinthij, etiam mille & quingentorum, quod aduerſæ ſententiæ autores non negabunt. Denique meminiſſe illi debent, illas ſuas obiectiones olim ab Arrianis fuiſſe ꝓpoſitas, cum iiſdem armis impietatis & machinis, religionis integritatem quaterent: Quibus tum Theodorus presbyter docte reſpondit, eruditis in Commentarijs, quorum fragmenta in Photio reperiuntur. Quod ſi D. Ambroſius, D. Auguſtin. alijque, hæc Dionyſij monumenta non laudant, neq; vlla mentione attingunt, fieri poteſt, quemadmodum ante ab Anaſtaſio audiebamus, vt hæc opera per aliquot annorum ſpatium, temporis iniuria delituerint, quod S. Gregorij Moralibus euenit, & magni Athanaſij libris de Trinitate,

Hieron. in Catal. ſcript. eccl. in Ignatio. *Cumque nauigans Smyrnã veniſſet, vbi Polycarp. auditor Ioannis Epiſcopus erat, ſcripſit vnam epiſt. ad Epheſ. alterã ad Magneſianos, tertiã ad Trallenſes, quartam ad Roman. Et inde egrediens ſcripſit ad Philadelphios, & Smyrnæos, & proprie ad Polycarp. illi commendans eccleſiam Antiochenam.*

Ad Tit 1. 5. *Vt conſtituas per ciuitates Presbyteros ſicut & ego diſpoſui tibi*, & mox v. 7 reddens rationẽ, *oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, &c.*

Cœleſtis Hierarchiæ c. 9 Καὶ τοῦτο δὲ τὴν σὴν ἱεραρχικὴν σύνεσιν ὑπομιμνήσκω. c. vlt Hierarchiæ eccleſ circa fin Δεῖ δὲ τὴν σὴν ἱεραρχικὴν σύνεσιν μὴ χαλεπαίνειν ἐπὶ τοῖς πεπλανημένοις.

Apud Baron. anno Chriſti 109 tom. 2. annal. Anacleti 9. Traiani Imper. 10. §. 61. 62 63 64 65.

Digitized by Google

tate, quos Beza latinos fecit, Monasticis item Constitutionibus D. Basilij: Iambicis versibus Gregorij Nazianzeni, quos vertit Leunclauius: Libro de Virginibus, Commentarijs in Isaiam, & varijs Homilijs aurei oris Chrysostomi, quas Latio donauit Erasmus: S. Cyrilli Alexandrini libro de adoratione in spiritu, Commentarijs in Isaiam, & in 12. Prophetas minores, alijsque operibus longe clarissimis, quæ in dies è tenebris eruuntur, vt sunt ea, quæ Simeon Metaphrastes laudata industria collegit, quæ Lipomani doctissimi Veronæ Episcopi studio & labore in latinam versa linguam, iam magnam partem apud Surium describuntur.

Hæc tam longa de S. Dionysio, deque illius Operibus digressio, illi tractationi debebatur, quæ à nobis his in libris instituitur, & res fuit semel constituenda, solideque probanda, ne quis deinceps huius auctoritatem viri defugiat & aspernetur, si quando ꝓponatur. Hoc autem potius in loco inserenda fuit, quod in subtili & perobscura disputatione de cœlesti Hierarchia, post scripturæ & Conciliorum decreta, nullius tanta tamque illustris est auctoritas & testimonij firmitudo, quanta huius est scriptoris diuini. Adde quod Caluinus nihil aliud quærere videatur, vt hac quidem in parte se ad Ecclesiæ Catholicæ mentem sensumque accommodet, nisi vt quibus fundamentis illa nitatur communis omnium fides persuasioq; demonstretur. Quod cumulate factum à nobis, æquus rerum æstimator in me mea fallit opinio censebit. Vt igitur ad Angelos reuertamur.

In his omnes conueniemus. 1. Quod puri spiritus sint ab omni terrena concretione & corporum mixtione secreti. 2. Quod eorum innumerabilis numerus capi hominum intelligentia comprehendique nequeat. 3. Quod respectu motionis corporatæ, res omnes illis obediant. 4. Quod nihil ob obiectis creatis hauriant, vt ea possint cognoscere. 5. Quod nostris speciebus intelligibilibus respondet, id à primo ortu fuerit illis concessum. 6. Quod sine varia mentis agitatione & vnius ab altero deductione intelligant. 7. Quod eorum intelligendi actiones, simplices quædam & primæ sunt rerum comprehensiones, sine compositione & ratiocinatione. 8. Quod menti obiectis primis dûtaxat propositionibus, omnes subito conclusiones peruideant. 9 Quod boni, qui gratiam diuinitus acceptam studiose conseruarunt, eiusdem gratiæ opibus & adiumento, in gloria stabiliti fuerunt, quodque improbi, qui sponte & malitiose, se ab optimo Parente Deo auerterunt, nunquam sint ad meliorem mentem rediturі. 10. Quod supplicijs Dei iudicio constitutis illi ijdem in omnem æternitatem crucientur. *Conciliatio.*

DE

Digitized by Google

DE ANGELIS HOMINVM CVSTODIÆ ET TVTELÆ PRÆFECTIS.

CAPVT XIII.

Ἡσιόδου ἔργων καὶ ἡμερῶν.
Vers. 121.
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων. οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα.
Ibidem ver. 125.
Πλουτοδόται, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.
Plut. de defec. orac.
Ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

AETHEREAE *Mentes Iouis alto à numine lapsæ,*
Terrigenumq; duces, mixta communibus auris
Facta notant, seu quis virtute affectet Olympum
Seu vitio cæcas Erebi ruat actus in vmbras.

Et alio in loco

Est chorus Indigetum mortalibus additus agris.

Iterum,

Munifici inuolitant Genij, quia cura tueri
Imbelles animos diisq; efferre per auras,
Hoc regale decus Rex ætheris annuit orbi.

Plato in Critia & Protagora.

Eusebius de Demonstr Euang. lib. 4. c. 5. *Optimus omnium regnator, ipse altissimus Deus vniuersi, qui semper ea, quæ seipsum decent, facit, ne absq; certis principibus, ac præfectis, cura quasi quosdam instar iumentorum irrationalium essent, qui in terra versabantur homines, tutores illis & armentorum duces, atq; Pastores diuinos Angelos dedit, &c.*

Tametsi ita Hesiodus Poeta cecinerit, vt Plutarchus refert: Socrates etiam Genium quendam multis & maximis honoribus coluerit, Plato hominum generi tribuerit è cœlestium numero vitæ Duces, quos ille Pædagogos & Pastores appellat: Christiana tamen fides atque veritas, vt Eusebius Cæsariensis ostendit, & suscepta de Angelis tutelaribus opinio melioribus sane & firmioribus longe fundamentis nititur, sacra nimirum historia, Veterum Patrum autoritate, & ipsius luce rationis.

Genes. 48. 16.

Genesis cap. 48. cum Iacob bene precari vellet Iosephi sui liberis, & more pio & augusto benedicere, ita infit, *Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; Patrum meorum Abraham, & Isaac.* Quem locum de Angelis Tutelaribus capit D. Ioan. Chrysostomus homilia 3. in cap. 1. Epist. ad Colossenses. Et doctissimus Hieronymus in cap. 66. Isaiæ. Regij Vatis magnificum id pronunciatum,

Psalm. 90. 11.

Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, à Cyrillo Alexandrino eodem refertur libro 4. in desertorem Iulianum. Et quod est apud Zachariam capite 2. *Et ecce Angelus qui loquebatur in me egre-*

Zachar. 2. 3.

egrediebatur, & alius Angelus egrediebatur in occursum eius, hoc eodem sensu profertur ab Origene lib.3.de Principijs, cap.2.& à Magno Gregorio in Iob lib.4.cap.27.

Iudita lectissima fœmina historiæ suæ 13.cap. cum pulcherrimi facinoris cursum populo Bethuliç exponit, singulatim de Angelo loquitur, *Viuit Dominus*, inquit, *quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem*. Ipsius autem Christi Domini effatum Matth. 18. *Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis: Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est*, tam euidenter totam hanc rem conficit, atque veritatem explicat, vt Geneuensia Biblia non alio modo vim illius effugere potuerint, quam textum flagitiosè deprauando, cum simpliciter & generatim *Angelos*, non *Angelos eorum* vertunt. Sed autographum perspicuum est & illustre, & hac mente atq; sententia ab omnium antiquorum Patrum cœtu laudatur. Origenes homilia 11. in Numeros & 23. in D.Lucam ita sentit S. Basilus libro 3. contra Eunomium, & lib. de vera virginitate. Sanctus Chrysostomus homilia 3. in caput primum Epist.ad Colossenses. Ioannes Cassianus Collat.8.cap.17. Theodoretus 3.quæst. in Genesim. S. Hilarius Can.18.in Matthæum, & S. Hieronymus in cap.60. Isaiæ. In Apostolorum diuina historia cap.12. cum famula Rhode vocem agnouisset D.Petri fores pulsantis, & curriculo cæteris nuntiauisset eum saluum incolumemque adesse, fatuam illam vaticinari atque insanire aiebant, cumque nihilominus rem ita se habere confirmaret, dixerunt *Angelum eius esse*. Vnde clarissimè licet colligere, quæ fuerit de hac quæstione tum nascentis & emicantis Ecclesiæ fides atque opinio, vt doctè animaduertit Origenes homilia 11. in Numeros, & eodem ex loco infert & concludit D. Paulum, & quemlibet etiam Apostolum non minus quam S. Petrum proprium Angelum tutelarem habuisse. D. Hieronymus in diuinis literis volutatus ad eandem rem explicandam illam ipsam historiam vsurpabat. Theodoretus in caput 2. primæ ad Corinth. Auctor Operis Imperfecti in Matthæum homil.40. & facundus Chrysostomus sermone de Ascensione, addunt & alium locum ex primæ ad Corinth. cap.11. vt in Biblijs nostris ponitur, *Debet mulier velum habere supra caput propter Angelos*. Nunc grauissimum Patrum senatum audiamus.

Iudit 13. 20.

Ὅτι Ἄγγελοι αὐτῶν οἱ ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

Actorum 12. 15.

Hieron. lib. 18. in 66. Isaia.

1. Cor. 11. 10.

Ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους.

Iustinum Martyrem quidam interrogauerunt, quid Angelis factum fuisset hominum custodiæ præfectis, eluuionis illius admirandæ tempore, quibusque tandem in officijs occuparentur, cum eorum procurationem non haberent, qui iam vndis perijssent. Respondit ille beatarum mentium manus non esse hominum custodia & gubernatione definitum, sed principes earum actiones versari in contemplanda excellentissima Dei natura suauissimeque diligenda, præter mutuum cœlestium spirituum inter se commercium & familiaritatem.

Iustinus quæst. 30. *Omnes Angeli qui tum regũt, tum qui reguntur, functionem suam implent cœlis, & hominibus vtilem, quib. verò ministerium mãdatum est, vt homines sequantur custodes, semper augentur, minuuntur nunquam, &c. Prius autem quam vt hominum sint asseclæ, & custodes constituantur alijs muneribus pro hominibus obeundis, principibus suis ministrãt.*

Origen. hom 8 in Genes. *Quibus dum adhuc paruuli sumus velut tutoribus & actoribus committimur.*

Origenes in Genesim nos ab illis quasi pupillos à tutoribus regi & administrari contendit. & in Hieremiam, non modo vitæ nostræ Angelos esse præpositos, verum etiam aeri, vndis & terræ, exultare illos, & veluti gaudio triumphare, cum res nobis feliciter procedunt, dolore autem & quasi angi & mœrere, si forte à vitio superamur, sic tamen vt de beatitate sua nihil amittant. Et in Numeros, scribit fore vt in extremo Iudicij die, sanctissimo disceptatori quisque offerat suos veluti alumnos & clientes, quos in vita regere & ornare studuisset: & deinde colligit ex eo, quod de D. Petro Actorum 12. scribitur, D. Paulum suum etiam habuisse custodem atq; viæ ducem, ijsdem etiam comitibus septos & munitos Apostolos fuisse. Et homilia 23. in D. Lucam, *Ego*, inquit, *non ambigo in cœtu nostro adesse Angelos non solum generaliter omni Ecclesiæ, sed etiam singulatim, de quibus Saluator ait, Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Et lib. 1. περὶ ἀρχῶν nominum etymologiam persequitur Gabrielis, Raphaelis, Michaelis, officia describit Angelorum Ephesi & Smyrnæ, quorum in Apocalypsi fit mentio, & tandem ad singulares Petri & Pauli, atque hominum aliorum disputationem conuertit.

Eusebius Cæsar. de prapar. Euangel. lib. 13. cap. 7.

Eusebius Cæsariensis ait non à spatijs nos Academiæ & à schola Platonis, sed à diuinæ Scripturæ oraculis didicisse, vnicuique esse Angelum tutelarem præfectum; hocq; ipsum voluisse olim Socratem, cum à Genio se in rebus aggrediendis aut impelli aut cohiberi diceret.

Basil hom in psalm 33 *Omnium Christum credenti angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus, velut enim fumus apes fugat, & fœtidus odor columbas expellit, sic angelum vitæ nostræ custodem abigit multa lachrymarum aspergine dignum ac graue olens peccatum.*

S. Basilius in Psalm. 33. scribit nunquam nos à beatissimo illo Comite deseri atque destitui, nisi cum scelus aliquod nefarium consciscimus, quod mirandum in modum fugit & reformidat, quemadmodum expelli apes abigique videmus fumo, & odore pestifero columbas. Et in psalm. 48. *Cuilibet fidelium est Angelus assistens & adiunctus.* Et lib. de vera virginitate seruandæ castimoniæ modum hunc ait optimum, vt præsentem Angelum quisque reuereatur.

S. Ioannes Chrysost hom. 3. in 1 Epist ad Coloss. *Vnusquisq; enim fidelis habebat angelum: nam etiam ab initio vnusquisque vir probus habet angelum, sicut dicit Iacob Angelus qui pascit me, & liberat me à iuuentute mea. Si ergo habemus angelos, modeste nos geramus, tanquam nobis adsint quidam Pædagogi.* Genesis 48. 16. *Actorum* 12. 15 *Genes* 32. 2.

Sanctus Ioannes Chrysostomus in Epistola ad Colossenses nos admonet, vt eadem modestia nos geramus Angelo tutelari præsente, ac si pueris paruis adesse Pædagogum intelligeremus. Et sermone de Ascensione, hanc bonorum spirituum custodiam administrationemq; probat. ex prima ad Corinth. vbi docet, Apostolus velandam esse faciem mulieribus, propter Angelos; & ex eo, quod de Iacob dicitur lib. Geneseos, *Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris*: Et è communi sensu Christianorum dictoque illo, *Angelus illius est*, cum de Sancto Petro loquerentur: denique ex viso admirando Iacobi, qui se *Dei castra* vidisse memorabat.

Theodoret. in Genes. q 3. & hoc idem facit Basil. l 3. adu. Eunom. ini.

Theodoretus tertia quæstione in Genesim è diuinis literis probat Angelis procurationem esse commissam, tum regnorum & prouinciarum, tum hominum singulorũ, vnde colligit definitam esse eorum vim atque substantiam.

Tertul-

Tertullianus cap.37. libri de Anima, vniuscuiusque corpus in vtero fingi componique docet ab Angelis, quos appellat *Diuina officia*, opponitque veterum superstitioni, qui Alemonam inducebant Nonam, Decimam, Partulam & Lucinam, à quibus fœtus subornatus & instructus in lucem ederetur.

Tertull. de anima cap.37. *Omnem hominis in vtero ferendi, struendi, fingendi paraturam aliqua vtique potestas diuinæ voluntatis ministra modulatur, &c.*

D. Ambrosius monet esse illos propria à nobis & singulari religione venerandos.

Ambros. l. de viduis, tom. 4. circa med. *Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt.*

D. Hieronymus in Isaiam loca superius à nobis adducta profert, & adiungit è psalm.33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Et in Epistola ad Eustochium, testatur IESVM & Sanctos eius, ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis fœminæ D. Paulæ, quæ dicit esse verissima, nihil Rhetorice scribere amplificando vel adulando. Et in cap.5. Ecclesiastici, nos commonefacit, vt vela omniã diligenter expendamus, quæ prolata continuo ab Angelo ad Deum præferantur. Et in 18. Matthæi, *Magna*, inquit, *est dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.*

Hier. tom.2. ad ca.66. Isa. v.20. Epist.27. ad Eustochium cap.1 tom.1. circa initium. *Testor Iesum, & Sanctos eius, ipsumque proprium angelum, qui custos fuit, & comes admirabilis fœminæ, me nihil in gratiã, nihil more blandientium loqui.* Ad c.5. Ecclesiast. tom.1. ad illud Non des os tuum &c. *Nõ in ventum dicta transeunt, sed à præsente angelo, qui vnicuiq; adhæret comes, statim perferuntur ad Dominum.*

Sanctus Augustinus capite 27. Soliloquiorum plurimas adfert rationes, propter quas nos singulari beneuolentia complectantur, & inter alias, quod per homines ruinæ sarciantur, quæ superba rebellium Angelorum contumacia & effrænata cupiditate euenerunt. *Ambulant*, inquit, *nobiscum in omnibus viis nostris, intrant & exeunt nobiscum attente considerantes quam pie quamque honeste in medio nationis prauæ conuersemur, &c. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, & vt dicam breui, grandis est eis cura de nobis.*

Augustin. cap.27. tom 9. Soliloq. *Hi sunt ciues beatæ ciuitatis supernæ Hierusalem, quæ sursum est mater nostra, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, &c. Diligunt conciues suos, per quos sua ruinæ scissuras restaurari expectant, ideoque magna cura & vigilanti studio adsunt nobis omnibus horis, & locis, succurrentes & prouidentes necessitatib. nostris, & solliciti discurrentes inter nos & te Domine, gemitus nostros, atque suspiria referentes ad te, vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant enim nobiscum in omnibus vijs nostris, &c.*

D. Gregorius in Iob ait, vt iumẽtis homines, ita hominibus Angelos, his autem Archangelos præesse.

Gregor. Mag. lib.4 cap.27. in Iob.

Quæ vere mouere queant atque impellere sanctissimos Angelos, vt corporis animiq; nostri diligentissimam curam habeant, hæc fere sunt. Primũ Dei voluntas imperantis, cuius nutu prouidentiam nobis exhibent, vt Satan olim vel inuitus fatebatur, qui Dei filium tentaturus regij Vatis eximium testimonium protulit. Secundo, honor ille incredibilis ac diuinus, quem Seruatori hominum Deo tribuunt: illum enim humanæ naturæ compotem vident, & in hac mundi vt communi familia primogenitum, qui se fratrem etiam nostrum magna beneuolentiæ significatione ferat, sibique factum existimet, quidquid in hominum abiectissimum boni aut mali importetur. Tertio, duplex quædam imago Dei quam in nobis venerantur, diuinæ quidem excellentiæ in anima, & humanitatis filij Dei in corpore.

Psalm.90.11. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnib. vijs tuis.*
Matth. 4. 6.
Luca 4. 10.
Matth. 25. 40.

Cant. 2.10. c. 5. 2. c. 6. 8.
Apoc. 21. 9.
Apoc. 19. 8. 9.

Quarto, animæ dignitas & æstimatio, quæ gratia diuina ornatur, quæ tanta quidem est, vt Spiritus sanctus charissimam eam nominet, & aliquando cœli muneribus instructior sponsa sit ipsius Agni futura. Huc accedit improbissimorum Geniorum studio nocendi inflammata cupido, & in moliendis hominum funeribus exercitata industria, cum æquum esse non videatur, vt plus valeat Dæmonum improbitas ad nocendum, quam eorum beneuolentia & charitas ad salutem. Nobis igitur semper adest, ait Sãctus Bernardus, ille comis & fidelis Paranymphus, vt viæ dux aureaque lampas, offerens Numini vota nostra, referens dona, excitat nos, placat Deum, nec veretur repulsam, siquidem notus est in palatio Summi Regis. Id vero, vt præclare alio in loco sanctissimus Doctor, *Nobis inferre debet reuerentiam, adferre deuotionem, conferre fiduciam pro custodia* & amoris illius magnitudine, quo nos beneuolentissime tuetur.

S. Bernard. serm. 3. in Cant.

Idem serm. 12. in psal. Qui habitat.

Conciliatio.

Iamque ne quis deinceps aduersus veritatem audeat impie contendere: sed agnoscamus & profiteamur omnes, communis Dei parentis bonitati nos incredibiliter esse obstrictos, quod eos tutores prouidentissime nobis dederit, tãtis ingenij opibus & naturæ perfectione cumulatos, vt tanto prope interuallo humanum genus anteeant, quanto sumus belluarum conditione & humilitate superiores. Fateamur, præque nobis feramus, eos esse vitæ nostræ duces & Gubernatores, peregrinationis amicum præsidium, in Oceano & fluctuum agitatione Nauarchos, morum Magistros & eximios Præceptores, Hierophantas & Doctores religionis, qui mẽti facem clarissimam præferant, Campiductores, qui nos varie exerceant, piarum legionum fortissimos Imperatores, qui in prælijs & dubia armorum contentione precedant, amicos deniq; officiosissimos, quibus in hoc vitæ cursu nulli fideliores aut pleniores studio reperiantur. Et quemadmodum D. Gregorius miraculorum opifex & eruditione insignis grates habet Angelo tutelari maximas, quod eius haud vulgari beneficio atque ductu, Origenem fuisset nactus Præceptorem, & Satorem veluti quendam ad concipiendam sapientiam, ita cuncti Hegemonios illos nostros gratiarum actione muneremur, quod eorum singulari beneuolentia tot defuncti periculis & iactatione, tot à Numine clara beneficia consecuti sumus.

Hier. in catal. scriptorum Eccles. tom. 1. *Theodorus proficiscens, πανηγυρικὴν εὐχαριστίας scripsit Origeni & conuocata grandi frequentia, ipso quoq; Origene præsente recitauit, qui vsq; hodie extat, &c.* Gregor. Thauma. orat. panegyr. & Charisteria ad Orig. circa med. Πάλιν τι καὶ νῦν ἐπιστρέφει τι καὶ παιδεύει, καὶ ψυχαγωγεῖ, καὶ δὴ πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις, καὶ συνάψας με τῷ ἀνδρὶ τούτῳ. *Idem ibidem circa finem.* Σὺ δὲ αἴτιος, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ διεξάνθρος, ἤδη πέμπε ἡμᾶς, σώσας μὲν παρελθόντας τοῖς ἱεροῖς συμμαθήμασι, σώζων δὲ ταῖς εὐχαῖς καὶ ἀποδημήσαντας. Caluinus lib. 1. Institut. cap. 14. § 8. *an singulis hominibus singuli Angeli attributi sint ad eorum defensionem asserere non ausim, hoc quidem pro certo habendum, non tantum vni angelo vnumquemque hominem esse curæ, sed omnes vno consensu vigilare pro salute humana.*

Caluinus minime id quidem fastidiet & repudiabit, modo concedatur, vt ipse quodam loco diserte ait, Angelos omnes vno consensu vigilare pro salute humana. Quod nemo illi plane recusabit, cum *omnes sint administratorij spiritus*, magno Paulo id attestante, *in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*, neque enim singulorum cura communem

munem illam prouidentiam impedire solet. Id Lutherus etiam apertius admittit in c. 1. Zachariæ, vbi scribit quemq; Imperatorem, Regem, Dynastam, aut cuiuslibet ordinis & conditionis hominem vnius Angeli societate & tutela ornari. Restaret hoc explicandum quonam modo inuocari possint, sed id quidem paulo post exponetur, cum de Sanctorum inuocatione disputabitur.

DE SANCTIS COELITIBVS, DEQVE PRÆSENTI EORVM BEATITATE.

CAPVT XIV.

TERTVLLIANVS in ea fuit opinione vt crederet, iustorum animas post abitum à corpore, certo quodam in loco supra Inferos hærere clausas, vsque ad supremam mortuorum suscitationem, & necdum cœli domicilio & gloriæ felicitate perfrui. Lactantius vsque ad extremum mundi diem omnes animas eodem veluti carcere & custodia teneri existimauit. Vigilantius manes omnes putabat, aut Abrahæ sinu concludi, aut sub altare Dei coerceri, vnde euolare non possent. Armenii vsque ad magnum iudicii diem mortuos Dei conspectu minime fruituros aiebant. Græci vt in Concilio Florentino perscribitur, idem sentiebant & tuebantur, atque etiam adiungebant, animas nullo supplicio cruciari, orare pro nobis & exaudiri. Petrobrusiani & Henriciani in Græcorum sententiam pedibus ierunt, eosdemq; Caluinus aliquando est secutus. Sed diuina Scriptura, veterum Patrum iudicium, & ratio ipsa contrarium persuadet.

Tertull. *l. 4. contra Marcionem c. 34 & de anima c. 7 & 55.*

Lib. 7. diuinarum institutionum c. 21. habetur to. 9. biblioth. Patrum.

Hier. *aduersus Vigilantiũ, epist 53.*

Guido de Armeniis, *errore 15.*

S. Thomas *de erroribus Græcorum.*

Conc. Florent. sess. 1. tom. 4. conc.

Prateolus de hæresibus lib. 8. titulo Henriciani.

Calu Instit. l. 3. c. 25 §. 6.

Christus Dominus pio & felicissimo latroni loquens de essentia sua videnda, in quo regni cœlestis decus & ornamentum continetur, ait illi, *Hodie mecum eris in Paradiso.* Quem locũ profert ipse Caluinus post Theophylactum & S. Ambrosium, ad eam veritatem confirmandam in Psychopan. Diuinus Apostolus 2. ad Corinth. *Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam æternam in cœlis.* Quibus verbis nullam intercapedinem statuit inter corporis dissolutionem, & introitũ in cœlestes domos, quin

Luc. 23. 43.

Caluin. in Psychop. sua fol. 70. apud Conrad Badium an. 1558. circa med.

2. Cor. 5. 1. 2.

etiam paulo post addit, *nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes.* Et quibusdam interiectis, *vt absorbeatur quod mortale est à vita.* Et iterum, *Dum sumus in corpore peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus & non per speciem, audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad Dominum.* Idem scribens ad Philippenses à corpore tanquam è carcere migrare cupit, vt cũ Christo versetur. Et hoc quidem ille discrimen, inter antiquos humani generis Patres nosque statuit, extremo capite vndecimo Epistol. ad Hebræos. Nam cum fidei magnitudinem explicauisset quæ in Sanctis emicuerat, cum exanthlatos ab iis labores, vexationes superatas, tropæa victoriæ constituta, concludit, *Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.* Quo in loco docere vult vsque ad Christi Seruatoris triumphos cœlum clausum & obstructum fuisse, nunc vero patefactum. Cuius rei cõmemorabiles figuras duas profert, alteram capite 9. eiusdem Epistolæ, duodecimo alteram. Prior est quod populus olim in Sanctuarium non ingrediebatur, *hoc significãte Spiritu sancto nondum propalatam esse Sanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente statum.* Altera est quod nulli animantes ad montem vbi Deus cum Mose colloquebatur, audebãt accedere: *Sed vos*, inquit, *accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœlestem & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis.* Vbi nomine *primitiuorum* aut Patriarchas & diuinos Prophetas intelligit, aut primos Noui Testamenti alumnos qui iam fato occubuissent, qualis inter Apostolos D. Iacobus inter martyres flos & princeps Stephanus, è quo etiam Stephano, ad hoc idem quo de agitur confirmandum, erui argumẽtum potest, cum paulo ante quam vitam pro Deo profunderet, exclamarit: *Video cœlos apertos*, vt etiam ex eo quod in Apocal. dicitur de iis *qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine Agni, ideo sunt ante thronum Dei & seruiunt ei die ac nocte in templo eius.* Stolæ illæ candidæ & catacliſtæ quibus amiciuntur, præsentis gloriæ æternitatem significant, & dotes corporis, quibus post communem resurrectionem exornabuntur, vt Sanctissimi viri Augustinus & Gregorius vterque iudicio magnus & sapientia notarunt.

Antiquissimi Patres hæc diuinarum literarum loca eodem sensu atque mente protulerunt, quorum testimonia priusquam in medium adferamus, monendus lector est de fraude duplici & deprauatione Geneuensium Bibliorum in allatis paulo ante sententiis, nam vbi est ad Hebræos cap. 9. vers. 8. nondum propalatam esse sanctorum viam, per præteritum, ipsi per præsens reddiderunt, est tamen clare in Græco μήπω πεφανερῶσθαι. & vers. 39. cap. 11. vbi legimus οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν *non acceperunt repromissionem*, vertunt etiam per præsens tempus, quasi beatarum animarum conditio eadem nunc sit quæ in veteri olim Testamento, quod Apostoli menti & consilio plane contrarium est, qui docere vo-

Ad Philipp. 1. 23. *Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius; permanere autem in carne necessarium propter vos.*

Heb 11. 33. 39. 40.

τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

Exod. 19. 13.

Heb. 12. 20. 21.

Act. 7. 56.

Apocal. 7. 14.

καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν.

Aug. *serm.* 1. & 2. *in fest. SS Innocent. to.* 1.

Greg. *in* 4. *Psalm. pœnit. ad illa verba auditui meo.*

Hebr. 9. *Le Chemin des Saincts n'estoit &c. Geneua Le chemin des Saincts n'est point encore manifeste.*

cere vo-

Digitized by Google

cere voluit Sanctorum animas Seruatoris aduentu id consequutas, quod diuturna spe & cupiditate appetentes nondum exceperant. Quod Diuus Iustinus quæstion. 75. confirmat, vbi respondet bonos iuxta atque improbos statim atque è corporibus egrediuntur, in eum locum duci ab Angelis quem merendo sibi in vita pepererunt, iustos quidem atque virtutibus ornatos, Angelorum commercio frui, & Christi orbis Domini præsentia, pro eo atque dictum est, *Peregre absumus à corpore & præsentes adsumus ad Dominum:* quæ verba 1. Corinth. capite quinto reperiuntur.

Quæst. 75 *inter eas quæ Iustino attribuuntur Post exitum animarum à corpore illico Iusti ab iniustis segregantur: adducãtur enim ab Angelis ad condigna sibi loca: ac iustorum quidẽ animæ in Paradisum, vbi consuetudine & aspectu fruũ-dictum est: Peregre absu-*

tur Angelorum & Archangelorum, visione quoque ipsius saluatoris Christi, pro eo atque mus à corpore & præsentes adsumus ad Dominum 1. Cor. 5. 3.

Origenes lib. 2. περὶ Ἀρχῶν alludit ad puritatem elementorum, quæ quo magis expertia sunt colluuionis atque defæcatiora, sublimius attolluntur, ait enim animas labe & vitio puras & solutas, non aerem modo penetrare crassum hunc & terræ circumfusum, aut remotissimum à domiciliis nostris æthera, sed globos etiam orbium cœlestium stellarumq; vias, nec cessare prius, quam euectæ supra Empyrei collucens iugum, Cœlitum beatorum sedes attigerint.

Orig. περὶ ἀρχῶν l. 2. c. 12.

Fortunata illa est commutatio, cuius meminit Eusebius Cæsariensis, cum de martyribus loquens, ait animas corpore exutas & terrena contagione spoliatas, in Paradiso perennibus delitiis perfrui. Et S. Athanasius in vita magni Antonii scribit, egregium illum virum cum è sublimi monte oculos aliquando in cœlum extulisset, animam vnam vidisse abeuntem ad domicilium beatorum, cui beatæ mentes obuiam ibant; qua re obstupefactus, precibus Deum obsecrauit, sibi vt illius rei intelligentiam tribueret, & subito ad eum vox, *istam esse Ammonis Monachi animam qui Nitriæ morabatur.*

Euseb. *Cæsariensis Ecclesf. hist. lib. 10 cap. 1. Verum hi (Sancti Martyres) quam celerrimo cursu sublati ad superos res multo præstabiliores sunt consecuti, & in ipso cœlo & Paradiso diuinis delitiis perfruuntur.*

Athanas. in vit. Anton. to. 2. non longe à fine.

D. Gregorius Nazianzenus in funebri oratione sororis Gorgoniæ, eam sic affatur, *Equidem non dubito quin iis quæ oculis cernuntur multo præstantiora sint ea quibus nunc frueris, &c. gloria contemplatio, supremæ Trinitatis purior & perfectior illuminatio.* Etiam disertius paulo S. Gregorius Nyssenus agens de magno Meletio, ait eum ingressum in Sancta Sanctorum, vbi intercedit pro nobis, illum patefacto vultu contuens, quem ante per speculum obscuramque transennam videbat. Inter Græcos sequitur Sanctus Ioannes Chrysostomus qui Seruatoris exponens verba Ioannis duodecimo. *Vbi ego sum, illic & minister meus erit*, de compacto velle videtur quæstionem hanc profligare, in qua illustranda elaboramus: nam cum è se ipso quæsiuisset: *Vbinam CHRISTVS esset.* Respondet *in cœlo*, *ergo*, inquit, *ante resurrectionem illuc anima & mente transferemur.*

Nazianzen *orat 11 quæ est funebris in laud. sor. Gorgoniæ circa finem.*

Μηκέτι ὑποφθυγχάνοις τὸν δύσμιον νοῦν, καὶ διεσχισμένον ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀλλ' ὅλης ὅλῳ τοῦ θεωρουμένης, τε καὶ κρατουμένης, καὶ συγκεκραμένης ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ὅλῳ τῷ φωτὶ τῆς θεότητος Gregor Nyssenus, orat. funebri in magnum Meletium paulo ante finem. *In adytis & penetralibus sacerdos est, In interioribus veli quo præcursor pro nobis ingressus est Christus, reliquit carnis tegumentum non amplius signo, & vmbra cælestium seruit, sed in ipsam rerum imaginem intuetur, non amplius per speculum atque per transennam, & ænigma, sed ipsi faciei cum facie collata intercedit apud Deum.* Ioan Chrysost ad c. 12. Ioannis

Quid Latini Patres ea de re senserint etiam videamus.

S. Cypria-

Cypr lib. *de mortalitate circa finem. Amplectamur diem qui assignat singulos domicilio suo, qui nos isthinc ereptos & laqueis sæcularibus exsolutos paradiso restituit, & regno cælesti, &c.* Idem *de exhort. Martyrii c.* 12.

S. Cyprianus lib. de mortalitate, accuratam & elegantissimam descriptionem adhibet eius pompæ, & præstabilium triumphorum, quibus in cœlestem Ierusalem animæ laureatæ inuehuntur, & instructum omnem persequitur & ornatum, qui principi & propriæ felicitati comitari solet. Et in Exhortat. ad Martyres ita scribit, *Quis non omnibus viribus elaboret vt cum Christo statim gaudeat, vt post tormenta & supplicia terrena præmia diuina percipiat, &c. Clauduntur oculi in persecutionibus terra, sed patet cælum, minatur Antichristus, sed Christus tuetur, mors infertur, sed immortalitas sequitur, occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur, vita temporalis extinguitur, sed æterna reparatur. Quanta est dignitas, quanta securitas exire hinc lætum, exire inter pressuras gloriosum, claudere momento oculos quibus homines videbantur & mundus, & aperire eosdem statim vt Deus videatur & Christus.*

Hier. *epist.* 24. *ad Marcellam de obitu Leæ, to.* 1. *Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruitur.* Idem *epistol.* 25. *super obitu Blesillæ c.* 6. *Quæ cum Christo viuit in cælis in hominum quoque ore victura est.*

Hoc ipsum est quod Diuus Hieronymus Marcellæ proponit, cum eam in morte Leæ consolatur, quod nimirum iam felici beatorum consuetudine, & præsertim Christi Domini societate lætetur. Idem in Epist. 25. super obitu Blesillæ, scribit eam in cœlis degere, & perpetuo in hominum ore victuram. Et in Epitaphio Paulæ hoc distichum ad filiam Eustochium mittit:

Idem epist. 27. ad Eustochium in Epitaphio Paulæ c. 14.

Aspicis angustum præcisa rupe sepulchrum
Hospitium Paulæ est cœlestia regna tenentis.

Idem *aduersus Vigilantiũ.*

Contra Vigilantium qui hac etiam religionis in parte fœde labebatur, argumentum hoc instruit, *Ais vel in sinu Abrahæ vel in loco refrigerii vel subter aram Dei animas Apostolorum & Martyrum consedisse, nec posse suis tumulis & vbi voluerint adesse præsentes. Senatoria videlicet dignitatis sunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere sed in libera honestaque custodia in fortunatorum insulis & in campis Clysiis recludantur. Tu Deo leges impones? Tu Apostolis vincula inicies, vt vsque cũ diem iudicii teneantur custodia, nec sint cum Domino suo? de quibus scriptum est sequuntur agnum quocunque ierit. Si agnus vbique ergo & hi qui cum agno sunt vbiq; esse credendi sunt. Et cum Diabolus & Dæmones toto vagentur orbe & celeritate nimia vbique præsentes sint: Martyres post effusionem sanguinis sui arca operientur inclusi & inde exire non poterunt?*

Aug. li. 20. de Ciu Dei c. 13. *Animæ victrices gloriosorum Martyrum omnibus doloribus & laboribus superatis atque finitis, postea quam mortalia membra posuerunt cum Christo vtique regnauerunt, & regnant donec finiantur mille anni. Vt postea receptis etiam corporibus iam immortalibus regnent.*

Sanctus Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei, non modo sanctorum animas cum Deo iam versari testatur, verum etiam & eorum corpora, post aliquod tempus in Apocalypsi definitum, immortalitate conuestienda. Et S. Fulgentius Serm. de B. Stephano, natalem diem Seruatoris belle opponens eximii huius Martyris letho, sic in Antithetis librat orationem, *Heri Rex noster trabea carnis indutus visitare dignatus est mundum, hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator migrauit ad cœlum. Ille sempiterna Deitatis maiestate seruata in huius sæculi campum pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis indumentis ad cœli palatium perenniter regnaturus ascendit.*

Tres

Digitized by Google

Tres maximè rationes hæc testimonia corroborare queunt. Prima ex incomparabili Crucis Filii Dei merito depromitur, quod doctissimũ Hieronymum impulit vt ad Heliodorum scriberet, ante Christum nunquam Abrahamũ ad cœli gloriam aspirare potuisse: nunc autem cum latè ianua sit à Cruce patefacta, vel latronem eò peruenisse. Antea Cherubini gladium fuisse vibrantem & igneum, nũc autem fuso Agni cruore extinctum.

Hieron. epist. 3 ad Heliode de mort. Nepoti in to. 2.

Secunda ratio è laudatis Apostoli verbis deducitur, quæ iubent credere, piorum Patrum animas diuturnis tenebris & caligine inferorum circumfusas, non solum erutas fuisse à Christo, cum in eas oras penetrasset, verum etiam lætissimo triumpho in cœlum euectas: Vnde sequitur, aut meritum passionis non idem ab eo tempore fuisse, aut eius benignitatis & gloriæ fontes, qui tum Patribus illis antiquis patuerunt, minimè iam piis hominibus clausos & obstructos esse.

Ephes. 4. 9. εἰς κατώτερα μέρη τῆς γῆς. v. 8. ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν.

Tertia ratio est, quod nullus diuinarum Scripturarum locus, nulla Vatum oracula, nulla dicta Seruatoris & Apostolorum significent esse quandam huiusmodi speculam, aut definitæ custodiæ sedem luce vacuam & felicitate. Quod si Dei verbum nullam commeminit & inducit fictam illam à nouis Theologis custodiam, cur optatam hanc sortem, cur diuini Numinis conspectum Sanctis inuidemus? cur spe dulci nosmetipsos & bonorum expectatione spoliamus? cur in communem omnium sensum belligeramus? & quod pæne prodigii loco ponendũ, cur qui tertium quendam esse locum negant, quartum machinantur? Zuinglius quidem id non facit, qui in expositione suæ fidei hæc clarè & magno animo pronunciat, *Credimus animas fidelium protinus vt è corporibus euaserint subuolare cœlo, numini coniungi, æternoque gaudere.* Et in Opere Artic. articulo 57. *Audio quosdam esse qui nos à morte, anima & corpore ad extremum vsque diem dormituros affirmant, tunc resuscitandos, & ingressuros esse in gaudium & in gloriam Dei aut in æternam miseriam, cum quibus ego haudquaquam sentio, nam quod Scriptura de dormitione memorat, non ad animam, sed ad corpus referri debet.*

Conciliatio.

Bulingerus eandem sectam sequitur eademque in vestigia ingressus Serm. 32. in Apocalypsin ita loquitur, *Manifestè testatur hic locus animas hominum non modo immortales esse, sed & viuas & vigiles, non dormientes, superesse & viuere cœlo: sunt enim qui fingunt animas à corpore separatas dormire, id quod vanissimum est.* Et Serm. 87. *Pudeat quosdam etiam qui in tanta Euangelii luce audent ineptissimum errorem reparare, asserendo animas separatas à corporibus, nescio in quo dormitorio stertere, neque aliquid sentire quousque in die iudicii rursus coniungantur cum corporibus & resurgant.*

Ioannes Hus similia quædam publica oratione protulit Pragæ, tribus ad populum concionibus & Tractatu de Ecclesia c. 8.

Caluinus immemor eorum quæ aliquando scripsisset, varius & versipellis in sua Psychopannic. à Paragrapho *Idipsum*, vsque ad *Nunc mihi*, exagitat eos, qui aiunt conquiescere animas & dormire vnà cum cor-

 poribus

poribus, vsque ad supremum Christi aduentum, citatque illas Apostoli sententias, quas superius adduximus, & inter alias rationes hanc profert, Ex ea sententia nos in hac vita multo feliciores quàm post mortem futuros, nam tametsi sub elementis huius mundi vitam propagamus, nostram tamen conuersationem in cœlis esse. Et iterum, *Si corpus*, inquit, *anima est carcer, si terrena habitatio compedes sunt, quid anima soluta hoc carcere, exuta his vinculis? nonne sibi redditur, & quasi se colligit? vti dicere liceat tantum illi accrescere quantum decrescit corpori.* Hæc ipsa est noui illius Euangelii præconis oratio. Vnde constat in hac quæstione facile omnium opiniones conuenire posse, si nobis concedatur spem & expectationem illam, quam Caluinus illiusque familia inducit, esse tantum de propensione naturali capiendam, qua beatorum animæ cum corporibus suis iterum iungi consociariq; cupiunt, & honestam intelligi appetitionem aduentitiæ illius gloriæ, quam post illam partium copulationem assequentur.

QVOD SANCTI QVI SEMPITERna gloria perfruuntur pro nobis orent.

CAPVT XV.

Hieron. aduers. Vigilant. c. 3. to. 1.
Theosterictus oratione funebri in S. Nicetam apud Surium tom. 2. 3. Aprilis.
Suidas in Const.
Mic. Glycas part. 4. Annalium non nihil ante med.
Guido de Vualdensibus, errore 16.
Æneas Syluius hist. Bohemica ca. 46.
Bernard. hom 66. in Cantica, & Guido de haresib.
Luther idem de adoratione Sacramenti ad Vualdenses.
Baruch cap. 3. v. 4.
Macch. 2. c. 15. v. 12.

VIGILANTIVS nouæ hæreseos princeps autorq; putabat, nos quidem dum vsura huius lucis fruimur, alios aliorum causa precari & orare posse, sed post supremum fati diem, neminem pro alio exaudiri. Constantinus Copronymus Edicto prohibuit, ne Diuorum quis opem auxiliumque exposceret, quod eorum omnis auctoritas & gratia, vana, futilis, & inanis esset.

Petrus Brusius, Henricus Tholosanus, Valdenses, & Thaboritæ in eodem errore versabantur. Lutherus in Postilla maiore in Dominicam 7. Trinitatis ait se merita D. Petri omnia, vix vnius assis aut teruncii æstimare. Sed delirationem eorum hominum impiam Scriptura, Patres, ratioq; confutant.

Propheta Baruch ita canit, *Domine Omnipotens Deus Israel audi nunc orationem mortuorum Israel & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te.* Secundo Macchabæorum, (quibus libris saltem historiæ veritatem concedunt) Iudas per quietem vidit Oniam Pontificem manus attollentem, & pro populo supplicantem, & alium quendam senio & maiestate venerandū, de quo hæc pronunciauit Onias, *Hic est Ieremias Propheta, qui multum orat pro populo & sancta ciuitate Ierusalem.* Origenes hoc planè sensu homilia 3. in Cantica hunc ipsum locum adducit. Lucæ 16. diues epulo æternis flammis cruciatus in hanc eandem rem argumentum à maiori ad minus suppeditat, cum pro fratribus orat suis, *ne & ipsi*, inquit, *veniant in hunc*

La passage d'Origene est inseré cy apres.
Luc. 16. 27.

locum.

Digitized by Google

locum tormentorum. D.Petrus de seipso in hæc verba loquitur, *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster* IESVS *Christus significauit mihi; Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meũ vt & horum memoriam faciatis* Et in Apocalypsi, Phialæ aureæ plenæ odoramentorum à viginti quatuor Senioribus elatæ, & incensa ab Angelo tradita, & super altare aureum, quod est ante thronum Dei, offerenda, sunt orationes Sanctorum, vbi liquido constat eorum Sanctorum fieri mentionem, qui iam gloria potiuntur.

2.Pet.1 14.15. *Apoc 5 8.* *Habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.* *Apoc.8 3.* *Et data sunt ei incẽsa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante Thronum Dei.*

Liturgiæ Romana, Hierosolymitana, Æthiopica & Mediolanensis, plenæ sunt & refertæ orationum, quas Collectas vulgo nominamus, quibus sacerdos vniuersi populi nomine, Diuorum opem præsidiumq; flagitat, & præsertim magnæ Dei matris Mariæ.

S.Ireneus ait quod quemadmodum Eua in fraudem & prolapsionem fuit inducta, vt se à Dei societate disiungeret, sic Maria ad deferendam Numini obedientiam fuit impulsa, vt Virgo Virginis Euæ fieret aduocata.

Iren.l.5 c.19.

Origenes in Numeros, tribus nos modis à Cœlitibus iuuari docet, precibus ad Deum fusis pro salute commodoq; nostro, virtutum exemplis, quarũ pressa ad æternam memoriam vestigia reliquerunt, & vberrimis Commentariis, quæ fidei lucem pandunt, ingeniiq; monumentis. Homilia 3. in Cantica, nihil incommodi oriri ex eo monet, quod sentiamus Diuos, qui gloriæ ornamentis lætantur, & prouidentiã habere nostri, & pro nobis supplicare. Quam doctrinã suo exemplo sanciens lib. 2.in Iob, illũ ipsum orat magnũ virum & beatũ, & in sua Lamentatione omnes Sanctos iis inuocat verbis, quæ dignissima visa quæ hic apponerentur, *Incipiam me genibus prosternere & deprecari vniuersos Sanctos vt mihi nõ audentι petere Deum propter nimietatem peccati succurrant. O Sancti Dei, vos lacrymis & fletu pleno dolore deprecor, vt procedatis misericordiis eius pro me misero.*

Origen hom.26. in Numen. circa finem. *Idem hom 3. in Cantica, paulo ante medium. Sed & omnes Sãcti qui de hac vita decesserunt habẽtes adhuc charitatẽ erga eos qui in hoc mundo sunt, si dicatur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis, atq; interuentu suo apud Deũ, non erit inconueniens: scriptũ namq; est in Macchabaeorum libris ita. Hic est Hieremias Propheta Dei qui semper orat pro populo* 2.Macch.15.

Eusebius Cæsariensis narrat Basilidem ad fidem fuisse conuersum precibus S.Virginis Potamianæ, quæ triduo post occasum vitæ generosum, ei se videndam obtulit, grates agens pro eximia ipsius humanitate, qua recreata adiutaque fuerat, cumque ceruici etiam coronam imposuisset, monuit fore vt breui lætissima Dei gloria exciperetur. Idem etiam commemorat virginem quandam nomine Theodosiam salutatum isse fortissimos martyres qui se ad cruciatus & perferendam immanium Barbarorum crudelitatem in vinculis & custodia comparabant, quos supplex orabat sui vt meminissent, cum splendida beatorum domicilia Deique vultum intuerentur.

Euseb. Eccles. hist. lib 6.c 4. Idem l.8.cap.17.

S.Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 5. de diuino aræ mysterio loquens, Cum sacrificium, inquit, offerimus, mentionem facimus eorum qui nos viuendo præcesserunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum, vt eorum supplicationibus Deus preces nostras exaudiat.

Tom.3. Concil. in Epi. Hadrian. ad Constãt. & Iren.

S.Basilius in Epistola ad Iulianum Imperatorem, quæ in 2.Concilio

Digitized by Google

Nicæno, Oecumenico septimo, adducitur, Agnosco, inquit, atque admitto sanctos Apostolos, Prophetas & martyres qui ante Deum pro me orant, vt eorum gratia & studio propitius mihi sit & noxæ meæ deleantur. Et homil. 20. omnium ordinum generumque homines inuitat, vt quadraginta martyrum auxilium, quos pro Deo bellantes vita defecerat, implorent. Et oratione in S. Iulittam, disertè suos Auditores monet, vt solennem atque festum illi diem, summa lætitia & religione concelebrent.

Idem homil. 20. quæ est in 40 martyres.

D. Gregorius Nyssenus Basilii germanus in funebri oratione S. Meletii, *Intercedit*, inquit, *pro nobis & pro erratis populi.* Et in oratione de S. Theodoro martyre eius suffragia deposcit. S. Gregorius Nazianzenus in Epicedio Patris, pro certo habet fore, vt à Patre, quemadmodum in vita pulcherrimis & salutaribus admonitis, sic postfatum piis precationibus adiuuetur. Quod idem repetit ea oratione, qua D. Basilii ad cœlestium sanctimoniam profecti laudes celebrauit, vbi inter alia, Manes illius sanctissimos precatur, vt carnis aculeum sibi diuinitus relictum sua apud Deum gratia & ope retunderet, aut ad eum comprimendũ penitusq; superandum excellentis animi altitudinem roburq; impetraret. Et oratione de S. Athanasio & Cypriano eorum præsidium magno animi & orationis ardore deposcit, Respicite, inquit, nos benignissimis oculis, vitam & orationem gubernate nostram, sacras oues pascite. Et inuectiua 1. in Iulian. *Non victimas pro Deo cæsas reueritus es, nec magnos pugiles ex. imuisti Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam, &c. quibus & præclari honores & festa constituta, à quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur.*

Greg Nazian. *orat. 19. multo ante medium. Nec dubito quin hoc quoq; nunc tanto magis deprecatione sua, quam prius doctrina præstet, quanto nunc magis Deo propinquat* Idem orat. 20. *quæ est in laudem Basilii magni, versus fine Neque enim ita nos reliquit vt prorsus reliquerit.* Idem orat. 24. *quæ est oratio in aduentum Ægyptiorum. Athanasius in bona senectute positus multas dimicationis & palæstras vita defunctus nunc res nostras vt persuasum habeo, cœlitus inspicit, & virtutis causa laborantibus manũ porrigit, eoq; magis quod corporis vinculis liberatus est.*

S. Ioannes Chrysostomus Serm. de SS. Iuuentio & Maximo, componit huius mundi pugiles, cum athletis fortissimis Christi Domini, aitq; non secus ac illi ab Imperatoribus omnia consequuntur, cum ostendũt plagas aduerso pectore exceptas, sic Martyres cruore suo stillantes, sectis capitibus Deo ostensis, ab eo quæ volunt obtinere posse. Et homil. de Pœnit. & Confessione, cuius initium est *Obsecro, flagito, supplico*, cum elegantissimè ostendisset, quanta sit Dei parentis humanitas, qui propter viri iusti preces, scelerum veniam hominibus flagitiosis concedit, adiungit, *Mihi autem aliud maius est indicium diuinæ misericordiæ quod dicam. Cum enim non inuenit homines viuos & fiducia præditos, qui possunt intercedendo veniam obtinere, confugit ad defunctos, & per illos inquit se remissurum peccata, quemadmodum Ezechiæ dicit 4. Reg. 19. & Esaia 37. Protegam ciuitatem hanc propter me & propter Dauid puerum meum, olim enim mortuus erat Dauid.* Versiculi duo è Chalcedonensis Concilii Actione 11. auctoritatibus Græcis coronidem adiungent, & viam struent ad Latinas, sunt autem vniuersi Concilii verba communi voce acclamantis, *Flauianus post mortem viuit, martyr pro nobis oret.*

Tom. 2. Concil.

S. Cyprianus primi libri epistola 7. Christianos omnes cohortatur, vt in huius vitæ cursu mutua se beneuolentia diligant, vt si quem fortè è medio

S. Cypr. ep. 57. in fin. Memores nostri inuicem simus

Digitized by Google

è medio curriculo Deus eripuerit, & ad meliorem extulerit conditionem, amorem semper comitem habeat & beneuolentiæ caritatem. Et libro de Mortalit. cum de cœlesti gloria disputat, *Magna*, inquit, *illic nos charorum numerus expectat parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa illic turba desiderat iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita.*

concordes atque vnanimes, vtrob.q. pro nobis semper oremus, pressuras atque angustias mutua charitate releuemus, & si quis istbinc nostrû prior diuina dignationis celeritate decesserit perseueret apud Domin. ũ nostra dilectio, pro fratribus & sororib. nostris apud misericordiã patris non cesset oratio.

S. Ambrosius lib. de Viduis vtitur ea precatione quam S. Petrus vna cum Andrea fratre adhibuit, pro socru sua æstu febrique iactata, docetque affinitatem quæ pietatis communione intercedit, plus ad Sanctos conciliandos valere, cooptandosque Patronos, quam cognationem tantum vi naturæ copulatam, eam autem priorem affinitatem in virtutum similitudine consistere, quarum ope & sanctorum Apostolorum atque Martyrum præsidio & alleuamento, ab omni morbo animorum atque peste liberamur. *S. Ambros. lib. de Viduis circa med. tom. 4.*

D. Hieronymus stylum exerens in Vigilantium capitalem hostem Sanctorum, quos omni honore spoliabat, sic grauissime, *Dicis in libello tuo, quod dum viuimus mutuo pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: præsertim cum Martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quiuerint: sancti Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas victorias & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus imitator Domini sui & primus martyr in Christo pro persequutoribus veniam deprecatur, & postquam cum Christo esse cœperint minus valebunt? S. Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas, & postquam resolutus esse cœperit cum Christo nunc ora clausurus est, & pro iis, qui in toto orbe ad Euangelium suum crediderunt mutire non poterit? meliorque erit vigilans canis viuens, quam ille leo mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste proponerem, si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique Sancti non appellantur mortui sed dormientes.*

S Hieron. aduers. Vigilant. tom. 4.
Apoc. 6. 10. 11.
Exod. 32. 14.
Act. 7. 60.
Act. 27. 24. 37.
August. in Ps. 85. paulo ante fin. tom. 8.

S. Augustinus in Psalmos, nullam adhibendam à Sanctis precationibus cessationem liberam & otiosam esse monet, quia inquit, *Omnes Martyres, qui cum Deo sunt interpellant pro nobis. Non transeunt eorum interpellationes nisi cum transit gemitus noster.* Et alias, *Gaudeant de vobis qui orant pro vobis.* Et Serm. 5. de Sanctis, sanctissimos Heroas Petrum & Paulum oratione exornans, & ea miracula memorans, quæ tenuis vmbra Diui Petri admirabiliter efficiebat, argumentatur à minori ad maius, concluditq; eorum preces nunc tanto esse hominibus vtiliores, quanto anima corpus, corpus vmbram, stelliferi orbes tellurem, æternitas tempus antecellit. Et addit nihil esse mirandum à numellis D. Petri iam in cœlo triumphantis, tam clara fieri prodigia, cum adhuc in medio campo acieq; mortalis tot & tanta vmbræ suæ proiectione patraret. Et Serm. 17. de verb. Apostoli, *Iniuria*, inquit, *est orare pro martyre cuius nos debemus orationibus commendari.*

Idem in Ps. 88. in fin. to. 2.
Serm. 5. de Sanct. in festo Petri & Pauli. tom. 10.

Rationes quæ Catholicam veritatem in arce huius controuersiæ collocare victricem possunt, claræ sunt & explicatæ. Si enim nullas pro nobis Deo precationes fundunt, id euenit aut quia id nolunt, aut quia non possunt, aut quia nesciunt. Quod ad primum attinet omnes consentiunt, eos nobiscum piæ nexu caritatis & beneuolentiæ

1. Cor. 13. 8.

conglutinari, sub vno capite Christo Iesu, *Charitas enim*, vt ait Apostolus, *numquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.* Atq; hoc apud omnes certum est, fidem perire, cum quod prius latens abditumque fuit obiectum, splendida in luce collocatur, spem tolli, cum firma & explorata possessione res tenetur: Charitatem inuiolabili cursu æternitatis manere incolumen, quæ causa fuit cur Apostolus eam reliquis duabus virtutibus prætulerit.

μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. 1. Corinth. 13. 13.

Quis ergo propensissimam eorum voluntatem in dubium vocari possit? quis cum aliqua ratione ambigere de amplissima eorum potestate gratiaque apud Deum, cum vt Vates purpuratus canit, *constituti sint Principes super omnem terram?* & vt ait Diuus Ioannes in Apocalypsi, *Qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes & reget eas.*

Psal. 44. 17.
Apocal. 2. 16.

Quod vero pertinet ad tertium de percipiendis nostris rebus atque è cœlo cognoscendis, Auctor quæstionum, quæ tribuuntur magno Athanasio, respondet vndecima earum quæ ad Antiochum referuntur, nullo modo esse dubitandum, quin Sancti post migrationem à corpore, atque in Iudicii disceptatione omnia percepturi sint. Quam grauissimam auctoritatem si quis audacius vellet infringere, saltem fateatur necesse est, lumen gloriæ longe esse illustrius atque maius, quam Prophetarum collustrationem: Atqui Prophetæ ea viderunt quæ esse desierant, & prouiderunt quæ nondum erant. Cur igitur Sancti, qui gloria & felicitate circumfluunt, intelligere nequeant res quæ existunt, quæque ad eos spectare videantur? Helias clarissimus Hebræorum Vates igneo curru fuerat iam in altum subuectus, & tamen statum Israelis sub Ioramo Principe intelligebat, ad quem scripsit literas, quæ in Paralipomenis l. 2. cap. 21. referuntur: & negabit quispiam exultare in cœlo Diuos & humanissima voluptate compleri, super vno peccatore pœnitentiam agente! An non omnia diuinæ essentiæ præsentia sunt penitusque perspecta? Nonne illa theatrum quoddam est amplum & illuminatum rerum omnium infinitatem repræsentans, in quo assidue cōtuendo incredibili voluptate beatæ mentes occupantur? Nonne speculum est voluntarium, in quo Deus cœlitibus omnia potest pro animi sui sententia patefacere, etiam retrusas & arcanas pectorum cogitationes: Diuinus Paulus absens corpore, spiritu erat præsens Corinthiis, nunc splendore gloriæ circumfusus, rerum inscientia laboret? O verissimum Sapientum effatum! Hæresim titillare quidem sensus, & cum quadam suauitate ad naturam illabi, gratiam autem gloriamque omnē abolere, cuius dicti veritatem perpetua sæculorum omnium memoria comprobauit. Sed vt eundem locum vehementius vrgeamus, quis in dubium

2. Paralip. 21. 12.
Litera allata fuit ab Helia Propheta.
Luc. 15. 18.
Matth. 22. 30.
Marc. 12. 25.
Luc. 20. 36.
1. Cor. 5. 3.
ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι.

dubium reuocare possit, quin Angeli de infimis his rebus hominumque negotiis referre possint, vt sedulus ille Raphael in historia Tobiæ? quis negabit quin solutæ corporibus animæ & in lucem Dei admirabilem introeuntes, tantam hauriant vniuersitatis cognitionem ex scientia diuinitus infusa, quanta fuit in Adamo cum nomina omnibus animantibus imposuit? quanta in anima Samuelis quando recognita & abstrusa Sauli patefecit? quanta in Heliseo cum Giezi famulo suo diceret, *Nonne cor meum in præsenti erat quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui?* Et cum Regi Israel abdidissima quæque Regis Syriæ consilia explicabat? quis hominis rusticani animam rerum ignaram, & cognitionis expertem, degere in cœlo dicat? quod si rerum naturalium intelligentiam post corporis solutionem assequitur, cur non etiam moralium, Ecclesiæ status, conditionis affinium & propinquorum, & eorum afflictæ fortunæ, qui animi diuisione & plena beneuolentiæ fiducia eius subsidium implorant? Denique quis ingratum Numini existimet, abiici ante misericordiæ regium thronum, Deum venerari, inuocare, grates agere, poscere suppliciter vti ipsius sanctissima voluntas fiat, quæque iubet cumulatissime agantur non in nobis tantum sed in omni re procreata? vt regnum eius adueniat, vt celebretur nomen, vt quidquid odit, exurat à nobis & exterminet, inserat ea quæ vehementius exoptat! Quod si nihil horum malum & fugiendum esse potest, cur pugnacius de consecutione disputaretur, cuius antecedens omnes sine controuersia probent? cum præsertim ipse Caluinus l. 3. Institutionum doceat membra sub vno capite se mutuo iuuare debere. Et eodem in loco, si quæ Sanctis oratio tribuatur, eam Christo Domino, qui via est niti, ait. Lutherus multo euidentius rem fatetur in Respons. ad Louanienses, *Non negaui, inquit, vnquam nos meritis & precibus Sanctorum quantumlibet imperfectis iuuari, quod sub dolo mihi inurere conantur miseri homines.* Et in Postilla maiore in die Natiuitatis Mariæ, *Intercessionem Mariæ amplectimur & reliquorum Sanctorum.* Ioannes Hus in Epistola 22. multum se ait confidere in precibus sanctorum Petri & Pauli. Adeo semper contestatum fuit, mendacium deprimi à veritate & superari, neque vnquam in suo gradu posse consistere.

T·b 1 12.
G·n .. :9
1. Reg 9 19.
4 ... 5.26.
4. Reg. 6.9 12.

Conciliatio.

Caluin. l. 3 Institut. c. 10. §. 21 *Quantum ad sanctos attinet, qui carne mortui in Christo viuunt, si quam illis orationem tribuimus, ne ijs quidem ipsis somniemus aliam esse rogandi Dei viam, quam Christum qui solus via est.*

Mentita est iniquitas sibi Psal. 26. 12.

DE

DE SANCTORVM INVOCAtione.

CAPVT XVI.

Hier. adu. Vigil. c. 3. Ionas Aurel de cultu imag. l. 1. Guido de Waldens. err 16. Melanch in Antithesi veræ doctrinæ & Pontificiæ in c. 11 Danæ de vocabulo citheim Vocat Idolomaniam inuocationem mortuorum. Beza in responsione ad Nicolai Selnecceri calumnias respons. 1. Sanctorum mortuorum inuocatio non tantum stulta & inanis sed etiam impia esse conuincitur.

VIGILANTIVS, Claudius, Taurinensis, Cathari & Valdenses, quos superiori capite meminimus, iisdem rationibus inuocationem Sanctorum oppugnarunt, quibus intercessionem atque preces labefactare conati sunt. Theodorus Beza in Responsione ad Nicolaum Selneccerum, post Philippum Melanthonem impotentia animi elatus, Idolomaniam appellat, & huius sæculi impietatem. Sed quæ ab illis obiiciuntur omnia, ad difficultates omnino tres reuocātur, quæ tamen facillime tolli & profligari possunt. Aiunt imprimis fore vt Diuorum placidissima quies perturbetur, si adhibere ad hominum voces & precationes animum vellent, cum alioqui sic immensæ gloriæ suauitudine absorbeantur, vt alio mentem auocare nequeant. 2. Christo Seruatori fieri eo modo iniuriam, si alii præterea mediatores quærantur. 3. nullum esse in diuinis oraculis edictum, quod ab eis opem & præsidium iubeat exposcere.

Quod spectat ad primum, fatuorum est aut certe minus intelligentium Theologorum, beatarum mentium, quæ fœlicissimæ Deo potiuntur, vim & efficentiam eo modulo metiri velle, quo nostras animas corporum custodia & concretione impeditas. Nam ea quidem ratione Dei prouidentiam eluderemus, ne in tanta rerum varietate procuranda nimium occupetur. Angeli etiam qui Ecclesiam mirabili studio administrant, vix liberum illum tempus & solutum haberent, si communes hominum angustiæ illorum felicitati & gloriæ luminibus obstruerent. Cœlites omnes qui sempiterno gaudio complentur, vix intueri se mutuo auderent, si mutua illa amoris beneuolentia à Deo abstraheret. Quin & ipse fons omnium rerum Deus omnium esset miserrimus, si nostrarum precum multitudo eius quietem atque otium vlla ratione turbaret. Dicamus potius, quod quemadmodum immutabilitas, æternitas, & perfectissima simplicitas diuinæ essentiæ simul intelligi, & iugari possunt, cum varietate humanarum affectionum rationi minime repugnantium, quas eminenter & perfectione quadam absoluta continet, quod Græci *Anthropopathiam* appellant, & ea causa eum diuinis Scripturis dicimus *Deus amat, Deus odio prosequitur Deum pœnitet.* Ita beatæ Angelorum & hominum mentes, pro ratione perfectionis suæ, tum naturalis, tum naturam omnem superantis, & impressis speciebus, vident & in diuina essentia clare contuentur, quæ ad illos pertinent omnia, quasi lineas in suum centrum coeuntes, cum inferior hic mundus, perfectione quadam eminenti contineatur, & distincte repre-

Psal. 145. 8. Dominus diligit iustos. Prou. 8 17 Ego diligentes me diligo. Sapient. 14 9. similiter autem odio sunt Deo impius & impietas eius. Gen. 6. 7 pœnitet enim me fecisse eos.

sentetur

Digitized by Google

sentetur in Archetypo illo mundo, qui eius efficiens causa est & exemplar & finis.

Iam si alterum illud consideremus de intermediis sanctis, Omnes profitemur vnum tantum esse Mediatorem, Aduocatum vnum, vnum Intercessorem, qui natura sit talis & illa vi excellenti redemptionis, qui proprio nomine & auctoritate loquatur, mirabilem vnum absolutumque proxenetam & mediatorem, vtriusq; naturæ compotem & diuinæ & humanæ, vnum Mediatorem, vt D. Paulus ait, noui Testamenti, cuius sanguine Pater reconciliauit omnia & pacauit, tum quæ in Cœlo sunt, tum quæ in terra, & quem Deus propitionem omnibus exposuit, qui in eum credunt. Sed negare inferiores esse quosdam alios mediatores & sequestres pacis administros, quorum intercessiones meritis & suprema Christi auctoritate nitantur, plane Apostolo repugnat, qui cum prima ad Timoth. dixisset; *Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus*: non veretur scribere ad Galatas, quod *Lex sit ordinata per Angelos in manu mediatoris*, videlicet Mosis, qui de seipso dicebat populo, *Ego sequester & medius fui inter Dominum, & vos in tempore illo.* Propter hanc eandem rationem S. Basilius laudatus in Nicæno Concilio secundo, Apostolos atq; Martyres vocat Mediatores. Et S. Gregorius Nazianzenus de sanctis agens, qui liquidis cœli voluptatibus affluunt, μεσῖται πάντες inquit, Omnes sunt mediatores. Atque hoc sensu meminimus S. Epiphanium, D. Basilium, Synchronium, Matthæum Philadelphiensem, S. Bernardū cum vniuersa Ecclesia Virginem Matrem appellare Mediatricem.

1. Tim. 2. 5. *Coloss. 1. 20.* *Rom. 3. 25.*

1. Tim. cap. 2. v. 5. Galat. 3. 19. 20. ἐν χειρὶ μεσίτου.

Origenes in Lamentatione sua plenus mæroris & complorationis sanctorum Patriarcharum opem Abrahami, Iobi, & ciuium omnium cœlestis Ierusalem implorat.

Basil. in epistol aduersus Iulian citatur ab Hadriano Papa in Epist. ad Constātinum Imp. & Irenem eius matrem, in actione secunda, septimæ Synod. tom. 3. concil. *Suscipio etiā sanctos Apostolos, Prophetas & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant: quo per illorum mediationem propitius mihi sit Deus. Deus noster benignissimus & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur.* Origenes in lamentat. *habetur ad finem. περὶ ἀρχῶν. Incipiam me genibus prosternere, & deprecari vniuersos sanctos &c. O sancti Dei, vos lachrymis & fletu pleno dolore deprecor, &c. Heu mihi pater Abraham deprecare pro me, &c.* lib. 2. in Iob *O beate Iob viuens in perpetuum apud Deum, & victor permanens in conspectu Regis Domini, ora pro nobis miseris, &c.*

S. Basilius homil. 20. de 40. Martyribus hortatur omnes vt generosos illos triumphatores inuocēt, rebus admirabilibus explicatis, quas in ipsis & eorum causa Deus perfecit. Et homil. 26. elegāti oratione persequitur illustria illa miracula, quæ Opifex omnium Deus S. Mamantis intercessione patrasset.

Basil. orat. 20. *in 40 Martyres. Qui aliqua premitur angustia ad hos confugiat, qui rursus lætatur hos oret, hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis; Hic mulier orans pro filio auditur, peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti vero salutem implorat.*

Idem oratio. 26. *de martyr. Mamante. Memores estote martyris quotquot aberrantes ad viam reduxit, quoscumque sanitati restituit, quibuscumque pueros iam mortuos ad vitam reductos reddidit, quotquot vitæ terminos prorogauit.*

S. Gregorius Nazianzen. Orat. 18. de S. Cypriano, & 20. de S. Basilio, & 21. de beato Athanasio cum eorum eximias virtutes ante oculos posuisset, eos veneratur & inuocat, seque totum illorum numini præsi-

Nazianzen. orat. 18. *in fine.*

σὺ δ' ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἄνωθεν ἵλεως, καὶ τὸν ἡμέτερον διεξάγοις λόγον καὶ βίον, &c.

dioque committit, vt eorum intercessione fretus cœlestium virtutum imitationem consequatur.

Idem Orat. 21. *ad fin.* αὐτὸς δὲ ἄνωθεν ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἵλεως, &c.

S.Gregorius Nyssenus Theodorum martyrem clarissimum orat, suis vt precibus Scytharum immanitatem armatasque legiones auertat, quæ iam in Orientem influebant, vt cum Apostolis, cumque forti martyrum choro præsidioque se consociet, vt communes omnium preces maiorem apud Deum vim habeant: *Vt miles* inquit, *pugna pro nobis, vt martyr pro conseruis: vtere libertate loquendi, &c. Admone Petrum, excita Paulum, Ioannem item Theologum ac discipulum dilectum, vt pro Ecclesiis quas constituerunt sint solliciti.*

S.Ioan. Chrysost hom. 26. ad Corinth. *Nam & ille qui purpuram gestat ad sepulchura illa se confert, vt ea exosculetur abiectoque fastu; supplex stat Sanctosque obsecrat, vt ipsi apud Deum sibi præsidio sint.*

S.Ioan.Chrysostomus homilia 26. & 2. ad Corinth. virorum Principum atque Dynastarum pietatem exponit, & præsertim Constantini Magni erga beatissimos Apostolos Petrum & Paulum. Et Homilia de natali Apostolorum, Coryphæum omnium Petrum pollicitationis & fidei suæ admonet, vt qui suis discipulis promisisset, eorum haud immemorem se post obitum decessumque à vita futurum.

Idem in serm in natali Apostolorum Petri & Pauli. Τὰς ὑποσχέσεις ὑμῶν ἐκπληρώσατε. ἀναμνήσθητι Πέτρε, ὅτι φάσκων σπουδάσω μετὰ τὴν ἐμὴν ἄφιξιν, τὴν ὑμετέραν μνήμην ποιεῖσθαι.

Sozomen l. 7. cap. 24. Theodoretus in historia sanctorum Patrum, vita prima. *Horum ergo preces sunt inuocandæ.* Vita vltima. *Eos quoque obsecro quorum vitam conscripsi, ne me despiciant procul degentem ab illorum spiritali chorea: sed trahant infra iacentem, &c.*

Sozomenus in historia sua ponit piam precationem, quam Theodosius Imperator formidolissimi belli tempore ad D.Ioannem Baptistã habuit, in æde sacra, quam in eius honorem exædificauerat. Et Theodoretus in prima & postrema vita Sanctorum, eorum precibus se vehemẽter commendat, quorum virtutes erat oratione prosecutus.

Ambr. lib. de Viduis to. 4. *Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidiũ dati sunt. Martyres obsecrandi sunt, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vendicare possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiamsi qua habuerunt peccata lauerunt. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, qui & ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent cognouerunt.*

S.Ambrosius libr. de Viduis docet rationem propitiandi sanctos Martyres, quorũ sacra pignora, videlicet corporis exuuias habemus. Et serm. de SS. Nazario & Celso, *Vbique te exaudit ille qui in Martyre honoratur.*

S.Hieronymus in vita S. Hilarionis memorat incredibilem religionem, qua Constantia filia Constantini Imperatoris sanctissimum illum virum prosequebatur, quæ perlato ad se nuntio, quod Hilarionis corpus in Palestinam exportaretur, exanimata est. Et alio in loco Vigilantium reprehendit, quod impudentissimis iocis & audaci petulantia martyrum cultum & venerationem illuderet.

Idem aduersus Vigilan. *De barathro pectoris tui cœnosam spurcitiem euomens, audes dicere. Ergo cineres suos amant animæ martyrum, & circumuolant eos. & semper præsentes sunt, ne forte si aliquis precator aduenerit absentes audire non possint. O portentum in terras vltimas deportandum.*

Ruffinus.

Ruffinus in Ecclesiæ historia percenset, quemadmodum pius & egregius Theodosius Imperator, cum sacerdotum religiosa frequentia & populo ad templa omnia supplicaret, cum omnes ciliciis conuestiti ante Martyrum & Apostolorum thecas prostrati iacerent. S. Augustinus verba S. Iob. cap. 14. explicat de inuocatione Angelorum aut Diuorum. Et lib. de Baptismo contra Donatistas opem auxiliumque D. Cypriani exposcit. Et lib. 21. de Ciuit. Dei, communi fidei Christianorum insitæque opinioni de Sanctorum inuocatione quosdam Maronis versus accommodat, & hanc formulam consuetæ precationis ore omnium Christianorum celebrari ait, *O Sancte memor esto mei.* Et lib. de cura pro mortuis gerenda, scribit Martyrum monumenta, beatarum animarum merita & gratiam apud Deum, ante hominum oculos obiicere, qui eorum sanctis exuuiis in terra potiuntur. Et serm. 1. de S. Stephano, ad illius inuicti & constantis animi præsidium confugiendum esse monet, multo enim facilius exaudiri illum pro orantibus, qui pro lapidantibus fuit exauditus.

Ruffin. l. 2. hist cap. 33.

Aug. annot. in Iob. c 19. to. 4. *Miseremini mei saltem vos amici mei. Angelos videtur postulare, vt pro eo deprecentur, aut certe sanctos, vt pro pœnitente orent.*

Idem l 6 cont. Donatist. cap. 1. *Adiuuet itaq; nos orationib. suis in istius carnis mortalitate, tanquam in caliginosa nube laborantes, vt donante Domino quantum possumus bona eius imitemur.*

Idem de ciuitate Dei lib. 21. c. 17 tom. 5. circa fin. *Quique sui memores alios fecere merendo. Prorsus tanquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano cum se cuique sanctorum homini quisque commendat & dicit memor esto mei, atque vt id esse possit promerendo efficit.*

Idem cap 4 de cura pro mortuis gerenda, tom. 4. *Cum itaq; recolit animus vbi sepultum sit charissimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus.*

Quod ad præceptum supplicandi cœlitibus eiusq; orandi, nullum quidem Ecclesiæ voce atq; imperio fuit hactenus significatũ, nisi quatenus eidem obsecũdare omnes debemus, & pręcipienti parere, quod qui recusant Ethnicis & publicanis cœli testimonio sociantur: & quod videmus festos ab illa dies & solennes institutos exædificata monumenta, ferias & supplicationes impositas, quæ ad Diuos & cœlestium Mentes referuntur, communisq; sunt pietatis & à populo Christiano retinẽdæ. Sed quod illa vim adhibeat aut cuiquã adferat necessitatem, vt Dei Matrem potius quam Christum Iesum inuocet, & sanctum potius Ioannẽ, quã Numen ipsum diuinũ oret & precetur, hoc vero ne fando quidem auditũ neq; cogitatum, nũquam in literas Cõmentariosq; relatum fuit.

Matth. 18. 17.

In his igitur quæ sequũtur facile opinor omnes cõsentiemus 1. Quod quemadmodũ in benigna stipis erogatione, nisi vrgeat summa quędã & extrema necessitas, aut eorũ qui dominantur imperium, in cuiusq; voluntate arbitrioq; positum est, aut largiri, aut beneficentiæ fontes claudere, & in hunc potius quam in alium esse liberalem. Pari modo in Cœlitibus inuocandis, nisi adsit Ecclesiæ edictum aut imbecillium quorũdam offensio, liberũ est solutumq; vnicuiq; aut tantũ ad Numẽ propitiandũ accedere, aut adiungere etiam gratiam intercessionemq; sanctorum, & in his quidẽ inuocandis vnum potius appellare quam alium, & hoc magis quam alio tempore, modo ne quis alio in genere pietatem à reliquis hominibus cultam & vsitatam aspernetur. 2. Hoc etiam tenebitur, palmariam principemq; religionẽ & augustissimam deuotionem

esse illam, quæ præpotentem omnium Regem Deum intuetur, tum reseruam in Christum Iesum hominem, deinde in sanctissimam eius Matrē, postea in Angelos sanctosque. 3. Omnes item sancto animi impetu execrabuntur Petrum Richerium, Danæum, & ex illa fæce homines, qui væcordi amentia defendunt, non esse fas neque pium orare Christum Seruatorem, ne proprius meritusque honor diuinitatis in humanitatem deriuetur. 4. De hoc etiam vniuersi consentient, bonum esse, potius vtile & vero etiam necessarium, Christianos monere omnes sæpiusque docere, ne ex Sanctis, Deos efficiant, aut vnico Numini vnice venerando pares & pollentes, sed in iis inuocandis progrediantur vlterius, & ad ipsum fontem sanctitatis religionisque Deum, per ipsos, & cum iisdem tam gratiosis apud Numen, simili animi demissione conscendant. 5. Quod vtrique Ecclesiæ conueniat & Triumphanti & Militanti, vt ante solium Thronumque Agni se abiiciat humiliterque prosternat, vt hæc quidem grates agat quantas capere humana mens potest pro gloria & illustribus illis ornamentis Triumphanti concessis, illa vero studiis cœlestibus & fauore suo atque Numinis obsecratione iuuet bellantem & in media adhuc acie volitantem. 6. quod hoc sensu inuocatio Sanctorum sit haud dubiis auctoritatibus contestata, totius voce antiquitatis, scriptis, diuinis facinoribus constabilita. 7. Quod eodem sensu, qui totius Ecclesiæ communis est, non maior Christo Seruatori inferatur iniuria, cum sanctorum subsidium inuocatur, quam ipsi Deo (si fas tamen vti comparatione) cum animat Christi vim propitiam & beneuolentiam imploramus. 8. Quod iustissimus æterni Patris tuendæ gloriæ suæ ardor atque zelus, eiusque filii Redemptoris nostri intercessio, non magis offendatur, cum quis Diui Pauli patrocinium implorat, quam cum idem ipse Paulus commendat se Romanis, Ephesiis, Thessalonicensibus, Rhodiis, & Hebræis; aut cum ipsius Dei imperio Eliphas Themanites, Baldad Suites, & Sophar Naamathites, ad hominem vnum mittuntur, adhuc in huius vitæ curriculo sudantem sceleribusque obnoxium, cum ita iuberet, *Sumite vobis septem tauros & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis, Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia.* 9. Quod quemadmodum Patris appellatio & dignitas Doctorisq; gradus inter homines, nullo modo iis repugnant de quibus dicitur in sacra pagina, *Patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim Pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus.* Ita Christi Mediatoris intercessio nulla ratione pugnat cum Sanctorum intercessione, modo ea rite intelligatur, vt antea fuit expositum, sine primariæ illius imminutione, quæ inferiorem hanc & diuino beneficio constitutam infinitis partibus exuperat. 10. Denique, quod ex oraculo Diui Iacobi viri iusti precatio plena vis atque animi plurimum possit, & proinde hoc tam præsens, tamque potens salutis medicamentum minime negligi debeat,

Villegaignon. in Caluini Arc. ... ne Petro Richerio. Danæus in apologia de adoratione carnis Christi.

Iob. 42. 8.

Matth. 23. 8. 9.

Iac 5 16.
Nam ἰσχύει δέησις ἐνεργουμένη.

beat, aut in iis reprehendi qui communionem Sanctorum admittunt, quiq; totius animi corporisq; viribus & contentione salutem propriam quærunt, & diuinæ gloriæ propagationem.

DE MERITO ATQVE DIGNITATE SANCTORUM.

CAPVT XVII.

SECVNDVM Concilium Arausicanum belle & sapienter hanc controuersiam componit: Ait enim cap. 18. *Debetur merces de bonis operibus, si fiant: sed gratia quæ non debetur præcedit vt fiant.* Et cap. 9. *Quoties bona agimus, Deus in nobis atq; nobiscum vt operemur operatur.* Dat igitur nobis & concedit vt ea velimus & exequamur. Conuenimus etiam omnes quod ad primam & postremam gratiam pertinet, quæ perseuerantiæ donum est, & vna sententiarum cõspiratione dicimus, minimè illas à nostro vllo merito proficisci. In cæteris opportuna distinctio & considerationes, quæ sequuntur, discrepantes & dissitas opiniones conglutinare queant. Est igitur meriti quoddam genus quod Theologi *de condigno* vocant, cui ex perfectissima iustitia merces præmiumq; debetur: alterum *de congruo* nominant: vtrumq; liberam voluntatem præsupponit, actionemq; bonam & studiosam. Est autem primum illud & nuncupatur de condigno, propter amplas & certissimas Dei pollicitationes, qui sibi se nobisq; obligauit, ad eas honestas & laudabiles actiones compensandas, quas per ipsum & propter ipsum exerceremus, & per nos ipse atq; in nobis excitare solet. Deinde propter gratiam iustificantem pulcherrimum animorum ornamentum, vnde pia bonorum facinora vim & vitam hauriunt. Tertio propter cruorem fusum, mortem, & merita Christi IESV, quæ in opera influere illa consueuerunt, quorum dux, autor & administrator est Spiritus Sanctus.

Concil. Arausic. 2. c. 18. to. 2. Concil.

*Ad primum illud merendi genus hæc sapientissimi & diuinitus afflati Pauli referenda sunt, *Reposita est mihi corona iustitiæ*, non solum misericordiæ, *quam reddet mihi Dominus in illa die*, non autem largietur, *iustus Iudex*, & non quasi parens; *non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentũ eius.* Vbi certum exploratumq; est, loqui ipsum de præmio sempiterno; quod summo iure, & vt ita loquar, ex rigore, tribuendum esse videatur. De secũdo meriti genere ait ** D. Cyprianus pueros infantes, cum in lucẽ veniunt lacrymis & dolore confecti, mereri Dei humanitatem & misericordiam. Et D. Ambrosius cum scribit pium illũ fortunatumq; latronẽ veniam cõmeritum: & aliâs profusum ex Euangelio adolescentem, eo squalore animiq; humilitate meruisse, vt venienti Pater optimus humanissimusq; prodiret. S. Cyprianus idem ait de Publicano, D. Gregorius de Niniuitis: S. August. post Origenem de Dauide.

* 2. Ti. 4. 8 ὃν ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής.

** Cypr. ep. 59. quæ est epi. 3. lib. 3. *Qui hoc ipso de ope nostra, & de diuina misericordia plus merentur, quod in primo statim natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur.*

Idem serm. 40. to. 5. *Tantorum criminum reus, tam cito à Saluatore paradisum promeretur.*

Idem l. 1. de pœnit. c. 3. to. 4. *Tam cito veniam meretur, vt venienti & adhuc longè posito occurrat pater.*

Cyp. in expos. ora. Dom. *Sanctificari Publicanus hic meruit, qui sic rogauit, qui spem salutis, non in fiducia innocentiæ suæ posuit, cum innocens nemo sit: sed peccata cõfessus humiliter orauit; & exaudiuit orantẽ qui semper humilibus ignoscit.*

Lutherus etiam Commentariis in epist. ad Galatas, monet, fide homines cõmereri gratiam, gratia verò perceptionẽ Spiritus Sancti. Sed quoniam in quæstione de bonis operibus de hac ipsa re disputabitur: nunc formulas quasdam & loquendi rationes, vt exempli gratia *Opera digna Deo, digna cœlo, sempiterno digna præmio, dignus seruus, digna Dei Mater*, aliasque huiusmodi, quæ fastidiosis hominibus insuaues & asperæ videntur, myrothecio Scripturarum emolliamus.

Sap 35.
Luc. 20. 35.
οἱ δὲ καταξιωθέντες.
Luc. 21. 36.
ἵνα καταξιωθῆτε.
Act 5. 41.
ὅτι κατηξιώθησαν.
2. Thess. 1 5.
εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς.
Heb. 13. 16.
εὐαρεστεῖται ὁ θεός.

In Sapientia Salomonis, vbi de Iustis fit mentio, *Deus tentauit eos & inuenit illos dignos se.* Apud D. Lucam Seruator ipse aiebat, *Illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis.* Et paulo post, *Vigilate omni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.* Et in Actis Apostolorum, *Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt, pro nomine* IESV *contumeliam pati.* Et 2. ad Thessalonicenses, *Vt digni habeamini in regno Dei pro quo & patimini.* Idem ad Hebræos scribens, ad bonas & laudabiles actiones Christi religione imbutos inuitat, & vbi in Græco est, *huiusmodi enim victimis Deus recreatur*, D. Hieronymus reddit, *Talibus enim hostiis promeretur Deus*, hoc est, Deus earum præmium est futurus. Longe ante magnum Hieronymum Tertullianus stylo eodem vtebatur in exhortat. ad Castitatem, *Deus piis operibus & iustitiæ officiis promeretur.* S. Cyprianus, *Præceptis eius ac monitis obtemperandum est, vt accipiant merita nostra mercedem.* Lactantius eleganter, vt solet, ita rem expressit, *Vniuersos igitur operam dare oportet, vt se quamprimum ad rectam viam dirigant, vt susceptis operatisq; virtutibus huius vitæ laboribus pariter exactis consolatorem habere Deum mereantur.* D. Gregorius Nazianzenus orat. 20. de laudibus S. Basilii, ait D. Ioannem Baptistam meruisse vt præco fieret anteambuloque Seruatoris. S. Epiphanius inter præconia D. Petri, scribit eum dignum existimatum, qui beatus ore filii Dei nuncuparetur.

S. Cyprian. l. de vnit. Eccle. circa medium.
Lactant. diuin. Instit. l. 7. c. vlt.
Naz. orat. 20 paulo ante finem.
ὅτι Χριστοῦ κῆρυξ ἠξιώθη γενέσθαι.
Epip in Anchorato, circa initium Quemadmodum testatur princeps Apostolorum, qui dignus factus est beatus prædicari à Domino, quod Pater ipsi reuelasset.

Conciliatio.

Nihil est quod magnopere nos aut merito queat impellere, vt in rẽ contestata & perspicua odiosius ambigendo & dubitando quæstionem habeamus, cum de sensu quidem sit opinionum concordia, & quod ad verba attinet, ille sit Patrum & diuinæ Scripturæ vsus & loquendi consuetudo. Et quidem ipse Lutherus clarè denunciat in Responsione ad Louaniens. se nunquam merita Sanctorum negauisse. Et Ioannes Hus epistola 35. Spero, inquit, me Sanctorum meritis diuinitus ereptum iri ex eorum crudelitate. Quin & Caluinus l. 3. Institut. cap. 15. sect. 2. quod ad meritum spectat, ab omni antiquitate nomen remq; ipsam agnitam & probatam fatetur, *Vsi, inquit, sunt (fateor) passim vetusti Ecclesiæ Scriptores.* Atque omnibus in monumentis suis, meriti potius nomen oppugnat, quàm significatum, quod disertè eodem in loco agnoscit, cum pretium bonorum operum & dignitatem agnoscit.

Calu. 3. Insti. c. 15. §. 2. Vsi sunt (fateor) passim, vetusti Ecclesiæ Scriptores atq; vtinam vocula vnius abusu, erroris materiam posteris non præbuissent.
Ibid paulo ante. Quorsum enim, obsecro, opus fuit inuehi nomen meriti, quum pretium bonorum operum significanter alio nomine citra offendiculum explicari posset.

DE HO-

DE HONORE COELITIBUS DEFERENDO.

CAPUT XVIII.

CHRISTIANI Bustuariorum fauillas & exucca cadauera mancipiorum adorant, Deos autem nostros non adorant, aiebant apud Eusebium illigati superstitione Gentiles, cum delatum Martyribus honorem ab omni Ecclesia viderent. Iulianus desertor impius religionis arguebat Christianos vt Cyrillus animaduertit, quod cum Deorum cultum repudiassent, honorarent Sanctos. Eadem satur eructabat Faustus Manichæus, Catholicis pro contumelia obiiciens, quod Idola in Martyres commutauissent. Constantinus Copronymus re quàm nomine putidior, edixit vt omnes simpliciter efferrent atq; nudè Stephanum, Georgium, Theodorum, Apostolum, Martyrem, sine communis Epitheti *Sancti* appositione. Vigilantius & Mahometes duo portenta cœlo inimica, vehemētissimè elaborarunt in abrogandis Sanctorum feriis & monumentis, in extinguenda eorum omni memoria & honoribus infringendis, qui vbiq; piè & religiose deferebantur. Reperti sunt etiam hac tempestate qui eandem Camarinam mouerent, & damnatam sepultamq; opinionem renouarent, quæ profectò in earum luce probationum, quæ nunc adferentur, stare non potest.

Indicat Eusebius l. 8. cap. 6. hist. ex verbis Iulia[n]i. Cyrill. Alex. l. 6. cōtra Iulianum. Vnū enim pro multi[tu]d[ine] i[n]colis hominē, immo multos homines mi[hi] eos, [qui] vos lege dura quadam & aspera, agrestamq; barbariam spirante, pro iis legib. &c. Nunc autem vobis euenit quod anguisugis, qui pessimum exsugunt sanguinem & puriorē relinquunt. Aug. *contra Faustum libr. 20 c. 4 to. 6.* Theosterictus *orat. funebri in S. Nicetā, to. 2. Surii.* Hier. *cont. Vigil.* *In Alcor. Azoara 49.*

Primo libro Reg. mundi Rex ait, *quicunq; glorificauerit me glorificabo eū.* Et Dauidis Lyra, *In memoria æterna erit iustus.* Sapiens in Prouerb. *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.* Et in Ecclesiastico, *Laudemus viros gloriosos, & patres nostros in generatione sua.* Dei mater in diuinissimo Cantico, *Beatam me dicent omnes generationes.* Christus ipse, *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Apostolorum gemma, *Gloria & honor & pax omni operanti bonum.*

1 Reg. 2. 30. Psal. 111. 7. Prou. 10. 7. Ecclesi. 44. 1. Luc. 1, 48. Ioan. 12. 26. Rom. 2. 10.

S. Ireneus haud veretur temeritatis eos arguere, qui Christi IESV æmulos & imitatores nullo honore dignantur. Origenes homil. 3. in diuers. reddit rationem, cur Ecclesia diem Sanctis Innocentibus festū, solennem esse voluerit, quod inquit fato illo suo Numen honorauerunt, viam panderunt ad Iudęorum conuersionem, suorum propinquorum salutem promouerunt. Eusebius Cæsariensis Imp. Constantini regificā munificentiam commeminit, erga mundi Seruatorem atq; Apostolos, quorum memoriam ipsi æternitati æquare studebat. D. Basilius orat. de Quadraginta Martyr. omnes ad eos laude & veneratione cohonestandos inuitat. S. Gregorius Nyssenus de martyre Theodoro idem habet. S. Gregorius Nazianzenus orat. 18. de S. Cypriano paria dicit, & orat. 22. de Macchabæis. S. Ioannes Chrysostomus ait *martyres in eodem semper vigore manere, semper esse in eodem iuuentutis flore, semper suæ gloriæ fulgorem emittere & radios.*

Iren. *l. 3. c. 20.* aduers. hær. circa med. *Ad tantā temeritatem progressi sunt quidam, vt etiam martyres spernant.* *Euseb. Cæs. vita Constant. l. 4. c. 59. in antiquo Cod.* *S. Chrysost. de S. Iuuent. & Max.*

Sozomen. l. 5. c. 18.

Theodoret. l. 3. c. 14.

Idem l. 8. Græc. affect. in med.

Testatur Sozomenus Gallum Iuliani fratrem & designatum Imperatorem à Constantio piis studiis & honorificè prosequutum Martyres Antiochiæ, vbi magnam ætatis suæ partē consumpsit. Theodoretus ait Iulianum impium & callidū hostem religionis, cum Christianis Martyrum nomen insigneq; honores tribui solitos inuideret, nunquam in eos fidei causa crudelitatem expromere suam consueuisse, cum alias potius rationes furori suo prætexeret. Et l. 8. de Græcan. affection. ostendit Ethnicos de Christianis improbè iniuriâque detrahere, in Martyribus laude & religione ornandis, neque enim nos Martyribus hostias, aut libamina vlla deferre, sed vt Sanctos & apud Deum gratiosos honorare.

S. Cyprianus epist. 34. refert Laurentium & Ignacium illustres martyres, qui palmas à Domino loraniscatas & triumphos retulerant, ab Ecclesia statis sacrificiis cohonestatos, cum anniuersaria dies eorum memoriæ festa recurreret.

S. Ambrosius Serm. 1. æquum esse pronunciat à nobis Sanctos honorari, vel illis tantum Christi verbis & voluntate excitatis, *Qui vos honorat me honorat, & qui vos spernit me spernit.* Et Serm. de SS. Nazario & Celso, *Honoro*, inquit, *in carne martyris exceptas in Christi nomine cicatrices, honoro viuentis memoriam perennitate virtutis, honoro per confeßionem Domini Sacratos cineres, honoro in cineribus semina æternitatis, honoro corpus quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum docuit mortem non timere, &c.*

Cyprian. *epist. 34. quæ est quinta lib. quarti. Laurentius & Ignatius palmas à Domino & coronas illustri passione meruerunt: sacrificia pro iis semper offerimus, quoties Martyrum passiones & dies anniuersaria cōmemoratione celebramus.* D. Ambr. *serm. 1. in festo S. Luciæ, to. 5. in fine sermonis. Quotiescunque Martyrum memoriā celebramus, prætermißis omnibus sæculi actibus, sine aliqua dilatione concurrere debemus, reddere illis honorificentiam, qui nobis salutem profusione sui sanguinis pepererunt, qui tam sacrata hostia pro nostra propitiatione Domino sunt oblati, præsertim cum dicat ad sanctos suos. Qui vos honorat me honorat. & qui vos spernit me spernit. Quisquis ergo honorat martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit & Dominum.*

D. Hieron. epist. 53. ad Riparium, to. 2.

D. Hieronymus epist. 53. *Honoramus martyrum reliquias, vt eum, cuius sunt martyres adoremus, honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait, Qui vos suscipit me suscipit.* Et in ca. 3. Sophoniæ, *Quos alios possumus intelligere filios Ecclesiæ nominatos nisi Apostolos? vide mihi Petrum & Paulum & Matthæum & Ioannem, & considera hoc quod ad Abraham repromissum est. Magnificabo nomen tuum, in illis opere perpetratum. Quotidie nominatur in Ecclesia, quotidie magnificatur nomen eorum, non quod ipsis prosit, à nobis in Ecclesia nominari, sed quod nos magnificantes nomen eorum & quæ scripserunt lectitantes salutem consequamur.*

S. Augustin. lib. 20. contra Faustum c. 21. to. 6.

S. Augustinus lib. 20. contra Faustum Manichæum; memorat singulari & exquisita pietate à populo Christiano memoriam Martyrum celebrari, tum vt ad eorum imitationem prouocemur, tum vt eorum etiam meritorum simus participes, ita tamen vt nulli Martyri sacrificium, sed Martyrum Deo & parenti offeramus, quamuis eorum monumenta sint aris & religione finitima. *Quis enim*, inquit, *Antistitum in locis sanctorum corporum aßistens altari, aliquando dixit, Offerimus tibi Petre & Paule aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit.* Et paulo post, *At verò illo cultu qui Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici non potest,*

Digitized by Google

potest, cum sit quædam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus nec colendum docemus nisi vnum Deum. Et Epistol. 44. tom. 5. *Ostendatur mihi Roma* in honore tanto templum Romuli in quanto ibi ostendo memoriam Petri. *Idem l. 8. de Ciuit. cap. 27. Honoramus sane memorias Martyrum, &c.* Lib. 8. de Ciuitate Dei, id ipsum repetit quod contra Faustum scripserat, additque cum sanctorum memoriam colimus, id fieri, vt Numini grates agantur, pro mirabili & insigni gloria, cæterisque ornamentis, quibus à Deo cumulantur, nobisque ipsi aculeos subiiciamus, ad viridantes eas laureas & triumphos, inuicti animi constantia quærendos, quibus iam potiuntur, denique vt celebrandis illis religionibus & ceremoniis, eorum ope atq; præsidio iuuemur.

In his autem rationibus & explicandi modis, quos retulerunt aut excogitarunt viri Sanctissimi, quid est quod cuipiam reprehendendum, aut alienum à ratione videatur? Nam cum honor excellentiæ respondeat, an labi eos & errare quis putet, qui sanctissimos Indigetes, pro gradu & magnitudine cœlestium donorum, quibus à Deo sunt ornati venerantur? id nimirum quod de Mardocheo scriptum est intuentes: *Sic honorabitur quemcunque voluerit Rex honorare* *Esth. 6. 9.* Preterea cum naturę vis, cum ornatus gratię & gloriæ, sit quædam essentiæ diuinæ participatio, annon Deum ipsum, quæque Dei sunt, honoribus prosequuntur, qui Sanctos honorant?

Ad conciliationem via.

Agnoscamus igitur quęcunque à nobis Cœlitibus reddi possunt laudis & honoris ornamenta, si supremum Dei vnius proprium excipias, longe inferiora esse illis honoribus, qui eisdem à Deo tribuuntur. Neq; tamen non monendum esse populum Christianum existimamus, quod etiam Tridentinum sanxit Concilium, ne hac in re limites sanctæ religionis excedat, vtque Sanctos intueatur quasi Numinis beneficiarios, iisque similes qui à Regibus stipi erogandæ præficiuntur, à quibus cum pecuniam acceperis, Regis potius quam illorum esse beneficium agnoscas. Atque his suppositis cum Gangrensi Concilio dicamus omnes, quod iam ante mille & trecentos annos celebratum fuit, *Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conuentus qui per loca & basilicas Sanctorum Martyrum fiunt accusauerit, vel etiam oblationes quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contemnendas putauerit, anathema sit.*

Trid. sess. 25. *Decr. de Inu. veneratione & reliquiis Sanctorum.*

εἴ τις αἰτιῷτο ὑπερηφάνῳ διαθέσει κεχρημένος, καὶ βδελυσσόμενος, τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔστω.

N DE

DE LATRIA, DVLIA, HYBERDVLIA, ET IN GENERE DE ADORATIONE.

CAPVT XIX.

CVM Sanctorum veneratio & expressæ illorum imagines, cum item genu flectendi & abiiciendi se consuetudo, atq; alia honoris insignia, in tanta mentium imbecillitate, offensionem multis attulerint: ęquum est, omnem ex animis scrupulum rerumque illarum inuidiam orationis splendore discutere.

Latria duobus omnino modis considerari potest, in habitu videlicet & in actu. Primum genus aliud nihil est quam nota quædam singularis atque species quæ diuinum cultum honoremque intuitur, cuius modus ille optimus, & præstabilissima ratio videri debet, sine modo Deum parentem diligere, illi obsecundare, honoremque deferre omnibus animi corporisque viribus, intimisque potentiis, tum sensuum agitatione, & functionibus illis vniuersis quæ è virtutibus oriri possunt, præsertim fide, spe & charitate, quæ propterea Theologicæ nuncupantur. Latria in actu est in mente siue hominum siue angelorum, alta quædam & sublimis cognitio comprehensioque summæ dignitatis atque maiestatis: & in voluntate, profunda quædam & prope infinita demissio, & demississima animi subiectio, sub incomparabili excellentia, eaque in interna potius animi quam externa corporis actione consistit. Hinc nascuntur tria quædam insita penitus in Latriæ essentia & illigata, notio imprimis atque intelligentia præstantissimæ & incommunicabilis excellentiæ in supremo gradu honoris, in voluntate profunda summissio, & externus actus ab interiore manans & imperatus, cum est in hominum luce ponendus.

Constantinus Episcopus Constantia qua est in Cypro in 7. Synod. œcum. Act. 3. sub fin. tom. 3. Concil.

Mens & vsus Ecclesiæ semper fuit, vt Latrię cultus & summus honor, Trinitati rerum omnium effectrici adhiberetur, vt Constantinus egregius olim Antistes in secundo Concilio Nicæno æternæ hominum memoriæ prodidit his verbis, *Suscipio & amplector venerãdas imagines, adorationem au-*

nem autem quæ fit secundum λατρείαν *hoc est Dei culturam tantummodo supersubstantiali & viuifica Trinitati conseruo. Qui vero aliter sentiunt, quiq; gloriosos sanctos non approbant, à Catholica & Apostolica Ecclesia separo & Anathemati subiicio & ad eos relego qui incarnatam Christi Dei veri nostri œconomiam pertinaciter negant.* Consimilis est D. Hieronymi doctrina stylum exerentis in Vigilantium, cum negat fas esse, aut lipsana martyrum, aut Angelos, aut rem vllam procreatam adorare.

Hier. *aduersus Vigilantium ad Riparium presbyterum epist. 53. to. 1. Nos autem, non dico martyrum reliquias, sed ne solem quidē, & lunam, non Angelos, non Archangelos, non Cherubin non Seraphin, & omne nomen, quod nominatur & in creatori, qui est benedictus honoramus seruos, vt honor præsenti sæculo, & in futuro colimus, & adoramus, ne seruiamus creaturæ potius quam in sæcula. Honoramus autem reliquias Martyrum. vt eum, cuius sunt martyres adoremus, seruorum redundet ad Dominum, qui ait, Qui vos suscipit, me suscipit.*

S. August l. 10. de Ciuit. Dei cap. 4. tom 5.

Eadem quoque est sententia doctissimi Augustini lib. 10. de Ciu. Dei cum ita scribit, *Hic est Dei cultus, hæc vera religio, hæc vera pietas, hæc tantum Deo debita seruitus*, de Latria videlicet loquitur. Et in lib. de vera religione, sub finem, *quod ergo colit summus Angelus, id colendum etiam est ab homine vltimo.* Et paulo post: *Honoramus Angelos charitate non seruitute, nec eis templa construimus, nolunt enim se sic honorari à nobis.* Et iterum, *Religet ergo nos religio vni omnipotenti* DEO. Atque hic Lector animaduertat, Templa quæ in communi sermone vocamus Ecclesias, vni DEO sanctissimis religionibus consecrari, licet indigitationem habeant à magna DEI matre, ab Angelis, Apostolis, Martyribus, aliisue Sanctis. Quemadmodum nos ipsi templa Dei viui & animo & corpore nominamur, vt monuit diuinissimus Paulus, & citatis hic locis docet Augustinus, quamuis aliis Sanctorum nominibus ornemur iam inde à baptismo. Hoc denique semper ab Ecclesia communi omnium matre Catholici omnes docti fuerunt & instituti. Quia tamen sæpe in diuinis litteris, nomen adorationis generatim pro quolibet honoris genere sumitur, vt inter Græcos θρησκεία, λατρεία, εὐσέβεια, δουλεία: & quod tot esse proprii honorandi modi debeant quot discrimina excellentiæ numerantur, factum est, vt Ecclesia quæ sapienter suorum liberûm negotia procurat, omnibus denunciaret, tres se tantum religiosi honoris differentias agnoscere quas permittat suis, vt tres quoque excellentiæ gradus distinguit. Excellentia princeps & suprema est Diuina, cui Latria respondet & Theosebia, proprius nimirum vnius Dei honor, si ad amussim loqui placet. Secunda superior humana est, diuina inferior, & in donis muneribusque naturæ cernitur, tum etiam in gratiæ & gloriæ ornamentis: hæc Diuorum propria est, nominata in scholis Dulia, genus honoris politico augustius, sed infinita prope intercapedine à Latria disiunctum. Tertia quoque, sine comparatione, diuina longe minor, sed supra communem Diuorum excellentiam euecta, & multis partibus illustrior, cui proinde meritum decus & cultus quidam insignis debetur, quem Theologi Hyperduliam vocant. Atque eo cultu & religionis officio sanctissima filii Dei humanitas coleretur, si esset ab hypostasi seiugata: Eodem ipso veneramur excellentissimam Virginē Dei matrē propter incredibilia illa ornamenta atq; decora, quibus

res creatas omnes antecellit. Restat quartum excellentiæ quoddam genus naturalis & humanæ, è virtutibus natæ moralibus, è studiis, è dignitatibus, aliisque donis, quæ in communi politia quosdam admirabiles insignesque faciunt. Huic respondet consuetus honor, quem virtute ornatis præstantibusque viris habemus, & illud omne obsequium & reuerẽtia, quæ tribuitur Regibus, Parentibus, & iis omnibus, quorum dominatu & imperio continemur. Huiusmodi honorandi affectiones è natura manantes, ciuiles atque Politicæ dicuntur, sed quæ tamen esse religiosæ possent, sanctæ, & meritoriæ, si hominum mens quæ illa officia tribuit, illam excellentiam, amplitudinem, dignitatem Regum, Principum, Magistratuum, parentum, aliorum, vt à Deo fluentem agnosceret, cum illi sint diuinæ potentiæ quædam veluti expressæ imagines & magnitudinis simulacra. E doctrina magni Pauli hausta hæc est & libata notatio, ita etiam Ephesinam vrbem ad omnem sanctimoniam instituit, *Serui obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo: non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed vt seruum Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate, seruientes sicut Domino & non hominibus.* Chymicæ artis admirandum hoc opus est, vel potius Theologici non Lydii lapidis Christianorum, qui in aurum commutat omnia, qui ex necessitate virtutem ingenerat, vulgaresque actiones supra naturæ ordinem attollit, diuinasque efficit ex humanis.

Ephes. 6. 5. 6. 7.

Ad conciliationem via.

Quis ergo deinceps hanc doctrinam repudiabit? quis negabit expositam distinctionem excellentiæ & honoris? quis cultum Dei parentis meritamque reuerentiam, quis Sanctorum venerationem & quod ad eorum religionem pertinet, vt reliquias, vt imagines, atq; similia aspernabitur? quis obedientiam Regibus, Magistratui obtemperationem, Dominis fidelitatem negandam & refutandam putabit? Quis posthac ausit dicere Deum zelotem ferre ægerrime, si quis colat & obseruet, quos ipse tantis honoribus prosequitur? si in rebus procreatis eum veneramur, pro ratione earum perfectionum, quas ipse fons omnium rerum longe & benigne communicauit? Lutherus cum multa in Sanctorum venerationem effudisset, tandem concludit, *se non tamen putare respuendos aut condemnandos eos esse qui Sanctos adhuc colant.* Nihil magnopere meo iudicio impediat quo minus idem omnes & fateantur & dicant.

Hieron vbi supra ad Riparium, *contra Vigilantiũ. Vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait, Qui vos suscipit me suscipit.* Luth. ep. ad Erphurdienses, habetur to. 7. in farragine Epist. *Quanquam superuacaneum sit sanctos colere, non tamen eos putarim respuendos aut condemnandos esse qui sanctos adhuc colunt.*

DE

DE CORPORIS DEMISSIONE ATque abiectione, de genuum inflectione, alijſque externis ſignis intimæ reuerentiæ.

CAPVT XX.

VIGILANTIVS cum idiotis atque imperitæ multitudini perſuadere vellet à Catholicis adorari Sanctos, & pro DEI Matre nouum in cœlo numen fabricari, D. Hieronymus ſtultam hominis indoctamque impudentiam ita coarguebat, *Quis Catholicorum ô inſanum caput, adorauit vnquam Martyres aut Mariam? quis vnquam exiſtimauit hominem aut vllam creaturam eſſe Deum?* Verumenimuero quoniam actiones, quæ in titulo huius capitis collocantur, certis hominibus metum aliquando iniecerunt, ne noſtra pietas atque religio, in tribuendis honoribus effuſior quam par ſit, & benignior eſſe videatur, age & hanc quoque difficultatem enodemus.

Si Idololatria in externis actionibus conſiſteret, diuinos ſæpe honores viris Principibus atque Regibus adhiberemus, quorum in conſpectu nudatis capitibus ſtamus, accidimus ad genua, totius corporis inclinatione ſternimur, oras Chlamydis atque limbum ſuauiamur, ſellas etiam curules, menſas, lectos, & quæ proxime ad eoſdem referuntur, conſueto honore proſequimur. Contra vero profunda mentis piaque demiſſio, ardens quidam voluntatis affectus ſe coram Deo ad puluerem nihilumque abijcientis, æſtus animorum illi diuini & Enthuſiaſmi, qui in tantæ maieſtatis ſplendore colliqueſcunt, ad latriam minime tum pertinerent, cum corpus molliſſimo in lecto aut ſolio & ſella quieſcit.

Aliud nos diuinitus exarati libri docent. Nam in libro Geneſis A- *Gen. 18. 1.*
brahamum videmus ſub quercu Mambre, ad trium Angelorum pedes, *Gen. 19. 1.*
qui ſe videndos ei obtulerant, incredibili humilitate proſtratum. Loth, *Ioſ. 5. ver. 14.*
Ioſue, Gedeon & Daniel idem omnes fecerunt. Saul etiam pronus *Iud. 7. 15.*
ſe in terram abiecit coram Samuele Propheta. Quodque maxime *Dan. 2. 46.*
ſapere idololatriam videretur, haud raro homines aduerſus alios *1. Reg 28. 14.*
mortales eaſdem ipſas functiones adhibuerunt. Libro tertio Regum *3. Reg. 1. 23.*
Nathan Propheta, cum ad Regem accederet, honorifica totius cor- *3. Reg. 1. 16. De Berſabee.*
poris inflexione ſe abiecit, quod ſepties coram Eſau germano fero- *Geneſis 33. 3.*
ciente Iacob olim præſtiterat, & Moſes in Iethro ſoceri ſui conſpectu. *Exodi 18. 7.* *1. Reg. 20. 41.*

 Imo

Genesis 23. 7.
Num. 22. 31.

Imo Dauid ipse demisso in terram vultu Ionatham amicorum florem & purpuram ter honorauit.

Abraham ante filios Heth, tametsi erant idolorum vanitate irretiti, Balaam coram Angelo, qui animanti, cui insidebat, metum iniecerat, eundem cultum exhibuerunt. Et animaduertendum est ijs omnibus in locis vocem *adorandi* poni, quod ad omne genus honoris ea pertineat, vt notat ipse Lutherus præfatione in fest. Epiphan. & Bullingerus in Præcepta Decalogi. Quod Bibliorum Geneuensium opifices, qui pro animi sui libidine sacras paginas interpretati sunt, aut inscitia, aut quod est vero similius consueta malitia dissimularunt, omnibus in locis, vbi id vocabulum adorandi arma Catholicis subministrare potuit, ad profligandam conficiendamque falsitatem.

Notandum est λατρεύειν & προσκυνεῖν in sacris literis iuxta septuaginta, & inter Hebraeos, vt Mercerus monet vocē שחה *Schachab, τὸ Deo modo tribui verum & creaturis.*
Bullinger. serm. 2 Dec. 1.

Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus in Epistola ad Imperatorem Constantinum & Irenen, idem obseruat circa vocem προσκυνεῖν, quæ c[illegible]m proprie adorare significet, tamen nonnunquam pro ἀσπάζεσθαι, hoc est, salutare sumitur, vel otium φιλεῖν diligere: nam alioqui Patres illi, Vates, & Patriarchæ, de quibus antea meminimus, Idololatræ, & si fas ita loqui, Angelolatræ & Anthropolatræ fuissent.

Tharasius in Epistola ad Imperatorem Constantinum & Irenem illius matrem habetur tom. 3. Concil 2. Concil Nicæn. Act 7. epist 1. Synod.

* Sanctus Anastasius Episcopus Theopoleos in Nicæno Concilio secundo, quæ hoc loco sunt exposita, citauit, atque in omnium luce posuit.

Sunt hæc adoranda quoque, hoc est, exosculanda & amanda, idem enim hæc significant iuxta antiquam Græcam dialecton. Nam προσκυνεῖν, hoc est, adorare, & ἀσπάζεσθαι, id est, amplecti, & φιλεῖν, id [illegible] amare, significat. Præpositio autem πρὸς intensionem significat desiderij, quemadmodum in προσφέρω, à φέρω, κυρῶ & προσκυρῶ, κυνῶ & προσκυνῶ, quod significat amplexum, & vehementem amorem. Nam quod quis φιλεῖ, (hoc est amat) id etiam προσκυνεῖ (hoc est amplectitur) & quod adorat siue amplectitur, nempe προσκυνεῖ, hoc etiam omnino φιλεῖ, id est, amat. Testatur id sane humana natura, & affectio, qua erga amicos sumus affecti; sic enim inter duos res agitur, & hoc modo sibi occursantes agunt. Non solum autem apud Græces hæc loquendi ratio in vsu est, sed in diuina quoque Scriptura idem annotare licet. In libris enim Regum scriptum est: Dauid surrexit & cecidit in faciem suam, & adorauit ter Ionathan, & osculatus est eum. Rursus, nonne Dominus de Pharisæis dicit in Euangelio: Amant primos acubitus in conuiuijs, & salutationes in foro. Certum est ἀσπασμὸν, id est, salutationem, hoc loco à Domino appellari προσκύνησιν, id est, adorationem.

* Sanctus Anastasius Episcopus Theopoleos, in epistola, quæ habetur tomo 3 Concil. 2. Concil. Nicæn. actione quarta. *Nemo autem offendatur in adorationis vocabulo: siquidem & homines & sanctos Angelos adoramus, non autem quod λατρεύειν, hoc est, cultum diuinum exhibeamus: Inquit enim Moses, Deum tuum adorabis, & illi soli λατρείαν præstabis: quo loco diligenter obseruabis, qua ratione posteriori dicto nimirum latria adiecerit, soli adorabis vero, hoc ipsum non est appositum. Quamobrem adorare licet: quid enim aliud est, quam honoris alicui exhibiti, veluti emphasis adoratio? Latria vero nequaquam: neque etiam licebit προσκυνεῖν, quod est proprie Deum adorare.*

Tertullianus libr. de pœnit. cap 9.
Ioannes Chrysost. hom. 66. tom 5. ad pop. ad fin. *Et seruorum crucifixi sepulcra regiis aulis sunt clariora, &c. Nam & ipse, qui purpura indutus est, ac-*

Tertullianus clarissime ostendit Christianos suis temporibus accidere ad genua viris sanctis & virtute præstantibus consueuisse, quod vt notat etiam Pamelius ipse appellat *Charis Dei adgeniculari.* Sanctus Ioannes Chrysostomus ait sæpe eorum hominum monumenta, qui crucifixi ignominiam sibi gloriosam esse duxerunt, longe maiori honore celebrari, quam insanas Regum substructiones atque palatia auro & lapillis distructa, quod ad ea sepulchra conchyliatis ornati vestibus aduo-

Digitized by Google

aduoluantur. Et alio quodam in loco, *Sæpe*, inquit, *eos inuisamus, ad tumulos adoremus, magnaque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem assequamur.*

cedit illa complexurus sepulchra, & suo deposito stat sanctis supplicaturus, vt pro se apud Deum intercedant. Idem Orat. in SS. Mart. Iuuent. & Max.

D. Augustinus sermone 25. de Beatis Apostolis Petro & Paulo ita loquitur, *Beatissimum Petrum piscatorem modo genibus prouolutis adorat gentium multitudo credentium.* Et alias scribit Summos Imperatores idem præstare. *Nunc*, inquit, *ad memoriam piscatoris flectuntur genua Imperatoris, ibi radiant gemmæ diadematis, vbi fulgent beneficia piscatoris.*

S. August. serm. 1. in festo Apostol. Petri & Pauli tomo 10.

Idem serm. 4. in festo.

Conciliatio.

Concludamus igitur pectus aut frontem ferire, accidere ad genua, aduolui, prosterni, aliaque huiusmodi ab effectu animi fluentia, non semper esse latriæ actiones supremique honoris atque cultus: in eoque potissimum elaborandum, vt mens & voluntas optime constituantur, vnde nimirum deuotioni, pietati, religionibusque nostris vis omnis dignitasque accedit. Et in hac etiam re consentimus, sæpe & diligenter populum Christianum esse monendum, & hac doctrina imbuendum, vt diserte Concilium Tridentinum grauissima auctoritate sanciuit, cuius verba hic etiam legere fuerit operæpretium. *Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cæteris docendi munus curamque sustinentibus, & iuxta Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ vsum à primæuis Christianæ religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta, imprimis de Sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu, fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos vna cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre: bonum atque vtile esse suppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere.*

Tridentin. Sess. 25. tom. 4. Concil. de inu. & vener. Reliq. SS. & sacris imaginibus.

DE

DE IMAGINIBVS CHRISTI, B. VIRGINIS, ANGELORVM ET DIVORVM.

CAPVT XXI.

MANICHÆI, qui Christo Domino corpus tantum adumbratum, & inane tribuebant, eius quoque expressas imagines atq; sigilla furiose aspernabantur. Ariani vetabant etiam cultum omnem imaginum, quæ causa fuit, cur Eusebius Actione 6. Concilij Nicæni Secundi Arij labe funestatus argueretur. Iulianus Parabata Christi elegantem imaginem emoliendam curauit, Cæsareæ Philippi vrbe nobili & copiosa, & inusitata vęcordique impudentia, suam effigiem in eius locum substituit. Idem ipse irridebat Christianos, quos Galilæos quasi per contumeliam nominabat, quod Tonantem Iouem pro nihilo habuissent, vt lignum crucis venerarentur. Constantin. Copronymus gemino furore Iconas omnes suis edictis prohibebat. Leo tertius & quartus Imperatores in flammas inijci exurique iubebant. Michael & Theophilus eius filius etiam Imperatores, vix vllas Diuorum effigies, & ne quidem in tabulis pictis, æquis intueri luminib. poterant, Valdenses Cœlitum imagines iniuriam Deo inferre aiebant. Denique numerus semper ingens fuit Iconomachorum & Iconoclastarum, qui & atroci Christianam politiam tumultu atq; fœda perturbatione compleuit.

Augustinus lib. 20. contra Faustum cap. 15. to. 6. *Plane Christus vester phantasmaticus habitet in tali templo sacrilegæ vanitatis: Ille quippe non à similitudine, sed à simulatione simulachrum vocari potest.*

Syn. 7. art. 6. to. 3. Concil. actione 3.

Euseb. Pamphili ab illis in testem aduocatur, qui tamē ab omni Ecclesia Arrianæ hæreseos defensor esse cognoscitur, & ex eo confusionem adstruendo imagines nō recipit.

Cyrillus lib. 6 contra Iulianum post initium to. 2. refert Iuliani verba.

O miseri cum seruentur arma quæ magn⁹ demisit Iupiter, hoc est, pater Martis, pignore dato, non verbo, sed re, quod ciuitatem nostram protecturus sit, cessatis adorare & colere, & interim lignum crucis adoratis, & imagines illius in fronte, & ante domos ponitis. Paul. Diac *de gestis Long lib. 6. c. 14.* Zonaras 3. tom. Annal. Sigeber. in anno Christi 755. 766. 770. Æn. Syl in historia Bohemica cap 15.

Ecclesia contra docet & tuetur, laudatum imaginum vsum fructuosum & admittendum esse, quemadmodum & scripturarum effata & totius vox antiquitatis comprobauit. Nam in Exod. Moysen Deus sic affatur, *Duos quoq; Cherubim aureos & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrumque latus propitiatorij tegant expanden-*

Exodi 25. 18. & 20.

pandentes alas & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium. Et in libro Numerorum, *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet.* Lib. 3. Regum Salomon inter coronulas & plectas, sculpi Cherubinos, Leones & Palmas, & addi ex vtraque parte eleganti & eminenti artificio curauit. Et vt omnes perspicue intelligant Cherubinos effigiem stantis hominis habuisse, videamus definite ac distincte, quæ figura speciesque fuerit Seraphinorum, Cherubinorum & Teraphinorum, de quibus sacræ literæ toties & tam multa memorarunt.

Num. 21. 8.
3. Regum 7. 29.

DE FORMA ET EFFIGIE SERAphinorum, Cherubinorum, & Teraphinorum.

CAPVT XXII.

ISAIAS cap. 6. diuinarum prædictionum Seraphinorum nobis effigiem exprimit in hæc verba: *In anno quo mortuus est Rex Onias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, & clamabat alter ad alterum, & dicebant, Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Et paulo post vers. 6. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meum.* Ex hac oratione facile intelligi potest, Seraphinos in similitudinem adolescentium alatorum, à diuino Vate fuisse conspectos, quandoquidem hic vultus, manus, pedes, alæ nominantur, non quod sint corporati, aut è materia compositi, esse etenim puros spiritus nos superius ostendebamus, sed quod diuinæ Menti placuit sic illos effingere, aut coram & ante oculorum obtutum, aut tantum in animo atque in notione cogitantis Prophetæ.

De Cherubinis frequens mentio in diuina pagina, & eorum sanctissima simulachra effecta sunt à Moyse & Salomone, ab illo in Propitiatorio, ab hoc in Templo. Ita enim Exodi capite vigesimo quinto perscribitur, *Duos Cherubim aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in Propitiatorium.*

De Salomone sic in Paralipom. *Fecit etiam in domo Sancti Sanctorum, Cherubim duos opere statuario, & texit eos auro. Alæ Cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem do-*

mus, & altera quinque cubitos habens alam, tangeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala quinque habebat cubitos, & tangebat parietem, & ala eius altera quinque cubitorum alam Cherub alterius contingebat. Ipsi autem stabant erectis pedibus & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. Quibus in verbis clare depictas alatorum iuuenum effigies constat. Et quidem Hebræorum doctissimi vt memorat R. Dauid Kimhi asseruerunt, vocem Cherub non vnam esse quandam atque simplicem, sed compositam & conglutinatam è litera seruili Caph, & Rub quod pusionem vel adolescentem significat. Et R. Salomon reperiri vtriusque sexus voluit. Quam opinionem minus probabilem, & vt quidam existimant, falsam & ineptam, probat tamen sequiturque Arias Montanus in Descriptione Templi. Æque improbanda reijciendaque videtur superior etymologia: vix enim apud Hebræos Rub רוב pro puero accipitur, sed in dialecto Chaldaica רְבְיָא Rabeia puberem significat, qui adolescere adhuc possit, à verbo רְבָא Reba, quod idem est, ac crescere. Absurda item atque incredibilis Iosephi est opinio, qui 3. Anquitat. capite sexto, vbi de Cherubinis Salomonis, eos describit Animalia volucria, specie noua, & à nullo vnquam homine conspecta: nisi forte animalis vocabulo animam intelligat, & inscientium more Philosophorum, sumere animam velit pro spiritu. Aut vt commodiorem aliquam excusationem excogitemus, nisi dicere voluerit, Salomonem expressisse Cherubinos, quos circa solium diuinitatis Moses olim prouiderat, specie potius animantium ratione præditorum, quam expertium, vtpote qui vultum, manus, pedes, hominisque truncum haberent, alas autem auium. Vel denique fatendum est hominem haud satis fidei splendore illuminatum, rem describere oratione non potuisse, quam ne animo quidem conceperat. Quod ipse alias manifeste profitetur, cum earundem Antiquitatum libro octauo ait, neminem esse mortalium, qui aut verbis, aut animi tantum notione & intelligentia, in se aut in alio explicare satis queat, quæ fuerit Cherubinorum forma & figura. Diuinissimi tamen Vatum libri, quantum humanæ menti satis videri possit, eorum nobis os & effigiem repræsentant. Nunc ad Teraphinos accedamus, de qua voce in autographo Hebraico veteris literaturæ crebra est mentio, quamuis semel tantum, quantum mihi quidem notare licuerit, Latina versio eam vsurparit, nimirum Ose. 3. אֵפוֹד וּתְרָפִים Ephod & Teraphin.

Ariæ Montani in Schemate Templi absurdissima opinio: nam distinctio sexus petitur à materia, quam non habent Angeli, & in resurrectione neq; nubent, *ait* **Dominus,** neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei. Ioseph. Antiq. cap. 6. *Super tegmen vero eius erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubin appellant; ea sunt animalia volucria, specie noua à nullo vnquam hominum conspecta. Hæc dicit Moyses in Dei se vidisse sede figurata.*

Teraphin Hebraica dictio est, quam retinuerunt Symmachus Theodotion & Diuus Hieronymus, ob multiplices variosque significatus, quos pro subiectæ materiæ ratione habere potest, tametsi vbique statuam, & fictum eminensque simulachrum notet. R. Dauid Kimhi & post eum Lyranus, Vatablus, Isidorus Clarius, alijque, formas quasdam fuisse volunt, quibus olim impuri Genij hostes animorum, edebant oracula, & prædictiones rerum futurarum. Sed cum nullam ipsi reddiderint aut reddere possint rationem, minime dubiam atque probabi-

babilem huius interpretationis, cum doctissimo Hieronymo dicendum est, Teraphinum quodcunque genus imaginis non quidem pictæ, sed fictæ solidæque significare.

Paraphrastes Chaldaicus exponit צלמניא thalmanaia, id est, simulachra: Aquila, Theodotio, & post eos Diuus Hieronymus μορφώματα, id est, sculptas figuras. Atque hinc sequitur Teraphinum mediam esse vocem, & quæ religiosam possit effigiem aut superstitiosam, sacram aut prophanam exprimere; quod discrimen ex subiecta quæstione & adiunctis, quæ rem afficiunt, debet intelligi. Vt cum proditur primo libro Regum capite decimo nono, Micholem Saulis filiam in lectulo viri sui collocauisse Teraphim cum puluillo è caprina pelle consuto, loco ipsius Dauidis, qui ad necem quærebatur; perspicuum est non fuisse Numinis superstitiosum idolum, cum credibile non sit in Dauidis domo, ac ne ipsius quidem Saulis palatio, nefaria illa fuisse Dæmonum imitamenta; sed fuisse aliud quodpiam solidum simulacrum, alteriusque generis effigiem, quæ tum quidem per leges concedebatur.

Septuaginta reddiderunt τὰ κενοτάφια, quasi diceres falsa & mendacia simulacra, strata & iacentia in morem tumuli aut feretri, inanis & vacui. Contra libro Geneseos Teraphini, quos Rachel è paterna domo furto asportauerat, & subter stramenta Cameli occuluerat, non alij esse possunt quam idola, quæ Deos suos Laban indigitabat. At ex aduerso Osee capite 3. vox Teraphim eodem in gradu & ordine cum rebus sanctissimis ponitur: nam cum Deus Vatis sui quasi Internuncij ore, populo scelerato minaretur, ita infit: *Dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Teraphim.* Vbi liquido constat, propter Ephod & sacrificij coniunctionem, Teraphim inter res, quæ ad diuinum cultum spectabant, reponi זבח תרפים אפוד Zeuach, Ephod, Teraphim.

D. Hieronymus Commentarijs in Osee scribit hoc tantum loco Teraphim sumi pro Cherubinis & Seraphinis. Septuaginta reddiderunt sine Teraphim ἄνευ δήλων, sine manifestationibus, quasi pius Vates dixisset, erunt absque Prophetis. Et hoc modo id exposuerunt Theodorus & Theodoretus, qui diuinas prædictiones appellant δήλους. Quidam vero eo vocabulo significari putauerunt ea responsa, quæ nuncupata fuerunt אורים תמים Vrim & Tumim, Illuminationes & perfectiones, quas Summus Sacerdos ferebat ἐν λογίῳ, in Rationali, quo pectus illius erat insigne: quod etiam Græci λόγιον dixerunt, ait Iosephus, quia pro oraculo foret Hebræis admirabili quodam gemmarum splendore, Sardonychas ipse fuisse vult, Philo Iudæus libro de Monarchia Smaragdos. Res autem Exodi vigesimo octauo describitur, vbi Sanctus Hieronymus reddidit ἀλήθειαν, hoc est, veritatem, Septuaginta τὴν δήλωσιν, vel τοὺς δήλους, *Manifestationes*, Aquila φωτισμοὺς, *Illuminationes*, quasi Oseas dixisset, aut fatidico illius ore

In Ezech. 21.
1. Reg. 19.
Genes. 31. bis & דמאין, *Demain, quod idem est, vt Iud 17. & 18.*

Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. 1. Reg. 19. 13.

Hieron. ad Marcel. epist. 130. tom. 1.

Afferte illum in lecto ad me vt occidam illum: & venerunt nuncij, & ecce κενοτάφια in lecto: pro cenotaphijs in Hebræo Teraphim, id est, μορφώματα posita sunt, & non decor caprarum, vt nostri codices habent; sed puluillus caprarum pelle consutus, qui intonsis pilis, caput inuoluti in lecto hominis, mentiretur.

Hier. in ca. 3. Osee, tom. 3.

Teraphim proprie appellantur μορφώματα, id est, figuræ & simulachra, quæ nos possumus in præsenti duntaxat loco Cherubim & Seraphim, siue alia quæ in Templi ornamenta fieri iussa sunt, dicere. Verū quia LXX. δήλους, interpretati sunt, pro quibus Aquila φωτισμοὺς transtulit: & hæc ipsa sunt, ἐν λογίῳ, id est, in rationali, hoc intelligimus, quod in pectore & corde Pōtificis, ἀλήθεια καὶ φωτισμοὶ, id est, veritas esse debeat, atq; doctrina, vt nō solū sciat rectā

Digitized by Google

fidem, sed & quod nouerit, possit ore proferre. Exodi 28.30

[illegible] lib.3. Antiq c 9. [illegible] *Pontifex in* [illegible] *bat (Sardo* [illegible]*, quarum na*[illegible] *nō notam nar rare superuacuum puto) micabat alter, quoties lita tum esset is, qui dextrum humerum occupabat, tantumque fulgorem emittebat, vt procul etiam intuentibus conspiceretur, idq; prater naturam suam & consuetudinem: quod certe admirationem meretur apud omnes, nisi qui ex contemptu religionis sapientia opinionem aucupantur. Sed mirabilius est, quod nunc dicturus sum per duodecim gemmas, quas in pectore Pōtifex insutas rationali gestat, in bello victoriā Deus pranunciare solebat: nam priusquam exercitus moueret, tantus fulgor, ex eis emicabat vt toti populo perfacile innotesceret adesse Deum, opemq; & auxilium suum inuocantibus esse allaturum. Quapropter Graci, quotquot à nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita vt negari non possit rationale vocant λόγιον, hoc est, oraculum. Desiit iam rationale, quam sardonix fulgorem emittere annis ducentis antequam hac commentaremur irato Deo, propter legum suarum prauaricationem. Porro gemmas, quas Iosephus Sardonychas appellat, Philo Smaragdos dicit.* Iudic. cap. 18 ver. 14.

Deus, spoliabuntur Pontifice, in cuius Rationali rerum futurarum signa videantur. Aut vt Theophylactus interpretatur, nulla plane illis suppetent signa aut prognostica, quibus animo præcipere res futuras coniectando & diuinando possint. Cui interpretationi fauet maxime Chaldæus Paraphrastes, qui exposuit sine Teraphim וְלֵית אֵפוֹד וּמְחַוֵּי Veleth, Ephod, Vmchaui, hoc est, Non erit Ephod nec responsa reddens: sed hic quidem significatus vocis Teraphim metaphoricus est, cum proprie pro statua, quæ ad cultum religionis spectet, seu vera, seu falsa ponatur. Idque ipsum Teraphinus Michæ, de quibus Iudicum decimo octauo memoratur, contigit: nam cum prius ab Ephrateo tantum quam numina culti fuissent, qui ex tribu Dan erant Hebræi, eosdem postea noua in vrbe, quæ Lais olim dicta, collocauerunt, adhibitis etiam Leuitis, alijsq;, qui statis ac legitimis sacrificijs præessent, apud quos toto eo temporis interuallo manserunt, quo fuit Domus Dei in Silo, vt sacra ipsa historia loquitur. Sed quidquid sit de priuato vsu fusilium statuarum & Teraphinorum, de quibus ijs in locis fit mentio, certum hoc est & exploratum, Teraphinos sumi pro imaginibus certa ex materia fictis, ad religionis cultum & venerationem. Ephod sacrum & religiosum velamen, quod cum eisdem apud Oseam coniungitur, id satis ostēdit, de quo fuerit operæpretium hoc loco reponere, quod est ibidem à S. Hieronymo animaduersum.

Sciendum, inquit, *est Ephod significare indumentum sacerdotale, quod in Exodo & Leuitico à septuaginta* ἐπωμὶς *dicitur, id est, superhumerale, Aquila* ἐπένδυμα, *id est, superindumentum.* Fuerunt autem duo genera Ephod, alterum auro, hyacintho, purpura, cocco, byssoq; contextum, quo tantum Summus Sacerdos vtebatur: alterum è candidissimo linteo, quod Leuitæ cæterique sacrificiorum administri adhibebāt, & de Samuele in diuinis Commentarijs proditum est, *eum accinctum Ephod lineo* in Dei conspectu ministrasse. Atque hæc omnia è sacris literis eruuntur, allataque sunt à præstanti & Summo Doctore Hieronymo varijs in locis, epistola 130. ad Marcellum, cuius initium, *Epistolare officium*, in 3. Caput Oseæ, & libro de Traditionibus Hebraicis in Genesin.

1. Regum 2. 18.

Huius tanti viri auctoritas nos monet, vt ad illustandam hanc disputationem de imaginibus, Patrum mentem atque sententias exquiramus; sed quid sit in Ecclesiæ historia consignatum prius videndum.

Sanctus Ambrosius libro de Salomone cap. 5.

Minus probabiliter putat fuisse Martham Lazari sororem, nam ciuem fuisse Cæsarea Philippi testantur Eusebius, & Sozomenus lib. 5. cap. 21. Meminit & Theophylactus.

Euse-

Euſebius Cæſarienſis in memoria veteris Eccleſiæ refert inuſitatum prodigium ſuis temporibus fieri ſolitum, herbulæ vi ac virtute, prioribus ſæculis ignotæ, quæ ad baſim ænei ſimulachri naſcebatur. Id autem collocatum olim fuerat ab Hæmorrhoiſſa muliere, cuius D. Matthæus meminit c. 9. verſ. 21. prædicandi beneficii gratia, & ad omnem poſteritatis memoriam propagandi, quod à Mundi Seruatore perceperat ſacræ veſtis attactu. Additq; oculatum ſe teſtem illa prodere, in eundem ſeſe locum videndi gratia contuliſſe, non modo à ſe repertam inibi Chriſti imaginem, verum etiam & D. Petri atq; Pauli Apoſtolorum effigiès, læta picturæ varietate & viuis coloribus expreſſas, atq; ad eam diem magna cura & religione conſeruatas. Florebat autem Euſebius anno poſt Chriſtum 320. Idem ipſe lib. de Demonſtrat. Euangel. æuo ſuo locum etiam illum oſtendiait, in quo tres beatos ſpiritus Abrahamus excepit, atque ibidem fuiſſe Terebinthum vbi olim quercus Mambre patulis diffuſa ramis excreuerat, hinc inde duos videri adoleſcentes qui tertium quendam Chriſtum Ieſum forma & lineamentis adumbrantem honoribus proſequebantur.

Euſebius lib. 7. c. 14. *Pro foribus domus illius æneam mulieris effigiem genibus flexu, & manibus inſtar ſupplicantis in anteriorem partem extenſis, &c.* ἐγγράφως ἀνακείμενας εἰκόνας.

Idem *Euſeb. l 5. c. 9.*

Euagrius l. 4. cap. 26. narrat Chriſtum Seruatorem, cum linteum ori admonuiſſet, ſuique vultus in eo imaginem expreſſiſſet, id deinde miſiſſe ad Abagarum Edeſſæ Regem, à qua poſtea effigie, multa ſint miracula noua & inaudita patrata. Idem etiam memorat lib. 5. cap. 18. quemadmodum homo impius & conſceleratus Anatolius à Dei matre fuit repudiatus & contemptus, cum ante pictam illius imaginem, manibus à tergo reuinctis ſupplex accidiſſet, quem etiam deuoratum à Leonibus poſtea ferunt. D. Athanaſius cap. 39. earum Quæſtionum quæ illi vulgo tribuuntur ad Principem Antiochum miſſæ, iis omnibus à quibus idololatriæ & ſuperſtitionis arguimur in imaginibus honorandis, aperte ſignificat, non in ſaxa aut lignum pietatem Chriſtianam tendere, aut abiecta ſimilium rerum humilitate definiri, ſed Prototypi cultu & honore, vt cum olim Iacob, ex ſeptuaginta verſione & mente Apoſtoli, extremam partem virgæ Ioſephi adorauit, non ſceptrum, ſed eum potius à quo ſceptrum tenebatur honorabat. Et cum Iudæi aut Legis Tabulas, aut ſculptos auro Cherubinos communi religione venerabantur, non lapidi aut metallo honorem, ſed earum rerum autori Deo adhibebant. Sapientiſſimi Athanaſiii verba hæc ſunt, Non vt Deos adoramus imagines nos qui fideles ſumus, abſit, vt Ethnici faciunt ſed ſolummodo affectionem ac amorem animi noſtri quo erga characterem imaginis affecti ſumus, ſignificamus. Et quemadmodum Iacob iam morti vicinus ſuper extremo ſcipionis Ioſephum adorauit non baculum honore afficiens, ſed eum a quo is tenebatur: Sic & nos fideles non propter aliam aliquam rationem imagines ſalutamus & exoſculamur, cum hoc faciamus quomodo etiam patres aut amicos oſculo ac ſalute excipimus. Paulo vero poſt eos qui vituperant imagines ἀνοήτους furioſos & amentes appellat, additque ſæpe ab imaginibus oleum ſ. aturire

Euagrius *l. 5. c. 18. Anatolius ad imaginem.*

Idem *lib. 5. c. 18.*

Anatolius ad imaginem quandam Mariæ Deiparæ fune in carcere ſublimem appenſam accurrens, manibus à tergo complicatis, ſe ei ſupplicare preceſque adhibere oſtendit. Illa autem eũ velut ſacrilegum deteſtata & vt Deo inuiſum, coarguens penitus à ſe auertit. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ 70. *Adorauit faſtigium Virgæ eius* Paul. ad Heb. 11 21. ita Chryſoſtom. hom. *66.* Theod. 3. to. conc. actione 5. quæ. 108. Leontius & Hadrianus Papa. in Actis 2 Synodi Nicenæ. actione 2. in epiſtola ad Thaſium. De ipſius Iacobi Scipione, Diodorus, & Gennadius. Hebræum מטה *puncta diuerſa recipit, ſi ſcribas chirik & cametes, erit* מִטָּה *mattch & lectum ſignificabit, ſi vero*

Google

ſum, vnam etiam quandam à ſagitta ictam cruorem miſiſſe. Denique refert pium quendam religioſumque virum imaginis Dei matris ope ac beneficio à Dæmonis importuna violentia liberatum.

ubi ſcribas patah & Segol erit מַטֶּה *matteh, & ſignificabit virgam ſeu baculũ Exod. 4. 3.* Athanaſ *ex centum capitibus ad principem* *Antiochum c. 39.* ἔχω ὡς θεὸς ... τὰς εἰκόνας οἱ πιστοὶ ἴδωσιν, ἀλλὰ μόνον τὴν χάριν τῆς τὴν ἀγάπην τῆς ψυχῆς ἡμῶν τῆς πρὸς τὸν χαρακτῆρα τῆς εἰκόνος ἐμφανίζομεν.

Baſil. *l. de Spiritu S. c. 18.* Ariſt. *l. de Reminiſcentia. Idem eſt motus imaginationis in imaginem & in imaginatum.*

S. Baſilius lib. de Spiritu ſancto Ariſtotelis etiam rationem profert, atque motum animi in effigiem atque oris ſimulacrum, non eſſe quidpiam, quod per ſe tantum intelligi queat, ſed reſpectum habere ad illud quod imagine repræſentatur. Et vt ille contumelia Genitorem afficit, qui filium non honorat, ita qui imaginem deſpuit & auerſatur, illi ipſi qui eadem exprimitur, dedecoris labem ignominiæque imponit. ὁ μὴ τιμῶν τὴν εἰκόνα, οὐδὲ τὸ εἰκονιζόμενον τιμᾷ. Idem ſummus clariſſimuſque doctor altera Actione Secundæ Synodi laudatus, aduerſus Iulianum ita ſcribit, *Hiſtorias imaginum illorum* (Sanctorum) *honoro & palam adoro: hoc enim nobis traditum à Sanctis Apoſtolis non eſt prohibendum: ſed in omnibus Eccleſiis noſtris eorum hiſtorias erigimus.* Et oratione de S. Barlaam ait iconem fortiſſimi hujus martyris in Eccleſia pictam cum aduſta eius manu fuiſſe.

Citatur ab Hadriano Papa 1. in Sept. Synod. Act. 2. to 3. Concil.

S. Gregorius Nazianzenus Orat. in laudem Heronis Philoſophi, *Angelis*, inquit, *cum modo corporeo informantur, condida veſtis atque ſplendida, &c. nitida porrectaque facies tribui ſolet ad deſignandam ni fallor naturæ illorum puritatem.* D. Gregor. Nyſſen. in Encomio S. Theodori narrat, huius diuini & conſtantiſſimi athletæ glorioſa certamina, fuiſſe in quodam templo ab optimis pictoribus expreſſa, cum effigie Chriſti Seruatoris, ſpectaculi præſidis atque agonothetæ, docetque imprimis caſtæ picturæ varietatẽ, ad illuſtria Martyrum facinora adhibitam nimium quantum intuentibus prodeſſe, & tandem ita concludit, *ſolet etiam pictura tacens in pariete loqui, maximamque vtilitatem adferre.* Idem ſcribens in Cantica de ſe profitetur magnam vim lachrymarum profudiſſe, cum depictam Abrahami hiſtoriam vidiſſet natum ſuum multo iucundiſſimum immolare conãtis. Aſterius item pie collactymatus eſt, cum in Templi cuiuſdã pariete conſueretur Euphemiam, Dei cauſa vitam in acerbo cruciatu ponentem, vt in ſecundo Concilio Nicæno perſcribitur. S. Ioannes Chryſoſt. in Liturgia quam latinam fecit Eraſmus & inter eius Opera Tomo 5. repetitur, accurate recenſet quibus ceremoniis piaque pompa Sacerdos Euangelii defert librum, Acolytho cum ſplendida face præeunte alternis hinc inde concinente chori Symphonia, & quomodo Chriſti effigiem inter oſtia duo locatam flexo capite veneratur.

Idem Nyſſenus citatus in epiſt. Hadriani, quam ſcribit ad Conſtantinum & Ireneus. Act. 2. 7. Syno. *Vidi non infrequenter paſſionis figuram, neque ſine lachrymis eiuſcemodi picturam tranſii. Habetur eximia narratio ſacrificii Abraham apud eundem Nyſſenum in oratione de Deitate filii & Spiritus Sancti, cui inſerta eſt laudatio Patriarchæ Abrahæ.*

Aſterius Epiſcopus Amaſeæ in Ecphraſi in Euphemiam martyrem Actione 4. ſeptimæ Synodi tom. 3. Conc. *Sed lacrymas fundo, nam & mihi hæc paſſio vocẽ aufert, vt amplius loqui nequeam, nam tam exacte ſanguinis guttas Pictor defluentes depinxerat, vt putaueris à labiis profluere.*

Chryſoſt. in Liturgia ſiue Miſſa tom. 5. operum *Sacerdos conuerſus ad Chriſti imaginem inter duo oſtia inflexo capite cũ exclamatione dicit hanc orationem.*

Alias item populum mirifice commendat, & in laude gloriaque ponit, quod Martyris Meletii imaginem vbique pingendam & exprimendam

mendam curasset. Nec minus mihi notanda animoque excipienda videntur verba Cyrilli Alexandrini doctissimi iuxta sanctissimique scriptoris cum ad Theodosium scribens ita insit, *Honorandæ sunt imagines propter archetypa.* Iis autem quæ de Hæmorrhoissa autore Eusebio diximus addit Sozomenus cum impius Iulianus in locum statuę Seruatoris suam substituisset, ignem è vestigio lapsum diuinitus & immissum, qui adumbratum illum Iulianum comminuit & caput à trunco, pectus à reliquo corpore separauit. Barbari ea re ferocientes cum Christi imaginem summa violentia quassarent, fregerunt eam quidem furibunde & inexpiabili fraude insanientes, sed Christiani collectis studiose fragmentis in templo eam denuo restitutam collocauerunt, vbi religiosissime asseruabatur. Theodoretus Simeonem Styliten in tanta Romæ opinione fuisse ita cultum honoratumque scribit, vt publicis priuatisque in locis, in porticibus, in atriis, in officinis eius effigies poneretur cum omnes eum veluti vitæ præsidem ducem & conseruatorem habere vellent.

Αἱ' ... ἀρχέτυπα.

Sozomen. *l. 5. hist. c. 20.*

Theodor. in Sim. Styl. habetur in historia veterum patrum. *Aiunt enim Romæ eum fuisse adeo omnium sermone celebratũ vt in officinarum omnibus vestibulis & porticibus ei paruas posuerint imagines, hinc sibi præsidium & tutelam parantes.*

Tertullianus inter Latinos libro secundo, contra Marcionem capite vigesimo secundo, vulgari obiectioni respondet è capite vigesimo, Exodi promptæ, vbi Deus Optim. Maxim. sculptam omnem imaginem prohibet, ait enim id præceptum idola tantum & eas imagines vetare, quæ errore impio illigare mentes hominum possunt, atque in fraudem flagitiosam impellere. Argumento id esse queat, quod cum de cœlo, terra, & oceano verba fecisset, adiunxit *Non adorabitis ea neque seruietis illis,* significare cupiens, non omne genus figurarum atque iconum prohibere se, at tantum ea quæ homines latriæ cultu honorarent. Nam alioqui cur serpens ęneus erectus foret? cur Cherubini & Seraphini ore eminenti in Arca expressi?

Tertull. lib. 2. aduersus Marcionem. c. 22. *Proinde & similitudinem vetans fieri omnium quæ in cœlo, & in terra, & in aquis, ostendit & causas, Idololatriæ scilicet substantiam cohibentes, subiicit enim, Non adorabitis ea, neque seruietis illis, serpentis autem ænei effigies, &c. Cherubin & Seraphin aurea in arca figuratum exemplum, &c. Longe diuersas habeto causas ab Idololatria conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur, similitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur.*

Idem libro de Pudicitia scribit CHRISTI vindicis hominum effigiem in humeris ouem gestantis, pictam olim in Calicibus & colorum varietate insignem fuisse. Sanctus Ambrosius sermon. de S. Geruasio & Protasio sibi de nocte homines tres subito apparuisse commemorat, quorum Principem D. Paulum esse cognouit è pictura quam aliquando oculis vsurpauerat. Prudentius hymno in Cassianum ait se in templum illius inuicti strenuique Martyris ingressum, oculos cum extulisset, animaduertisse illius imaginem flore colorum eximio distinctam & collucentem. Et in Hippolyti Epicedio refert seruari illius effigiem & martyrium etiam picturis adumbratum videri. Diuus Hieronymus sanctissimam Paulam testatur ante Crucis simulacrum

Tertul. l. de pudicitia c. 7.

Ambros. epist. 53. quæ est prima lib. 7. to. 1. *Tertia vero nocte, defecto iam corpore, non dormienti, sed stupenti, cum quadam mihi tertia apparuerunt persona, quæ similis esse beato Paulo Apostolo videbatur, cuius me vultũ pictura docuerat, in tãtum*

vt ipse mecum illis tacentibus loqueretur, &c. Prud. de S. Cassiano *Erexi ad cœlum faciem, stetit obuia contra, fucis colorum imago martyris picta.* Idem Prudent. *Picta super tumulum liquidis species vinget vmbris, effigians facti membra cruenta viri.* Hieron. epist. ad Eust 27. Epitaph. Paulæ matris, paulo post initium, to 1.

stratam & abiectam, tanto æstu ardoris & pietatis eandem adorauisse, ac si coram in ea pendentem mundi Seruatorem intueretur. D. Augustinus in Harmonia Euangelica Dei prouidentiam mirifice ornat & extollit, quam illustrem esse videbat in fraudibus Ethnicorum aperiendis, qui excogitata malitia Commentarium vnum de Magia in lucem emiserūt, quod elucubratum à Christo Iesu aiebant, & vt res tota ad similitudinem veri accederet, dicatum id etiam ab eodem esse voluerunt Petro & Paulo, quos illius sectatores fuisse opinabantur & ex æquo familiares: errore decepti, quod eos sæpe vidissent simul pictos & Christum intermedium: quodque pio ecclesiæ more festos illis dies consecratos celebremque memoriam intelligerent.

Prostratā ante crucē, quasi pendentem Dominum cerneret adorabat August de consensu euang. lib 1. c 10 to 4. *Credo quod pluribus locis simul eos cum illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eundem passionis diem celebrius, & solemniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt, qui Christum & Apostolos eius, nō in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus quæsierunt. Nec mirum si à pingentibus fingentes decepti sunt.*

Greg. l. 9. epist. 9 ad Serenum.

Et quidem quia eas adorari vetuisses omnino laudauimus, fregisse vero reprehendimus. Dic frater à quo factum vnquam sacerdote aliquando auditū est, quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare ne despectis aliis fratribus solum te sanctum, & esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus.

Ibidem.

*Frangi vero non debuit quod non adorandum in Ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes nescientium fuerat collocatum: Et quia in locis venerabilibus sāctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit si Zelum discretione condisses &c. non culpa dispersoris incumbe-*r… Idem Gregorius Secundino seruo Dei incluso ep. 53 l. 7. in fine.

Magnus Gregorius epistola ad Serenum Antistitem Massiliensem eum grauissime reprehendit quod imagines comminuisset ne à populo adorarentur, in quo laudat illius quidem in tuenda religionis integritate voluntatem, sed imprudentis animi consilium & temeritatem arguit. Docet deinde aliud esse imaginem adorare, & illa vti ad euocandam & excitandam religionem non debuisse illum id moliri & tentare, quod nullus antea Episcopus, nullus Sacerdos aggrediundum putauisset: esse indicium arrogantis superbiæ id repudiare, quod communi omnes consensione recipiunt: sublatum ab eo librum idiotis vtilem & fructuosum, cum imagines remouisset: aliud esse adorare picturam, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere: non illius fuisse pudoris atque modestiæ id frangere quod ad populum instituendum non decipiendum proponebatur: non sine grauissima ratione probatas omni antiquitati fuisse imagines. Audax ab eo facinus admissum qui reiiceret quod vna mente omnes admitterent. Libro vero 7. Epistolarum ita scribit ad Secundinum: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogasti misimus; Vnde valde nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde tota intentione diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Absre non facimus si per visibilia inuisibilia demonstramus.* Et paulo post, *Scio quidem quod imaginem Saluatoris nostri non ideo petis vt quasi Deum colas, sed vt ob recordationem filii Dei in eius amore recalescas cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur: sed illum adoramus quem per imaginem aut natum aut passum, sed in throno sedentem recordamur. Et dum nobis pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit animum nostrum aut de resurrectione lætificat aut de passione demulcet: idcirco direximus tibi surtarias duas imaginem Dei Saluatoris & sanctæ Dei genitricis Mariæ beatorumque Apostolorum Petri & Pauli continentes per supradictum filium nostrum, & vnam crucem, clauem etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorū principis, vt per*

illum

illum à maligno sis defensus per cuius signum munitum te esse credis. Venerabilis Beda de Templo Salomonis disputans eos arguit qui sacras iconas retinere metuunt propter id præceptum *Non facies tibi sculptile*, eosque remittit ad palmas, malogranata, Cherubinos, serpentem æneum, aliasque rerum species, quæ in diuinis literis pictæ bono in lumine collocantur. Docet item picturam à Græcis appellatam ζωγραφίαν, quasi viuam scriptionem, quod expressius quàm nuda oratio vnius historiæ veritaté repræsentet. Addit deinde si nullum in eo incommodum sit vt duodecim boues imitatione effingantur, qui mare æneum sustineant, quæ tandem culpæ & prolapsionis suspicio sit, duodecim Apostolos effingere, quorum beneficio lauacri salutaris vnda abluti sumus.

Beda de Templ. Salo. c. 19.

Sed vt finem & modum aliquem huic disputationi faciamus, probatus fuit imaginum vsus in Nicæno Concilio secundo, vt hactenus sæpe diximus, Lateranensibus tribus sub Gregorio 2. Gregorio 3. & Stephano Papa, Francofurdensi item, & denique in Concilio Tridentino sessione 25. Et quoniam Iconomachi identidem in ore habebant *Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra; Non adorabis ea neque coles, Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes.* Supradictum Concilium Nicænum, in quo trecenti sexaginta Episcopi fuerunt, Anathema in eos pronunciauit, qui Idolum & Imaginem eandem rem esse dicunt, cum alterũ prohibitum sit, permissum alterum. Idolum, inquit Tertullianus, per diminutionem fit ab εἴδος, & exiguam figuram significat aut imaginem vanam: apud Hebræos est Elilim ab Elil quod idem est quod vmbra, somnium, mendacium, vanitas. Eadem est Origenis animaduersio hom. 8. in 20. Exodi. Prætereaque docet prohibitionem idolorum eo pertinere, vt vnus tantum adoretur Deus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, sic vt nullum aliud Numen agnoscamus, & bellum infinitum & exitiosum, & vt ipse loquitur ἄσπονδον πόλεμον omnibus aliis numinibus indicamus, cum vnica sit in orbe terrarum & totius naturæ complexu diuinitas, quę populum appellet suum *Populum peculiarem*, περιούσιον, inquit Theodoretus, vel vt vertit Symmachus ἐξαίρετον, electum & eximium, quod vtrumque sit vnicum. Et paulo post quæstione 38. Theodoretus idem exponit discrimen imaginem inter & idolum, quidque adorare propriè sit, quid colere, in vestigia Origenis ingressus, aitque vtrumque distinctè & sigillatim Dei præpotentis ore fuisse prohibitum, quem vnum adorare par est & colere.

Trid sess. 25. decreto 2. to. 4.
Exod 10. 4. 5
2 Cōc Nic. in Anathematismis to. 3. Conc actione 7. Nos venerandas imagines suscepimus, nos qui secus sentiunt anathemate percellimus. Quicunque sententias sacræ Scripturæ de Idolis contra venerandas imagines adducũt, Anathema. Qui venerandas imagines idola appellant. Anathema.
Tertul. lib. de idololatria initio.
εἶδος Græcè formam sonat; ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum atque apud nos formulam fecit. Non facietis vobis vana.
אֱלִילִם *Elilim. Leuit. 26. 1.*
Theod. q. 15 in c. 19. Exodi.
Origen homil. 8 in cap. 20. Exod *Longe aliud sunt idola, & aliud, Dii, sicut ipse nos Apostolus docet, nam de Diis dixit, Sicut sunt Dii multi & Domini multi; de idolis autem dicit, quia nihil est idolum in mundo.* Paulo post. *Sciendum tamen est, quod cum decreueris præcepti eius seruare mandatum, & omnes cæteros Deos & Dominos repudiare, & præter vnum Deum & Dominum neminem habere, vel Deum, vel Dominum, hoc est, bellum denunciasse sine fœdere omnibus cæteris. Cum ergo venimus ad gratiam Baptismi vniuersis aliis Diis & Dominis renunciantes, solum confitemur, Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum.*

Atque ex hac explicatione constat non imagines diuino imperio & lege prohiberi, sed præposterum imaginum vsum, qui in cultum i-

Idem quæst. 38. *Idolum nihil repræsentat, quod sub-*

Digitized by Google

vt ipse mecum illis tacentibus loqueretur, &c. Prud. de S. Cassiano *Erexi ad cælum faciem, stetit obuia contra, fusis colorum imago martyris picta.* Idem Prudent. *Picta super tumulum liquidis species viget vmbris, effigians facti membra cruenta viri.* Hieron. epist. ad Eust. 27. Epitaph. Paulæ matris, paulo post initium, to 1.

stratam & abiectam, tanto æstu ardoris & pietatis eandem adorauisse, ac si coram in ea pendentem mundi Seruatorem intueretur. D. Augustinus in Harmonia Euangelica Dei prouidentiam mirifice ornat & extollit, quam illustrem esse videbat in fraudibus Ethnicorum aperiendis, qui excogitata malitia Commentarium vnum de Magia in lucem emiserũt, quod elucubratum à Christo Iesu aiebant, & vt res tota ad similitudinem veri accederet, dicatum id etiam ab eodem esse volerunt Petro & Paulo, quos illius sectatores fuisse opinabantur & ex æquo familiares: errore decepti, quod eos sæpe vidissent simul pictos & Christum intermedium: quodque pio ecclesiæ more festos illis dies consecratos celebremque memoriam intelligerent.

Prostrata ante crucē, quasi pendentem Dominum cerneret adorabat. August. de consensu euang. lib 1. c 10 to 4. *Credo quod pluribus locis simul eos cum illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eundem passionis diem celebrius, & solemniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt, qui Christum & Apostolos eius, nō in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus quæsierunt. Nec mirum si à pingentibus fingentes decepti sunt.*

Greg. l. 9. epist. 9 ad Serenum.

Et quidem quia eas adorari vetuisses omnino laudauimus, fregisse vero reprehendimus. Dic frater à quo factum vnquam sacerdote aliquando auditũ est, quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit reuocare ne despectis aliis fratribus solum te sanctum, & esse crederes sapientem? Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus.

Ibidem.

Frangi vero non debuit quod non adorandum in Ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes nescientium fuerat collocatum: Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit si zelum discretione condiisses &c. non culpa dispersoris incumberet. Idem Gregorius Secundino seruo Dei incluso ep. 53. l. 7. in fine.

Magnus Gregorius epistola ad Serenum Antistitem Massiliensem cum grauissime reprehendit quod imagines comminuisset ne à populo adorarentur, in quo laudat illius quidem in tuenda religionis integritate voluntatem, sed imprudentis animi consilium & temeritatem arguit. Docet deinde aliud esse imaginem adorare, & illa vti ad euocandam & excitandam religionem non debuisse illum id moliri & tentare, quod nullus antea Episcopus, nullus Sacerdos aggrediundum putauisset: esse indicium arrogantis superbiæ id repudiare, quod communi omnes consensione recipiunt: sublatum ab eo librum idiotis vtilem & fructuosum, cum imagines remouisset: aliud esse adorare picturam, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere: non illius fuisse pudoris atque modestiæ id frangere quod ad populum instituendum non decipiendum proponebatur: non sine grauissima ratione probatas omni antiquitati fuisse imagines. Audax ab eo facinus admissum qui reiiceret quod vna mente omnes admitterent. Libro vero 7. Epistolarum ita scribit ad Secundinum: *Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogasti misimus; Vnde valde nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde tota intentione diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Abs re non facimus si per visibilia inuisibilia demonstramus.* Et paulo post, *Scio quidem quod imaginem Saluatoris nostri non ideo petis vt quasi Deum colas, sed vt ob recordationem filii Dei in eius amore recalescas cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur: sed illum adoramus quem per imaginem aut natum aut passum, sed in throno sedentem recordamur. Et dum nobis pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit animum nostrum aut de resurrectione lætificat aut de passione demulcet: idcirco direximus tibi surtarias duas imaginem Dei Saluatoris & sanctæ Dei genitricis Mariæ beatorumque Apostolorum Petri & Pauli continentes per supradictum filium nostrum, & vnam crucem, clauem etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorũ principis, vt per illum*

illum à maligno sis defensus per cuius signum munitum te esse credis. Venerabilis Beda de Templo Salomonis disputans eos arguit qui sacras iconas retinere metuunt propter id præceptum *Non facies tibi sculptile*, eosque remittit ad palmas, malogranata, Cherubinos, serpentem æneum, aliasque rerum species, quæ in diuinis literis pictæ bono in lumine collocantur. Docet item picturam à Græcis appellatam ζωγραφίαν, quasi viuam scriptionem, quod expressius quàm nuda oratio vnius historiæ veritatē repræsentet. Addit deinde si nullum in eo incommodum sit vt duodecim boues imitatione effingantur, qui mare æneum sustineant, quæ tandem culpæ & prolapsionis suspicio sit, duodecim Apostolos effingere, quorum beneficio lauacri salutaris vnda abluti sumus.

Beda de Templ. Salo. c. 19.

Sed vt finem & modum aliquem huic disputationi faciamus, probatus fuit imaginum vsus in Nicæno Concilio secundo, vt hactenus sæpe diximus, Lateranensibus tribus sub Gregorio 2. Gregorio 3. & Stephano Papa, Francofurdensi item, & denique in Concilio Tridentino sessione 25. Et quoniam Iconomachi identidem in ore habebant *Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra; Non adorabis ea neque coles, Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes.* Supradictum Concilium Nicænum, in quo trecenti sexaginta Episcopi fuerunt, Anathema in eos pronunciauit, qui Idolum & Imaginem eandem rem esse dicunt, cum alterū prohibitum sit, permissum alterum. Idolum, inquit Tertullianus, per diminutionem fit ab εἴδος, & exiguam figuram significat aut imaginem vanam: apud Hebræos est Elilim ab Elil quod idem est quod vmbra, somnium, mendacium, vanitas. Eadem est Origenis animaduersio hom. 8. in 20. Exodi. Prætereaque docet prohibitionem idolorum eo pertinere, vt vnus tantum adoretur Deus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, sic vt nullum aliud Numen agnoscamus, & bellum infinitum & exitiosum, & vt ipse loquitur ἄσπονδον πόλεμον omnibus aliis numinibus indicamus, cum vnica sit in orbe terrarum & totius naturæ complexu diuinitas, quę populum appellet suum *Populum peculiarem*, περιούσιον, inquit Theodoretus, vel vt vertit Symmachus ἐξαίρετον, electum & eximium, quod vtrumque sit vnicum. Et paulo post quæstione 38. Theodoretus idem exponit discrimen imaginem inter & idolum, quidque adorare propriè sit, quid colere, in vestigia Origenis ingressus, aitque vtrumque distinctè & sigillatim Dei præpotentis ore fuisse prohibitum, quem vnum adorare par est & colere.

Trid sess. 25. decreto 2. to. 4. *Exod* 10. 4 5 [sic]

2 Cōc Nic. in Anathematismis to. 3. Conc actione 7. Nos venerandas imagines suscipimus, nos qui secus faxint anathemate percellimus. Quicunque sententias sacræ Scripturæ de Idolis contra venerandas imagines adducūt, Anathema. Qui venerandas imagines idola appellant. Anathema.

Tertul. lib. de idololatria initio.

εἴδος Græcè formam sonat; ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum atque apud nos formulam fecit.

Non facietis vobis vana. אֱלִילִם Elilim. Leuit. 26. a.

Theod. q. 35 in c. 19. Exodi.

Origen homil. 8 in cap. 20. Exod *Longe aliud sunt idola, & aliud, Dii, sicut ipse nos Apostolus docet, nam de Diis dixit, Sicut sunt Dii multi & Domini multi; de idolis autem dicit, quia nihil est idolum in mundo.* Paulo post. *Sciendum tamen est, quod cum decreueris præcepti eius seruare mandatum, & omnes cæteros Deos & Dominos repudiare, & præter vnum Deum & Dominum neminem habere. vel Deum, vel Dominum, hoc est, bellum denunciasse sine fœdere omnibus cæteris. Cum ergo venimus ad gratiam Baptismi vniuersis aliis Diis & Dominis renunciantes, solum confitemur, Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum.*

Atque ex hac explicatione constat non imagines diuino imperio & lege prohiberi, sed præposterum imaginum vsum, qui in cultum idolorum

Idem quæst. 38. *Idolum nihil repræsentat, quod sub-*

Digitized by Google

dolorum impium superstitionemque degenerat. Cæterum inter Christianos nullum scelus minus periculosum est & reformidandum, quàm idololatria, quæ maximè timeri potuit in Hebræis: Et tamen in ea hominum perfidiosa lenitate, & populi Iudaici periculo, quasdam illi cõcessas fuisse imagines videmus: cur igitur nobis prohiberentur? Præterea cur maior superstitio & impietas esse videretur: in honorandis Christi & Beatorũ imaginibus, quàm in erigendis & publicè collocãdis simulacris summorum Pontificum, Imperatorũ, Regum, amicorum etiam nostrorum atq; affinium? Cur Beza ipse hominũ, vt ipse vocat, illustrium effigies in luce & conspectu poni voluit? Quis tam hospes atque peregrinus est in historiarum monumentis, qui nesciat, Tiberii Imperatoris statuam post eius fatum triumphasse? Harmodii & Aristogitenis imagines diuinis prope honoribus cultas à Rhodiis, quod ipsi quondam fortes & magno animo viri patriam suam impio dominatu liberauissent?

sistat; similitudo verò est alicuius imago & effigies. Quum ergo Græci quasdam formas minime subsistentes effingunt veluti Sphingas, Tristonas & Centauros, Ægyptii verò κυνοκεφάλους, id est homines canino vultu, Bucephalos: tales rerum nõ subsistentium fictiones idola vocat: similitudines autem rerũ subsistentium imagines, veluti solis, lunæ, stellarum, hominum, belluarum, reptilium & his similium. Quæ omnia vetat adorare aut colere, atqui non temere prohibuit vtrumque: sed quia sæpe contingit, quosdam humano metu perterritos, tam idola, quàm similitudines adorare, non tamen animo colere, propterea docuit vtrumq; esse impium.

In Lege *Famosi* ponitur, eũ teneri violatæ maiestatis crimine, qui cœno aut lapide statuam Imperatoris volens attigisset. Et quidem Imperatoris Domitiani temporibus scimus mulierem quandam, vt est apud Ælium Spartianum, extremo supplicio addictam, quod ad statuam illius Imperatoris stolam mutasset. Et sub Antonino Caracalla fuit etiam ex eodem auctore capitale, eo in loco vrinam fecisse, in quo statuæ aut imagines erant Principis. Seneca libr. 3. de Beneficiis primarium scribit Romanum ciuem, qui prætoriis ornamentis erat insignis, in capitis periculum venisse, quod manum tum matellæ admouisset, cum gemmam haberet in annulo, in qua sculpta fuit Cæsaris Tiberii imago. Alius quidam exquisitis suppliciis fuit necatus, vt ex Philostrato notat Lipsius in eum Senecæ locum, quod verberibus seruum multasset, qui nummum haberet Principis effigie sculptum & descriptum. Ad hæc addit Suetonius sub Tiberii principatu quatuor res capitales fuisse habitas, circa Augusti simulacrum seruum cecidisse, vestem mutasse, nummo vel annulo effigiem impressam, latrinæ aut lupanari intulisse, dictũ vllum factumve eius existimatione aliqua læsisse. Et in hanc rem legendus esset Iurisconsultus Scæuola Leg. *Senatusconsulto.* D. *de iniuriis.* & Callistratus L. *Ca-pitalium.*

l. famosi D. ad legem Iuliam Maiest.
Famosi qui ius accusandi nõ habẽt, sine vlla dubitatione admittuntur in hanc accusationem (*scil. maiestatis*) & in fr. *Crimine maiestatis facto, violatis vel statuis, vel imaginib. maxime exacerbatur in milites.* Aelius Spartianus in Antonino Caracalla, sub initium.
Damnati sunt eo tempore qui vrinam in eo loco fecerant, in quo statua aut imagines erant principis, & qui coronas eius imaginib. detraxerant, vt alias ponerent.
Seneca l. 3. de Beneficiis. num. 26. *Cœnabat Paulus Prætorius in conuiuio quodam, imaginem Tyberii Cæsaris habens ectypam, & eminente gemma, rem ineptissimam fecero, si nunc verba quæsiero, quemadmodum dicam illum matellam sumpsisse, quod factum simul & Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notauit, &c.* Suet. lib 3. num. 58 *Statuæ quidam Augusti caput dempserat, vt alterius imponeret: Acta res in Senatu, & quia ambigebatur, per tormenta quæsita est: Damnato reo, paulatim hoc genus calumniæ eo processit, vt hæc quoque capitalia essent: circa Augusti simulachrum seruum cecidisse, vestem mutasse, nummo vel annulo effigiem impressam, latrinæ aut lupanari intulisse, dictum vllum, factumve eius existimatione aliqua læsisse.* Scæuola l. 38 D. de Iniuriis *Senatusconsulto cauetur ne quis imaginem Imperatoris in iniuriam vel inuidiam alterius portet: & qui contra fecerit in vincula publica mittatur.* Callistratus l. 28 § ad statuas D. de pœnis *Ne autem ad statuas vel imagines quis confugiat, Senatus censuit: eumq; qui imaginem Cæsaris in inuidiam alterius protulis-*

Digitized by Google

pitalium.D.de pœnis. Hæc qui apud se attentius reputauerit, an negare possit quin sacrilegium sit & infandum scelus, Christi Domini, Sanctissimæ eius Matris, & Diuorum imagines conspurcare, deiicere, comminuere, abolere? *set, in vinculis publica coerceri, D.Pius rescripsit.*

Facilis erit Conciliatio, si dicamus, 1. Caluini mentem non fuisse, nec esse eorum qui eius sectam sequuntur, vt vetarentur omnino imagines, sed vt tantum abusus tolleretur, qui fortè in quibusdam locis in hominũ religionem irrepserat; cumque afflictæ comminutæq; fuerunt, id non factum, quod per se malæ & repudiandæ videantur, sed quod temere & inconsideratè quidam putauerunt esse facilius eas omnino abolere, quàm abusus periculo mederi, cum etiam factum Ezechiæ Regis proferrent, qui eam ob causam serpentem æneum comminuit, quod Hebræi eum venerarentur, vt diuinitatis compotem & instructum: & vt notaret hominũ in ea non scelus atque fraudem, nominauit eum Neohustan, quasi æreum frustum diceres. Atque id quidem etiamnum faciendum probaremus, si verum esset adorari imagines, vt serpentem æneum superstitiosè colebant Iudæi, & si nulla esset alia ratio, tam stolidi fatuiq; cultus & idololatriæ impediendæ, quàm vt icones omnes exterminentur. 2. Omnes etiam in hoc consentient, longè melius & congruentius videri, vt in conclauibus, aulis, porticibus, asseruetur Christi Seruatoris effigies, Beatissimæ Dei Matris, Apostolorum & reliquorum Cœlitum, quam inanium deorum simulacra, Imperatorum statuæ aut huiusmodi profanæ historiæ apparatus. 3. Quod Christi IESV in cruce pendentis imago plurimum possit ad animum piè attollendũ, & immanium dolorum & cruciatuum recordatione commouendũ, & deniq; ad summum illud & inexplicabile redemptionis nostræ beneficiũ in mentem reuocandum. 4. Imagines esse tacitam populi institutionẽ, & rudium atq; idiotarum librum insignibus notis exaratũ, vt paulo ante D. Gregorius Magnus aiebat, quo in libro vitam, mortem, martyrũ constantiam in perferendis pro Deo cruciatibus, & ipsius filii Dei mores, & sanctimoniam pictam videant & expressam. 5. Hoc item omnium confessione ratum erit, multùm imaginem ab idolo differre, quod hoc quidem id quod nusquam est repræsentet, imago autem res verissimas sub oculos subiiciat. Quod si quis obstinato animo velit omnes imagines ex natura eiectas & exterminatas, eodem motu & contentione necesse est, vt è cœlestibus globis sempiternos illos ignes sydereaque euellat: de sole queratur, quod cum non possit vi radiorum atque lucis corpora opaca solidaq; penetrare, vmbras efficiat, quæ sint earum rerũ figuræ atq; imagines, quæ ipsius lumine collustrantur. Cum Luna idem stellisq; expostulet, planetas è splendidissimis orbib. deiiciat, quod in pacato mari & quiescentibus vndis imagines exprimant. Omnes oculorũ functiones è naturæ finibus exterminet, pupillã incidat oneretq; impolitie, quod omniũ quæ in prospectu sunt, rerũ imagines excipiat. Omnes species atq; simulacra quæ sunt in cõmuni sensu, & vt vocant Imaginatiua

Conciliatio.

4. Reg 18 4.

נחשתן

ginatiua exhauriat, nam eã quidẽ animæ facultatẽ sedem esse volunt & domiciliũ imaginũ. Habitus omnes è memoria exurat, omnes mentib. rerũ insitas & consignatas notiones, atq; impressas animis formas exinaniat, nam illæ quidem sunt imagines ab agente Intellectu expressæ & informatæ. Deniq; funditus naturã hominis omnẽ peruertat qui ad imaginẽ Dei fictus & procreatus fuit: & quod est longe detestabilius, secundã Trinitatis personã abiudicet, euellat, extinguat, appellatam ex eo Verbum, quod sit perfectissima Genitoris imago per quam & essentiã intelligit suam, & nos tandem cognoscemus, vnde semel atq; iterum Apostolus imaginẽ Dei non idolũ appellauit. 6. In hoc quoq; omnes cõuenient, plurimum esse discriminis & differentiæ inter honorare & adorare, tametsi hęc vocabula ad eandem rem significandam sæpe in diuinis literis accõmodentur, vt superius fuit à nobis animaduersum. 7. Deum solum, si proprie loqui velimus, adorandum esse. 8. Latriæ cultum ne Humanitati quidẽ Seruatoris hominum Christi, nisi ratione diuinæ hypostaseos conuenire. 9. Adorationem tum tantum aliis rebus tributam intelligi, vt cruci, vt clauis, lanceæ, vestimentis atq; similibus, cum ipse Christus Dei filius in mente informatus & in adorantis intelligentia depingitur. 10. Illa instrumenta pietatis & religionis in eum tantum vsum probata & inducta fuisse. 11. Tributum imaginibus honorẽ merito reprehendendũ & refutandum esse, nisi in rem ipsam quæ exprimitur redundaret, & nisi ius, & quæ summa est Ecclesiæ auctoritas eas dedicauisset, vt signa quædam sacra & diuina, tum ad populum instruendum opportuna, tum ad augendam & acuendam pietatem. 12. Cum ante imagines prosternimur, perinde nos atq; Abrahamum facere, qui sub quercu Mambre eum adorauit, quem tribus sibi Angelis essentia vnum, trinum in personis fuisse expressum animaduertebat: aut Mosem æmulari, qui in monte Sina adorauit eum Angelum, qui Dei vocem & autoritatem sustinebat: aut Danielem, cum illum Antiquum dierum aspectu venerandum, solum æternum, in solio considentem venerabatur: aut eos imitari Christianos, qui Spiritum Sanctum in columbæ effigie aut linguarum ignitarum colebant. Atq; hoc sensu Caluinus ipse in Psalmum 105. oblitus eorum quę aliis in locis prodidisset, aut vi veritatis coactus, in Arca fœderis summi Numinis imaginem agnoscit, aitque hoc signum fuisse Hebræis à Deo tributum, non vt in eo mentem omnem figerent ac locarent, sed vt eius adminiculo, tanquam certis pietatis gradibus, ad Deum & cœlestium cognitionem eueherentur. Quod nõ abhorret ab Ecclesiæ sensu & doctrina, & congruit cũ Lycei parente Philosopho, qui docebat eodem animum ferri motu tum in imaginem, tum in rem ipsam, illa effigie & ascititiis coloribus expressam, quam prototypum dicimus. Idem Caluinus lib. 2. Institut. fatetur ingenuè & liberè, secundo Mosaici Decalogi præcepto, religiosam tantum adorationem imaginum esse prohibitam. Theodorus item Beza in Opusc. de Ecclesiæ

2 Corin. 4. 4. Coloss. 1. 15. *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ.*

Genes. 18. 2.

Daniel. 7. 9.

Marc. 1. 10.
Act. 2. 3.
In Psal. 105. v. 9.

Caluin. lib. 2. Instit. c. 8. §. 17. secunda.
Vetat ne imagines vllas adoremus religionis causa.
Beza Opusc. de Ecclesiæ Catholicę notis, sub medium §. sed illud.
Fœnum verè fuit quarto circiter à morte Christi seculo, parietum pictura in Christianorũ templa absq; vllo tamen cultu inuecta.

Digitized by Google

Ecclesiæ Catholicæ notis, tametsi ringitur & insolenter antiquitatem omnem pro nihilo habet, tamen fatetur, quarto etiam sæculo Templorum parietes nobilibus picturis ornari consueuisse. Lutherus cum quasi rationem fidei suæ exponeret de Imaginibus, de reliquiis, de Martyrum monumentis, ita loquitur; *Intelligimus Sanctorum festa, memorias, templa, altaria, nomina, imagines ideo celebrari & multiplicari, vt eorum exemplo animemur, ad perferenda eadem mala quæ ipsi tulerunt, qua ratione nisi colantur, omnis alius cultus eorum superstitione non vacet oportet.* Ioannes Hus Tractatu contra imagines pro imaginibus, ita scribit: *sicut adorauerunt Christum in signo Patres veteris Testamenti; sic nos adoramus Christum in signo non signum. Vnde dicens Ecclesia hæc verba, Aue Rex noster non adorat ipsam imaginem cum his verbis, cum non dirigit illa verba ad imaginem & specialiter nec intentionem, sed ad suum signatum. Similiter cum dicit Tuam crucem adoramus Domine, dirigit verba ad Christum signans, quia ipsum Christum crucifixum adorat per crucem, &c. Ex quo patet, quod quamuis coram imagine Christi vel alia cuiuscunque sancti licite possunt homines genu flectere, orare, offerre, candelas ponere, & sic faciunt non tamen in nomine imaginis, sed in nomine illius cuius imago est illa debent facere, sicut & imago non propter se, sed propter imaginatum est coram hominibus sculpta posita vel depicta.* 13. In hoc etiam omnes omnium sententiæ conspirabunt, ridiculas & male pictas fictasque imagines, minus honestas & lasciuas, à veritate historiæ alienas, communi pietati repugnantes è templis & ædiculis eiiciendas videri: eas præterea quæ superstitionem adiunctam habent, si incommodo alia ratione occurri nequeat, vt sanctissimũ & præstanti sapientia Concilium Tridentinum edixit. 14. Illas imagines, quæ sanctissimam Trinitatem repræsentant eo modo quo videndam se quondam obtulit Abrahamo, Isaacæ, Danieli & ad Iordanem, forma nimirum atque effigie Antiqui dierum, filii hominis, aut Columbæ, esse rarius proponendas publice, sæpe autem declarandas populo, & earum totam rationem explicandam, ne quod etiam vidit Concilium rudes & imperiti, ad aliquam fidei prauitatem religionisque prolabantur, aut abhorrentem à diuinitate opinionem suscipiant. 15. Quod etiam ad Angelorum attinet formam & figuram, monendos esse omnes, esse beatas illas mentes ab omni corporis & materiæ colluuione seiunctas: cum adolescentium pinguntur effigie, eorum viuidam immortalitatem & castimoniam significari, si pinnis aliisque ornentur, id fieri ad intelligẽtiæ vim declarandam, quæ tanta est; vt subito primoque intuitu rem cõprehendant, & sine ratiocinatione, in primis propositionibus, quidquid inde colligi efficiq; possit videant. 16. Breuiter hoc etiam omnes tenebunt, non esse adorandas imagines, & ne quidem honorandas, nisi quatenus in sanctum vsum & laudabilem consecrantur, niue nobis id animo & cogitatione exprimãt, quod nititur illud externum artificium consequi. 17. Qui recte & sine abusu eo pietatis adiumento vti nequeat, eum culpam in se conferre oportere, nec eos damnare, qui vtiliter & religiose vti possunt. Denique ad eam sententiam omnes vltro

Luther in C[illegible] laborant cap. 6. tom. 2.

Ioan. Hus tract. de adorat. & cont. adorat. imag. part. 2. paulo post medium.

aggregabuntur, debere Antistites inuigilare diligenter, & in eam curam prouidentissime incumbere, quemadmodum Tridentinum Concilium statuit. Et quoniam eius verba ad mores & pietatem componendam intelligendamq; veritatem plurimum faciunt, non abs re erit ea in hoc loco proponere, vt Romanæ Ecclesiæ hostes & æmuli, aliquando percipiant, cum reprehendunt Catholicos, aut sane & futiliter loqui se, aut si quid dicunt non abhorrens à ratione, id prius ab Ecclesia Catholica dictum & commendatum, quæ longe infestior est idololatriæ, quam noui Euangelii præcones, meliusque iudicare nouit de errore, de abusu, & de inani impiaque superstitione. Sic igitur habet, *Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis & cæteris docendi munus curamq; sustinentibus vt iuxta Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ vsum à primæuis Christianæ religionis temporibus receptum sanctorumq; Patrum consensionem & sanctorum Conciliorum decreta, imprimis de Sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu fideles diligenter instruant.* Et paulo post addit, Imagines Christi, Deiparæ Virginis & aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas & retinendas eisque debitum honorem & venerationem impertiendam: nō quod credatur inesse aliqua in iis diuinitas vel virtus propter quam sint colendæ, vt quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda veluti olim fiebat à gentibus quę in idolis spem suam collocabant: sed quoniam honos qui eis exhibetur, refertur ad prototypa quæ illæ repræsentant, ita vt per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nicenæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitū. Sed adiungamus è Tridentino reliqua.

Tridentin. Sess. 25. Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum
» nostræ redemptionis picturis vel aliis similitudinibus expressas, erudiri
» & confirmari populum in articulis fidei commemorandis & assidue re-
» colendis. Tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnū fructum per-
» cipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum & munerum
» quæ à Christo sibi collata sunt: sed etiam quia Dei per Sanctos miracula
» & salutaria exempla oculis subiiciuntur, vt pro iis Deo gratias agant ad
» Sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant excitē-
» turque ad adorandum ac diligendum Deum, & ad pietatem colendā. Si
» quis autem his Decretis contraria docuerit aut senserit, Anathema sit.
» In has autem sanctas & salutares obseruationes si qui abusus ir-
» repserint, eos prorsus aboleri Sancta Synodus vehementer cupit. ita vt
» nullæ falsi dogmatis imagines & rudibus periculosi erroris occasionem
» præbentes statuantur. Quod si aliquando historias & narrationes sacræ
» Scripturæ cum id indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit:
» doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari quasi corporeis
» oculis conspici vel coloribus aut figuris exprimi possit.
» Omnis porro superstitio in Sanctorum inuocatione, reliquiarum venera-

Digitized by Google

veneratione,& imaginum sacro vsu tollatur, omnis turpis quæstus eli- „
minetur,omnis denique lasciuia vitetur,ita vt procaci venustate imagi- „
nes non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione & reli- „
quiarũ visitatione homines ad comessationes & ebrietates non abutan- „
tur, quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum ac lasciuiam a- „
gantur. „

Postremo tanta circa hæc diligentia & cura ab Episcopis adhibea- „
tur, vt nihil inordinatum aut præpostere & tumultuarie accommoda- „
tum,nihil prophanum, nihilque inhonestum appareat, cum domum „
Dei deceat sanctitudo, „

Hæc vt fidelius obseruentur, statuit sancta Synodus nemini licere „
vllo in loco vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, vllam insolitã „
ponere, vel ponendam curare imaginem nisi ab Episcopo approbata „
fuerit. „

Hactenus Concilium Tridentinum: quibus è verbis licet intelligere, quam abhorreat ab omni abusu & superstitione Ecclesia, quæ zizania inimicus homo in dies conatur in medio tritici perfidiose inserere, vt si fieri possit ad veterum Ethnicorum flagitia & insanas opiniones populum reuocet, vnde fidei dono & munere emersit, & odiosam Ecclesiæ faciem horribilemque reddat, iis hominibus, qui præ mentis imbecillitate maleuolique animi & ieiuni angustiis, abusus omnes Ecclesiæ tribuunt qui in Ecclesia sunt, sed qui ab Ecclesia minime oriuntur. Et certe est quod vehementer hic cum Ministris expostulemus, qui se *Pastores* nominant, cum tam sæpe malitia non ferenda Catholicam Ecclesiam idololatriæ accusant, cum satis sciant, aut sane possint intelligere, tum ex iis quæ à nobis explicata hic sunt & posita, tum experientia ipsa, nihil esse quod maiori ipsa contentione fugiat, aut tollendum & exterminandum curet: & quod omnino intolerandum est prodigiique simile, orationem ei attribuunt Concilio penitus repugnantem, eaque fingũt dicere, de quibus ne cogitauit quidem vnquam, ea probare, quæ omnibus copiis atque viribus abominatur, docere quæ repudiat, suauiari quæ detestatur, persuadere quæ dissuadet, denique monstrum velut esse quoddam è pugnantibus & diuersissimis conglutinatum. Itaq; aliam quidem illi sortem expectare à Vindice Deo non possunt, quam quæ fuit ab Isaia Vate præsignificata, *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui Sapientes estis in oculis vestris & coram vobismetipsis prudentes.* Isa.c.5.v.20.21.

Digitized by Google

DE RELIQVIIS.

Capvt XXIII.

Euſeb hiſt eccleſ.l.8 c 6. *Ne vt eorum ferebat opinio quidam eos in ſepulchris & monumentis conditos Deos eſſe reputantes diuina veneratione proſequerentur.*
Cyril.Alex.l.10 cont.Iul.
Luc.11.47.
Eſa 65.4.
Hier.cont.Vigil.c 2.
Theoſterictus orat. in S.Nicetam.
Suidas in Conſtantino.
Ioann. Cochlæus l.3. hiſt.Huſſiticæ. In articulis accúſationis contra Hieronymum de Praga, artic.18.19.
Exod.13.11 19.
Ioſue 24.32.
4.Reg.2 8.
4.Reg.13.21.

MArcion & Manes fatalia duo portenta religionis, cum nouas & inauditas opiniones in Eccleſiam inueherent, aiebant inprimis nihil eſſe deteſtabilius, quam Martyrum vita functorum exuuias. Diocletianus & Maximianus Imperatores cum incredibiliter furerent, recludi monumenta, oſſa effodi mortuorum, ſpargi etiam in profluentem aquam iubebant. Iulianus emanſor pietatis, væcordiam, ſuperſtitionem, idololatriam nuncupabat honorem, quem Chriſtiani eorum ſepulchris monumentiſque tribuebant, adeoque obiiciebat, eos repugnare Chriſti effatis, & Iſaiæ prædictionibus. Vigilantius homo impudens atque audax, ſacros cineres illudebat, qui in Cadis honeſte aſſeruabantur, & ſales etiam in iis irridendis conſumebat, qui ea pignora religioſe oſcularentur. Conſtantinus Copronymus edicto prohibuit, ne deinceps ſancti nomẽ aut Cœlitibus, aut eorum reliquiis tribueretur. Hieronymus Pragenſis turpificabat cæno, pedibus contumelioſe calcabat, & imperitam multitudinem ad illudendum adhortabatur. Sacra tamen Scriptura, Græci Latinique Patres, ratio denique ipſa horum omnium impietatem confutant.

Eccleſ.48.14.
Marc.5.26.

Exodi 13. cap. Moſes cum omnem Hebræorum multitudinem educturus eſſet ab Ægypto, in digreſſu oſſa Patriarchæ Ioſephi commemorabili religione ſuſtulit, & deinde in terra Sichem honorifice tumulo condidit. Tertio Regum efferus leo corpus vnius Prophetæ luce & anima carentis aſſeruat: Libro 4. Eliæ pallium vndæ ruentis curſum cohibet & Iordanem findit. Eodem in libro oſſa Eliſæi mortuum ſuſcitant, quæ cauſa fuit cur filius Syrach his eum verbis celebrarit, *Et mortuũ prophetauit corpus eius.* Marci 5. mulier cuius cruor decem iam annos continuo fluxu & inſanabili minuebatur, & ſine ſpe vlla valetudinis, copias omnes ſuas in Medicos effuderat, cum de Chriſto Seruatore inaudiſſet, per confertam multitudinem acceſſit, & Chlamydis oram attigit, cum apud

apud se diceret, *Quia si vel vestimentum eius tetigero salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius & sensit corpore, quia sanata esset à plaga.* Et Lucæ 11. Christus Dominus non reprehendit Iudæos, quod ossa Prophetarum clarissimis in monumentis & magnificentissimis conderent, sed miserrimos appellauit, quod eorum essent filii, qui sanctos viros immani crudelitate necauissent. Actor. 5. D. Petri vmbra, cap. 19. Sudaria & Semicinctia quæ D. Paulum attigissent, perfectam ægris incolumitatem restituebant. Quæ diuinæ Scripturæ testimonia & exempla, vt & illud Elisæi facinus, in medium attulit Hierosolymitanus Cyrillus Catechesi 18. cum probare vellet vim quandam abditamque potentiam Sanctorum etiam in bustis & sepulchris contineri: *Vt autem* inquit, *non solum anima Sanctorum honoretur, credaturque quod etiam in corporibus mortuorum inest virtus seu potentia, iacens in sepulchro Elizei mortuus, mortuumque corpus Prophetæ attingens viuificatus est,* &c.

δύναμιν δὲ σημειωθείη τις ἔξωθεν ὅτι, τῶν σωμάτων ἀποτέλεσμα τῶν τοιούτων ἤγειρε τοὺς τὸ σῶμα τοῦ προφήτου ἤγειρε τὸ νεκρόν.

Luc. 11. 47.

Actor. 5. 15.

Actor. 19. 20.

διηχθῇ δὲ ὅτι οὐ ψυχῆς μόνης τιμωμένης, ὑπόκειταί τις δύναμις τῷ τῶν ἁγίων σώματι. ἀλλὰ τὸν ἐν τάφοις ἔκειτο ἐκείνῳ ... ἐν αὐτῷ δικαίαν ψυχὴν ... μὴ ἀποστῇ ... ὡς μὴ ... πῶς μᾶλλον αὐτὸ ...

Iustinus Martyr quæst. 28. ait Sanctorum corpora & Martyrum reliquias Dæmonum insidias amoliri & morborum ab arte medica comploratorum conferre sanationes.

* Eusebius l. 7. historiæ singulares & eximios honores cõmemorat quibus Asterius Marini martyris sanctissimi corpus est prosecutus, splẽdida etenim veste & pretiosa illud imprimis obuoluit, impositum deinde suis humeris gestauit, & qua potuit religione & magnificentia in sepulchrum intulit. Et paulo post, D. Iacobi Cathedram ait totius antiquitatis veneratione cultam & mirifice cohonestatam, non propter materiã ex qua erat cõfecta, sed ob virtutes Apostoli & mirabilẽ sanctitatẽ.

S. Athanasius in vita magni Antonii, de se ipso memorat quam incredibili perfusus gaudio, quanta reuerentia diuinissimi illius Anachoretæ pallium exceperit: & D. Hieronymus illum ipsum Antonium recenset, eximio quodam & inexplicabili religionis & intimæ obseruantię cultu prosecutum fuisse vestem è palmis contextam beatissimi Pauli primi solitudinis exornatoris, quam videlicet solennibus tantum diebus Paschæ & Pentecostes induebat.

per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis.

Iustinus in responsione ad quæstionem. *Quomodo multo absurdissimum non est, &c. abominationi Græcorum subditis esse Sanctorum corpora & sepulchra martyrũ quæ & Dæmonum amoliuntur insidias, & morborum ab arte medica comploratorum conferunt sanationes?*

* Euseb. l. 7. c. 14.

Athanas. in vita Antonii to. 2. in fin. *Legatarius autem Antonij benedicti, qui tritum Pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, lætanter*

D. Basilius verba exponens purpurei Vatis, *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius*, ait olim fuisse prohibitum, ne quis se cadaueris attactu pollueret: nunc vero qui Martyris corpus & felicissimas reliquias contingunt, eos fieri pœne dicã eiusdẽ sanctitatis compotes, quæ animã & corpus Martyris diuinitus exornauit. Idem orat. in S. Iulittam, fontem cœlesti miraculo scaturiẽtem prædicat, & eo in loco exortũ, vbi ossa clarissimę illius triumphatricis posita fuerant, cum inibi antea nunquam vllius fonticuli vena erupisset.

Non contaminabitur super vllo mortuo: Et, Si quis tetigerit cadauer, immundus erit, & sua. Nunc è diuerso, Martyris ossa quisquis attigerit, ob gratiam corpori insidentem, fit nus particeps: Quare pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum eius.

Basil homil. in Psal 115. *Pro legis Iudaicæ ritu, si qui moriebantur, horum morticinia habebantur abominationi: contra mors si cuipiam irrogatur pro Christi nomine, pretiosa censentur reliquia Sanctorum eius. In priori lege dicebatur sacerdotibus & Nazaræis illud, hoc, Lauabit vestimenta quadantenus sanctificatio-*

Nazianzenus aduersus Iulian orat. 3 circa med. *Tu post Pilatum Christicida, post Iudaeos Dei hostis Non victimas pro Christo cæsas veritus es? &c. quorum, vel sola sanguinis gutta, atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora: Hæc non colis sed contemnis qui Herculis rogum, &c.*

D. Gregorius Nazianzenus vir omnium magnarum rerum atque artium scientiam consecutus prima in Iulianum Inuectiua, illi impio & perfidioso Imperatori obiicit, quantum suspiceret quamq; magnis efferret ipse laudibus Herculis rogum, Pelopis laniationem, Mithræ sacrificium, Iphigeniæ consecrationem, Menæcei fusum sanguinem, & postea filiarum Scedasi in Leuctris, Spartiatarum flagella, cicutam Socratis, Epicteti crus, Anaxarchi vtrem, Cleombroti saltum, Pythagoricas fabas, continentiam Epaminondæ, tolerantiam Scipionis, Solonis sapientiam Cratetis opum despicientiam, dolium Diogenis, Antisthenis patientiam, Aristotelis subtilitatem, puteum Cleanthis, Zonam Anaxagoræ, lacrymas Heraclyti, aliaque veteris æui anilia figmenta: cum tamen victimas pro Deo cæsas, non Ecclesiæ lumina, non magnanimos Heroas atque sanctissimos Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, reuereretur, cum minime esset ignarus quanta hominum celebritate quot & quantis ab Ecclesia religionibus colerentur, cum sciret & festos dies eorum memoriæ consecratos, & eorum reliquiis vim cœlestem inesse quandam, cruorisque guttulam, quæ ex ipsorum corporibus stillauisset, id ipsum quod integra corpora posse conficere.

Greg. Nyssenus orat Encom 5. Theodori martyris, initio.

Nam anima quidem, ex quo sublimis abijt, in suo loco acquiescit, & corpore soluta, cum sui similibus vna viuit, corpus vero venerandum, & immaculatū illius instrumentum, quod suis vitiis & affectibus illius inhabitantis incorruptibilitatem non læsit, cum multo honore & cultu compositum, atq; ornatum in augusto sacroq; loco situm est, quod veluti res chara, magniq; æstimata, atq; recondita in tempus regenerationis reseruetur, &c. Quod si venerit quis ad aliquem locum similem huic, vbi hodie noster conuentus habetur, vbi memoria iusti, sanctaque Reliquiæ sunt; primum quidem earum rerum quas videt magnificentia, oblectatur. &c. quod si quis puluerem etiam, quo conditorium vbi martyris corpus quiescit, oblitum est auferre permittat; pro munere puluis accipitur, ac tanquam res magni pretij condēda terra colligitur: Nam ipsas reliquias attingere, si quando aliqua euiusmodi prospera fortuna contingat, vt id facere liceat; quam id sit multum desiderandum, & summarum precum donū, sciunt experti, & eius desiderij compotes facti.

S. Gregorius Nyssenus Orat. in Theodorum Martyrem, prodigia cœlestia memorat, quæ per exuuias hominū Sanctissimorum hūt, quod eorum corpora, instrumenta fuerint animorum; tum mirationem omnium Gentium & populorum ante oculos ponit, cum Basilicas & Tēpla vident sumptuosa, laquearia inaurata, incrustatos parietes, solum & pauimentum, statuas, lætas & collucentes picturas, cum se quisque beatissimum existimaret, si vel puluerem conditoriorum, aut lipsana posset magno & singulari beneficio contingere.

S. Chrysost homil 32 in cap. 16. Epist ad Roman.

D. Ioannes Chrysostomus non minus animo quam ore & oratione aureus homilia 32. in Epistolam ad Romanos, honores magnificos & illustres vel diuinos potius & supra omnium opinionē exquisitos quos Roma percipit, ex reliquiis Sanctorum Petri & Pauli, omnibus triumphis bellicisque trophæis, statuis, columnis, Arcubus, auro, argento, omnibus copiis & sæculi ornamentis anteponit. Et paulo post addit, *Quis mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli, affigi sepulchro, videre puluerem coporis illius*, &c. Et orat. de laudibus S. Ignatii, relictas ait nobis diuinitus admirandas Martyrum reliquias, vt ad eorum imitanda vestigia incitemur, & vt nobis sint portus atque perfugium in communibus vitæ miseriis quibus affi-

Ibidem, τοῦτο τὸ σῶμα τειχίζει τὴν πόλιν ἐκείνην, ὃ παντὸς πύργου καὶ μυρίων περιβόλων ἀσφαλέστερον, καὶ μετὰ τούτου τὸ πέτρου.

Digitized by Google

bus assidue miserabiliterque vexamur. Et paulo ante dixerat gratiam illam ex ea copia manantem non corpora solum consequi, verum & cippos atque monumenta Sanctorum. Præterea homilia 65. ad populum Antiochen. ostendit quemadmodum Deus Sanctis honorem suis adiungat, quo decore illos cohonestet, cum eius ductu atque imperio, coram illis Reges & Dynastæ procumbant, & Tartareæ legiones reformident. Et orat. de Sanctis Iuuentino & Maximo postquam eorum laudasset admiratusque esset pietatem, qui sublata Sanctorum corpora honorificis tumulis commendarent, *Idcirco, inquit, sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur.*

Orat in S. Ignat. [illegible]

Idem hom. 66. ad pop. Antioch. *Quod in Regiis sunt ianitores Regibus, hoc sunt in monumento piscatoribus Reges.* Et paulo post. *Dæmones sistunt & torquent, & vinctos ab illis soluunt ... vinculis.*

Sozomenus historiæ Ecclesl. l. 3. æternæ memoriæ reliquit, quomodo Hezychas diuini Hilarionis lipsana clam in Palæstinam asportari curauerit, & in Monasterio suo condi, vbi quotannis anniuersario die, solenne festum populi pœne infiniti concursu & copia celebrabatur. Idem lib. 9. recenset quam liquida voluptate perfusa, quando gaudio triumpharit Augusta Pulcheria, cum diuino monitu atque indicio quadraginta Martyrum exuuias adinuenisset, qui delati eisdem honores cum in commodiore locum delatæ sunt, & quemadmodum festus illis dies consecratus fuerit, seque ipse tum adfuisse prodit, cum ea pompa atque celebritas, sacrorum hominum cantu, vt maximis ceremoniis ageretur.

Sozomen. l. 3. c. 13.

Idem Sozomen. lib. 9. cap. 2. *Erat Imperatrix Pulcheria soror Imperatoris: huic cum tertio apparuisset admirandus ille Thyrsus, eos qui sub terra absconditi latebant, indicauit, &c.*

Post hac pretiosissima Theca martyres honoratos iuxta venerabilem Thyrsum composuit, publica festiuitate vt æquum erat, cum debito honore ac pompa ac Psalmodiis celebrata, cui & ipse ego interfui.

Theodoretus lib. 3. historiæ Ecclesiasticæ cap. 9. 10. & 11. posteritati reliquit, Imperatorem Iulianum bellaturum contra Persas ad omnia totius Imperii Romani oracula Theoros misisse, & præsertim ad Daphnæum Apollinem, cum per sacra omnia mysteriaque rogaret totius sibi euentum belli aperiri. Sed respondit è Cortina Daphnes ille pulchellus amasius, à se nullum expectaret oraculum, donec mortui quidam in finitimo loco siti essent. Erant autem haud procul reposita corpora Babylæ celsi & inuicti animi viri, & aliquot præterea iuuenum, qui pro Christi fide & religione vitam posuerant. Imperator insidiosa malitia callidus & veteratorius, cum sat sciret quales illi forent de quibus dæmon loqueretur, inuitauit Christianos, vt ea corpora tollerent aliaq; in sede reponerent, quod alacritate maxima, incredibili frequentia perfectum est, & è Daphnæo luco immortalitatis illa pignora reportauerunt, cum læta symphonia canerent, & sæpe ingeminarent, *Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis.* Euagrius libro primo memoriæ prodidit honorificentissimam traductionem corporis S. Simeonis, quo

Euag. l. 1. c. 13. *itaq; sacratū corpus mul-*

tum miraculis in itinere editis defertur Antiochiam: quod Leo Imperator postea ab Antiochenis petiuit, at Antiocheni contra Imperatori aliud postulatum offerebant quod ita se habet. Quoniam ciuitas mœnibus caret (Imperatoris namque furor ea diruit) sanctissimi Simeonis corpus huc apportauimus, vt nobis & muri & munimenti loco sit: Quibus verbis persuasus Deo, eorumque obsecutus postulationi, venerandum corpus illis concessit. Istius corporis, cum multa alia partes ad nostram vsque ætatem fuere reseruata, tum caput ipse equidem conspicatus sum.

quo tempore Antiochia nobilis ciuitas supplicibus verbis orauit Leonem Imperatorem, vt summo eius beneficio cœleste illud pignus habere possent pro muris plateisque ciuitatis, quos euerti ille imperarat, quæ plena pietatis modestiæque petitio vehementer Imperatori placuit, neque ab inuito munus abstulit. Idem Auctor lib. 2 cap. 3. narrat copiosius admirabilia multa quæ circa corpus S. Euphemiæ in dies eueniebant, quomodo videlicet demissa in cōditorium spongia, concreti sanguinis guttas è diuinis artubus haurirent, ea copiæ varietate quæ mores & vitæ integritatem Antistitum proderet, & qua item religione Imperatores, Episcopi, Sacerdotes atque omnis plebs illum cruorem diuinitus manantem exciperent.

Amb. ep. 53. quæ est 1 lib. 7 & sermone in festo SS Geruasii & Porth. tom 5. *Seuerus nomine Lanius ministerio, &c. vt contigit fimbriam de veste martyrū qua sacræ reliquiæ vestiuntur (clamat) sibi restitutū lumen, &c* Aug. 9. Confess. c 7. tom. 1.

S. Ambrosius de inuentione sanctorum Martyrum Geruasii & Protasii agens, quæ tum contigit, cùm Iustina pueri Valentiniani parēs, ab Arrianis in fraudem inducta, Ecclesiam importuno furore vexaret, exponit quemadmodum viso diuino patefactus is fuerit locus, vbi felicia corpora sita erant, quibus ceremoniis inde educta, quomodo lanius quidam nomine Seuerus cum cæcus foret, attactu illius vestis, qua illæ exuuiæ integebantur, lumen receperit. Et eo ipso loco vehementissime Arrianos insectatur, qui perfidiosa malitia huius tanti operis veritatem in dubium reuocarent. De quo etiam memorauit D. Augustinus, qui ea tempestate vna cum Monica matre Mediolani morabatur.

Hieron. ad Vig. c. 2. 3. & 4. tom 3.
Dolet martyrum reliquias pretioso operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proijci in sterquilinium, vt solus Vigilantius ebrius, & dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando Apostolorū basilicas ingredimur: sacrilegus fuit Constantinus Imperator, &c.

D. Hieronymus nunquam maiori in dicendo vi & copia vsus videtur quam in disputatione aduersus Vigilantium qui furiosa impietate in reliquias martyrum inuehebatur: sed præsertim cap. 2. 3. & 4. vbi docet insolentem illum blateronem monetque si in cultu reliquiarum esset aliqua sacrilegii suspicio, impium fuisse olim Constantinum, qui Constantinopolim traduci curauit sacra corpora D. Andreæ, Lucæ, & Timothei. Impium quoque fuisse Arcadium Imperatorem, qui à Iudæa in Thraciam Samuelis Prophetæ ossa transferri curauit, sceleratos Episcopos, detestandam & insanissimam populi comitantis frequentiam, quæ tanta fuisse dicitur, vt è Palæstina Chalcedonem vsque viæ omnes cateruis hominum prætextæ & opertæ fuerint. Necesse item Romanum Pontificem esse conscceleratum, qui super tumulum Apostolorum vt aram Deo gratissimam offert sacrificium. Et in Epistola 53. ita ratiocinatur, si ossa mortuorum polluunt contingentes, quomodo Elisæus mortuus mortuum suscitauit, &c. Addit ea quoque ratione castra Israelitici exercitus fuisse immunda quæ Iosephi ossa portarent ab Ægypto in Palæstinam, contaminatum Iosephum qui parentem suum Iacob demortuum in Hebron sepelire curauit: Immundos etiam & funestatōs Apostolos, qui Stephano Protomartyri incredibili pompa castis ceremoniis,

Digitized by Google

moniis, summa religione iusta persoluerunt, de qua re est in Actis Apostolorum.

Idem Sanctissimus Doctor in vita magni Hilarionis cœlestium miraculorum vim & copiam refert, quæ Maiomæ patrabantur, quo Hesychius vir eximia virtute prædítus S.Hilarionis corpus attulerat; quæque item fiebant in Cypro in eo hortulo, qui vita functi prima sedes domiciliumq; fuit. Et in Epitaphio Paulæ, loca ipsa notat singula, quæ piè religioséque illa inuiserat, dum honorat monumenta Prophetarum: ait vidisse Energumenos improbi Genii crudelitate vexatos, qui vt lupi vlularent, instar canum baubarentur, rugirent vt leones, vt serpentes sibilarent, mugirent vt tauri coram augustis reliquiis à quibus vrebantur. Et in Epistola ad Marcellam sic habet, *Martyrum vbique sepulchra veneramur & sacram fauillam oculis apponentes, si liceat etiam ore contingimus, & monumentum in quo Dominus conditus est quidam existimant negligendum? Si nobis non credimus, credamus saltem diabolo & angelis eius, qui quotiescunque ante illas de obsessis corporibus expelluntur, quasi in conspectu tribunalis Christi stantes contremiscunt, rugiunt, & serò dolent crucifixisse quem doleant.*

Idem in vita Hilarionis to.1.in fine.

D.Augustinus ad Quintianum & Quintilianum scribens sic ait, *Qui has literas ad te perferent, simul reliquias gerent beatissimi & gloriosissimi martyrum Stephani, quas non ignorat Sanctitas vestra, sicut & nos scimus quàm conuenienter honorare debeatis.* Idem lib.1.de Ciuitate Dei. Si vestes, inquit, atq; annulos parentum & amicorum summa beneuolentia retinemus, cur Sanctorum, qui nos vita & integritate morum anteiuerunt, sacra lipsana contemneremus? Præterea lib.22.cap.8. infinita prope miracula recenset, quæ Sanctissimi Stephani reliquiæ exhibuissent, quorum se testem oculatum maximam fuisse partem asserit. Quo in genere clara imprimis celebrisq; fuit Irenei filii à mortuis excitatio, qui statim ac martyris oleo perunctus admirabili prodigio reuixerat. Omnium quoque celebrata fuit sermone Episcopi Lucilli valetudo & subita incolumitas, quod in publica supplicatione sanctissima illa pignora gestauisset. Notum etiam gloriandumq; facinus cœcæ vnius mulieris, quæ cum flores accepisset à Proiecto Antistite à diuina martyris capsa sublatos, oculisque admouisset, nulla interposita mora videre cœpit.

August.ep 103.ad Quintianum, vel Quintilianũ tom.2.

l. 1. de la Cité de Dieu. c. 13 to.5.

Conciliatio.

His maturo iudicio perpensis, facile fuerit optatam illam animorum & opinionum conciliationem instituere. 1. Cum Catholici apertè significabunt cum D.Hieronymo se non modo reliquiarum adorationem propriè sumptam reiicere & abominari, verum etiam & eundem ipsum repudiare cultum Sanctorum, Angelorum, Cherubinorum, Seraphinorum, omnium denique procreatarum rerum, quæ nominari & excogitari possunt. 2. Cum reliquias martyrum Sanctorumque honorabunt, vt eum præcipuè venerentur, cuius illi gloriæ velificati sunt testimonio fidei clari & illustres, qui dixit, *Qui vos recipit, me recipit.* 3. Cum Tridentino Concilio obtemperabunt sancienti sessione 25. vt studiosè exterminetur omnis superstitio, tum in Cœlitibus inuocandis, tum in eorum

Hier.ep.53.ad Ripar.to.1. *Non autem dico martyrum reliquias, sed ne solẽ quidẽ & lunam, non Angelos, non Archangelos, nõ Cherubim, non Seraphin, & omne nomen quod nominatur & in præsenti sæculo & in futuro colimus & adoramus, ne seruiamus creaturis, potius quã Creatori. Honoramus autem reliquias martyrũ,*

Google

vt enim, cuius sunt martyris, adoremus.

eorum imaginibus reliquiisque venerandis. 4. Vt turpi omne compendium, quæstus, sordes, auaritiaque vitetur. 5. Absit illa inepta, ridicula, procax, & minus honesta, imaginum effectio. 6. Abeant & expellantur à religionis sanctitate, omnis ebrietas, lasciuia, epulæ, choreæ, polluti & profani cœtus hominum petulantium, qui solennibus Diuorum sacris aut anniuersaria pignorum pompa fieri solent.
7. Inuigilent omni cura Antistites atque animo excubent ne ficta temere & inaniter miracula, ne nouæ & incertæ reliquiæ omnino admittantur, & ne quidem vlla imago in ædibus sacris ponatur, siue Episcoporum auctoritate, qui freti optimorum Theologorum sapientia & præsidio, & verò etiam si opus sit Metropolitani consilio & fide, vtilitatem earum rerum, & veritatem omni industria examinabunt.

At vicissim dabunt aduersarii nobis & concedent, reliquiarum vsum duodecim omnino modis esse vtilem & fructuosum. 1. Ad ea honoranda quæ Deus prodigiorum admirabilitate reddit illustria. 2. Vt id obseruemus & colamus quod organum fuit diuini Spiritus & gratiæ instrumentum in maximis & clarissimis virtutibus exequendis. 3. Ad eum locum venerandum vbi diuinissima Eucharistia sibi sedem & tabernaculum fixerat, ad meritos etiam honores ei carni tribuendos, quæ pretiosissima filii Dei carne fuit exornata. 4. Quod iis corporibus iam desponsa destinataque sit resurrectionis gloria, quodque eorum corruptionem beatæ immortalitatis germen comitetur. 5. Ad animos etiam nostros piis officiis & beneuolentia solandos in absentia & distractione eorum animorum, quos amore singulari complecti debemus. 6. Vt eorum exhaustos labores, obita summa constantia certamina, lætissimos triumphos in memoriam reuocemus. 7. Vt ad eorum imitationem incitemur, quandoquidem similia nostris corpora habuerunt, Deum eundem, geminam fidem atque legem, denique easdem pollicitationes perennium bonorum. 8. Vt familiaris sit nobis mortis meditatio, cum in ossa pulueremque sacrum lubentes intuemur. 9. Vt celso & erecto animo illa contemnamus, quæ pro nihilo habuerunt ii quorum cineres veneramur, qui & ipsi despiciendi iam forent, & eorum memoria omnis obliuione delenda, si mundi futile choragium & inanitatem eadem qua nos cupiditate iisdemque studiis appetiuissent. 10. Vt spem in nobis excitemus resurrectionis, & in rebus aduersis atque fortunæ commutatione sustentemur, de vita meliore iam prope securi, nisi ipsi viam nobis præcludamus. 11. Vt eorum pignorum præsidio & gestatione improbissimis dæmonibus simus formidabiles, quod Theodoreto quondam euenit, qui obiecto veteris panni frusto è D. Iacobi Apostoli veste decerpto, plagam & mucronē vitauit quem furens inuidia dæmon in illum contorserat. 12. Ad extremum, vt participes illius benedictionis fiamus atque sanctitatis, quæ Sanctorum exuuias comitatur. Atque harum rationum pars maxima

prolata

Digitized by Google

prolata fuit atq; exposita Zardano Regi à religiosissimis viris, quorum meminit S. Ioannes Damascenus in historia Sanctorum Barlaami & Iosaphati.

Damasc. hist. Barl. & Iosaphat c. 22 & 23.

Vuiclefus quid de hac re senserit in Tractatu de Eucharistia sic explicat, Permissum igitur concessumq; fuit vt reliquiæ, imagines & Sacramenta caute adorarentur & prudenter. Ioannes Hus in Psalmū centesimum decimum-quintum, Notum, inquit, est & exploratum honoranda esse Martyrum corpora, quod eorum morte sint consecrata quæ pretiosa in conspectu Domini fuit. Ita illi cum sese audiunt loquuntur, adeo verum est quod aiebat Zorobabel tandem veritatem in omnem æternitatem firmam stabilemque manere.

Esdr. 4. 38.

Quod attinet ad multitudinem reliquiarum, quæ vni eidemque tribuuntur, qua de re Caluinus, & qui post eum exorti sunt simillimo ingenio homines, appetentes nouitatis, & vanitatis cupidiores quàm veritatis, tot digressiones adhibuerunt, in tot effusi exclamationes sunt & acerbissimas inuectiuas; dicendum est, falsam hominum opinionē tralatitiamq; fraudem circa illas reliquias, è quatuor capitibus seu fontib. oriri posse. 1. est, quod eodem nomine insignes plures fuere Sancti, exempli gratia, Antonius in Thebaide, cuius natalis dies in decimum septimum Ianuarii incidit: Antonius Episcopus Constantinopoleos in 12 Februarii: Antonius martyr Alexandrinus in decimum quartum eiusdem mensis: Antonius Lusitanus dictus vulgo Patauinus in 13. Iunii: Antonius martyr Africanus in 23. Septembr. Antonius Ancyranus martyr in 7. Nouembr. Quod pari modo de pluribus aliis sentiendum est. Nam Augustini quidem reperiuntur omnino tres, Bernardi quatuor, quinq; Athanasii Cyrilli duodecim, tredecim Antonini, nouemdecim Dionysii, qui Petri nomine fuerint ornati tres & triginta, qui Ioannis vnus & quadraginta numerantur, vt quisque animaduertere satis potuit tum è Græcorum Monologiis, tum è Martyrologiis Latinorum: vnde factum est, vt quod vnius Sancti est proprium, aliis qui cognomines sunt tribueretur.

Secunda ratio manat ex inflammata populorum religione & pietate erga Sanctos, præsertim corypheos omnium atque principes Apostolos & martyres, vt eruditè magnus Basilius obseruat in orat. de quadraginta Martyribus. Nam non tantum imperia maxima, diœceses, prouinciæ, verum etiam pagi, curiæ, priuataq; familiæ harum exuuiarum amore & honesta cupiditate olim incendebantur, quas multo iucundius & ambitiosius recondebant quàm illibatæ gazæ thesauros, plusq; valere existimabant ad rem tuendam stabiliendamq; fœlicitatem, quam cœca superstitione antiquitas de tutelaribus Diis Geniisq; locorū existimauit. Præterea cum aræ veterum Christianorum nihil aliud fuerint quàm sepulchra Martyrum, quæ Memoriæ nominabantur: cumq; Concilium Carthaginense quintum & Affricanum sub Bonifacio & Celestino summis Pontificibus, expresse prohibeant ne fiat vllius aræ consecratio, in

Basilius hom. in 40. Martyres.

Hi sunt qui nostram obtinentes regionē, quasi quadam turres contra aduersariorum incursum refugiū exhibent. Nec vno in loco sese clauserunt, sed in multis locis hospitio recepti, multorum patrias ornauerunt: nec tamē separati, sed inter se commixti: si in singulos ipsos diuiseris propriū numerum non excedunt: si verò in vnū congregaueris 40. nihilominus erūt, &c.

Concilium Carthagi-

Digitized by Google

nense nomine c. ordine verò tẽporis 3. circa tempora Anastasii Papæ cap. 14. to 1. Concil. *Item placuit vt altaria, quæ passim per agros aut vias tanquã memoria martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum conditæ probantur ab Episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur.*

qua non sint Diuorum reliquiæ, cum item priuatæ ædiculæ iisdem exornarentur: necesse fuit ad explendam multorum pietatem & religionem tam latè fusam & mirabiliter propagatam, sacra illa pignora in partes minimas distribui, quæ cum Sancti tutelaris nomen retinerẽt, è quo erant decerptæ, hominibus ansam dederunt veritatis insciis & loci religione gloriantibus, vt totum corpus inibi esse putarent.

Idem totidem verbis refertur & præcipitur à Concilio Africano sub Bonifacio & Cælestino Pontificibus, cap. 50 & habetur can Placuit, de consecrat D. prima.

Diony. Halicar lib. 1. circa med.

Tertia ratio consimilis illi est, quam Dionysius Halicarnasseus attulit, (nam Sacra prophanis illustrare haud penitus fuerit incommodum & absurdum) cur tot Æneæ Troiani monumenta in orbe terrarum sparsa & disseminata reperirentur, cum tamen vnus fuisset ille pius Æneas omnium gentium literis atque linguis celebratus: id enim euenisse ait, quod tametsi certo in tumulo corpus illius fuerit situm, plures tamen ob acceptas vtilitates eidem monumenta statuissent. Ita Christiani ob Diuorum singularia beneficia testimoniaq; voluntatis largæ ac munificæ, quibus homines in huius vitæ iactatione obligant, eximia quadam beneuolentia & pietate, illis Oratoria, templa, sacella exædificarũt eorum nomine insignia, quod nomen hæsit deinde hominum imprudentia iis reliquiis, quæ primum in eum locum delatæ fuissent.

Quarta ratio ab æterna Dei prouidentia petenda est, cum illi placuit ad Sanctorum inuocationem roborandam cœlestia & diuina prodigia conficere: tum enim facile creditum fuit & existimatum, iis in locis Diuorum exuuias contineri, vbi illorum apud Deum gratia atque fauor in patrandis rebus admirabilibus constitisset. Quanquam miracula eorum fide & caritate sæpe excitantur, qui quopiam de Cœlitibus interposito, Dei opem auxiliumque implorant. Si quis autem reprehendere populum vellet, præsidium ibi quærentem vbi reperire se posse perennibus cœli donis inuitatus putat, is profectò rationem premeret imperiosius, & hominum conscientias in arctum angustumq; deduceret. Flagitiosorum hominum præsentia pestem aliis perniciemq; adferre solet: bonorum autem atq; innocentium præsentiam nihil valere ad fœlicitatis affluxum credamus? Prohibita illa sit, hæc minimè concessa & probata? Propter Ionam orta in mari tempestas, vastos fluctus & decumanos erexit; Iudæ vnius causa nauis, vt ait D. Ambrosius vehentes omnes Apostolos subito naufragio demersisset, nisi Christus opem tulisset in extremo periculo versantibus. Bias Prienæus cum impiorum supplicatione ac precibus suas miscere noluit, & officiosissima Diuorũ studia & singularem dignitatem Sacrarum reliquiarum præsentia inuitatam nil efficere posse putemus? Iulius Cæsar vehit secum fortunam suam siquidem exaggeratæ viri constantiæ id magnificè olim glorianti credendum est: & illustrium Christi bellatorum præsidium inane sit & omni

Iona 1. 15.
Ambros to. 5. serm 61.
Matth. 8. 26.
Laer lib. 1 in Biante Silẽte. (*ait Bias dum tempestas ingrueret*) *ne vos hic Dii nauigare sentiant.* Iuxta *quod* Horat. li 3. car od 2. *Vetabo qui Cereris sacrum vulgarit arcana.* *Sub iisdẽ sit trabibus fragilemq; mecum soluat faselũ.*

Digitized by Google

omni emolumento vacuum? Augustus Cæsar propter Arium Philosophum quem vnice diligebat Alexandriam ferro atque flammæ deuotam metu & periculo liberauit, inquit Plutarchus, Philippus Byzantii obsidionem soluit propter Leonem Byzantinum. Demetrius Poliorcetes ob studium in Cratetem beneuolentiamque suam, à Thebana ciuitate manus abstinet iracundiamq; comprimit. & bonus Deus illos proteret & fulmine suo cruentabit, qui in tutela præsidioq; Sanctorum res suas collocauerint, quos vnice caros habet, & de quibus Ioannes decimo septimo ipse ait, se in illis eo prope modo esse, quo ipse in Patre est, & Pater in ipso? Alia sane mens Philonis & multo fuit sapientior, cum sapientem stulti redemptionem appellabat, cumque illam fortunatissimam esse vrbem opinabatur, in qua iustus vnus foret. Longe etiam D. Ambrosii æquior sententia, quæ disputationem hanc claudet, cum ita pronunciat, *Magnus patriæ murus vir iustus*. Atque hęc de tota hac quæstione dicenda videbantur, nunc de peregrinationibus agendum.

Appianus *lib. 2. de bello ciuili.*

Lucan. *lib.* 5. Plutarch. *in Cæsare.*

Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν καίσαρος τύχην.

Cæsarem vehens, fortunam vehis.

Plutarch. *in M. Antonio, circa finem* Philostrastus.

Plutarch. *in Demetrio, et id circa finem.*

Philo l. de sacrif. Abel & Cain. circa finem. *Sapiens redemptio stulti.*

Ambr. li 5. in Lucam sub init Idem l 1. de Abraham cap. 5 in fine.

DE PEREGRINATIONIBVS QVÆ AD LOCA SANCTITATE ET DIVORVM RELIQVIIS ILLVSTRIA PIE ET RELIGIOSE suscipiuntur.

CAPVT XXIV.

EVSTATHIVS pestiferæ hæreseos ductor suadebat iis omnibus qui à Templis & Martyrum monumentis abhorrerent, vt priuatis in ædibus communionem facerent. Claudius Taurinensis omnium sannis atque ludibrio obiiciebat Romipetas, eos nimirum qui ad sepulchra beatorum Apostolorum inuisenda religioso ardore confluebant. Henricus Tholosanus negabat vllum esse religionis actum in Votis & peregrinationibus quæ in honorem mortuorum fiunt. Wiclefistæ easdem peregrinationes idololatriæ damnabant. Lutherus cum inflat etiam paulo vehementius, peregrinationum vsum & consuetudinem ait esse vndecimam faciem Antichristi. Et

Socrates l. 2. hist. c. 33. *Illis qui Ecclesias detestabantur persuasit vt in ædibus suis communionem facerent.*

Ionas Aurel. de cultu imagin. lib. 3. habetur to. 4 Bibl. Pp.

In vita S Bernardi l. 3. c 5. Tho Vuald tom. 3. tit 15. Luth. in respon. ad lib. Amb. Cath. tom. 2. paulo ante medium.

Digitized by Google

tamen eas diuinæ paginæ, auctoritas Patrum, & ratio ipsa comprobarunt.

Deut. 16. 5.
1. Reg. 1. 3.
2. Reg. 15. 7.
Luc. 2. 41.
Io. 11. 20.
Act. 8. 27.
Act. 20. 16.
Hieron. epist. 17.
Si post passionem Christi (vt scelerata vox concrepat) hic detestabilis locus est, quid sibi voluit Paulus Hierosolymam festinare, vt ibi faceret Pentecosten?
Ioan. 5. 2. 3. 4.

Deuteronomii cap. 16. Edixit rerum omnium Genitor Deus vt mares omnes ter quotannis in eum locum se conferrent quem ipse imperasset: quod officium meritæ pietatis ab Helcana Samuelis parente in omni vita constantissime obseruatum sacra oracula testantur. Libro 2. Regum Absalon ita Regem affatus est, Vadam, & reddam vota mea quę voui Domino in Hebron. Seruator ipse Christus & eius parens Maria ex more & patria consuetudine solennibus Paschæ feriis Ierosolymam veniebant. Quin etiam Ethnicorum frequentia vt D. Ioannes animaduertit in id templum concurrebat adorandi gratia; Eunuchus certe quidem Æthiopicæ gazæ præfectus magno illuc apparatu & splendore cōtendit. S. Paulus maturabat vt dies festos Pentecostes Solymæa in vrbe transigeret, quod exemplum Marcellæ proponit grauissimus Hieronymus vt eam ad iter in Palæstinam suscipiendum inuitaret. Erat etiā probatica piscina Hierosolymis, dicta apud Hebręos Bethesda, quinq; porticus habens quo magna ægrorum multitudo conueniebat expectantiū aquæ motum, Angelus enim certis temporibus in piscinā descendebat & eam commouebat, quique primus se deinde in aquam misisset, omni ægritudinis & morbi molestia releuabatur. Talis etiamnum populi cursus affluentiaque cernitur iis in locis, in quibus æternum & beneficum Numen misericordiam ostentare suam, & communibus hominum miseriis leuationem adferre dignatur.

Eusebius l. 6. hist. c. 9.

Apud Eusebium Cæsariensem proditum Alexandrum præstantissimū Antistitem diuino instinctu & monitione è Cappadocia venisse Ierosolymam, tum locorum visendorum causa, tum voti religione: exceptum autem fuisse incredibili fratrū caritate & humanitate qui diuinitus eius

Idem l. 3. de vita Cōst. c. 1.

aduentum prouiderant. Idem Eusebius in vita Constantini Helenā memorat magni illius Imperatoris matrem iam ætate ingrauescente, ea loca inuisere voluisse de quibus scriptum est, *Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius*, & vbique suæ pietatis alte impressa vestigia reliquisse. Item lib. 13. de præparat. Euangel. ita loquitur, Nos Christiani veræ pietatis milites vt Dei amicos honorantes, ad monumenta quoque illorum accedimus, vota que ipsis facimus tanquam viris Sanctis, quorum intercessione ad Deum non parum iuuari profitemur.

S. Basil. *Interrog. 44.*

D. Basilius interrog. 44. in regul. fusius disp. quæstus arguit & nundinationes quę suis temporibus fieri consueuissent è magno hominū concursu ad reliquias honorandas, & grauissime ostendit ea loca inuisenda esse pie & innocenter ad orandum religiosius, eosq; imitandos qui profundere cruorem omnem suum, quā scelus consciscere maluerunt. Amphilochius literarum monumētis reliquit de S. Basilio & Eubulo facultates oēs suas vendidisse aut distribuisse pauperibus, vt liberi solutique impedimentis Hierosolymam pietatis gratia contenderent, & vtrumq; à Maximo vrbis Episcopo reprehensum cognitumq; fuisse. Epiphan. in vita

In vita Basilii quæ circumfertur nomine Amphilochii.
Epiphan. in vit. Euseb.

vita Ezechielis memorat ad illius Vatis sepulchrum quod in Syria positum est tantam vndiq; hominum multitudinem conuenire, vt Chaldæi vehementissime timeant ne cœleste illud pignus vi aut calliditate asporteretur, quæ causa sit cur aduentores ex eo loco digredientes studiose comitari soleant atq; deducere.

S. Chrysostomus homilia 32. in epist. ad Rom. ardere se ait incredibili cupiditate aduolandi Romam aliquando ad reliquias visitandas. Et homil. 8. in epist. ad Ephesios, ad cœlos vsq; laudibus & mirifica oratione attollit vincula magni Petri Apostolorum principis quę stygiis laruis dicit esse formidabilia Angelisq; honoranda: & ni functio quotidiani muneris & valetudo infirma prohiberet initurum se illud iter maxima voluntate, vt catenam intueri beatam & carcerem posset, in quo ille fuisset constrictus. Et homil. 66. ad populum Antiochenum, Christum asserit non ad se modo adorandum pellexisse orbem terrarum, sed ad discipulos quoq; suos & eorum ossa atq; monumenta celebranda, ad quę multi inflammato studio rapiuntur, qui ne pedem quidem vnum progredi voluissent ad nobiles Regum aulas & fulgentia Mausolæa inuisenda.

Chrys. hom. 31 recentioris editionis vel 32. in cap. 16. Epist. ad Rom. versus fin. [illegible Greek]

Idem homil. 8 in Epist. ad Ephes. sub initium. *Nihil est illa cathena beatius. Vellem nunc esse in illis locis, in quibus dicuntur manere illa vincula, & merito viros illos admirarer propter Christi desiderium. Vellem videre cathenas quas pertimescunt quidem & horrent Dæmones, reuerentur autem Angeli.* Et paulo post, [illegible Greek]

Idem homil 66 ad popul. Antioch. *Christus tunc omnem terrarum orbem traxit ad se adorandum cum mortuus fuisset. Et quid de Christo loquor, cum & discipulos postquam obierunt tunc effulgere fecit? Quid dico discipulos? Nam & eorum loca & sepulchra, & tempora perenni memoria celebrari curauit, &c.*

Socrates in Ecclesiæ annalibus ait Theodosium Imperat. auctorem fuisse Eudociæ coniugi suæ, vt soluendi voti gratia Hierosolymam peteret, quo euolaturam se promiserat si filiam in matrimonio collocatam videret. Id quidem fecit illa vltro & insigni alacritate, atque in omnib. Orientis Ecclesiis quas in ea peregrinatione potuit inuisere, innumerabilia ornamenta & rei sacræ splendidissimum choragium reliquit, & vbique ad totius posteritatis memoriam suæ pietatis & virtutum omniũ clarissima testimonia defixit. Theodoretus in historia religiosa etiam peregrinationes attingit sanctissimorum hominum quorum vitam vero & vberi orationis cursu persequitur. Et li. 8. de Græcanic. affect. quod fit discrimen explicat inter eorum vanitatem arrogantiæ plenam insolentisque fastidii, qui se deos indigitari voluerunt, quales Antiochus & Caius qui Tiberio successit, aut qui sibi Templa & Heroa poni iusserunt inter quos Vespasianus Adrianusq; numerantur; & illustrem solidamq; gloriam quæ post fatum caros Deo homines consequitur, quod illorum omnis memoria simul interit & deflorescit cũ vita, horũ aũt efflorescit in dies magis & incredibili accessione honos augetur: id præsertim in eo videri perspicue quod non modo semel atque iterum in anno, sed quotidiana prope frequentia eorum Templa inuisantur, & ne quis putet id frustra & sine maximis vtilitatibus fieri, prostant inquit tabulæ pictæ,

Socrat. l. 7. c. 46.

Theod. hist. relig. c. 9. De Petro Eremita ca. 19. habetur in historia Christiana SS Patrum.

Ille ex Galatia, Marana vero, & Cyra ex Ælia absque cibo Hierosolymam vsque. Est autem iter non paucorum quam 20. dierum.

Idem li. siue ser. 8. Græc. affect. de martyr.

imagines belle affabrefactæ & pia huiusmodi argumenta, quæ diuina beneficia contineant & salutem inuocatione Sanctorum & gratia apud Deum comploratæ valetudini restitutam. Atque hic mi Lector animaduertat Theodoretum expresse & distincte explicuisse, quemadmodū alii quidem in loca illa pia contenderent vt sobolem assequi possent, quædam pro felici virorum suorum in patriam reditu, alii ad amolienda itinerum pericula & auertuncanda, nōnulli ad persoluendas grates pro munificentia & cœlestium donorum largitione, quidam pro conseruāda re familiari fortunandisq; negotiis, omnes autem maximo studio singulariq; optātes Martyrum præsidio & cura defendi eosq; habere apud Deum intercessores. Et quod est maxime in ea re notabile, ad Templa monumentaq; Sanctorum suspensas videri ait pedum, manuum, oculorumq; imagines, auro & argento expressas, quæ publica forent anathemata pietatis, & beneficii tum accepti, tum sperati documenta.

Οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν, οἱ δὲ ποδῶν, ἄλλοι δὲ χειρῶν προσφέρουσιν ἐκτυπώματα, καὶ οἱ μὲν ἐκ χρυσοῦ, οἱ δὲ ἐξ ὕλης ἀργύρου πεποιημένα. Nam alii quidem oculorum alii vero pedum, alii vero manuum simulacra suspēdunt ex argento auroue cōfecta. Gratissime namque accipit eorū dominus, qualiacumque sint dona, nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea proferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium spectaculo exporrecta testantur morborum depulsionem: cuius ipsa certissima sign. sunt, à sanitatem consequutis allata. Hæc inquam sepultorum ibi Martyrum quæ sit virtus ostendunt.

S Ambr. orat. de vit. & virtut. Theodos. post med.

S. Ambrosius orat. de vit. & mor. Theodosii meritis præconiis Helenæ Augustæ pietatem exornat in Sanctis locis peruestigandis, & alludēs ad id vitæ munus atque officium quod olim exercuerat priusquam Cōstantio nuberet qui deinde orbis terræ imperium moderatus est, O bona inquit stabularia, quæ tam diligenter præsepe Domini requisiuit, &c. Venit ergo Helena, cœpit reuisere loca sancta: infudit ei spiritus vt lignum crucis inquireret, accessit ad Golgotham. &c.

S. Hier. ep. 17. ad Marcel. c. 6. & c. 1.

S. Hieronymus Epistola quadam ad Marcellam quam ad profectionem Bethlehemiticam inuitat, vix vllius orationis copia dici posse ait & explicari, quot populi & lōge dissitę nationes, quot Episcopi, quot Martyres, quot eruditi maximarum artium cognitione viri Hierosolymam se cōtulerint, locum vt eum viderent, ex quo primum læta Euāgelii vox eruperat, cum sibi omnino persuaderent, nequaquam summam vt dicitur manum accepisse virtutum, nisi Christum in iis locis adorauissent, vbi humani generis causa in vitam ingredi, & ab eadem decedere voluisset.

Idem ad *Rusticum ep. 46. c. 5. 10, 1.*

Alio etiam loco refert qua religione Paula fœmina lectissima admirandæque sanctitatis sancta Palæstinæ loca inuiseret. Et in Epistola ad Rusticum, cum ante oculos votum illi suum obiecisset de lustrādis sanctissimis locis, his eum verbis fidenter affatur, *Redde quod præsente Deo spopondisti: incerta est vita mortalium, ne ante rapiaris quam tuam impleas sponsionem.* Deinde illum redarguit quod vxor sexu & mente imbecillior, illum tamen officio præuenisset. Idem in Epist. ad Desiderium, rogat & cohortatur vt ratione institutæ peregrinationis ad sancta loca, se inuisere minime grauetur: additq; partem esse fidei, ea loca lustrasse in quibus vindex hominum Deus vestigia olim posuisset.

Idem epist. 154. ad Desiderium. *Hortor vos & precor per Domini charitatem, vt nobis vestros tribuatis aspectus, & per occasionem sanctorum locorum tanto nos ditetis munere, &c. Adorasse vbi steterunt pedes Domini, pars fidei est, & quasi recentia natiuitatis & crucis, ac passionis vidisse vestigia.*

D. August.

Digitized by Google

D. August. in Epist. ad Cler. populumque Hippon. monet, quod licet infinita illa mens & æterna mundum administrans vbiq; sit, & veri adoratores eum venerentur in veritate, & tametsi intimum pectus & infixa in animo pietas potissimum à Deo spectetur: negari tamen non posse, quin miracula hoc potius quam alio in loco fiant, & qui causam profundius scrutari vellet, in gurgitem & abyssum diuinorum iudiciorum ruere eum oportere. Deque se ipse testatur, quod Bonifacium Nolam miserit, vbi S. Felicis corpus erat conditum, admirandis prodigijs excitatus & cœlestium bonorum copia, quæ ibidem Cœlitum meritis & fauore apud Deum concedebantur.

Aug epist 137. ad Clerum populumque Hipponensem. tom. 2.

Vbiq; quidem Deus est, & nullo continetur, vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratorib. in spiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto & iustificet & coronet: veruntamē ad ista, quæ hominib⁹ visibiliter nota sunt, quis potest eius consiliū perscrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs non fiant? &c.

Seuerus Sulpitius de se narrat, Narbone se Carthaginem concessisse, vt in Africa Diuorum augusta sepulchra & imprimis Tropæuchi Cypriani viseret. Gennadius qui sæculi quinti interuallo floruit de dogmat. Ecclesiast. agens minime Christianum esse nuncupandum ait, sed Eunomianum potius aut Vigilantij de grege tenebrionem, qui meritum reliquijs honorem, aut monumentis Templisq; Sanctorum non redderet. Iustinianus legem tulit, qua prouidebat Peregrinatorum inopiæ, qui incredibili frequentia vndique affluebant, vt vota sua ad Templum magnificentissimum resurrectionis persoluerent: edictoque prohibuit, ne prædia Ecclesiæ, quæ peregrinis excipiendis seruiebant, vllo modo abalienarentur. Federicus Imperator liberam potestatem concedit Ecclesiæ pœnam commutari Incendiarijs debitam sceleſtissimisque hominibus, in Peregrinationem ad Sepulchrum Sanctum aut ad ædes D. Iacobi ad Brigantium seu Compostellam. Pepinus liberum Commeatum dedit peregrinis, qui pietatis & religionis causa Romanum iter suscipe- rent, de qua re in legibus Longobardorum clara est & perennis auctoritas.

Seuerus Sulpit. de virtutibus monachor orient. Dial. 1 c. 1. *Ante triennium vbi Narbona nauim soluimus, adeo prospera, Dei nutu, nauigatio fuit: libuit animo ire Carthaginem, loca visitare Sanctorū, & præcipue ad sepulchrum Cypriani martyris adorare.*

Gennadius Massil. de Eccles. dogmat. ca. 73 habetur to. 3. operum D. Aug. in appendi.

Iustin. Nou. 40. §. 1. *Omnibus hominibus manifestum est hoc sanctissimam Resurrectionem eos, qui ex omni orbe cô confluunt (quorum multitudinem infinitam est dicere) & suscipere, & alere, & facere sumptus immensos & insperatos, &c* Et §. 3. *Hac nos venire ad præsentem legem fecerunt, quam dedicamus Deo, & omnium Ecclesiarum sanctissimæ resurrectioni, per quam sancimus omnia quidem alia, & in sanctissima resurrectione obtinere occasione, traditorum Ecclesiasticorum (neque enim ipsi omnino permisimus venditionem nullam facere prædiorum) super adds. ijs laxamus aliquid der gore legis.* Pepin. in leg. Longob.

Conciliatio.

Hæc igitur dirimi controuersia isto fere modo possit. Si Catholici ex vna quidem parte fateantur esse Numen vbique, neque eius gratiam vllo certo loco aut tempore definiri. 2. Magnæ Britanniæ vrbes atque littora tam esse finitima cœlo quam Hierosolymitanā ciuitatem. 3. Quod Deus eos vbicunq; terrarum intueatur & agnoscat, qui ipsum tota animi contentione diligunt, eiusque mandatis obtemperant. 4. Christianos fore iudicandos non ex ipsa conditione loci, in quo morantur, sed ex fide laudandisque operibus & honestis. 5. Veros adoratores non amplius Hierosolymis adorare aut in mēte Garizin. 6. Deum spiritum esse, in spiritu & veritate adorari velle, & pro arbitrio vbicunque vult, spiritum effundere suum. 7. Orbem terrarum & plenitudinem eius ad procreatorem omnium rerum Deum pertinere. 8. Quod eius nomen non in

Iudæa modo sit notum, verum etiam ad vltimos vsque fines terrarum pertinent. 9. Quod ea loca, vbi crux Seruatoris fuit constituta, vbi ipse fixus, & in sepulchro positus, vbi ad vitam suscitatus, vtilia sunt & fructuosa non ijs, qui corporis oculis ea contuentur, & in sordibus vitę impuræ volutati hærent: sed illis, qui pœnitentia & noua morum velificatione, à vitio in virtutis portum studio incenso rapiuntur. 10. Quod sumus verissima Domini Templa, quod Spiritus sanctus in nobis inhabitat, quæ fere sunt ipsa verba D. Hieronymi ad Paulinum scribentis, & profectionem dissuadetis in Palæstinam, quod religiosus & Monachus esset. 11. Etiam fatemur exiguum esse eorum numerum, quibus è peregrinatione fiat virtutis accessio, & pietatem sæpe in itineribus spargi & imminui. 12. Cum sanctissima Eucharistia sit inter nos in eaque ille versetur, qui & Palæstinam sua olim præsentia & Hierosolymam atq; adeo domum Lauretanam consecrarit; satius est id quod præcipuum est atq; palmarium pro tenuissimis adiunctis non dimittere, & veram potius in pietatem incumbere, quam illam im; etu & temeritate in communes vias dissipare: neque enim Hierosolym is fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est ait D. Hieronymus in Concilio Chalcedonensi laudatus.

Hieron. ad Paulin. ep. 13. initio tom. 1.

Enimuero hoc etiam concedi oportet, ibi esse Dei beneficia & cœlestia dona quærenda, vbi illa benigne ostentat, & vbi magnificentius suæ fontes humanitatis & liberalitatis aperit, idq; sine vllo metu erroris atque fraudis, cum ea loca aut cœlites honorantur, quos ipse Deus suis muneribus & fauore insigniter cohonestat. Præterea hoc assentientur omnes, Reliquiarum præsentiam multum valere posse ad excitandam in animis religionem & influxum diuinæ misericordiæ conciliandum: Et quemadmodum vbiq; Deus est tribus modis, per essentiam, procreatas à se res omnes implendo, per præsentiam, eas videndo, per potentiam, in ijsdem operando: & perinde vt in anima iusti est per gratiam, in damnatis spiritibus per iustitiam, in naturis à se conditis per prouidentiam, in peccatoribus, quos flagitiorum pœnitet per misericordiam, & in humanitate, quam à Beata Virgine sumpsit per vnionem hypostaticam, Sic credendum omnino est in certis eum locis versari singularis beneuolentiæ indicio & gratiæ largitione præsidijq; salutaris, pro sua sanctissima voluntate, quam semper æquum est venerari & colere, vt propositorum omnium nostrorum consiliorumque scopum, quo etiam appetitiones animi omnes collineare debent.

QVOD

Digitized by Google

QVOD CERTISSIMA SIT DISTINCTIO IN FOELICITATE ET GLORIA BEATORVM.

CAPVT XXV.

TAMETSI hæc quæstio in controuersiam vulgo non vocetur, est tamen apud aliquos dubia, qui quod ad cœlum attinet & amplissimam dignitatem qua fruuntur beati, se vacuos ambitione gloriantur, quamuis in humani aura honoris studiose colligenda ambitiosissime elaborent. Aiunt enim satis sibi esse, dummodo cœlitum domicilio potiantur, qui Deum videt, peruidere omnia: iunctos illi vniuersos aliquando, & prope dicam rem eandem cum ipso futuros, & quod sequitur fore omnes æquales, in fontem atque originem suam confluentes. Denique ex Parabola Euangelica, qui in vinea se vsq; ad vesperam summis & diuturnis laboribus conficiunt, æquam mercedem habituros cum ijs, qui exiguo tempore laborauerint.

Contrarium autem probare neq; arduum est & perdifficile, & in quo minime consumendum otium videatur. Imprimis enim Oraculum monet Veritatis, quod diuinæ mentis Interpres Ioannes prodit, *In domo Patris sui mansiones esse multas*. Quem in locum eruditus Maldonatus animaduertit Christū Seruatorem adhibuisse potius vocem μονὴ quam οἶκον, cum significare vellet se de fixa & stabili sede loqui, non de varijs gradibus atq; ordinibus, qui in Ecclesia militante reperiuntur. 2. Idem etiam docet Apostolus in 1. ad Corinth. cap. 3. cum ait vt stella differt à stella in claritate, ita futuram resurrectionem mortuorum. Cuius rei rationem adferens tum eo loco, tum in 2. cap. 9. ait fore, vt *quisque recipiat mercedem secundum laborem suum*. Et iterum: *Qui parce*, inquit, *seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*. Et breui Galatas monendos putauit, quod *qua seminauerit homo, hac & metat*. Talis nimirum est statera Iobi & Iacobi scala, talis distributiua iustitia Dei,

Ioann. 14. 2.
ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι.
1. Cor. 3. 8.
1. Cor. 15. 41.
2. Cor. 9. 6.
Galat. 6. 7. 8.

Digitized by Google

Dei, quam in terris nunquam Reges & Magistratus in præmijs persoluendis adumbrauissent, nisi in Prototypo fuisset expressa. Atque hęc ratio tam certa est tamque firma ad probandum, vt qui iustitiam à Deo sustulerit, præsertim in mercedibus tribuendis, & remunerandi consuetudine, is etiam fidem ab eo & pollicitationum veritatem, & diuinitatem ipsam eripiat. Quod attinet ad obiectiones, quas humiles abiectique animi faciunt, qui quod se totos in huius mundi vanitatem ingurgitauerunt, nullum veræ & solidæ gloriæ sensum habent, facilis & expedita est responsio. Aiunt eum qui Deum videt, videre vniuersa. Verum id est, sed nequaquam verum, qui Deum videt, cum plane perfecteque Deum videre, & vt ita dicam totaliter. Primi illius ratio est, quod Deus nullam in essentia compositionem habet, nullam coagmentationem & quasi structuram: natura & supposito, è substantia & accidente, è toto & partibus, cum exploratum sit, quidquid in Deo est, esse Deum, & necessaria consecutione infinitum, quæ conditio partium compositioni repugnat, quarum vnaquæque ab alijs distinguitur certo veluti orbe atque limite, quem vulgo in scholis differentiam vocant constituentem essentiam rei, in qua est, eamque à quolibet alio distinguentem. Ab hac eadem infinitate secundi illius effati ratio depromitur, quod communicandi se modi infiniti sint, cum essentia ipsa in omnem partem infinita est & immensa. Hinc fit, vt solus filius Genitoris essentiam comprehendat, vt de se ipse asserit, norint autem ij, quibus ipse manifestauerit. Nam alioqui nisi hoc ita esset, minimus eorum, qui Dei conspectu fruuntur, tam esset beatus quam Deus ipse, cum eius immensa & interminata beatitudo in nulla alia re versetur, quam in absoluta & vndique perfecta suæ essentiæ cognitione: atque ita Christi Seruatoris anima nihilo esset alijs felicior, nec illius Mater integerrima in potiunda felicitate bonum latronem anteiret. Quod plane absurdum est, communi sensui atque rationi repugnans, & illi pulcherrimæ descriptioni, quæ inter ordines Hierarchiæ cœlestis reponitur, abhorret denique à modo loquendi Seruatoris, cuius dictum illud est de S. Ioanne Baptista, adhuc in humanis agente, *Qui minor est in regno cælorum, maior est illo:* nam si ex æquo beati omnes forent, inanis esset atque ridicula omnis à minore ad maius comparatio. *Matth. 11.11.*

At inquiunt iuncti cum Deo & copulati imo & res vna cum eodem futuri sumus, nulla igitur tum erit distinctio. Antecedens verum est, falsum consequens, cum illa beatorum cum Deo coniunctio non fiat in eiusdem cum Deo essentiæ communione, sed potius communicatione gloriæ, quam salutis nostræ parens Christus Ioann. 14. *Sui ipsius manifestationem* appellat. Vbi notandum est, interiorem illam diuinitatis communicationem iam penitus, si ita fas loqui, exhaustam & consumptam videri, tum emanatione Verbi, quæ fit per Intellectum, tum productione Spiritus sancti, quæ fit per voluntatem. Et quod attinet ad mutuam Beatorum coniunctionem, diuinus Paulus 1. Corinth. cap. 13. docet, *Ioann. 14.21.*

docet, eam fieri per caritatem omnibus suis numeris iam absolutam, quæ cum sui originem capiat, & finem à præstantissimo ardore beneuolentiæ aduersus Deum, vel potius vna sit cum eo beatitas, Cœlites omnes mirabili coniunctione in eo vincti & sociati reperiuntur, vt diuersi radij, qui à Sole fluentes, in eundem coeunt.

Vrgent præterea aiuntque, si graduum sit honorumque distinctio in cœlo, futuram igitur inuidiam & ambitionem, & vt fere fit inter claros & potentes viros flammam etiam discordiarum. Iis nos respondemus Christi Seruatoris verbis, *Erratis nescientes Scripturas* & diuinas perfectiones. Non est fas neque verum res cœlestes terræ modulo & humilitate metiri. Hic quidem odia ciuilesque discordiæ, inuidia, maleuolentia, è proprio innatoque amore in res suas oriuntur, at in clara illa Dei domo, dulcis caritas & omnium rerum communio dominabitur, teste magno Augustino. Vna omnium est voluntas, quæ ipsius Dei est propria, nihil spurcum & contaminatum eo ingreditur, vitiosæ animorum perturbationes & inimicę rationi tantum ab eo absunt loco, quantum Inferi vnde exoriuntur, à cœlo Empyreo dissident. Atque omnino eiusmodi futiles argumentationes amandandæ forent ad Sadducæos, qui veriti non sunt ab æterna sapientia Christo Domino quærere, quid illa muliere fieret in communi mortuorum suscitatione, quæ viros septem habuisset, & cui illorum in omnem æternitatem copulanda esset: quibus ipse respondit, *In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.*

Matth. 22. 29.
Πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ.
Aug. Tract. 67 in Ioann. tom. 9. *Nō erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis.*
Ibidem, paulo ante. *Deus erit omnia in omnib. vt quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat, vt quod habent singuli, commune sit omnibus: sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero, quod ipse non habet.*
Augustin. tract 67. in Ioan. prope initium.

Quod vero spectat ad parabolam denarij diurni apud Matthæum capite vigesimo, idem ipse Augustinus respondet remque in hunc modum exponit, *Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt, in vinea iubet dari omnibus non in eo discernens, qui minus & qui amplius laborarunt, quo vtique denario vita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit, quoniam viuendi non est diuersa in æternitate mensura, sed multæ mansiones diuersas meritorum in vna vita æterna significant dignitates: alia est enim gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum, stella enim ab stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum.* Eandem responsionem grauissimus Doctor profert sermone 59. de Verbo Domini, cum de Sanctis ait, quamuis stellarum instar inæquali meritorum varietate fulgeant, vitam tamen, quam æternam assequentur æqualem in omnibus futuram, cum non sit in vno, quam in alio longior aut contractior. *Non enim*, inquit, *alteri erit longius, alteri breuius, quod pariter sempiternum est, & quod non habebit finem, nec tibi habebit nec mihi.* Et paulo post de meritorum inæqualitate loquens, distinctius sic adiungit, *Alio modo ibi erit castitas coniugalis, alio modo ibi erit integritas virginalis, alio modo ibi erit fructus boni operis, alio modo corona passionis. Illud alio modo, aliud alio modo: tamen quantum pertinet ad viuere in æternum, nec ille plus viuit illo, nec ille plus illo.* Quæ responsio tam clara est, tamque rem conficiens, vt propositam obiectionem diluat penitus, & profliget, nihilque restet amplius, quam vt damne-

August. de verbo Dom. tomo 10.

mus Iouiniani errorem, & vna animorum concordia cum eodem Sancto Augustino dicamus, quod *nullus eorum abalienabitur ab illa domo, vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito.* Et cum D. Gregorio, *Quia in hac vita est discretio operum, erit in illa proculdubio discretio dignitatum, vt quo hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat. Vnde in Euangelio Veritas dicit in domo Patris mei mansiones multæ sunt. Sed in eisdem multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionum diuersitas concors, quia tanta vis amoris in illa pace nos sociat, vt quod in se quisque non acceperit hoc se accepisse in alio exultet.* Faxit Deus Optimus Maximus, vt quod iam de illa æternitate ratiocinando attingimus, tandem aliquando experiundo consequamur.

Gregor. lib. 4. Moral. c. 31.

DE CONSECRATIONE SEV CANONIZATIONE SANCTORVM.

CAPVT XXVI.

IDEM Genius erroris & impietatis architectus, qui olim in cæca nube atque tenebris superstitionis inanium Deorum Apotheosin facili negotio persuaserat, nunc alia machinatione omnibus ingenij malitiæq; neruis contendit, ne vllus vitæ innocentia clarus & insignis Deoque amicus in Diuorum numerum referatur. Nimirum sui semper similis, implacabili odio furens & infestus, in communis omnium Creatoris gloriam naturamq; humanam gestit irruere.

Eius quondam inductione & impulsu Romani sua in vrbe imperij orbis terræ domicilio, Aram Maximam Herculi excitarunt in foro Boario: in Cœlio monte Templum Fauno; apud collem Auentinum sacellum Euandro: Aram etiam Deæ Carmentæ, quæ Themis apud Græcos indigitata, sub Capitolio, quæ nomen quoque portæ Carmentali dedit. Castori item & Polluci in Romano foro Templum dicarunt: Æsculapius cœlo etiam assertus in Insula Tiberina delubrum & solennes ceremonias habuit. Acæ Laurentiæ annuæ feriæ constitutæ sunt ad de-

cem

Semidei, seu ex hominib. in Deos consecrati.

Hercules. *Eius ara maxima Romæ, prope forum Boarium.*

Faunus. *Templum ei Romæ in monte Cœlio, itemq; ædes in Insula Tyberina.*

Euander. *Ara illi Romæ, apud collem Auentinum.*

Carmenta. quæ & Græcis Themys. *Ara illi apud Carmentalem portam, sub Capitolio.* Castor & Pollux. *Templum illis in foro Romano.* Æsculapius. *Templum ei in insula Tyberina.* Aca Laurentia. *Feriæ ei annua 10. Kal. Ian. id est, 23. Decemb.*

Digitized by Google

...cem Calend. Ianuarij. Annæ Perennæ Idibus Martij. Plures huiusmodi reperiuntur tum viri, tum mulieres, quos antiquitas ad Deorum conditionem euexit, non modo Romæ, sed alijs quoque in prouincijs omnique terrarum, quos Heroas & Indigetes nuncupauit.

Anna Perenna. Feria ei annua, Idib. Mart. id est, die eius 15.

Nunc vero cum in eadem vrbe, quam iuste Reginam Veterum monumenta dixerunt, tabernaculum veritatis collocatum sit, & visibile Christianæ Ecclesiæ caput Duxque præsideat, si contingat, vt animæ quædam sanctæ & innocentes declarentur beatæ, illius sententia & iudicio, quem Christus IESVS sapientiæ oraculum fonsque veritatis Vicarium nobis suum reliquit; e vestigio erumpunt greges hominum fanaticorum refractaria mente atque tortuosa, qui ab eodem plano & inimico religionis in fraudem inducti, falsitatis damnare audent librum vitæ, editionem impedire Diplomatum veluti regiorum Prædestinationis, coarguere etiam obsignatos codicillos, quos Agnus aperuit in pluteis æternitatis sertatos, quique euolutis pagellis Triumphanti Ecclesiæ clare & perspicue objeciuntur, at Militanti veluti per nebulam & in quadam obscuritate. Huic deplorandæ hominum cæcitati medeamur, si fieri potest, & de tota re dilucide breuiterque disputemus.

Tota hæc de Sanctorum apotheosi disputatio ad tria Capita reuocari potest, Nimirum si quæratur 1. An vllum mortalium in Diuorum numerum referri oporteat. 2. Quis efficere id ex munere suo possit. 3. An Ecclesiæ iudicium possit in ea re constituenda aberrare. Et quoniam accurata rei intelligentia, ab eius definitione aut descriptione vulgo pendet, antequam ad probandum aggrediamur, præsupponendum est hanc Diuorum consecrationem nihil esse aliud, quam *Publicum iudicium & testimonium eorum, qui Ecclesiam moderantur, de beatitudine & religioso honore, qui Sanctis æterna gloria fruentibus defertur.* Fit autem illud primum, Vt Deus in seruis suis honoretur. Secundo, vt Ecclesia pulcherrimis institutis illustretur in dies magis & ornetur. Tertio, vt Christiani nouis aculeis ad virtutem excitentur. Quarto, vt Symboli fides stabiliatur de communione Sanctorum. Aliæ plurimæ sunt rationes multo ijs honestiores, quibus impulsus Ioannes Foxius volumen contexuit de Martyribus Summo Pontifici inimicis, aut Theodorus Beza, qui Icones descripsit Lutheri, Melanchtonis, Zwinglij, Carolostadij, Oecolampadij, Caluini, Brentij, Petri Martyris & aliorum, qui doctrina pestilenti & nefaria orbem omnem conturbauerunt, & tamen eos ipse *Viros illustres* appellat. Præterea animaduertendum est, honorem qui Cœlitibus Christiano more tribuitur, non prophanum, neque politicum, sed sacrum & religiosum esse, eamque octo præcipua adiuncta complecti.

Ioannes Foxius Anglus scripsit volumen de Martyribus omnium sectarũ contra Papam.

Extant & Icones Theod. Bezæ.

1. Quod is cuius memoria sanctissimis religionibus consecratur, sic ad Cœlitum numerum ascribitur, vt omnes, qui Ecclesię monitis obsecundant, teneantur de illo, tanquam de beato & felicissime in cœlo

triumphante, & sentire & loqui, eique pro eius dignitatis ratione honorem impertire. 2. Quod in statis & publicis Ecclesiæ precationibus inuocari possit. 3. Quod in eius memoriam exædificari Templa queant, sacella, oratoria, Aræ, monumenta, & eiusdem nomine insigniri. 4. Quod in eius honorem consuetis ceremonijs celebrari officium possit, & augustum aræ sacrificium offerri Deo, in gratiarum actionem pro gloriæ illa immensitate, quæ illi est concessa. 5. Quod festi dies eius nomini institui possint. 6. Quod eius imagines pingi fingique possint, quæ eum exprimant, quæque honorifice collocentur supra iconas Regum & Dynastarum; ante quas etiam funalia incendi cereosque liceat, ad significandam eam gloriam & beatitatem, qua ob commercium diuinitatis fruitur. 7. Quod reliquiæ honestissime conseruentur proponanturque populo ad religiosum cultum & venerationem. 8. Quod exteri omnes, quos vno peregrinorum nomine complectimur, ad eius celebrandam memoriam itare possint, locum in quo situs & sepultus fuit inuisere, Deo ibidem vota persoluere, alia obire pietatis officia, quæ ab omni hominum memoria Sanctis in Ecclesia tribuuntur. Et quoniam hæc omnia historię veritate nituntur, nunc eodem orationis filo attexamus, quanti referat facti rationem intelligere, vt ad ius ipsum sine errore veniamus.

QVOD CONSENTANEVM SIT, publico iudicio quosdam in numerum Beatorum ascribere.

CAPVT XXVII.

Ecclesiast. cap. 44. ver. 9. 10. 13. 14. 15.

DEVS ipse rectissima actionum consiliorumque norma in vtroque Testamento id docet, in Veteri quidem Ecclesiastici oraculo, in Nouo, D. Lucæ testimonio. Ecclesiasticus sic effatur, *Sunt quorum non est memoria, perierunt qu. si qui non fuerint, & nati sunt quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis. Sed illi viri misericordia sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in Testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propter illos vsque in æternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudes eorum nuntiet Ecclesia.* Deinde idem ipse Ecclesiasticus splendida apotheosi beatos renunciat Enoch, Noe, Abrahamum, Isaacum, Iacobum, Moysen, Aaronem, Phineen, Iosue, Galebum, Samuelem, Nathanum, Dauidem,

dem, Heliam, Iosiam, Ieremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas, Iesum filium Iosedeci, Nehemiam, & vetustiores aliquos Seth, Sem, & Iosephum, inter quos non omisit Salomonem, Roboam, Ieroboam, Zorobabelem & alios præterea quosdam ob certa quædam ornamenta splendoris quibus inter homines præstitissent. In nouo Testamento S. Lucas cum res gestas Apostolorum persequitur, oratione sua consecrat & cœlo asserit S. Stephanum, S. Iacobum maiorem, Sanctum Petrum, Sanctum Paulum, Barnabam & Silam. Vnde facile concludi potest, Deum in Ecclesia potestatem reliquisse idem faciendi erga illustres religione viros, & nota virtute præstantes, qui deinde consequerentur; eadem enim cogit ratio vt idem existimemus. Nam quis negare iure posset quin virtutem honor consequatur, vt vmbra corpus? quis tantis vnquam tamque æternis honoribus Diuos exornet, quot ab ipso DEO cohonestantur? quis tam hospes tamque peregrinus est in hominum vita & moribus, qui nesciat, quantum valeant ad commouendam in animis pietatem exempla illorum qui natura & conditione simillimi nobis fuerunt? cum audimus aut legimus eorum vitam egregiis facinoribus distinctam, cum videmus eorum statuas, imagines, monumenta, feriatos & solemnes dies, cum reputamus qua celsi & inuicti animi constātia Carnem, Mundum, stygiumque prædonem superauerunt, quamuis cincti & appetiti fuissent ab iisdem inimicis, iisdem periculis obiecti, iisdem ærumnis miseriisque circumsessi, è paribus qualitatibus conglutinati, qui denique vt ait Apostolus in fictilibus vasis gratiæ thesauros gestarent. Nonne in idem cum ipsis corpus adsciti sumus? Membra & artus vnius & eiusdem, nonne mutuo offerri gaudio & commoueri misericordia debent, ob commune bonum damnumue? An non hoc ipsum diuine persequitur electus sapientiæ Doctor Paulus ad Hebræos & Romanos scribens, *Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum, conuersationis imitamini fidem: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula.* Quasi diceret, Christus Iesus in vobis esse potest, quod in ipsis fuit. Et ad Rom. 12. *Multi vnum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra.* Et ad Ephes. 4. *Sumus inuicem membra.* Quod si diuinis profana immiscenda sunt, nonne recte sapienterque ille olim aiebat

Seneca. Nunquam stygias fertur ad vmbras inclyta virtus.

2. Cor. 4. 7. In vasis fictilibus.

Vt quid conspicuo vertice, Basili, cœlos te superexerit? An non fictibilibus tu quoque in hydriis. Aura particulam sacra Gestas? quæ reliquis vitrea texuit Clotho stamina, non tibi?

Ad Heb 13 7.

Et Pater Æneas & auunculus excitet Hector.

Virgil. 3 Æneid.

Quam aliam ob causam induxerunt antiqui statuas, Amphitheatra, Arcus triumphales, magnificas substructiones Pyramides, tantam varietatem coronarum, Ciuicæ, Castrensis, Obsidionalis, Naualis, Triumphorum pompam & Ouationum? Et cum hæc defuissent, cur tanto studio adhibebant Encomia, panegyricas orationes, Apologias, Comparationes & commentarios rerum gloriose gestarum, quibus excellenti homines vita ad totius posteritatis memoriam consecrantur nisi vt ad præstantem dignitatem inuitarent omnium animos & impellerent, qui naturæ veluti igniculis ad gloriā & mirabilium hominum imitationē rapiuntur?

Excitat auditor studium, laudataque virtus. Crescit, & immensum gloria calcar habet.

1 Cor. 12. 31.

Ioan. 13.

Ioan. 15. 15. Iam non dicam vos seruos, & vos amici mei estis, &c. v. 11. 14.

untur?

untur? *Æmulamini charismata meliora* ait Apostolus. Atque in hoc glorianda illa atque laudabilis ambitio versatur si tamen hoc nomẽ in affectionem conuenit ad virtutem directam & æquabilem, quæ lõge pulchrior & perfectior esset futura, si Sanctorum imitatione & exemplo, sine vllius priuati commodi spe & appetitione Deo inseruiremus, propter ipsius gloriam non nostram, ob eum ipsum non ob dona quæ ab eo in nos deriuantur, idq; spiritu non seruitutis sed adoptionis, qui proprius est filiorum, qui vt ait D. Ioannes *non ex sanguinibus, neque ex vo untate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Est tamen hoc verissimum tantam erga nos Dei benignitatem humanitatemq; fuisse, vt suum commodum nostrum ducat; & illius gloria à salute nostra vix seiungari posse videatur. Quod si congruens & æquum est in laude & honore ponere clarissimos Dei amicos, ea cum eo necessitudine coniunctos, quos dicimus *Sanctos*, nominentur iam illi mihi ad quos spectat eos honores decernere, explicetur num rationi conueniat id cuiusque iudicio relinquere, an referre potius ad Ecclesiam, & ad eos, qui prouide & legitima auctoritate illam administrant, quique omnem perturbationem confusionemq; possint tollere: qua de re consequens nunc est vt videamus.

CVIVS PROPRIVM MVNVS SIT VITA *functos cum Cœlitum honoribus & religione coniungere.*

CAPVT XXVIII.

Sicut consuetudines saculares vim habent legis ex tacito consensu principis, & sine eo nullam vim habent, vt patet ex D. Thoma 1. 2. q. 97. art. 3. ita sancti alicuius cultus ex consuetudine ecclesiarum generaliter introductus vim habet, ex approbatione tacita vel expressa summi Pontificis. Cypr. lib. 3. ep. 6. seu 37.

OMNIS hominum ad Diuos aggregatio, aut peculiaris est aut generalis, tacita aut expressa. Particularis est cum renunciatur aliquis Sanctus aut vna in prouincia tantum aut diœcesi: Generalis est cum Orbis vniuersi præconio & religione excipitur. Primo illo modo quilibet Episcopus olim in sua diœcesi consecrare homines potuit, vt constat ex S. Cypriani Epistola 6. lib. 3. vbi iubet sibi continuo renunciari cum quis fidem & Christianam sanctitatem cruoris sui testimonio obsignasset, *vt*, inquit, *commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus: & celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum.* Idem etiam c. 7. sess. Conc. Florent. colligi potest, vbi Latini aiunt Simeonem Metaphrastem ab Ecclesia Græca diuorum cultu honorari, quod cum non fiat in occidente, manifestum est illam beati consecrationem particularem esse & vnius tantum prouinciæ auctoritate, non communi Orbis terræ iudicio constitutam.

Cap. audiuimus, extra de reliq. & venerat SS. *Audiuimus quod quidam inter vos diabolica fraude.*

Sed quoniam nimia quorundam Antistitum facilitate multæ fraudes in Indicem Ecclesiarum & Sanctorum recensionem irrepserant, vt aliquando in ebrioso cõtigerat, qui cum in vinum se iniurgitauisset temulentus

lentus fuerat occisus, eumque tamen imperita multitudo vt martyrem costantia nobilem & exaggeratum colebat; qua de re summus Pontifex querelas instituit seriamq; monitionem in *Cap. Audiuimus. extra de reliq. & venerat. Sanctorum.* Alexander 3. & Innocentius 3. Ecclesiam summa auctoritate moderantes edixerunt ne quis deinceps sanctus ęstimaretur sine Apostolicæ Sedis comprobatione, vt habetur duobus Capitibus Tituli eiusdem de veneratione Sanctorũ. Quare iam nulla alia est quã generalis Sanctorũ renunciatio, quæ ad Ecclesiam aut Summũ Pontif. qui eandem repræsentat omnium iudicio pertinet. Capita vero in loco superius indicato expressa sunt sub titul. de *testibus & attestatione.* Ratio item firma est atq; perspicua, quod iubemur in dubiis rebus ad Ecclesiã confugere, vt cum quæritur de vita moribus & miraculis Sanctorum vi diuina patratis; Est igitur munus Ecclesiæ hoc est Conciliorum cum aduocantur, vel cum non fiunt, illius qui Conciliorum omnium caput est, & sine quo nullum est legitimum Concilium, de ea re ferre sententiam & pro summa auctoritate iudicare. Præterea ad eum spectare hæc prouincia debet qui declarare possit quæ facienda sint quæque fugienda: Atqui Pontificiæ primæ sedis proprium est errores patefacere, hæresin & superstitionem à religione secernere, qui sint etiã hæretici à quibus cauendum esse videatur perspicuo iudicio demonstrare: erit igitur illius explicare suis, quos mores imitari debeant, quas æmulari actiones, quos Sanctos publicis ceremoniis & veneratione colere. Neque tamen est cogitandum Diuos omnes quos pietas Ecclesiæ Catholicę excepit, à Summis Pontificibus consueto hoc more fuisse consecratos: nam post Diuũ Basilium, S. Gregorium Nazianzenum, Chrysostomum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, illi omnes qui sextum sæculum pręcesserunt, tacita modo Episcoporum approbatione, & communi consensione populi Christiani, asserti cœlò fuerunt, & Diuorũ honoribus insigniti. At quæ nunc fit multo exactior & accuratior Cœlitum canonizatio, initiũ habuit circa annum à Christo Domino octingentesimũ, cum supplicante Carolo Magno, idq; etiam religiose postulante Hildebaldo Archiep. Coloniensi, Papa Leo tertius magnis augustisq; ceremoniis ad Diuorũ sanctimoniam aggregauit S. Suuibertũ Verdæ primum Episcopum, qui Frisios Batauosq; & Germaniæ plurimas gẽtes fructu maximo Christiana fide imbuerat. Marcellinus Presbyter qui totius rei historiam monumentis literarum prodidit, Leonem ait Pontificem Verdam se cõtulisse, eam consecrationem læta & cõmemorabili celebritate perfecisse quarto Septembris, quamuis dies illi festus & solemnis in Martyrologiis vulgo ad Calendas Martias ponatur. Deinceps Innocentius 2. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum inter Diuos retulit circa vndecimũ sæculum, vt constat ex Epistola quam idem Pontifex ad magnæ Carthusię Præfectum scripsit, quæq; reperitur apud Surium. Post paulo Alexan. 3. iisdem honoribus D. Bernardũ cohonestauit, vt in eius vita proditur ad finẽ Operũ collocata. Sequutæ deinde Apotheseos ordine multę D. Th.

Cantua-

decepti, hominem quendam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctum, more infidelium, venerantur; cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis orare permittat Ecclesia: dicit enim Apostolus, Ebriosi regnum Dei non possidebunt, hominem ergo illum de cætero colere non præsumatis, cum etiamsi per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto absque authoritate Rom. Ecclesia venerari.

c. audiuimus, &c. cum ex eo de reliq. & ven. sanct. c. venerabili, de testib. & attest. extra.

Agit de eo Beda hist. Angl. lib. 5. c. 12. Obiit diem anno Domini 717. celebratur festum eius 1. Martii.

Marcellinus Presbyter in vita eius c. 9 apud Surium tom. 2. & de eius canonizatione agitur c. 3. citato Surii loco.

Tandem deuota instantia Caroli (Magni) & Hildebaldi Archipræsulis Coloniensis, venit à Colonia idem Papa Vverdam, & ibi post alias solennitates sanctum Suuibertum solemniter Catalogo sanctorũ Confessorum adscripsit, pridie Nonas Septembris.

Cantuarienſis, Dominici, Franciſci, aliorum, quorum nomina accurata conquiſitione meritorum & ſanctitatis, variis temporibus, Eccleſiæ faſtis notata conſignataq; fuerunt. An id autem ita ſit factum, vt certam à nobis fidem poſtulet, nunc videndum.

QVOD IN DIVORVM MEMORIA CONſecranda Eccleſiæ iudicium & Summi Pontificis renunciatio errare non poſſit.

CAPVT XXIX.

Act. 1. 26. QVÆ rationes D. Matthiæ conſecrationem ratam fecerũt cum in numerum Apoſtolorum cooptatus fuit, eædem nunc Diuorum religioſam Apotheoſim comprobant, cum iudicio Eccleſiæ & primæ Sedis auctoritate ad eum honoris gradum prouehuntur. Nam quemadmodum Spiritus Sanctus in eo cœtu Apoſtolorum præſidebat, ſic eorum intelligentiam dirigit qui illis coryphęis ſucceſſerunt, & ſi labi & errare hi poſſunt, eodem iure ſuſpicari de illis quiſque poſſet. Secundo non eſt veriſimile, in qualibet re alià de qua inter homines ambigi queat, audiendam eſſe nobis adeundamque Eccleſiam, ni cenſeri inter Ethnicos & Publicanos velimus, in hoc autem negotio tanti momenti licere cuique ab eius obedientia imperioque diſcedere. Præterea certa & conteſtata *August. ep. 118. tom. 2.* eſt Diui Auguſtini regula Epiſtola 118. cum ait *inſolentiſſima inſania eſſe contra id diſputare quod tota per orbem frequentat* ECCLESIA. Quæ re- *S. Bern. ep. 174.* gula expreſſit à Diuo Bernardo in Epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes pulcherrimum illud Apophthegma, *ego quæ accepi ab Eccleſia ſecurus teneo & trado.* Quod ſi quis eo veniret temeritatis & inſolentiæ, vt hanc Regulam in dubium reuocaret, quæretur in quo tandem veluti funda- *August. lib. contr. epiſt. fundamenti Manich. c. 5. to. 6.* mento fidem omnem de ſcripturis Canonicis cõſtabiliat. Sanctus enim Auguſtinus clare de ſe pronunciat, Euangelio ſe minime crediturum niſi Catholicæ Eccleſiæ commoueret auctoritas. Tertio credibile non eſt, diuinam prouidentiam permittere voluiſſe tantas erroris & inſcientiæ tenebras confuſionemq; in Eccleſia verſari, vt ea anima ſanctiſſimis religionibus colatur quæ ſibi dedecoris maculas inuſſiſſet & ſempiternas diuino iudicio pœnas dependat. Miracula etiã quæ Sanctorum inuocatione patrantur iudicium Eccleſiæ confirmant, cũ teſtimonia ſint diuinæ & æternæ auctoritatis, quę perſpicue pollentẽ ipſius manũ ſignificant, quæ ſupra naturę vires operatur. Quod ſi vnquã omni induſtria & adhibitis prudentiæ momentis elaboratur in veris cœleſtibuſque prodigiis à falſis atque inanibus diſcernendis, id fit maxime cum DEI voluntas

Digitized by Google

voluntas in cultu Sanctis hominibus tribuendo exquiritur. Fide humana non inuiti credimus Alexandrum, Cæsarem, Pompeium, Aristidem atq; Demosthenem eos fuisse quales Plutarchus literarum monumentis reliquit, eius tantum viri auctoritate testimonioque fieri similiumque aliorum, quæ veteris memoriæ annales prodiderunt: ergone diuinas testificationes & commune Ecclesiæ iudicium repudiemus? Quod iudicium operæprecium est hic exponere, omnes intelligant, Dei sponsam admirandi cœlestisque sui sponsi imitatione, omnia in numero, pondere & mensura disponere.

S. Augustinus Serm. 17. de Verb. Apost. ait iniuriam fieri martyri, si quis oret pro martyre, quod pro Deo obita mors atque martyrium, ex doctrina Theologorum, sit baptismus Spiritus Sancti, hoc est perfectissima caritas, quæ excepto charactere Sacramenti, Baptismi aquæ in omnibus respondet. Quare diuinus ille Christi buccinator *Ioannes ait mundi Seruatorem aliud quiddam quàm quod ipse faceret in eluendis hominum corporibus facturum, quippe qui baptizaturus foret non modo aqua, verum etiam igni, cum Spiritum Sanctum significaret. Et ne in re tanti momenti fraus aliqua prolapsioque fieret, D. Clemens ætatis Apostolorum æqualis septem Ecclesiæ Notarios instituit, quorum munus qui exceperunt etiamnum Protonotarii Apostolici nominantur: Illis autem incumbebat in Acta referre gesta Martyrum illustriaque certamina in septem Vrbis regionibus, quas prophanæ historiæ auctores, Tacitus, Plinius, & Pub. Victor quatuordecim fecerunt. Idem proditur de Fabiano summo Pontifice deq; septem Diaconis & Subdiaconis Regionariis, qui isti negotio præessent, & de omnibus Ecclesiæ principem admonerent. Vnde constare potest qua diligentia, labore, studio, acquirerentur ea testimonia, quæ ad consecrandam hominum beatorum memoriam spectarent. Certè quidem de Anthero Papa hoc memoratur in eam rem illustre, *Hic gesta Martyrum dili gēter à Notariis exquisiuit & in Ec. lesia recondidit.* Et de Papa Iulio hoc etiam perscribitur, non modo eius temporibus retulisse in Acta Notarios quæ ad Martyres pertinerent, verum etiam quæ ad Ecclesiam generatim.

August. serm 17. cap 1. de verb. Apost to. 10. *Habet Ecclesiastica disciplina quod fideles norũt, vt cum martyres eo lo:o recitantur ad altare D:i, ibi nō pro ipsis oretur. Pro cæteris autem commemoratis defunctis oratur. Iniuria est enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.*

* *Matth 3 11.*

Lib. de Romanis Pontificibus, qui à quibusdā recentioribus citari cōsueuit nomine Damasi, habetur to. 1. Conc. pag. 14. *Hic fecit 7. regiones diuidi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicitè & curiosè vnusquisq; per regionem suā perquirerent.* In eodem libro de Rom. Pontif hæc leguntur in Fabiano, habetur eod to. pag 146. *Hic regiones diuisit diaconibus & 7 fecit subdiaconos, qui 7 notariis imminerent, qui gesta martyrum in integrum colligerent.* Ibid pag 144. *Hic gesta martyrum diligenter à notariis exquisiuit, & in Ecclesi a recondidit.* Euseb l 4 hist c 14, Idem l 5 c 1: Idem l. 6 c. 33 & 34 & lib. 7. c 10. Pontius in Cypriano, initio *Maiores nostri plebeiis & Cathecumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro Martyrii ipsius veneratione dederunt, vt de passionibus eorum multa aut prope dixerim, pene cuncta conscripserint, vt ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, peruenirent.*

Ecclesiæ Romanæ quæ semper aliarū princeps fuit exemplo, Smyrnensis posteritati reliquit Epistolam de Martyrum exquisitis suppliciis, qui M. Aurelio & L. Vero Imperatoribus diem obierunt, quam Epistolam ad æternam hominum memoriam Eusebius suis monumentis inseruit lib. 4. cap. 14. Viennensis atque Lugdunensis idem præstiterunt, vt Eusebius idem meminit libr. 5. cap. 1. qui & de Alexandrina etiam refert

T 16.

Digitized by Google

L. 6 & 7. Quid in ea re Carthaginensis effecerit, paulo antè vidimus in D. Cypriano, qui cura studioque incredibili ea perquirebat, & continuo sibi referri iubebat, quæ ad Martyres pertinerent. Quibus etiam addi hoc potest, eam curationem & diligentiam longè prius viguisse in Ecclesia, vt ex Pontio Diacono potest colligi, qui vitam Sancti Cypriani conscripsit.

Spiritus mendax inuidia furens & laudatæ huius diligentiæ inimicus, cum vellet splendorem inobscurare, qui in pio Sanctorum cultu & honoribus collucebat, & proinde eorum impedire consecrationem vel tacitam vel expressam; Scriptores excitauit & Pseudonotarios vanos & malitiosos, qui apocryphas historias contexerent, quos mendacii coarguit ea quæ præses Veritatis est, magistra pudoris, expultrixque vitiorum parens Ecclesia. Atque hic mihi Lector animaduertat, nunquam eius ducem & splendidissimam Cynosuram Spiritum Sanctum permisisse, vt in cognoscendis maioribus natu liberis suis deciperetur, hoc est Sanctis, qui in hac mystica domo atque familia primum dignitatis gradum obtinent. Tertullianus lib. de Baptismo meminit cuiusdam Presbyteri Asiæ, qui Pauli nomine librum in lucem edidit, quem inscripsit Pauli & Teclæ περιόδους: facit eiusdem libri & auctoris mentionem D. Hieronymus libr. de Scriptoribus Ecclesiasticis. Ad hanc classem referendæ omnes sunt fictæ peregrinationes D. Petri, D. Ioannis, S. Thomæ, cum Actis S. Andreæ, S. Iacobi, S. Philippi, aliaque superius memorata cum Itinerario S. Clementis. Quæ Scriptiones damnatæ omnes sunt & explosæ à S. Athanasio, Philastrio, Gelasio & Epiphanio, qui etiam Epiphanius hæresi 26. horribilis & nefarii cuiusdam libri nos admonet à Gnosticis de Beata Virgine subornati. Et hæresi 47. ait Encratitas ea quæ modo referebamus Acta vulgasse D. Andreæ, Ioannis & Thomæ, quod in iis certa quædam loca immiscuissent ad errores suos impios stabiliendos opportuna. Quod etiam eorum exemplo machinati sunt Manichæi, editis Apostolorum nomine Commentariis nefanda opinionum inanitate refertis, vt D. Augustinus libr. de fide asseruit. Priscillianistæ in eadem perfidia versati sunt, vt ex Orosio didicimus. Quæ causa fuit cur Gelasius Papa primus in primo Concilio Romano, quod celebratum fuit anno 494. edixit, vt deinceps nullius Sancti vita aut rerum gestarum commemoratio in publicum exiret sine auctoris nomine, & speciatim qui tum ferebantur de Quirico & Iulitta deque S. Georgio Commentarios reiecit & repudiauit. Sexta Synodus simile quoque Decretum adhibuit can. 63. de quibusdam Scriptorum monumentis, quæ per manus iactata volitabant cum pernicie Christianæ religionis, & Martyrum historiæ detrimento. Et in eum locum Theodorus Balsamon Antiochenus Patriarcha cum Metaphrastæ industriam cum singulari pietate coniunctam in Sanctorum Vitis perquirendis summo præconio extulisset, refert Nicolaum Musalonem Patriarcham iniici in flammas

Hiero. in catalog. script. Eccles. in Lucam Nu. 17. *Igitur περιόδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Qualis enim est, vt indiuiduus comes Apostoli inter cæteras eius res, hoc solum ignorarit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert presbyterum quendã in Asia σπουδαστὴν Apostoli Pauli conuictum à Ioanne quod auctor esset libri & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse.*

Athanas. in synopsi to. 2. post lib. vtriusq; testam.

Philastrius de hæres. to. 4. Bibl. Patrum nu. 4.

Gelasius in Concilio Romano to. 2. Concilior. in 1. Rom. Concil.

Epiphan. in Panario hæresi.

Vtuntur autem & aliis libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis per Clementem scriptis, multa corrumpentes in ipsis, & pauca vera relinquentes, vel vt ipse Clemens ipsos per o

flammas imperasse ridiculam quandam vitam S. Parasceues multis ineptiis refertam, curamq; dedisse Basilico Diacono vt alia quædam ex historiæ veritate præscriberetur.

mnia redarguit in epistolis, quas scripsit encyclicis. Et paulo post. *Itaq; in circumcisionibus, totum in seipsos transtulerunt, mentientes contra Petrum multis modis: velut se ipse quotidie in aquam immerserit purificationis gratia, veluti etiam ipsi; Ab animatis & carnibus abstinuisse.* Hæresi 26. *Et libri quidem ipsorum multi sunt: interrogationes enim quasdam Mariæ edunt.* Et multo post. *Sed & alia innumera apud ipsos conficta in literas conferre ausi sunt. Stirpem etenim Mariæ librum quendam esse dicunt, in quo horrenda quædam ac perniciosa exprimentes referunt.*

Idem hæresi 40. *Attamen hi quoque (Archontici) libros sibi ipsis confictos scripserunt, apocryphos ac reiectos, quorum nomina hæc sunt: Alterum Symphoniam paruam, paruum nimirum libellum vocant: alterum verò magnum, magnam Symphoniam: sed & alios quosdam libros apud se accumulant.*

Idem hæresi 41. Encratitarum *Vtuntur & scripturis primario, quæ dicuntur Andreæ & Ioannis actiones: itemq; Thomæ & quibusdam apocryphis, & quibus volunt libris veteris Testamenti.*

Orosius in epi. ad August. de erroribus Priscillian. Gelasius in 1 Concil Rom.

Sexta Synodus in Trullo, can 63 tom 3. Conc. pag. 148. *Quæ à veritatis hostibus falsò conficta sunt martyrum historiæ vt Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent ad infidelitatem deducerent, in Ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi, qui autem eas admittunt vel tanquam veris his mentem adhibent, anathematizamus.* Balsamon ibidem Patriarcha Antioch.

Ex his constat quàm diligenti cautione & prouisione Ecclesia Catholica Diuorum nobis memoriam & religionem proponat; Cui etiam adiungi hoc debet, quod hærere in animo par est & continuo obuersari; nullum esse in communi vita negotium in quo tanta cura diligentiaque adhibeatur, quanta in inquirendis moribus, morte, miraculis, & vita omni Sanctorum. Nam vt omittam quod certi homines deligantur ad inquirendum etiam atque peruestigandumque exquisitè quid in quoque loco euenerit; vt silentio prætercam interpositam iurisiurandi religionem, hominū locupletum testificationes, vnam omnium consensionem, & vt breui dicam, humana simul & diuina testimonia, quæ accuratissimè examinantur; accedit etiam, quod ieiunia & publicæ precationes indicuntur ad Procreatorem mundi propitiandum, vt in re tanti momenti & dignitatis, adesse Ecclesiæ velit, ne in cultu adhibendo fraus impia errorq; contingat, vnde mentium non ferenda superstitio aut sacrilegium cōsequeretur. Et sanè probabile nunquā erit apud eos qui de Deo deque eius prouidentia bene sentiunt, cum Ecclesiam tam desertam tam plane captam & abiectam velle relinquere, vt iustissimas illius preces & hanc supplicationem aspernetur: præsertim cum illi & promeritus sit atque pollicitus diuinum Spiritum, & fidem suam apud omnes obligarit, vbicunq; duo vel tres congregati in nomine ipsius fuerint, se in medio illorum futurum. D. Martinus expertus hoc quidem est, vt Seuerus Sulpitius prodidit, cum cœlesti luce perfusus viso diuino intellexit latronis vnius animam inferorum suppliciis torqueri, cuius cadauer & sepulchrum, inscientis & decepti populi honoribus colebatur. Et apud Eusebium legimus lib. 5. histor. Eccles. mirabili quodam præsidio Spiritus Sancti & inusitato splendore illuminatam Ecclesiam damnasse Themisontis actiones, qui Confessoris sibi nomen

Matth 18 20.

Ioan 16, 13. Ille vos docebit omnem veritatem.

Euseb hist. Eccl. l. 5. c. 17. *Apollonius Scriptor Ecclesiasticus cum ea quæ Cataphrygum hæresis nomi-*

nata est adhuc in Phrygia vigere videretur, librum separatum ad authores & patronos eiusdem cõfutandos composuit.

Et paulo post.

Prophetissam falsò igitur ementiti sunt hi, qui Priscillam virginem appellabant.

& infra.

nomen arrogabat, & alterius cuiusdam Alexandri, quem martyrem appellabant, etiam fatidicæ cuiusdam mulieris elogia repudiasse, quæ homines eos conscceleratos inani prædicatione commendabat: Apollonium item Scriptorem Ecclesiasticum refellentem hæresim Cataphrygarum, aduersus alterum de istis fraudulentis planisque hominibus librum emisisse, in quo inter alia scribit esse Prophetam & verò etiam Sanctos agnoscendos eo modo quo arbores, nimirum ex fructibus, quod documentum prius à Christo celebratum fuit, Matth. 7.

Themison totus reuera auaritiæ sordibus inuolutus, qui non toleranter crucem afflictionis (quæ est propria veri confessoris nota) gestabat. paulo post. *Dicat nobis ipsa Prophetissa de Alexandri facinoribus, qui se martyrem prædicat, &c. cuius latrocinia & alia flagitiorum genera, nihil nostra interest commemorare.*

Aduersus ea quæ sunt à nobis hactenus explicata duo obiiciuntur: Imprimis sententia quædam admirando Augustino tributa, deinde Sanctorum quorundam vitæ & rerum gestarum contextæ narrationes, quas apocryphas & reiectaneas vocant, cum tamen haud obscura Ecclesiæ comprobatione laudentur. Vtrique obiectioni necesse est vt breuiter atque dilucidè satisfaciamus. Et quod ad primam quidem attinet, affingitur S. Augustino quædam sententia, quam ego quidem nusquam in eius libris reperire hactenus potui, sed apud Lutherum tantum, *Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna.* Respondemus igitur, hanc sententiam, vt prius aiebam, in monumentis S. Augustini non esse: & quamuis ipsi excidisset, omnino esset intelligenda aut de Ethnicis Imperatoribus & Dynastis, quorum ardens & inanis ambitio inusitatos & immortales honores inter mortales expetiit, cuius rei causa, ad nobilitandos cineres & cohonestandos, tot monumenta & insanas substructiones sibi exædificandas curarunt, tales Ægyptiæ fuere Pyramides, tale Artemisiæ suspiciendum illud orbi terrarum summoque artificio structũ Mausoleum, tale quoq; Pub. Sextii sepulchrũ quod etiamnũ Romæ visitur. Aut dicendum est S. Augustinũ locutum de falsis corporibus, quæ loco verissimarum reliquiarũ fuissent admissa: aut quod est vero similius de Martyribus Donatistarum intelligebat, quos eius ætatis hæretici eximiis honoribus prosequebantur, licet reuera eorum animæ vnà cum perduellibus Ecclesiæ inimicis sempiterno cruciatu in horribili Satanæ custodia mactarentur. Aut denique stultæ antiquitatis Heroas intuebatur, quos Stygii Dæmonis æmulatio, qui mendax ab initio fuit in cœlum extulerat. Secunda Obiectio eos maximè Sanctos petit, quorum vitæ curriculum atque exitus & vniuersa historia obscurior est quàm aliorum, & quatuor præcipuè numerantur, de quibus curiosi homines atque maleuoli rationem à nobis exposcunt.

Publius Sextius septemvir Epulonum.

Dii consentes, seu Consiliarii Iouis, auratis in foro statuis, sex mares, sex fœminæ. Ennius *Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars. Mercurius, Iouis, Neptunus. Vulcanus, Apollo.*

Dii selecti 12. mares, 8. fœminæ.

Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater. Tellus, Ceres, Iuno, Luna, Diana, Minerua, Venus, Vesta.

DE DI-

DE DIVA CATHARINA.

SPiritus blaſphemiæ contumelioſe furens eximiam hanc Virginem *Papiſticam Palladem & Romanam Calliopen* nominat, quaſi nulla ſuppetat Eccleſiæ defenſio, qua tueri honorem poſſit & ſingulare decus, quo illa conſtans & diuina bellatrix communi Eccleſiæ iudicio tum in Oriente tum in Occidente ornatur, 25. Nouemb. Reſpondemus igitur imprimis Venerabilem Bedam, Adonem & Vſuardum in Martyrologiis ſuis magnam partem quæ à nobis aſſeruntur dicere. Menologium Græcorum eam *magnam martyrem Æcatherinam* appellat. Euthymius id Pſalmi 44. exponens *filiæ Regum in honore tuo*, eius prædicat magnam & exquiſitam ſapientiam. Metaphraſtes è Græcis res ab ea geſtas copioſe deſcripſit, à quo mutuati ſunt Lipoman. tom. 5. & Surius tom. 6. Inter Latinos idem præſtitit Abbas Rabanus, vt Molanus refert Annotationib. in Vſuardũ, vbi affirmat pietatẽ aduerſus D. Catharinam effloruiſſe maxime in Occidente, propter præſidium quo belligerantes ad Terrã ſanctam defendit. Quod ſi menda & errores in eius vitam irrepſerunt, vt cum Maxentius pro Maximino ponitur, id reliquæ hiſtoriæ veritatem obterere non debet, quæ in dubium reuocari nequit, niſi Orientis & Occidẽtis fidem arguamus erroris, cum ex omni orbe terrarũ, vbi Chriſti Seruatoris nomen & religio colitur, incredibili frequentia peregrini affluant & montem Sina votis & muneribus colluſtrent, vbi admirandæ huius virginis corpus, vt olim Moſis, beatarum mentium cura ſtudioq; fuit ſepultum. Et pietas quidem tam incenſa hominum eſt tamq; celebrata in eo loco, vt Campſon Sultanus cum à Summo Pontifice Alexandro VI. obtinere vellet vt Luſitani ab Oriente diſcederent, nullam aliam commodiorem viam conficiẽdi negotii eſſe putarit, quam vt per Cœnobiarcham Maurum minaretur fore vt vaſtum & deſertum illum locum redderet, ſepulchrum dirueret, ſpargeret cineres atque omnia monumenta D. Catharinæ ad quæ honoranda tanta Chriſtianorum multitudo continua pœne ſupplicatione accederet.

Mænol Græcorum 25. Nouemb. *Commemoratio ſanctæ magnæ martyris Æcatherinæ.*

DE SANCTO GEORGIO.

HIc ipſe eſt quem procax inſolentis vnius hominis oratio Papiſticum Perſeum appellauit, de quo tamen Menologium Græcorum ad 23. April. ſic habet, Memoria ſancti glorioſi & magni martyris Georgii cognomento Tropæophori. Metaphraſtes eius pulcherrima gloriandaq; vitę facinora & dolorum in morte perpeſſiones ſtylo eleganti cõſcripſit. Lipomanus Latinitati donauit ex autographo Paſicratis quem ſeruum S. Georgii fuiſſe fuerunt, etiam laudatum à Surio tom. 2. Vbi mihi monendus Lector eſt, non hæc eſſe illa Acta quæ Gelaſius improbat, ſed ea in Oriente celeberrima quibus in feſtis illi conſecratis vtuntur. Venantius Fortunatus paucis verſibus martyrii illius curſum illigauit

Carcere, cade, ſiti, vinclis fame, frigore, flammis
Confeſſus Chriſtum duxit ad aſtra caput.

Menolog. Græcorum 23. Aprilis. *Memoria ſancti, glorioſi & magni martyris Georgij cognomento Tropæophori.*

Lipoman. in præfatione. *Ne mireris amantiſſime lector, ſi alteram tibi magni martyris Georgij vitã paullo poſt primam legendam offerimus. Illam enim ex Veneta à Metaphraſte, hãc vero ex crypta ferrata bibliotheca à Paſicrate eiuſ*

dem beati martyris seruo scriptam habuimus.
Venant. Fortunatus li. 2. Epig. 13.

Qui virtute potens Orientis in axe sepultus
Ecce sub occiduo cardine præbet opem.

Aimonius de rebus gestis Francorum c. 20. agit de sanctis suis reliquiis quæ in Templo S. Vincentii Parisiis asseruantur. Et lib. 3. c. 9. memorat Germanum Parisiensem Episcopum cum Hierosolymis rediens Constantinopolim venisset, inter alias pretiosas cœlestesque exuuias à Iustino Imperatore martyris huius brachium accepisse.

Greg epist. 68 l. 9. Indict. 4. *Et quia Ecclesiam ipsam reparatione certum est indigere, volumus vt quicquid illuc accedere potuerit ipse accipere, atq; in eius reparationem, vt prauiderit, debeat erogare.*

S. Gregorius Papa lib. 9. Epistolarum epist. 68. Indiction. 4. mentionem facit vnius sacri Templi quod huius fortissimi Athletæ nomine exornabatur, quodque ipse iam vetustate prope collapsum rediuiuo lapide extrui iussit. Procopius agens de operibus à Iustiniano Imperatore ædificatis, fani etiam meminit à religioso Principe in honorem S. Georgii extructi. Cedrenus in Breuiario historiæ, & Paulus Diaconus l. 6. c. 5. de reb. gest. Longobard. subsidium narrant miraculi plenum, quod in dubiis & formidolosis belli temporibus, S. Georgii meritis & intercessione tributum fuit, tum ad Orientem Nicephoro Imperatori, tum Regi Chuniberto ad Occidentem. Quam ob causam vterque & ornatissimum delubrum, & Monachorum domicilium in eius honorem fieri curauit.

Fatendum tamen est Equum, Lanceam, Draconem, & Virginem ad latus positam, & pingi vulgo in tabellis cõsuetam, ingeniosi potius emblematis, quam historiæ reiq; gestæ rationem habere, cuius tamen emblematis vis & significatio ad fingendos mores accommodata, veritate ipsa, quę anima historiæ est nititur. Fuit enim in more positum in Oriente & præsertim apud Ægyptios, hieroglyphicis notis atque symbolis occultam mentis intelligentiam adumbrare, & præsertim prouincias atq; regiones Nympharum specie atque ore exprimere, Behemotum autem Crocodilo, Dracone Satanam, sanctos vero animosos & inuictos qui fortiter atque generose bellassent, animamque in fidei propugnatione fudissent, equitum effigie pingere, qui diuina gratia & fauore sublati, tanquam in equo forti & victore sederent, iis armis septi & muniti quæ describit Apostolus, fidem pro clypeo obtenderent galeam salutis, loricam iustitiæ, gladium Spiritus hoc est Verbum Dei militari quodam terrore quaterent. Tenera igitur Virgo quæ flexis genibus supplicantis habitu manus tendit metu & mœrore confecta, Vrbem aut prouinciam repræsentat, quæ ad D. Georgii patrocinium, & contra importunum Inferorum Draconem, præsidium aduolabat. Quod cum fuisset huic vni Martyri communi consuetudine tributum, in alios non ita referebatur, tametsi æqua ratione id fieri posset. Quemadmodum apud Eusebium videmus de vita Constant. lib. 3. c. 3. sic potentissimum illum Imperatorẽ fuisse eleganti picturæ artificio expressum, vt spumantem cruentumque Draconem telo confoderet, & in mare præcipitem ageret, vt nimirũ ab eo victam prostratamq; idololatriam significaretur. Quanquam & propria quædam ratio est cur ad Orientem solem homines D. Georgium

Euseb. l. 3. vitæ Constan c. 3. *Quam etiam in tabula depicta, quam in sublimi ante Palatii vestibula [illegible] se omnium oculis contemplandum pro[illegible] salutareq; Passionis [illegible] supra caput ipsum*

Equitis

Equitis habitu & figura depingere consueuerint, quod nimirum vulgo in præliis illum inuocent, vt S. Dionysium Galli, Iacobum Hispani, Itali Sebastianum, Allobroges Mauritium. Alii Diui alia quadam effigie describebantur, vt mox dicemus.

locatum, in pi[illegible] tremendum [illegible] illam & [illegible] qua Ecclesiam Dei [illegible] tyrannide oppugnasset, in altum demer[illegible] Draconis specie & figura describendum curauit.

DE SANCTO CHRISTOPHORO.

Quemadmodum qui D. Antonii vulgo iactatur ignis, amorem diuinum exprimit, quo incendebatur ille mirabilis dæmonum profligator Heros; porcus ad pedes, domitas ab illo corporis voluptates: nola mirificam hominis vigilantiam & in orando Numini assiduitatem, litera Tau notata in humeris, crucem Christi quam carnis appetitione repressa & subactis membris in dies ferebat, truncæ manus, crura, pedes qui eum circumstant, mirabilem sanitatem ab eo concessam illis diuinitus, qui corpore aut animo erant debilitati. Ita diuini Christophori corporis magnitudo, hieroglyphica veluti nota quadam, & tanquam in Emblemate, eius animi celsi & inuicti altitudinem ostendit: puer sublatus amorem Dei nobis exprimit quē impressum intimo in animo gestabat, & extrinsecus diuinis cohortationibus & pulcherrimis facinoribus in lucem prodibat: Torrens martyrium illius significat & cruciatuum acerbitatem quos Dei causa est perpessus: palma in manu vel hastile aut eius magnanimitatem & mentis excellētiam notat nullis ponderib. iniuriarum dolorumque cedentem, aut Christi crucem qua torrentem huius mundi traiecit. Hæc quidem Hieronymus Vidas doctissimus Episcopus vero similiora esse putauit de statura, flumine, palma, puero, [illegible] omnia interpretans iuxta græcum vocabulum τὸ χριστοφόρῳ. In reliquo tamen non est neganda historiæ veritas cum sit descripta à Venerabili Beda Vsuardo & Adone in Martyrologiis, & in Menologio Græcorum reperiatur ad 7. Idus Maias. S. Gregorius Magnus lib. 8. Epist. 33. consecrati Templi meminit atque Monasterii S. Christophori. In Gallia vero eius nomen atque imagines in omnium luce atque ore versantur.

S. Greg. in Reg. l. 8 epist. 33. Indicastis Reuerendissimum fratrem nostrum Marcianum Lucensis ciuitatis Episcopum, aliter nobis de causa Ecclesiæ contra Monasterium sancti Christophori, quod in vestra diœcesi est constitutum, intimasse.

Est tamen verum in contextum ipsius historiæ quædam influxisse quæ reprehendenda videantur quibus facta est mendosior, vt cum pro Decio Imperatore, Dagnus nescio quis nominatur, sed hoc minime impedit, quominus reliqua narratio vera & excipienda sit. Magnam vero à nobis iniret gratiam si eius meritis & intercessione, quod ait Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi mystagogica quinta, veri essemus Christophori hoc est Deum in nobis ferentes, ad quod nos verbo & exemplo diuinissimus Paulus inuitabat.

Irrepsit inter alia vt pro Decio Imperatore, Dagnus quidam sit positus, sub Decio etenim esse passum vna cum cæteris Christianis cōmilitonibus constat ex veteri hymno sacro, qui legitur in Breuiario Toletano secundum regulam sancti Isidori.

Baron. Annot. in Martyr. 25 Iulii. 1. Corinth. 4. 10.

Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

DE S.

DE S. VRSVLA ET COMITVM EIVS VIRGI-num Choro.

Montbrisius tom. 2.
Petrus in catalog. l. 9. c. 87
Claudius Rota c. 154.
Bonfinius de rebus Hungaricis, Decade 1. lib. 5.

Gaufridus Episcopus Azafensis in antiquo codice Vaticano de rebus Britannicis.

SIgebertus in Chronico ad annum Christi 453. & alii quidam nouitii Scriptores quos attulit doctissimus Baronius ad 21. Octobr. & Surius tom. 5. ex parte aut omnino vndecim millium Virginum historiam pertexunt. Fatendum tamen est subductis rationibus omnibus, accurateq; perspectis quæ à Scriptorib. proferuntur, nihil videri in hoc genere certius, quam quod fuit monumētis relictum à Gaufrido Episcopo in Codice peruetusto qui in bibliotheca Vaticana reperitur num. 944. vbi auctor ille grauissimus res Maximi tyranni gestas oratione persequens qui „ in gratiam Imperatoris dominatum inuasit, Vrsulanę historię summam „ attingit, & hęc fere ait, Anno Dom. 383. cum Maximus proximas Gallias „ inuasisset ac vicinos Armoricos sedibus expulisset, vacuam prouinciam, „ vberes glebas, Britannicis militibus nouæ coloniæ tribuit ac diuisit, „ Quo vero etiam eorum posteritati consuleret, ex magna Britanniæ In„ sula, singulis vxores quæri iussit, singulis militibus singulæ virgines ex „ gentilibus suis sunt in matrimonium postulatæ. Erat autem prædicto„ rum militum præcipuus post Maximum dux Connanus, vnus ex Britā„ niæ regulis cui paris nobilitatis coniux designata est filia Dionoci Regis „ Cornubiæ nomine Vrsula. Londini itaq; cunctis coactis inuitæ licet pa„ trium solum, carosque suos relinquentes, imponuntur nauigiis: dumq; regionem Armoricorum cogitant nautæ, mox sæua procella naues impulit in Germanicū littus, vbi dum essent Melga Pictorum, & Gaunus Hunnorum piratæ qui comparata classe icto fœdere cum Gratiano Imperatore aduersus Maximum vt vel hac arte eum à cœptis deturbarent cum ad infestandam Britanniam tenderent in has ad littus iactatas virginum naues incidentes sic in Britānas Virgines vt in hostes grassati sunt vt vim inferendi illarum pudicitiæ cōsilium caperent. Quo omnes hortatu Vrsulæ mortem durissimam potius oppetere ac gladiis obtruncari Christiana constantia decreuere, quam ignominiosum quid pati.

Cumque ea persisterent animi firmitate, mox illorum libidine in barbaricum furorem mutata, cum alio properarent, ne longiori mora destinerentur, singulas crudelissime trucidarunt, indeq; in Britanniam nauigarunt, nactamque eam militibus vacuam aggressi, sed confestim missis illuc à Maximo duabus militum legionibus inde pulsi soluerunt in Hyberniam. Cæterum vna de Virginibus Cordula nomine cum in nauis recessu delituisset dum aliæ geminam Virginitatis & martyrii lauream ferrent, pudore primum suffusa propter animi abiectionem, moxque erecta foras prodiit incredibili animi fortitudine seq; barbaris contrucidandam obiecit, quæ constantia vitam hanc illi mortalem claudens, ad sempiternam aditum aperuit. De reliquiarum ipsius translatione mentio fit in vita Alberti Magni, part. 2. c. 9. Quod si quis ampliorem rei gestæ narrationem desiderat, Reuerendissimum Lindanū legat laudatum à Baronio in Notis ad Romanum Martyrologium 21. Octobris.

Quod

Digitized by Google

Quod si neque probationes hæ omnes curioso Lectori satisfaciunt, meminerit quæ fuerit inter sæculorum ætates differentia à mille sexcentis annis cum pars maxima bellorum turbinibus exagitata, communium calamitatum tenebris inuoluta sit atque ignota posteritati. Quæ res efficit vt probationes vbique certæ in historia tum sacra tum profana colligi & demonstrari non possint, in iis proinde quæ ad manum sunt conquiescendum, præsertim Ecclesiæ vsu & communi traditione iam robustis & corroboratis: nam diuino spiritu imbuta Ecclesia & illuminata, nomina excepit atque imagines, reliquias, festos & solennes dies, atque venerationem, tum eorum Diuorum quos attigit hæc disputatio, tum aliorum plurimorum qui olim floruerunt & nunc in cœtu beatorum immortali vita fruuntur.

Sperari igitur sine temeritatis suspicione potest, in his quæ deinceps ponentur, omnium futuram animorum consensionem. *Conciliatio.* 1. Quod aliquem in Diuorum numerum referre & vt communi more loquar canonizare, non sit constituere aut facere sanctum & in gloria collocare, sed potius in album Ecclesię referre, & communi iudicio declarare eum esse eiusmodi, quem secure omnes possint pro animi sui voluntate colere pieque venerari. 2. Quod rata & constituta Sanctorum inuocatione prout à nobis superius demonstratum fuit, conueniens est imo & necessarium, vt definiat Ecclesia illos atq; renunciet, qui inuocari queant, ne sibi quilibet infinitam licentiam arroget nouæ & insuetatæ religionis inducendæ, neue ianua superstitioni pandatur. 3. Quod Sancti tribus omnino modis tales agnosci queant: testimonio videlicet Scripturæ sanctæ vt Iosephus, Simeon, Zacharias, Elizabetha, Ioannes Baptista, aut tacita populorum consensione, vt de summis Ecclesię Doctoribus Græcis Latinisq. diximus Athanasio, Gregorio Nysseno, Basilio, Ioanne Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, Augustino aliisque. aut denique accurata & diligenti conquisitione, haustis & collectis fideliter testimoniis, quæ tum in vita, tum post obitum eorum sanctitatem animique innocentiam possent prodere, & præsertim aduocatis diuinis testificationibus, quæ cum lucent fallere aut mentiri non possunt: qualia vera miracula existimari debent. Atq; huiusmodi fuit eorum diuorum consecratio quos ante nominabamus, Francisci, Dominici, Bonauenturæ, vtriusq; Thomæ Aquinatis & Cantuariensis, Ludouici IX. Gallorum Regis, Francisci de Paula & aliorum. Quod genus sit quidem his temporibus in Ecclesia eo exactius & maiori diligentia ac studio, quo pietas hæreseos obiectu & petitionibus acrius exagitatur. 4. Facile omnes assentientur, non esse cuiuslibet de vulgo verum miraculum, palmarium facinus diuinitatis, à falso discernere, cum tot & tantæ futuræ sint Antichristi præstigiæ & illius satellitum fraudes, quas diuina Scriptura nominat *Signa & prodigia mendacia.* 5. Eorum esse proprium, quos Ecclesia præficiet, illa examinare, & maxime Vicarii filii Dei pro eo gradu atq; officio quod sustinet, proq; Seruatoris pollicitatione. 4. Quod

2. Thessal. 2. 9. οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους.

Digitized by Google

Pasce oues meas. Ioan. 21. 15.

Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Luc. 22. 32.

si quis tueri iam etiam audacius velit, Summum Pontificem aberrare posse in Sanctorum memoria consecranda, eum ipsum reprehensorem dicerem, & meliori quidem ratione, suo iudicio falli, sanctum repudiando & præsidem Ecclesiæ arguendo. 7. Multo esse tutius eorum sequi iudicium, mentem, sententiam, quos Deus humanæ salutis vindex tanquam seipsum audiendos esse monuit, quam propriæ opinionis aura volitare: præsertim cum vt paulo ante positum est, nunquam tam exquisite miracula expenduntur, aut tam impense humanorum negotiorum momenta ponderantur, quam cum populo certa norma & regula præscribitur, (quam Canonem vulgo nominant) de imitandis honorandisque sanctis aut etiam inuocandis. Adde quod in hac tota re nihil omnino sit quod Dei verbo repugnet, nemoque vt sæpe monuimus, cogatur inuitus ad vllius sancti patrocinium confugere, modo ne aliorum pietatem improbet, & indictas ab Ecclesia ferias custodiat. 8. Denique omnes sine scrupulo assentientur, Ecclesiam quæ beate stillifero in cœlo degit vnum efficere corpus cum ea quæ in terris palatur: illam autem hanc cognoscere, & ex æquo esse congruens, vt hæc illam suspiciat & agnoscat. Illam quasi primigeniam huic minori opem ferre oportere, ab hac honorem illi meritissimo tribuendum. Cum vt ait D. Augustinus, vna in fide, altera in specie versetur, vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis; vna in labore, altera in requie, vna in via, altera in patria; vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis: vna declinat à malo & facit bonum, altera nullum habet à quo declinet malum, & magnum habet quo fruatur bonum; vna cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat, & proinde illa iure Militans, hæc Triumphans. Hactenus de iis Controuersiis disputatum fuit, quæ ad felicem hanc spectant, iam ad eas veniendum quæ ad illam pertinent laboriosam, ad illius honorem & prædicationem, quem Caput suum mysticum vtraque Ecclesia veneratur.

August. tract. 124. in Ioan.

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

DE ECCLESIA MILITANTE.

LIBER SECVNDVS.

Ex Catalogo Gennadij.

ADMONITUM GRAVE ET sapiens Vincentij Lerinensis natione Galli, professione religiosi, qui summa pietate & doctrina floruit sub initium quinti saeculi, & migrauit ex hac vita Theodosio & Valentiniano Imperatoribus.

SENTEN-

Digitized by Google

SENTENTIA MEMORABILIS ET EXQVISITA,

PROOEMII VICE DEPROMPTA EX COMMONITORIO FIDEI CONTRA prophanas nouitates.

SÆPE magno studio & summa attentione perquirens à quamplurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quonam modo certa quadam & quasi generali ac regulari via Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate poßim discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus fere retuli, Quod siue ego siue quis alius vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere laqueosque vitare, & in fide sana sanus atque integer permanere duplici modo munire fidem suam Domino adiuuante deberet: Primo scilicet diuinæ legis auctoritate, deinde Ecclesiæ Catholicæ traditione.

Habetur tom. 4. Biblioth. Patrum.

Hic forsitan requirat aliquis cum sit perfectus Scripturarum canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est vt ei Ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur auctoritas? quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non vno eodemque sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur: vt pene quot homines sunt, tot illic sententiæ erui posse videantur. Aliter namque illam Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius,

Digitized by Google

bellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremo Nestorius. Atq; idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris anfractus, vt Propheticæ & Apostolicæ interpretationis linea secundum Ecclesiastici & Catholici sensus normam dirigatur.

In ipsa item Catholica Ecclesia magnopere curandum est, vt id teneamus quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, hoc est etenim verè proprieque Catholicum, (quod ipsa vis nominis ratioque declarat) quæ omnia ferè vniuersaliter comprehendit, sed hoc ita demum fit, si sequamur Vniuersitatem, Antiquitatem, Consensionem. Sequemur autem vniuersitatem hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia: Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos Sanctos Maiores & Patres nostros celebrasse manifestum est. Consensionem quoque itidem si in ipsa vetustate omnium vel certè pæne omnium Sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiasque sectemur.

Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei communione præciderit? Quid vtique nisi vt pestifero corruptoque membro sanitatem vniuersi corporis anteponat? Quid si nouella aliqua contagio, non iam portiunculam tantum, sed totam pariter Ecclesiam commaculare conetur? Tunc item prouidebit vt antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa vetustate duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam Prouinciæ alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit vt paucorum temeritati vel inscitiæ, si qua sunt, vniuersaliter antiquitus

tiquitus vniuersalis Ecclesiæ Decreta præponat. Quid si tale aliquid emergat vbi nihil huiusmodi reperiatur? Tunc operam dabit vt collatas inter se Maiorum consulat atque interroget sententias: eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus & locis, in vnius tamen Ecclesiæ Catholicæ communione & fide permanentes magistri probabiles extiterunt, & quidquid non vnus aut duo tantum, sed omnes pariter vno eodemque consensu Apertè, Frequenter, Perseueranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum.

DE EC-

DE ECCLESIA

CAPVT I.

Scelus est pauidum metuitq; videri
Facies velata pudorem significat lesum.

CVM scelus sit natura sua obscœnum atque spurcum, mussitetque proinde in angulo atque tenebris, nec nisi paludamento Virtutis ornatum prodire audeat: quod mirum si Hæresis ex omnium scelerum colluuione & flagitiorũ turpitudine generata lucem horreat, nec prodeat vnquam, nisi ementito Sponsæ Dei ore atque vultu, cum se venditat impudenter nominatque Illuminatam Immaculatam, & vt vno verbo dicam, Reformatam Religionem?

August. lib. de hæres. hæresi 25. c. 26. & libr. 19. contra Faust. c 22.
Epiph. hæres. 66.

Sic olim Sadducæi se indigitabant Iustos, Simon Magus impudentissima insolentia se magnam Virtutem Altissimi dicebat, Montanus Paracletum: Cubricus Manetem, hoc est Persico idiomate, vas electionis. Gnostici se intelligentes atque doctos appellitabant speciosissimo nomine, Encratitæ continentes, Nouatiani Catharos siue Puros putosque, Manichæi Catharistas & Macares, hoc est purgantes & beatos, Euchitæ Orantes, Montanistæ θεοπνεύστους & θεοδιδάκτους doctos diuinitus & afflatos.

Idem August. de hæres. c. 46. & c. 69. to. 6. vbi de Donatistis sic loquitur.

Sic Donatistæ apud se tantùm dissipatæ Ecclesiæ reliquias hærere aiebant, cum in reliquo orbe terrarum funditus periisset.

Donatiani vel Donatistæ sunt qui primum propter Cæcilianum contra suam voluntatem ordinatum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopum, schisma fecerunt: obiicientes ei crimina non probata, & maximè quod à traditoribus diuinarum Scripturarum fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata, in hæresim schisma verterunt: tanquam Ecclesia Christi propter crimina Cæciliani seu vera, seu quod magis apparuit iudicibus, falsa, de toto terrarum orbe perierit, vbi futura promissa est, atque in Africa Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus quasi contagione communionis extincta.

S Hier. contr. Lucifer. c. 1.

Luciferiani arctè accuratéq; defendebant, Veterem Ecclesiam non iam sponsam, sed flagitiosam esse meretriculam, suam autem in eius locum substitutam fuisse, non secus ac in locum Vasthi superbientis Reginæ, Esther successit.

Hester. 2. 17.

Acta Conciliorum.

Haud absimilem vanæ mentis gloriationem longe ante præferebant Arriani, Nestoriani, Eutychiani & Macedoniani qui callidis artib. & importunitate sua coegerũt Ecclesiam, vt quo deinceps in tanta impudentium hominũ fraude & impietate facilius agnosceretur, coiret & in œcumenica Concilia aggregaretur Nicænum, Ephesinum, Chalcedonense, Constantinopolitanum.

Recenti

Digitized by Google

Recenti neque minus deploranda confutandaque memoria Martinus Lutherus palam docuit, non Tertulliani primum temporibus, aut Cypriani, cœpisse deflorescere Ecclesiam, & fœde se in impias opiniones ingurgitare, sed inde ab ætate Apostolorum aberrauisse. Centuriatores cum de secundo sæculo à Christo nato memorant, ita loquuntur, vt palam significent eo ipso tempore licet Apostolis finitimo, Christianam tamen doctrinam à mundi Seruatore propagatam, plurimum sui splendoris deperdidisse, quod inquiunt monstrosæ opiniones quædam atque impiæ à Doctoribus sparsæ disseminatæque fuissent.

Lutherus passim.

Magdeburg. Centur. 2. c. 4. § Etiamsi.

Anabaptistæ præcipitem illam agunt & extingunt penitus ab eodem ipso tempore vsq; ad duos illos humani generis Prophetas, fidei Candelabra, geminam oleam mirabiliter pubescentem, Ioannem Georgium Dauidem & Ioannem à Leyda Delphorum vnum Regem, alterum nouæ Hierosolymæ; vtrumque videlicet sanctum & diuinum, quos diuina prouidentia vt moderatores luminum soles mundo suscitauisset ad errores sparsos in orbem terrarum dissipandos, & vt præsertim se falsis vt ipsi aiebant Prophetis duobus opponerent nimirum Pontifici Romano & Martino Luthero.

Henrich. Bulling. de Anabap. l. 2. c. 10.

Caluinus li. 4. Institutionum asserit cum vitales Ecclesiæ partes mortiferam plagam excepissent, iam perniciem extremumque omnino fatum consecutum. Et in responsione ad Sadoletum filii Dei regnum ab Ecclesiæ Romanæ principatu afflictum & euersum opinatur.

Calu. l. 4. Instit. c. 2 §. 1. *Atquè simul ac in arcem religionis mendacium irrupit, summa necessaria doctrina inuersa est, sacramentorum vsus corruit, certe Ecclesiæ interitus consequitur; perinde atque de vita hominis actum est, iugulo transuerberato, vel præcordiis lethaliter sauciatis.*

Theodorus Beza in Iconibus virorum Illustrium ait primos & verissimos Europæ Apostolos fuisse Ioannem Hus & Lutherum in Germania, Zvinglium & Oecolampadium apud Heluetios, Sauanarolā apud Italos, Farellum & Caluinum in Gallia, Wiclefum & Bucerum in Anglia: Knoxium & Buchananum in Scotia. Quo eodem in loco inserit eorum imagines sine vllo metu idololatriæ, & de seipso in Epistola dedicatoria profitetur mirabiliter se affici, cum illorum hominum monumēta legit, & præsertim dum eorum videt simulachra, perinde se incendi animo, ac si loquentes etiamnum audiret & apud cœtum auditorum diuina quædam pronunciantes; monet proinde & obtestatur omnes omnium prouinciarum homines, vt veras eorum effigies ad se mittant qui luce & prædicatione digni videbuntur. In operis vero totius propylæo, est splendidum vncialibus in literis id elogium, Primi martyres quibus Deus ex Anglia, Boemia & Italia delectis vsus est ad veram religionem instaurandam.

Nostrum iam est inquirere an hæc vera sint, & priusquam ad ea sigillatim veniamus quæ habentur controuersa, ponamus ea de quibus omnes consentiunt.

Assentiemur igitur 1. Esse tantum vnicam Ecclesiam veram & legitimam Agni sponsam. 2. Extra hanc Ecclesiam depositam spem omnem esse deploratamque salutem. 3. Qui Ecclesiam non audit, Ethnicum & Publicanum esse habendum. 4. Deum ipsi præsidium spiritus sui, &

Apoc. 21. 9. 22. 27.
Matth. 18. 17.
Ioan. 14. 16.
Matth. vlt. 20.
1 Tim. 3. 15.

Digitized by Google

Luc 10 16.
Matth.18.17. & 18.

fui, & continuam opem fuisse pollicitum. 5. Eandem esse firmamentum & columnam veritatis ex Apostolo, & proinde labi & errare non posse. 6. Posse illam auctoritate sua nos legibus edictisque suis astringere. 7. Qui ipsam audit, Dei filium pari modo audire, spernere autem qui eandem contemnit. 8. Propter mores maculosos vulgi, & flagitiosæ vitæ licentiam, nemini licere ab ea discedere. 9. Nunquam diuinum spiritum deserere Ecclesiam, tametsi homines sacri & Ecclesiastici vitam sceleribus & nequitia polluissent. 10 Notas Ecclesiæ quibus legitima ab adulterina dignoscitur, proprias esse debere non communes. 11. Nefas & impium existimandum aliter quam ab Ecclesia traditur Sacram Scripturam intelligere & interpretari: quæ ipsa recipit admittenda esse, quæ repudiat condemnanda. 12. Non ferendam esse arrogantis animi superbiam, priuatum iudicium atque sensum communi omnium Christianorum iudicio præferre: & in Ecclesiam toto Orbe diffusam Censoriam virgulam distringere.

August. ad Ianuarium ep. 80.
Si quid horum per orbem frequentat Ecclesiam, quin ita sit faciendum, disputare velle insolentissima insania est.

QVOD MILITANS ECCLESIA SIT VISIBILIS.

CAPVT II.

SI quis forte dubitaret an Ecclesia sit visibilis & in aspectum hominumque intelligentiam veniat, is mihi quidem reuocare in lucem & exhiberi velle videretur Annulum Gigis, sonos Menandri & Therpandri tonos, numeros Pythagoræ, contigua Anaxagoræ, atomos Epicuri, Anaxarchi innumerabiles mundos, Ideasque magni Platonis. Caluinus ipse non permittit vt eadē re quisquam ambigat, cum notas Ecclesiæ duas admittat, Sacramentorum videlicet administrationem, & Conciones, quæ visibiles sunt & à sensu percipiuntur. Alioqui quonammodo fieri posset vt conciones iis qui nusquam videntur, aut sacramentorum administratio rebus inuisibilibus adhiberetur? potestne grex inuisibilis regi & gubernari, aut salutis via teneri quæ incognita sit, vel adiri ipsa Ecclesia quæ minime appareat? Secundo si Ecclesia inuisibilis est, præcipienti Christo obsecun-

dare

Digitized by Google

dare qui possumus, cum nos iubet Ecclesiam adire, Ecclesiæ dicere, audire eandem Ecclesiam, & Ecclesiæ obtemperare? Tertio, an negari potest quin Seruator Christus atque Apostoli primigeniæ corpus Ecclesiæ constituerint, ille vt mysticum & viuidum caput, hi vt artus & membra eiusdem? Vtrum igitur visibiles illi fuerunt an non fuerunt? Nam quod aiunt Ecclesiam tantum esse fidelium & prædestinatorum, fidem autem & prædestinationem in numero esse rerum inuisibilium, & proinde Ecclesiam esse inuisibilem, idem omnino est ac si quis hoc modo argumentaretur, Mens & voluntas hominis atque adeo ipsa anima quæ illius forma est, in aspectum minime cadunt, homo igitur nullo sensu percipi potest: Diuinitas filii Dei est inuisibilis, Christus igitur mundi Seruator erat inuisibilis. Diuina mens quæ mundum vniuersum administrat videri nequit, cœlum igitur atque tellus non sunt adspectabilia. Hæc videlicet bella sunt fundamenta in quibus hac tempestate Scioli homines & gloriosi Decreta fidei exædificant. *Matth. 18. 17.*

At locus inquiunt est 3. Reg. cap. decimono, in quo septem hominum millia commemorantur qui non genu flexerint ante Baal cum Helias sanctissimus Vates & mœrore debilitatus iam pœne consepultam Synagogam penitusque exterminatam putaret. Verum id quidem est, sed imprudenter aut malitiose illi argumentantur, cum dictum Heliæ se vnum solum derelictum esse quærentis cum aræ sacrosanctæ euerterentur, referri tantum debeat ad regnum Israel ex quo ipse oriundus erat, domo Thesbita, è Galaad ciuitate quæ Achabi dominatione tenebatur Regis improbi & Prophetarum inimici.

Nam eo quidem ipso tempore, in terra Iuda, florentissima Synagoga fuit, tum religionis disciplina, tum splendidissima pietate, cum præstantissimi atque optimi Reges duo Asa & Iosaphatus rerum summam obtinerent, religiosissimo cœtu Sacerdotum muniti, infinita populi multitudine septi, cum vndecies centena millia bellatorum haberent.

Aza Rex Iuda bonus 2. Paral. 15. 8. & c. 21. 12. Iosaphatus bonus Rex Iuda Helia tempore. 2. Paral. 17. 3. Reg. 19. 10. Ioseph. l. 8. Antiquit. c. 7. & 8.

Aliæ populares quædam obiectiones sunt & tralatitiæ quæ quia minus habent difficultatis & controuersiæ facilius solui possunt, vt cum proponitur vox VNIVERSA, quam Ecclesiæ Catholicæ tribuimus. Imprimis enim omnes sciunt non intelligi naturam quandam abstractam à singulis, præcisione vt vocant Metaphysica, vel abstractione Logica, cum certissimum sit, id vniuersale non esse illis affectionibus qualitatibusque imbutum, quod mouere sensus queat, vtpote quod ne subiectiue quidem vt cum schola loquar, sed obiectiue tantum sit in ratione atque intellectu: Sed appellamus Ecclesiam vniuersalem visibilem quod visibiliter per omnes oras terrarum longe & late fundatur. Et quanquam multæ sunt Ecclesiæ, & populi Christiani cœtus, per varias Orbis terræ prouincias, & quædam in Gallia esse dicuntur Ecclesiæ, quædam in Germania, in

Digitized by Google

Hiſpania aliquę, alię in Oriente, alię in Ægypto, Libya & Æthiopia quędam in aliis locis; eſt tamen vt grauiſſime pronunciat Irenæus vna & eadem per vniuerſam terram, iiſdem legibus coagmentata, in eadem fide ſtabilita, quemadmodum vnus tantum eſt Sol princeps luminum reliquorum qui maturitates fructuum efficit, coquit meſſem atque vindemiam, metalla vi caloreque ſuo progenerat, aerem ſplendore illuminat vndas quoque reddit perſpicuas, qui denique Briarei Centimani inſtar in ſexcentis ſimul locis tam multa tam incredibili varietate operatur. 2. Agnoſcetur hoc etiam ab omnibus, Eccleſiam viſibiliter repræſentari in Conciliis præſertim œcumenicis, quæ octodecim hactenus numerantur.

3. Aſſentientur item omnes cum Luna Eccleſiam componi, non quod Eclipſin aliquando patiatur vt cum exempli cauſa eſt in capite aut Draconis cauda, è diametro radiis Solis oppoſita, globo terræ interiecto: ſed quod nobis in huius mundi caligine & nocte adluceat, & lucem omnem pulchritudinemque ſuam à iuſtitiæ Sole mutuetur, à quo ſemper benigniſſime aſpicitur, quamuis non à nobis videatur. 4. Hoc quoque tenebitur, Eccleſiam eſſe illam ex Apocalypſi mulierem amictam Sole, & corona duodecim ſtellarum ornatam, ad interiorem quandam ſolitudinem ſe recipientem, pro ratione vexationis, quæ ſæpe furioſe ingruit & crudelitate omni bacchatur, dum inſidias quoque ſtruit immanis Draco, quo tempore ſemper & verbis & ſponſi ſui præſentia mirifice confirmatur.

5. Concludent denique omnes, illam Eccleſiæ inuiſibilitatem, quam obtrudunt quidam, putam putam eſſe Chimæram ludificatæ mentis temeritate excogitatam penituſque fictitiam: aut ſi quando inuiſibilis dicatur, id eſſe intelligendum non de omni corpore, neque de omni tempore aut loco, ſed ea tantum ratione, quod quemadmodum varii notantur aſpectus Lunæ Hemyſphærii vnius reſpectu, cum accretione & diminutione luminis aliquando appareat μηνοειδὴς cornicularis, διχότομος diuidua, ἀμφίκυρτος gibberoſa, aliquando πανσέληνος plena: quamuis media ſemper ex parte æqualiter Solis illuminata radiis ſit à quo lucem capit ſuam.

Ita Chriſtianorum cœtus modo creſcit, nonnunquam etiam decreſcit & imminuitur variis temporibus, prout hominum improbitate iactatur, aut læta pace otioque perfruitur, tametſi verus illius ſemper Phœbus benigno ſplendoris influxu eam colluſtret.

6. Dici etiam poteſt prædeſtinatos qui nobiliſſimæ ſunt illius corporis partes, minus eſſe nobis notos in magna bonorum & improborum confuſione. Quo tandem recidit Genuenſis confeſſio, in Articulo quem nominant Dominicam decimam ſextam Catechiſmi, vbi Catechiſtes ita interrogat Iſta ECCLESIA an alio modo cognoſci poteſt quam eam credendo? Reſpondet is qui inſtituitur,

Eſt

Digitized by Google

Est quidem Ecclesia Dei visibilis, prout notas & insignia nobis reliquit, ad eam cognoscendam, sed hic nō agitur proprie de cœtu illorum, quos ad perpetuam fœlicitatem Deus elegit, qui notari designarique oculis plene & perfecte nequit. Ex quibus hæc sequitur Conclusio, Ecclesiam esse absolute loquendo visibilem, distinctionem vero prædestinatorum & reproborum, nec corporis, neque mentis oculis percipi posse. Videamus autem, an Ecclesia è duabus illis veluti partibus conglutinetur, quamuis pars aiens clare videatur expressa in Geneuensi Catechismo, qui ad finem Bibliorum prodijt anno 1588. ad insigne Concordiæ.

QVOD IN ECCLESIA BONI ET MALI, PRÆDESTINATI ET REPROBI INVENIANTVR.

CAPVT III.

AREA est, in qua triticum simul & palea: rete quo genus omne piscium inuoluitur. Regale conuiuium, vbi tantum aliqui nuptiali veste induuntur, & plures vocati sunt, pauci electi: Est Virginum aggregatio, quarum quinque sapientes audiunt, quinque fatuæ: Ampla & ornata domus, vbi vasa aurea sunt, argentea, lignea, fictilia.

S Augustinus Tractat. 6 in Ioann. explicat de iustis & peccatoribus.
Matth. 3. 12.
Matth. 13 47.
Matth. 22. 11. 12.
Matth. 25. 1.
2. Timoth. 2. 20.
4. Esdra 8. 1.

Est tamen verum, quod quemadmodum in area plus palearum est quam tritici, plures in vite Pampini, quam vuæ, plura in arboribus folia quam fructus, in rosetis plures aculei quam rosæ. Et quemadmodum tellus inculta & inarata vastior est quam frugifera & opima, & mare salsum & profundum dulces fluuiorum cursus exuperat, & terra sine auro magnitudine vincit eam, quæ aureis venis collucet, vt Esdræ quōdam Angelus Vriel aiebat. Ita numerus eorum, qui diuina prouidentia ad beatitatem prouehuntur, longe minor est, quam reproborum, maior eorum multitudo, qui ad sinistram erunt, quam qui ad dexteram summi illius Pastoris & iudicis, qui hœdos ab ouibus in extrema disceptatione separabit cum, *reddet vnicuique secundum opera eius.*

Dicam autem coram te similitudinem, Esdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multā magis, vnde fiat fictile, paruum autem puluerē vnde aurum fit: sic & actus præsentis sæculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur.
Matth. 22. 14.
Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Matthæi 16. 27. Idem Roman. 2. 6.

Idem Rom. 2. 6. Hieron. aduers. Luciferianos, multo ante finẽ, tom. 1.

August. Enar. in Psalm.

Psal 118. 8. Et Episcopatum eius accipiat alter.

Augustin. tract. 6. in Ioannem.

Idem sermon. de conuers. S. Pauli.

D. Hieronymus contra Luciferianos ait, Arcam Noe typum & adumbrationem quandam fuisse Ecclesiæ, *Nam vt in illa*, inquit, *omnium animalium genera ita & in hac vniuersarum gentium & morum homines sunt: vt ibi pardus & hædi, lupus & agni, ita & hic iusti & peccatores, id est, vasa aurea & argentea, cum ligneis & fictilibus commorantur.* D. Augustinus in psal. 3. Iudam asserit adoptatum à Christo IESV filium extitisse, eumque proinde id in genitorem machinatum, quod Absalon perfidiose molitus est in Dauidem. Et libro de vnitate Ecclesiæ, insidiosum illum & fallacem partem fuisse Ecclesiæ cum Apostolis, de quo Dauid cœlesti afflatu cecinisse, cum Episcopum nominauit. Et alio in loco: *Nos fatemur in Ecclesia (Catholica) & bonos & malos esse, sed tanquam grana & paleam. Aliquando qui baptizatur à grano, palea est, & qui baptizatur à palea, granum est.* Item alias, D. Paulum in Ecclesia primum lupum fuisse cruoris sitientem, ex Iacobi veteri prædictione, mox ouem agnumq; mitissimum, mane rapientem prædam, ad vesperam diuidentem spolia, primum hostem, deinde fidum ad præsidium militem, vel potius copiarum ducem inuictum atque acerrimum.

Chrysost. hom 6. in 2. ad Timoth. Μὴ θαυμαζέτω τις, φησὶν, ὅτι εἰσὶν ἄνθρωποι πονηροὶ, καὶ μιαροὶ, καὶ γὰρ ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ, ἐπὶ σκεύη τοιαῦτα. Σκεῦος ὀστράκινον ἦν ὁ Παῦλος, ἀλλ' ἐγένετο χρυσοῦν· σκεῦος χρυσοῦν ἦν ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ἐγένετο ὀστράκινον.

Quod eloquentissimus omnium D. Ioannes Chrysostomus alijs verbis extulerat, cum eum fictile vas primum fuisse doceret, mox aureum, vt contra Iudam ex Chrysendeto vas fictile. Baptismus Hæreticorum idipsum confirmat, quo reipsa non voluntate aut propria inductione animi in Ecclesiæ gremium succedunt, quæ non eos iterum tingit aut initiat, docta à sponso suo, fore zizania semper in medio tritici vsque ad messem. Quod & Catechismus Geneuensis paulo ante significauerat.

* De fide ad Petrum inter opera August. cap 43. tom 3.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, arcam Dei esse Ecclesiam Catholicam, & intra eam vsque ad finem sæculi frumento mixtas paleas contineri, hoc est, bonis malos sacramentorum communione misceri, & in omni professione siue clericorum, siue laicorum, siue monachorum, bonos esse simul & malos; nec pro malis bonos deserendos, &c.

* Concludamus igitur cum Scriptore libri de fide ad Petrum, qui inter opera D. Augustini reperitur, in Ecclesia Catholica bonos versari & consceleratos, prædestinatos, & in voluntariam perniciem ruentes, neque horum causa deserendos illos videri, quique aliud efficeret, eius *impiam & perniciosam præsumptionem* fore ait idem Augustinus libro de fide & operibus, quod illa homini varietas & commixtio in sacris paginis tanta ante fuerit prænunciata, duratura etiam ad extremum sæculorum omnium terminum, & filij DEI aduentum, sic tamen vt flagitiosorum hominum vita atque mores nullum probis incommodum adferre possint, dummodo scelus & maleficia non comprobent.

Augustin lib. de fide & operib ca. 5. tom. 4. *Cum ergo siue per negligentiam præpositorum, siue per aliquam excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones inuenimus in Ecclesia malos, quos Ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc non ascendat in cor nostrum impia & perniciosa præsumptio, qua existimemus nos ab his esse separandos, vt peccatis eorum non inquinemur, &c.*

Caluin. lib. 4. Instit c. 1 §. 2.

Quare quod Caluinus scribit libro quarto Institutionum capite primo, sectione secunda, Fundamentum Ecclesiæ esse diuinam electionem, aut tantum de Ecclesia Triumphante intelligendum est, aut etiam de Mi-

de Militante, quatenus rerum omnium opifex Deus propter Electos facit omnia in capite suo Christo, & principe generis humani expressos. Nam & Apostolus æstu quodam amoris elatus dura omnia & acerba se pati electorum causa testatur. Caluinus ibidem addit perspicue Ecclesiam Prædestinatorum esse inuisibilem, in quorum numero comprehenduntur etiam inquit, *qui morte defuncti sunt* (hæc enim sunt eius verba) visibilem autem eam esse, in qua nos sumus, in qua *nullum sæpe discrimen inter filios Dei & profanos, inter proprium eius gregem & fera animalia notari potest.* Et paulo post, *Sed quia exiguus numerus & contemptibilis latet sub ingenti turba, & grana tritici pauca teguntur paleæ congerie, soli DEO permittenda est cognitio suæ Ecclesiæ, cuius fundamentum est arcana eius electio.*

Agit paulo post de nomine Catholici, quod refert ad coniunctionem & aggregationem prædestinatorum, qui modo sunt, aut etiam aliquando futuri. Sed constat à perenni omnium ætatum continuatione Ecclesiam re & nomine fuisse Catholicam, cum propria atque intima hæc sit illius conditio atque nota. Adde quod Symboli Articulus, qui nos iubet credere *Ecclesiam*, vel vt Nicænum ponit, *in Ecclesiam*, non referatur ad Triumphantem, cum qua nobis exiguum vulgo est doctrinæ commercium, apud quam fides nullum habitura locum est: sed ad Militantem, quæ sparsa disseminataque est per omnem orbem terrarum, magistram illam impiorum, matrem bonorum, spiritalem omnium altricem, qui agnoscere & vereri eam volunt.

Vt autem id quod debent omnes, etiam velint, age breuiter Ecclesiæ notas examinemus, sed eas duntaxat, quæ sunt eiusmodi, vt in eam tantum, & præterea nullam, conuenire possint.

DE NOTIS VERÆ ECCLESIÆ.

Caput IV.

NON liberos sic ego putem ad vtrumque agnoscendum parentem venerandumque teneri, quomodo animam rationis participem ad intelligendum, quantum quidem fidei lux cognitioque patitur, qualis ille verus est Deus, cui honorem, studium, beneuolentiam, obseruantiamque debet vt Patri, qualis item vera Ecclesia, cui vt Matri obsecundare par est. Quare non exigui momenti æstimanda est hæc disputatio, cum ab ea rerum summa pendeat, & ad notas pertineat sponsæ certas & perspicuas, quæ nobis sponsum collocare suum in aperta luce consueuit. Huic summæ & grauissimæ vtilitati iuncta est necessitas, quod iam inde à prolapsione primorum parentum deflorescente Iustitiæ originalis dono penitusque dissipato, imbecillitas quædam in Irascentem hominis partem inuasit, in concupiscentem intemperantia; error, tenebræ, inscientia mentem occupauit, in voluntatem insinuauit se malitia. Nihil procliuius quam vt homo illudatur, aut sensuum fraude atque pellacia in inferiori parte, aut præstigijs & fraudulenta specie rerum in superiori: quod omnis in homine cognitio aduentitijs formis & imaginibus rerum procreetur, quæ fallaces vt plurimum esse solent, fucatæque adumbrationes. Quare nihil eo communi dicto esse verius mihi facile persuadeo, similitudinem speciemque externam, matrem semper fuisse erroris, & Nouercam veritatis.

In natura quidem hoc cernitur, in historia sacra & prophana, in ijs denique, quæ sanctissima sunt & maxime augusta in religione. Euenit enim sæpissime, vt pro Molosso lupus capiatur, pro anguilla serpens, pro apio cicuta: æs item sæpe aurum ementitur, stanneus candor argentum, vitrum Smaragdum, Crystallus Adamantem. Sic apud Poetam principem fratrum geminorum similitudo etiam propinquos & affines decipit, & in Herodoti Thalia Smerdis Persicum imperium occupa-

Historia Smerdis fuse describitur ab Herodoto lib 4. Thaliæ, à folio 214 apud Henr. Steph 1592.

Τῷ δὲ μάγῳ τούτῳ τοῦ Σμέρδιος Κῦρος ὁ Καμβύσεω ἄρχων τὰ ὦτα ἀπέταμε ἐπ' αἰτίῃ δή τινι οὐ σμικρῇ, &c.

Digitized by Google

cupauit, cum se Smerdim Cyri filium simularet, quem nomine & ore toto exprimebat.

Artemon, ait Valerius, Antiochi regnum excepit Laodices Reginæ machinatione, cum populus vtriusque similitudine deceptus viuere Antiochum existimaret. Eodem modo apud Iosephum, Sidonius quidam plane exceptus honorifice fuit in patria, & omnium gratulatione ornatus, quod propter simillimam oris speciem filium Herodis Alexandrum exprimeret, quem tamen vt ex Scena & Theatro abductum Augustus deinde in remigum ordinem adlegit, quod haud dubijs corporis vestigijs, & præsertim manuum duritie, ligone potius quam sceptro nobilem fuisse hominem comperisset. Et nostris in Annalibus Balduinus, qui Belgarum se Comitem aiebat, Ludouici Septimi Regis Franciæ temporibus procerum omnium plausu, choro primæ nobilitatis septus comitatusque fuit, sed tandem supplicio infami pœnas audaciæ vanitatisque dependit.

Valer. Max. lib. 9. c. 14.

Ioseph. Antiquit. Iudaic. l. 17. cap. 14.

Leuiores in hoc genere possent esse fraudes videri, cum dicuntur aues ad pictoris clarissimi vuas deuolauisse, aut appetijsse Tauri Vaccam Niconis, cum fertur Æneas pro Creusa vmbram, & Ixion nubem pro Iunone complecti voluisse: nam huiusmodi è fabulis petita illusio vana est & futilis, & vt plurimum ad fallendum otium excogitata. Sed profecto leue & exiguum videri non debet, sed omnium longe maximum quod in rebus sacrosanctis & maxime religiosis simillimæ fraudi & circumscriptioni obijcimur.

Plin. l. 35 c. 10 *Zeuxis clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picturæ cum Parrhasio descëdit, vuasque tanto successu pictas in scenam detulit, vt ad eas aues deuolarent.*

De Ænea & Creusa Virgil. 2. Æneid. in fine.

Sic in libro Geneseos veterator serpens beneuolentissime, vt quidem videbatur primis humani generis parentibus ea proferebat, *Nequaquam morte moriemini: Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* Sic Cain primus parricida blande comiterque Abelem affatus, *Egrediamur*, inquit, *foras.* Sic Hebræi sese mutuo ad inanium Deorum cultum & superstitionem incitabant, cum dicerent: *Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Simili fraude filij Iacobi Patriarchæ Sichemo responderunt, *In hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri.* Pari candore libro secundo Regum Iacobus dixit Amazæ, *Salue mi frater*, cumque dextra mentum eius teneret quasi osculaturus, sinistra pugionem in pectore defixit. Tertij libri cap. 13. oppidi Bethelis videns & rerum abditarum Interpres sanctissimum Prophetam his in fraudem impulit: *Et ego Propheta sum similis tui, & angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam.*

3. Genes 3. 4. 3.

Genes. 4. 8.

Exodi 32. 4.

Genesis 34. 15

2. Reg. 20. 9.

3. Reg 13 18.

Iosue 9. 12.

Sic Gabaonitæ simulationis artificio eruditi Iosue magnum Hebræorum ductorem malitiose induxerunt. Sic Balaam à Rege Moabitarum mercedibus illectus aiebat 24. Numer. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.* Sic Iudic. 16. Dalila Samsonis pectus emolliebat, *Quomodo dicis, quod amas me, cum animus tuus non sit mecum?*

Num. 24. 5.

Iudic. 16. 15.

Digitized by Google

1. Math. 16.14.15.16. Sic Prolomeus filius Aboby Simeonem & liberos eius duos vultu ad omnem humanitatem composito excepit regifico instructu & apparatu, & post epulas crudelissime necauit. Sic in nouo Testamento Rex Herodes adorare se natum Regem velle simulat, & comiter habet Magos atque dimittit, cum tamen scelus anhelaret, & barbaram infantium puerorum contrucidationem. Sic Herodiani Christum Seruatorem impia calliditate aggressi, *Magister*, inquiunt, *scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum.* Sic versutus & insidiosus tentator eundem filium Dei affatus est, *Mitte te deorsum: Scriptum est enim, Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Matth. 28.
Matth. 22. 16.
Matth. 4. 6.

Similis quoq; his temporibus est pietas *Talismannorum* & eorum Mystarum, qui Cadis apud Turcas nominantur. Talis in Ægypto, Arabia & Syria Caliphorum religio. Haud absimilis illa peregrinorum ad Maccam diritas voluntariaque vexatio, qui sponte sibi oculos eruunt, ne postquam Mahometis conditorium viderint, prophanum aliquid aspexisse deinde videantur. Tales etiamnum Ecclesiæ Ruthenorum in Moscouia, Georgitarum in Lituania, Anabaptistarum in Walachia, Tritheitarū in Polonia, Zwinglianorum apud Heluetios, Lutheranorum, Adiaphoritarum, Carlostaditarū, Oecolampadistarum, Dauiditarum, Thaboritarum, Interimitarum, & aliorum in varijs Germaniæ prouincijs, omnes denique, quæ se Protestantes Reformatasque nuncupant, quæ diuina proferunt oracula scripturarum, crepant Euangelium, in idololatriam animose inuehuntur, vrgent maxima contentione & postulant, vt fraus, error, superstitioque tollatur; etiam clamant & vociferantur, vt Babylone pedem efferamus: se paruulum gregem nominant, cœtum eximium, ouile sacrosanctum, ad extremum eorum conuentus, Heroum concilium est & Prædestinatorum. Et quanquam ijs vniuersis sæpe illud Tertulliani est obiectum, cum hæreticorum quorundam impudentiam refutaret, si à primis efflorescentis Ecclesiæ temporibus ad eos vsque tenebræ & caligo orbem vniuersum occuparunt, si nostri omnes illorumque Maiores, patres, aui, atauique qui honestæ vitæ nobis exempla reliquerunt ab annis centum supra mille ad cœlum aspirare nō potuerunt, nisi pinnis humerisque vecti Caluini aut Lutheri, *Aliquos igitur Marcionitas & Valentinianos* (Lutheranos aut Puritanos) *liberanda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot deniq; martyria perperam coronata.*

Tertullian. lib. de Præscript. c. 29.

Respondent horribilia esse Dei iudicia, neminem se quidem iudicare, scire tamen & certo profiteri extra Ecclesiam salutis nullam spem esse. Et quoniam huiusmodi Ecclesiam esse dicunt suam, insignia quędam iactant, atque notas se illustres habere gloriantur: nostrum est pariterq; illorum easdem examinare accurate, breuiter & perspicue, illius

ope

Digitized by Google

ope atque præsidio, qui pater est luminum, Sol animorum, Deus veritatis.

Vera propriaque nota conditiones omnino tres habere debet. 1. Vt illi tantum rei quæ significatur, conueniat. 2. Vt notior sit re quam indicat. 3. Vt à re significata separari non possit.

Itaq; *esse columnam columenque veritatis*, quamuis in Ecclesiam maxime quadret, non potest tamen esse nota, vt ita dicam illius indiuidualis & propria, quod hæc item proprietas Spiritui sancto conueniat, nec facilius quam Ecclesia cognosci queat: præsertim cum ab ea hic laudis honorisque titulus abiudicetur superbo illorum iudicio, qui Ecclesiam errare posse aiunt, & à Caluino lib. 4. Institutionum, vbi probare conniti- tur errare Concilia posse, quæ Ecclesiæ nomen & dignitatem sustinent: & sub finem Sectionis 12. concludit totam inde pendere Ecclesiam, si verbum Domini fideliter conseruetur, suamque puritatem retineat, vbi rerum imagine deceptus, signum pro re signata sumit, & effectum pro causa.

Calvin. 4. Instit. c 8 § 10. *Quoniam pro confesso sumunt vniuersale concilium esse veram Ecclesiæ imaginem, hoc principio sumpto simul absq; dubio statuunt regi immediate à Spiritu S. eiusmodi concilia, ideoq; errare non posse. Quum vero ipsi Concilia regant, imo cõstituant re vera sibi vendicant, quicquid contendunt deberi concilijs, &c.*

§ 12. Sequitur totam inde pendere, si verbum Domini fideliter conseruetur, suamque puritatem retineat.

Easdem ob causas Sacramentorum administratio, & prædicatio verbi Dei non possunt esse veræ certæque notæ cælestis sponsæ, cum nulla hactenus reperta fuerit tam desperata, tamque insana hæresis, quæ non frontem eo veluti gemino charactere insignierit: cum item recta Sacramentorum administratio, syncerumque Dei verbum cognosci tradiq; non possit, nisi à vera Ecclesia, vt deinceps ostendetur, nec vtriusq; aliquando vlla fuerit exercitatio in grauissimis Reip. Christianæ temporibus & immani tyrannorum vexatione.

Veræ igitur notæ sunt Ecclesiæ necessarijs illis conditionibus affectæ, quas omnes in Symbolo Patrum clare & distincte profitemur, cum dicimus: *Credo in vnam Ecclesiam sanctam Catholicam Apostolicam*, nimirum Vnitas, Sanctitas, Communitas, & ab Apostolis perpetua omnium ætatum continuatione deductio.

De prima in Canticis ita perscribitur, *Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea.* Illa sola potest dicere, *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Et iterum, Vinea mea coram me est. Apud D. Matthæum appellatur *Ager, Thesaurus absconditus, margarita, lapis pretiosus, Rete.* Apud Diuum Ioannem *Ouile.* Apud Sanctum Paulum *Ædificatio, Templum, Corpus*, cuius caput mysticum, cum Patrem oraret suum Ioann. 17. Sic affatus est, *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos*, quæ oratio vim & efficientiam ostendit suam iam inde à primis orientis Ecclesiæ incunabulis. Nam de primo cœtu fidelium, qui ad Christi religionem animos adiūxerant, omnes cor vnum animamque vnam habuisse legimus, quemadmodum apud antiquos Hebræos Arca vna fuit, Tabernaculum vnum, altare vnum. Hæc porro vnitas triplex est, proindeque non nisi operosissime dissui discerpique potest, Vnitas fidei, Vnitas charitatis, Vnitas obedientiæ: Prima in mente atque intellectu sedem habet,

Cant. 6. 8.
Cant. 2. 16.
Cant 8. 12.
Matth. 13. 24. & 44 & 45. 46. 47.
Ioan. 10. 16.
Ephes. 2. 21.
1. Corinth 6. 19.
Roman. 12. 5.
Ioann 17. 11.
Actorum 4. 32.
Exodi 25. 26. 27.

Digitized by Google

altera in voluntate, 3. in Intellectu simul & voluntate. De prima illud
Ephes. 4. 3. 5. est magni Apostoli Apophthegma *Vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus & Pater omnium.* De secunda primæ sapientiæ ore dicitur fore, vt cogno-
Ioann. 13. 35. scant omnes, quia discipuli illius sumus, si dilectionem habuerimus ad
Ephes. 4. 2. 3. inuicem. Cui diuinæ mentis internuncius D. Paulus addit nos eam caritatem habituros, si solliciti simus seruare vnitatem spiritus in vinculo
Hebr. 13. 17. pacis. De tertia idem ipse Spiritus sancti administer Paulus ad Hebræos scribens omnes alloquitur: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Atque hæc obedientia vt suis numeris absoluta sit atque perfecta, non externa modo dicis causa aut ad oculum esse debet, sed necessario quoque mentis & voluntatis consensionem complecti debet, quam sane consensionem tan-
Cyprian. ep. 55. ad Cornel. ti fecerunt Sancti Patres, vt auctore D. Cypriano, *Non aliunde hæreses obortæ sint, aut nata schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur.*

Psalm. 92. 5. Secunda nota veræ Ecclesiæ illa est, de qua meminit Vates regius,
Tit. 2. 14. *Domum tuam decet sanctitudo Domine*, & magnus Apostolus, cum ait mundi Redemptorem innocentia & mirabili quodam splendore exornauis-
Ephes. 5. 25. se Ecclesiam suam, & exhibuisse illam gloriosam non habentem maculam aut rugam, sed vt sit *sancta* & immaculata. Et in Exordio Epistola-
Apoc. 21. 2. rum Ecclesias, ad quas scribit, *sanctas* vocat. Sanctissimus quoque Ioannes arcano mysterio viderat nouam quandam Ciuitatem atque *sanctam* labi de cœlo, hoc est, Ecclesiam sanctitate à Christo IESV decoratam, quæ propterea *dilecta & amica* in Epithalamio cœlesti nuncupatur. Atque hæc Nota sex habet veluti partes, è quibus eius constet & confletur
1. Timoth. 3. 15. essentia. Prima est *Veritas doctrinæ*, de qua Doctor Gentium Paulus dixit Ecclesiam esse *Fundamentum veritatis*. 2. *Professio bonorum morum*, cuius causa S. Spiritus *perfectam suam* eandem appellat. 3. *Vis doctrinæ atque ef-*
Cant. 6. 8. *ficientia*, de qua ita est in diuinis Scripturis, *Viuus est sermo Dei & efficax &*
Hebr. 4. 12. *penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Tres autem hæ conditiones vno Dauidis versiculo continentur,
Psalm. 18. 8. *Lex Domini immaculata conuertens animas testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* 4. Est mirabilis illa sanctitas, qua primi Ecclesiæ veluti parentes satoresque religionis exculti fuerunt, quibus Seruator
Matth. 5. 13. ait: *Vos estis sal terræ, vel estis lux mundi.* Et rursum: *Sic luceat lux vestra co-*
Matth. 5. 16. *ram hominibus, vt glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* 5. Est *miraculorum splendor* & gloria, quorum faciundorum potestatem Apostolis Deus
Marci vlt. 17. successoribusque tribuit: Sic enim pronunciauit aliquando, *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit,*
Ioel 2. 8. *super ægros manus imponent, & bene habebunt.* 6. *Prophetiæ donum*, prout fuit à Ioele Vate prædictum, *Effundam spiritum meum super omnem carnem, & pro-*

Digitized by Google

& prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ : senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. quæ verba Petrus Christianæ sapientiæ mystagogus Actorum c.2.attulit.

Act.2.17.

3.Nota est vt sit *Catholica* hoc est per orbem omnem diffusa: hoc enim pollens Genitor filio suo pollicitus fuerat, *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Et nisi magnifica hæc fuisset & benigna facta promissio, Satanæ regnum vt ait D.Hieronymus Christi Iesu dominatum superaret, & Angeli prædictio falleret, qui Virgini matri asseruit, filii Dei regnum non modo Orbis terræ finibus & limitibus definiendum, sed ipsius æternitatis magnitudini æquandum.

Hiero. contra Luciferianos to. 1. paulo post medium. *Si Ecclesiam per totum Orbem diffusam non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet, nimium pauper factus est, Et si Britannias, Gallias, Orientem, Indorum populos, Barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanas: quomodo ad angulũ vniuersæ terræ crucis trophæa collata sunt, nimirum aduersarius potens concessit Christo Hiberiam: & Celtiberos, luridos homines, inopemque prouinciam dedignatus est possidere.*

Habet autem partes omnino tres hæc nota, Antiquitatem, perennem continuationem, & ætatum omnium comprehensionem. Quas conditiones Vincentius Lorinēsis hac breui definitione coercuit, Quid est esse Catholicum? *Quod vbique, quod ab omnibus, quod semper creditum fuit.* Iustinus Martyr cum Triphone disputans idem animaduerterat, cum diceret ex hæreticis quosdam appellari Valentinianos, Basilidianos, Saturnianos alios, aut aliis nominibus quæ à Doctoribus suis traxissent, veræ autem Ecclesiæ filios nomen à Patre suo ducere cum Christiani dicuntur, à matre autem Ecclesia cognomen cum Catholici nominantur.

Vincent. Lerin. Commonit. aduers. prophan. voc. nouit.
Pacian. de nomine Cathol. Biblioth. PP. to. 3. Certe non est ab homine mutuatum quod per sæcula tanta non cecidit.
Iusti dialogo cum Tryphone Iudæo.
Καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλούμενοι Μαρκιανοὶ, οἱ δὲ Οὐαλεντινιανοὶ, οἱ δὲ Σατορνιλιανοὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι ἀπὸ τοῦ ἀρχηγέτου τῆς γνώμης ἕκαστος ὀνομαζόμενος.

De perpetua & nunquam interrupta continuatione temporum ita scribit ad Honoratum D.Augustinus, *Dubitabimus nos in eius Ecclesia condere gremio quæ vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica Sede per successiones Episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis culmen auctoritatis obtinuit.* Et epistol.165. Certius & verè salubriter ab ipso Petro numeramus cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non vincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelesphor, Thelesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, &c. Siricio Anastasius: in hoc ordine successionis nullus Donatista Episcopus inuenitur. Et alias cum discrimen notat inter nefarios cœtus hæreticorum & veram Ecclesiam, Hæresis inquit torrentis vndæ in morem perstrepit ad tempus, sed mox cessabit. Diuus Paulus suis etiam temporibus id ipsum inculcabat cum sic alloquitur Colossenses. *Quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit.* Et ad Romanos scribens: *Primum quidem gratias ago Deo meo per*

S. August. de vtilit. credendi c.17 to.6.
Idem ep.165. to.2.
Idem in Psal 57.
Ad Coloss.1. 6.
Rom.1.8.

meo per Iesum Christum pro omnibus vobis quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.

Quod autem ad diffusionem attinet per omnes prouincias orasque ,,terrarum, S. Cyrillus Catechesi 18. hanc regulam attulit, si forte inquit ,,veneris in ciuitates, nō simpliciter interroga vbi sit Dominicus seu do- ,,mus Domini: nam & reliquiæ impiorum hæreses Dominicos quamuis ,,pollutos appellare non dubitant. Neque id tantum quæras simpliciter ,,vbi sit Ecclesia sed vbi Ecclesia Catholica. Hoc enim proprium nomen ,,est sanctæ huius & matris omnium nostrum quæ est sponsa Domini ,,nostri Iesu Christi vnigeniti filii Dei.

Καθολικὴ μὲν οὖν καλεῖται διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλειπῶς ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα, περί τε ὁρατῶν πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων. Et peu apres. *Quod si forte veneris in ciuitates, non simpliciter interroga vbi sit Dominicus, seu domus Domini: nam & reliquiæ impiorum hæreses. Dominicos quamuis pollutos appellare non dubitant. Neque id tantum quæras simpliciter, vbi sit Ecclesia, sed vbi Ecclesia Catholica. Hoc enim proprium nomen est sanctæ huius & matris omnium nostrum, quæ est sponsa Domini nostri Iesu Christi vnigeniti filii Dei.*

S. August. lib. contr. Epist. fundam. c. 4.

D. Augustinus lib. contra Epist. fundam. Manich. c. 4. præclare etiam notat, *Cum tam multæ sint exortæ hæreses, quæ Catholicæ Ecclesiæ nomen vsurpent, neminem tamen reperiri hæreticorum, qui quærenti peregrino vbi ad Catholicam veniatur, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Et alio in loco vbi mirabilem Ecclesiæ propagationem persequitur, tum per omnium sæculorum ætates tum per omnia loca, Ecclesiam ait esse Christi corpus, non quæ hoc in loco tantum est, aut alio quopiam, sed quæ sparsa disseminataque est per omnem Orbem, non quæ hoc tempore solum videtur, sed quæ iam inde ab Abele viguit, quæque omnes qui in Christum credituri sunt vsque ad finem comprehendet.

Idem Concion. 2. in Psal 90.

Neque huic conditioni repugnat quod hæresim videamus fere cum Ecclesia vbique sparsam; nam vt Cyrillus loco prius allato animaduertit, & D. Augustin. lib. de Pastoribus, hæc differentia est hæresim inter & fidem Catholicam, quod hæc vbique eademque sit perpetuoque sui similis, hæreses autem summo dissidio & dissimilitudine opinionum vbique dissociatæ, quo fit vt nulla proprie Catholica dici possit.

Idem lib. de Pastoribus c. 8. *Alii hic (hæretici,) alii alibi, nusquam tamen desunt: ipsi se non nouerunt. Alia secta in Africa, alia hæresis in Oriente, alia in Ægypto, alia in Mesopotamia. Verbi gratia: diuersis locis sunt diuersa: sed vna mater superbia omnes genuit: sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto Orbe diffusos, &c. Illa omnes nouit, quia in omnes diffusa est.*

4. Nota est vt sit Apostolica, hoc est vt fundata & exædificata sit ab Apostolis, cum perpetua & continuata successione, quæ veluti hæreditaria de manu quod aiunt in manum ad nos vsque peruenerit. Quod vi diuini illius oraculi perficitur, *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* De qua re significat & D. Paulus, cum ita scribit ad Ephesios. *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum & domestici Dei superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.* Et D. Ioannes in Apocal. cum Apostolos *fundamenta Ciuitatis Dei* vocauit.

Matth. 16. 18.
Ephes. 2. 19. 20.
Apocalyp. 21. 24.

Hanc notam in medium Patres protulerunt, cum impias hæreticorum opiniones coercerent, suis temporibus in Ecclesiam furentes, & subinde malo satu pullulantes. Valentinianos quidem confutans Irenæus, Summorum Pontificum recensionem adhibet, & continuationem, à

Irenæus lib. 3. aduersus hæres. cap. 3. *Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatā, in (omni) Ecclesia adest perspicere o-*

Digitized by Google

nem; à magno Petro capite; vſque ad Eleutherium, qui tum Eccleſiam moderabatur. Tertullianus item lib. de Præſcriptionibus ad certamen & neceſſariam contentionem Hæreticos prouocat his verbis, *Edant ergo Origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis habuerit auctorem & anteceſſorem.*

in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maxima & antiquiſſima gloriosiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundata & conſtituta Eccleſia, eam quã tionem & annunciatam hominibus fidem per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſq; dimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam vel vanam gloriam, vel ſententiam, præterquam oportet colligunt, &c. Cum autem ſucceſſiſſet Aniceto Soter, nunc tum ab Apoſtolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea quæ eſt ab Apoſtolis ritatis præconizatio peruenit vſque ad nos.

Tertullianus de præſcription: lib c. 32 to 3. *Cæterum ſi quæ audent interſerere ſe ætati tur ab Apoſtolis tradita, quia ſub Apoſtolis fuerunt poſſumus dicere; edant ergo origines uant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille ſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorem & modo Eccleſiæ Catholicæ cenſus ſuos deferunt ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpũ ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde vtique & cæteræ exhibent patum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis traduces habeãt. Confingant tale quid hæretici. Quid inlicitum eſt? Sed etſi confixerint, nihil promouebunt. Ipſa enim doctrina eorum, cum diuerſitate & contrarietate ſua pronunciabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque*

Euſeb. cum Irenæo, vbi ſupra. *Epiph. hæreſ. 27.* D. Cyprian epiſt 76 quæ eſt li. 1. epiſt. 6. ad Magnum.

mnibus, qui vera velint audire, & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt. Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum vſque ad nos, &c. Sed quoniam valde longum eſt & omnibus cognitã à gloriosiſſimis habet ab Apoſtolis traditionem ad nos, indicantes confundimus per cæcitatem & malam duodecimo loco Epiſcopatum in Eccleſia traditio, & veritatis

Apoſtolica, vt ideo videantur Eccleſiarum ſuarum, euoluant Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis anteceſſorem. Hoc enim ab Ioanne collocatũ refert, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum enim illũ poſt blaſphemiam Apoſtolica comparata, ex Apoſtolici.

Euſebius, Epiphanius, S. Hieronymus, Proſper in Chronicis ſuis & lib. de hæreſibus in eadem re demonſtranda hærent. Et fortiſſimus doctiſſimuſq; Cyprianus cum de quodam loqueretur qui in Eccleſiæ functiones priuata auctoritate inuaſerat, *Nouatianus* inquit, *in Eccleſia non eſt, nec Epiſcopus computari poteſt qui Euangelica & Apoſtolica traditione contempta nemini ſuccedens, à ſeipſo ortus eſt:*

Optatus Mileuitanus in eadem veſtigia ingreditur ad perſequendam & lacerandam hæreſim, cum à perduellibus religionis & maxime Donatiſtis flagitat, vti prima cubilia doctrinæ ſuæ aperiant, caput ipſum atque fontem auctoritatis indicent, quandoquidem inuſitata audacia veram ſe habere Eccleſiam gloriarentur.

Optatus Mileuit. l. 2 cõt Parm. init. habetur to. 4. Biblioth. PP. *Ergo hanc vnam columbam & dilectam ſponſam ſuam Chriſtus appellat. Hæc apud ccs hæreticos & ſchiſmaticos eſſe non poteſt. Reſtat vt vno loco ſit Eam, tu frater Parmeniane, apud vos ſolos eſſe dixiſti: niſi forte quia vobis ſpecialem ſanctitatem de ſuperbia vindicare contenditis, vt vbi vultis ibi ſit Eccleſia: & non ſit vbi non vultis. Ergo in particula Aphricæ, in angulo paruæ regionis, apud vos eſſe poſſit, apud nos in alia parte Aphricæ non erit. In Hiſpania, in Italia, in Gallia, vbi vos nõ eſtis, non erit: ſi apud vos tantũmodo eſſe vultis, in tribus Pannoniis, in Dacia, Mÿſia, Thratia, Achaia, Macedonia, & in tota Græcia, vbi vos non eſtis, non erit, &c.*

D. Hieronymus aduerſus Luciferianos hoc grauiſſime, *In illa Eccleſia permanendum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata vſque ad diem hanc durat.* Sanctus Ioannes Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Epheſios, An exiſtimatis inquit ſatis hoc eſſe vt ſe Orthodoxos nominent: Quid igitur? deſignatio ordinatioq; peritatq; in nihilũ recidit? quid reliqua proſunt ſi hæc legitima non

S. Hieron. contr. Lucifer. to. 2. in fine.

Chryſoſt hom. 11. in ep. ad Epheſ. c. 3.

Ἀρκεῖ τὸ ἠχλῶσθη, εἰπέ μοι, τὸ λέγειν ὅτι ὀρθόδοξοι

ἐστι; τῆς τῆς χειροτονίας ἢ non sit nec consueto more accurate perfecta? neq; enim pro illa minus εὔχεται, καὶ ἀπόλλυ(ται); καὶ quam pro fide ipsa dimicandum est.
τί τὸ ὄφελος ταύτης οὐκ ἢ κεκαθαρμένης, ὥσπερ γὰρ ὑπὲρ τῆς πίστεως, οὕτω καὶ ὑπὲρ ταύτης μάχεσθαι χρή.

August. ep. 165. to. 2.

S. Augustinus cum eum Catalogum pertexuisset Maximorum Pontificum aduersus Donatistas ita infit, Numerate Sacerdotes qui à Petro principe continenter Ecclesiam administrarunt, & eum mihi videte ordinem quo sibi inuicem successerunt, hæc petra est quæ frangi & comminui non potest, hæc Ecclesia aduersus quam portæ inferi nō præualent. Et contra Epistolam fundam. has causas memorans quibus in Ecclesia retinetur, *Tenet*, inquit, *me ab ipsa Sede Petri Apostoli cui pascendas oues suas post resurrectionem dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum.*

Idem contr. Epist. fundam. c. 4. to. 6.

Hinc sequitur, prophanarum nouitatum amatorem quem velis remissque fugiendum esse Timotheo sapiens Doctor & magister aiebat, esse bonis omnibus cauendum studioque summo vitandum, *quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum*, inquit Vincentius Lorinensis, *nocte non solum tactu sed etiam visu afflatuque percutiant, &c. Quæ si recipiantur necesse est vt fides beatorum Patrum, aut tota aut certe magna ex parte violetur: necesse est vt omnes omnium ætatum fideles, omnes Sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes Clerici, Leuitæ & Sacerdotes, tanta confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta Vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot Insulæ, Prouinciæ, Reges, Gentes, Regna, Nationes, totus postremo iam pœne terrarum Orbis per Catholicam fidem X. Capiti incorporatus tanto sæculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet pronuncietur.* His ego non possum non miserabiliter cœcos & temerarios existimare qui hominum vniuersitatem cœcitatis arguere non verentur. Sed quanta tandem quamque intoleranda est superbientis animi arrogantia, qui iudicium suum, omnium sæculorum iudicio præferendum putet?

Vincent. Lorin. con[illegible] nouit. c. 33. to. 4. B.

DE

DE ALIIS DVABVS ILLVSTRIBVS *notis & certissimis veræ Ecclesiæ.*

CAPVT V.

AD has notas è Symbolo Apostolorum, è Nicæno Concilio, Sanctis Patribus, & ipsa ratione depromptas, addi & aliæ duæ possunt, eæq; eximiæ & illustres. Prima est hæreses magna felicitate superauisse: altera, germanam Ecclesiæ faciem in legitimis Conciliis expressam retinere. Vtramque non sine operæpretio examinemus, & videamus an illæ Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ conueniant, an ei quæ meretricia prope fronte Reformatam se venditat.

Quod ad primam attinet, nullus est qui non fateatur Ecclesiam Catholicam eam fuisse, quæ serpentis caput infandum gloriose contriuerit, quæ veluti magnanima quædam sapiensq; regina, prima hostium irruptione semper ad arma subito conclamarit in ditione sua vniuersa, extraordinarios delectus habuerit, milites conscripserit & decuriarit, legiones pias eduxerit, in Concilia vocarit. Eius duces in prælio strenui Imperatoresq; fuerunt, Episcopi & Doctores; extrema auxilia, Principes sæculares, Atq; hoc instructu comitatuq; septa & munita, quadrato veluti agmine, in Hæresim duxit furiosam crudelemq; Bellonam. Optimus sane florentissimusq; exercitus, non paratus modò ad dimicandum, sed & peritus, cuius visibilis ductor, cœlestis & supremi Imperatoris, cuius auspiciis res tota geritur, Legatus semper in terris fuit, quiq; proinde recte nominatus fuit Pontifex Oecomenicus: ipsius milites veterani bellatoresq; sunt Patriarchæ, Metropolitani, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Sacerdotes, Diaconi, Doctores tum religiosi tum seculares, vt sciunt omnes qui Præfationes Conciliorum, qui sessiones & subscripta nomina viderunt.

Genes. 3. 15.

Cant. 6. 3. Castrorum acies ordinata.

Id verò vt ostendamus iis hominibus, qui in historia Ecclesiastica peruolutanda diutius elaborare nolunt, aut quidquam sibi in animum inducere, quod anticipatis opinionibus sit aduersum, subiiciamus breuem hic descriptionem comprehensionemq; earum hæresium, quæ nos præcesserunt, atque adeo videamus per quos maxime illa opinionum monstra iugulata fuerunt penitusq; exterminata.

Post fundatam diuinitus Ecclesiam, subito emerserunt Simon & Elymas perditissimi duo magi, Alexander, Hymenæus, Philetas, Nicolaus, Cerinthus, Ebion, Diotrephes, Menander.

Iisdem temporibus diuina prouidentia præter Concilium Hierosolymitanū, Apostolos & Euangelistas, his obiecit atq; opposuit Linum, Cletum, Clementem, Anacletum & Euaristum Summos Pontifices, S. Dionysium Areopagitam, & S. Martialem Episcopum Lemouicensem.

Epiphan. hær. 21.
1. Tim. 1. 20.
Ibidem ambo Alexand. & Hymen excommunicati ab Apostolo.
2. Timoth. 2. 17.
Apoc. 2. 6 15. August. hær. 5.

Digitized by Google

1. Mach. 16.14.15.16. Sic Ptolomeus filius Aboby Simeonem & liberos eius duos vultu ad omnem humanitatem composito excepit regifico instructu & apparatu, & post epulas crudelissime necauit. Sic in nouo Testamento Rex Herodes adorare se natum Regem velle simulat, & comiter habet Magos atque dimittit, cum tamen scelus anhelaret, & barbaram infantium puerorum contrucidationem. Sic Herodiani Christum Seruatorem impia calliditate aggressi, *Magister*, inquiunt, *scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum.* Sic versutus & insidiosus tentator eundem filium Dei affatus est, *Mitte te deorsum: Scriptum est enim, Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Matth. 28.
Matth. 22. 16.
Matth. 4. 6.

Similis quoq; his temporibus est pietas *Taliemannorum* & eorum Mystarum, qui Cadis apud Turcas nominantur. Talis in Ægypto, Arabia & Syria Caliphorum religio. Haud absimilis illa peregrinorum ad Maccam diritas voluntariaque vexatio, qui sponte sibi oculos eruunt, ne postquam Mahometis conditorium viderint, prophanum aliquid aspexisse deinde videantur. Tales etiamnum Ecclesiæ Ruthenorum in Moscouia, Georgitarum in Lituania, Anabaptistarum in Walachia, Tritheitarū in Polonia, Zwinglianorum apud Heluetios, Lutheranorum, Adiaphoritarum, Carlostaditarū, Oecolampadistarum, Dauiditarum, Thaboritarum, Interimitarum, & aliorum in varijs Germaniæ prouincijs, omnes denique, quæ se Protestantes Reformatasque nuncupant, quæ diuina proferunt oracula scripturarum, crepant Euangelium, in idololatrium animose inuehuntur, vrgent maxima contentione & postulant, vt fraus, error, superstitioque tollatur; etiam clamant & vociferantur, vt Babylone pedem efferamus: se paruulum gregem nominant, cœtum eximium, ouile sacrosanctum, ad extremum eorum conuentus, Heroum concilium est & Prædestinatorum. Et quanquam ijs vniuersis sæpe illud Tertulliani est obiectum, cum hæreticorum quorundam impudentiam refutaret, si à primis efflorescentis Ecclesiæ temporibus ad eos vsque tenebræ & caligo orbem vniuersum occuparunt, si nostri omnes illorumque Maiores, patres, aui, atauique qui honestæ vitæ nobis exempla reliquerunt ab annis centum supra mille ad cœlum aspirare nō potuerunt, nisi pinnis humerisque vecti Caluini aut Lutheri, *Aliquos igitur Marcionitas & Valentinianos* (Lutheranos aut Puritanos) *liberanda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot deniq; martyria perperam coronata.*

Tertullian. lib. de Præscript. c. 29.

Respondent horribilia esse Dei iudicia, neminem se quidem iudicare, scire tamen & certo profiteri extra Ecclesiam salutis nullam spem esse. Et quoniam huiusmodi Ecclesiam esse dicunt suam, insignia quędam iactant, atque notas se illustres habere gloriantur: nostrum est pariterq; illorum easdem examinare accurate, breuiter & perspicue, illius

ope

Digitized by Google

ope atque præsidio, qui pater est luminum, Sol animorum, Deus veritatis.

Vera propriaque nota conditiones omnino tres habere debet. 1. Vt illi tantum rei quæ significatur, conueniat. 2. Vt notior sit re quam indicat. 3. Vt à re significata separari non possit.

Itaq; *esse columnam columenque veritatis*, quamuis in Ecclesiam maxime quadret, non potest tamen esse nota, vt ita dicam illius indiuidualis & propria, quod hæc item proprietas Spiritui sancto conueniat, nec facilius quam Ecclesia cognosci queat: præsertim cum ab ea hic laudis honorisque titulus abiudicetur superbo illorum iudicio, qui Ecclesiam errare posse aiunt, & à Caluino lib. 4. Institutionum, vbi probare conniti- tur errare Concilia posse, quæ Ecclesiæ nomen & dignitatem sustinent: & sub finem Sectionis 12. concludit totam inde pendere Ecclesiam, si verbum Domini fideliter conseruetur, suamque puritatem retineat, vbi rerum imagine deceptus, signum pro re signata sumit, & effectum pro causa.

Caluin. 4. Instit. c 8. § 10. *Quoniam pro confesso sumunt vniuersale concilium esse veram Ecclesiæ imaginem, hoc principio sumpto simul absq; dubio statuunt regi immediate à Spiritu S. eiusmodi concilia, ideoq; errare non posse. Quum vero ipsi Concilia regant, imo cõstituant re vera sibi vendicant, quicquid contendunt deberi concilijs, &c.*

§ 12. *Sequitur totam inde pendere, si verbum Domini fideliter conseruetur, suamque puritatem retineat.*

Easdem ob causas Sacramentorum administratio, & prædicatio verbi Dei non possunt esse veræ certæque notæ cælestis sponsæ, cum nulla hactenus reperta fuerit tam desperata, tamque insana hæresis, quæ non frontem eo veluti gemino charactere insignierit: cum item recta Sacramentorum administratio, syncerumque Dei verbum cognosci tradiq; non possit, nisi à vera Ecclesia, vt deinceps ostendetur, nec vtriusq; aliquando vlla fuerit exercitatio in grauissimis Reip. Christianæ temporibus & immani tyrannorum vexatione.

Veræ igitur notæ sunt Ecclesiæ necessarijs illis conditionibus affectæ, quas omnes in Symbolo Patrum clare & distincte profitemur, cum dicimus: *Credo in vnam Ecclesiam sanctam Catholicam Apostolicam*, nimirum Vnitas, Sanctitas, Communitas, & ab Apostolis perpetua omnium ætatum continuatione deductio.

De prima in Canticis ita perscribitur, *Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea.* Illa sola potest dicere, *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Et iterum, Vinea mea coram me est. Apud D. Matthæum appellatur *Ager, Thesaurus absconditus, margarita, lapis pretiosus, Rete.* Apud Diuum Ioannem *Ouile.* Apud Sanctum Paulum *Ædificatio, Templum, Corpus*, cuius caput mysticum, cum Patrem oraret suum Ioann. 17. Sic affatus est, *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos*, quæ oratio vim & efficientiam ostendit suam iam inde à primis orientis Ecclesiæ incunabulis. Nam de primo cœtu fidelium, qui ad Christi religionem animos adiũxerant, omnes cor vnum animamque vnam habuisse legimus, quemadmodum apud antiquos Hebræos Arca vna fuit, Tabernaculum vnum, altare vnum. Hæc porro vnitas triplex est, proindeque non nisi operosissime dissui discerpique potest, Vnitas fidei, Vnitas charitatis, Vnitas obedientiæ: Prima in mente atque intellectu sedem habet,

Cant. 6. 8.
Cant. 2. 16.
Cant 8. 12.
Matth. 13. 24. & 44. & 45. 46. 47.
Ioan. 10. 16.
Ephes. 2. 21.
1. Corinth 6. 19.
Roman. 12. 5.
Ioann 17. 21.
Actorum 4. 32.
Exodi 25. 26. 27.

altera in voluntate, 3. in Intellectu simul & voluntate. De prima illud
Ephes. 4. 3. 5. est magni Apostoli Apophthegma *Vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus & Pater omnium*. De secunda primæ sapientiæ ore dicitur fore, vt cogno-
Ioann. 13. 35. scant omnes, quia discipuli illius sumus, si dilectionem habuerimus ad
Ephes. 4. 2. 3. inuicem. Cui diuinæ mentis internuncius D. Paulus addit nos eam caritatem habituros, si solliciti simus seruare vnitatem spiritus in vinculo
Hebr. 13. 17. pacis. De tertia idem ipse Spiritus sancti administer Paulus ad Hebræos scribens omnes alloquitur: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*. Atque hæc obedientia vt suis numeris absoluta sit atque perfecta, non externa modo dicis causa aut ad oculum esse debet, sed necessario quoque mentis & voluntatis consensionem complecti debet, quam sane consensionem tan-
Cyprian. ep. 55. ad Cornel. ti fecerunt Sancti Patres, vt auctore D. Cypriano, *Non aliunde hæreses obortæ sint, aut nata schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur*.

Psalm. 92. 5. Secunda nota veræ Ecclesiæ illa est, de qua meminit Vates regius,
Tit. 2. 14. *Domum tuam decet sanctitudo Domine*, & magnus Apostolus, cum ait mundi Redemptorem innocentia & mirabili quodam splendore exornauis-
Ephes. 5. 25. se Ecclesiam suam, & exhibuisse illam gloriosam non habentem maculam aut rugam, sed vt sit *sancta* & immaculata. Et in Exordio Epistola-
Apoc. 21. 2. rum Ecclesias, ad quas scribit, *sanctas* vocat. Sanctissimus quoque Ioannes arcano mysterio viderat nouam quandam Ciuitatem atque *sanctam* labi de cœlo, hoc est, Ecclesiam sanctitate à Christo IESV decoratam, quæ propterea *dilecta & amica* in Epithalamio cœlesti nuncupatur. Atque hæc Nota sex habet veluti partes, è quibus eius constet & consistat
1. Timoth. 3. 15. essentia. Prima est *Veritas doctrinæ*, de qua Doctor Gentium Paulus dixit Ecclesiam esse *Fundamentum veritatis*. 2. *Professio bonorum morum*, cuius causa S. Spiritus *perfectam suam* eandem appellat. 3. *Vis doctrinæ atque ef-*
Cant. 6. 8. *ficientia*, de qua ita est in diuinis Scripturis, *Viuus est sermo Dei & efficax &*
Hebr. 4. 12. *penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis*. Tres autem hæ conditiones vno Dauidis versiculo continentur,
Psalm. 18. 8. *Lex Domini immaculata conuertens animas testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis*. 4. Est mirabilis illa sanctitas, qua primi Ecclesiæ veluti parentes satoresque religionis exculti fuerunt, quibus Seruator
Matth. 5. 13. ait: *Vos estis sal terræ, vel estis lux mundi*. Et rursum: *Sic luceat lux vestra co-*
Matth. 5. 16. *ram hominibus, vt glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est*. 5. Est *miraculorum splendor* & gloria, quorum faciundorum potestatem Apostolis Deus
Marci vlt. 17. successoribusque tribuit: Sic enim pronunciauit aliquando, *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo Dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super agros manus imponent, & bene habebunt*. 6. *Prophetiæ donum*, prout
Ioel 2. 8. fuit à Ioele Vate prædictum, *Effundam spiritum meum super omnem carnem, & pro-*

Digitized by Google

& prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ : senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. quæ verba Petrus Christianæ sapientiæ mystagogus Actorum c.2.attulit.

Act.2.17.

3.Nota est vt sit *Catholica* hoc est per orbem omnem diffusa: hoc enim pollens Genitor filio suo pollicitus fuerat, *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Et nisi magnifica hæc fuisset & benigna facta promissio, Satanæ regnum vt ait D.Hieronymus Christi Iesu dominatum superaret, & Angeli prædictio falleret, qui Virgini matri asseruit, filii Dei regnum non modo Orbis terræ finibus & limitibus definiendum, sed ipsius æternitatis magnitudini æquandum.

Hiero. contra Luciferianos to. 1. paulo post medium. *Si Ecclesiam per totum Orbem diffusam non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet, nimium pauper factus est, Et si Britannias, Gallias, Orientem, Indorum populos, Barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanas: quomodo ad angulū vniuersæ terræ crucis trophæa collata sunt, nimirum aduersarius potens concessit Christo Hiberiam: & Celtiberos, luridos homines, inopemque prouinciam dedignatus est possidere.*

Habet autem partes omnino tres hæc nota, Antiquitatem, perennem continuationem, & ætatum omnium comprehensionem. Quas conditiones Vincentius Lorinēsis hac breui definitione coercuit, Quid est esse Catholicum? *Quod vbique, quod ab omnibus, quod semper creditum fuit* Iustinus Martyr cum Triphone disputans idem animaduerterat, cum diceret ex hæreticis quosdam appellari Valentinianos, Basilidianos, Saturnianos alios, aut aliis nominibus quæ à Doctoribus suis traxissent, veræ autem Ecclesiæ filios nomen à Patre suo ducere cum Christiani dicuntur, à matre autem Ecclesia cognomen cum Catholici nominantur.

Vincent. Lerin. Commonit. aduers. prophan. voc. nouit.
Pacian. de nomine Cathol. Biblioth. PP. to. 3. Certe non est ab homine mutuatum quod per sæcula tanta non cecidit.

Iusti dialogo cum Tryphone Iudæo.
Καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλούμενοι Μαρκιανοὶ, οἱ δὲ Οὐαλεντινιανοὶ, οἱ δὲ Σατορνιλιανοὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι ἀπὸ τοῦ ἀρχηγέτου τῆς γνώμης ἕκαστος ὀνομαζόμενος.

De perpetua & nunquam interrupta continuatione temporum ita scribit ad Honoratum D.Augustinus, *Dubitabimus nos in eius Ecclesia condere gremio quæ vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica Sede per successiones Episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis culmen auctoritatis obtinuit.* Et epistol.165. Certius & vere salubriter ab ipso " Petro numeramus cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait su- " per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non vin- " cent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Ana- " cletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Si- " xto Thelesphor⁹, Thelesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, " Pio Soter, &c. Siricio Anastasius: in hoc ordine successionis nullus " Donatista Episcopus inuenitur. Et alias cum discrimen notat inter ne- " farios cœtus hæreticorum & veram Ecclesiam, Hæresis inquit torren- " tis vndæ in morem perstrepit ad tempus, sed mox cessabit. Diuus " Paulus suis etiam temporibus id ipsum inculcabat cum sic alloquitur Collossenses. *Quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit.* Et ad Romanos scribens: *Primum quidem gratias ago Deo*

S. August. de vtilit. credendi c.17 to.6.
Idem ep.165. to.2.
Idem in Psal 57.
Ad Coloss.1. 6.
Rom.1.8.

Digitized by Google

meo per Iesum Christum pro omnibus vobis quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.

Quod autem ad diffusionem attinet per omnes prouincias orasque „terrarum, S. Cyrillus Catechesi 18. hanc regulam attulit, si forte inquit „veneris in ciuitates, nō simpliciter interroga vbi sit Dominicus seu do„mus Domini: nam & reliquiæ impiorum hæreses Dominicos quamuis „pollutos appellare non dubitant. Neque id tantum quæras simpliciter „vbi sit Ecclesia sed vbi Ecclesia Catholica. Hoc enim proprium nomen „est sanctæ huius & matris omnium nostrum quæ est sponsa Domini „nostri Iesu Christi vnigeniti filii Dei.

Καθολικὴ μὲν οὖν καλεῖται διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλιπῶς ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα περί τε ἀφανῶν πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων. Et peu apres. *Quod si forte veneris in ciuitates, non simpliciter interroga vbi sit Dominicus, seu domus Domini: nam & reliquiæ impiorum hæreses. Dominicos quamuis pollutos appellare non dubitant. Neque id tantum quæras simpliciter, vbi sit Ecclesia, sed vbi Ecclesia Catholica. Hæc enim proprium nomen est sanctæ huius & matris omnium nostrum, quæ est sponsa Domini nostri Iesu Christi vnigeniti filii Dei.*

S. August. lib. contr. Epist. fundam. c.4.

D. Augustinus lib. contra Epist. fundam. Manich. c. 4. præclare etiam notat, ***Cum tam multæ sint exortæ hæreses, quæ Catholicæ Ecclesiæ nomen vsurpent, neminem tamen reperiri hæreticorum, qui quærenti peregrino vbi ad Catholicam veniatur, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere*** Et alio in loco vbi mirabilem Ecclesiæ propagationem persequitur, tum per omnium sæculorum ætates tum per omnia loca, Ecclesiam ait esse Christi corpus, non quæ hoc in loco tantum est, aut alio quopiam, sed quæ sparsa disseminataque est per omnem Orbem, non quæ hoc tempore solum videtur, sed quæ iam inde ab Abele viguit, quæque omnes qui in Christum crediturí sunt vsque ad finem comprehendet.

Idem Concion. 2. in Psal. 90.

Neque huic conditioni repugnat quod hæresim videamus fere cum Ecclesia vbique sparsam; nam vt Cyrillus loco prius allato animaduertit, & D. Augustin. lib. de Pastoribus, hæc differentia est hæresim inter & fidem Catholicam, quod hæc vbique eademque sit perpetuoque sui similis, hæreses autem summo dissidio & dissimilitudine opinionum vbique dissociatæ, quo fit vt nulla proprie Catholica dici possit.

Idem lib. de Pastoribus c. 8. *Alii hic (hæretici,) alii alibi, nusquam tamen desunt: ipsi se non nouerunt. Alia secta in Africa, alia hæresis in Oriente, alia in Ægypto, alia in Mesopotamia. Verbi gratia: diuersis locis sunt diuersæ: sed vna mater superbia omnes genuit: sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto Orbe diffusos, &c. Illa omnes nouit, quia in omnes diffusa est.*

4. Nota est vt sit Apostolica, hoc est vt fundata & exædificata sit ab Apostolis, cum perpetua & continuata successione, quæ veluti hæreditaria de manu quod aiunt in manum ad nos vsque peruenerit. Quod vi diuini illius oraculi perficitur, ***Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*** De qua re significat & D. Paulus, cum ita scribit ad Ephesios. ***Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum & domestici Dei superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.*** Et D. Ioannes in Apocal. cum Apostolos ***fundamenta Ciuitatis Dei*** vocauit.

Matth. 16. 18.
Ephes. 2. 19. 20.
Apocalyp. 21. 24.

Hanc notam in medium Patres protulerunt, cum impias hæreticorum opiniones coercerent, suis temporibus in Ecclesiam furentes, & subinde malo fatu pullulantes. Valentinianos quidem confutans Irenæus, Summorum Pontificum recensionem adhibet, & continuationem, à

Irenæus lib. 3. aduersus hæres. cap. 3. *Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatā, in (omni) Ecclesia adest perspicere o-*

Digitized by Google

nem, à magno Petro capite, vsque ad Eleutherium, qui tum Ecclesiam moderabatur. Tertullianus item lib. de Præscriptionibus ad certamen & necessariam contentionem Hæreticos prouocat his verbis, *Edant ergo Origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis habuerit auctorem & antecessorem.*

mnibus, qui vera velint audire, & habemus annumerare eos qui ab Apostolis instituti sunt. Episcopi in Ecclesiis, & successores eorum vsque ad nos, &c. Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quã habet ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem per successiones Episcoporum peruenientem vsq; ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet colligunt, &c. Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & successione, ea quæ est ab Apostolis in Ecclesia traditio, & veritatis præconizatio peruenit vsque ad nos.

Tertullianus de præscriptionib c. 32. to. 3 *Cæterum si quæ audent interserere se ætati Apostolicæ, vt ideo videantur ab Apostolis tradita, quia sub Apostolis fuerunt possumus dicere; edant ergo origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Catholicæ census suos deferunt sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpũ ab Ioanne collocatũ refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde vtique & cæteræ exhibent quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habeãt. Confingant tale quid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est? Sed etsi confixerint, nihil promouebunt. Ipsa enim doctrina eorum, cum Apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronunciabit, neque Apostoli alicuius auctoris esse, neque Apostolici.*

Euseb. cum Irenæo, vbi supra. Epiph. hæres. 27. D. Cyprian epist 76. quæ est li. 1. epist. 6. ad Magnum.

Eusebius, Epiphanius, S. Hieronymus, Prosper in Chronicis suis & lib. de hæresibus in eadem re demonstranda hærent. Et fortissimus doctissimusq; Cyprianus cum de quodam loqueretur qui in Ecclesiæ functiones priuata auctoritate inuaserat, Nouatianus inquit, *in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest qui Euangelica & Apostolica traditione contempta nemini succedens, à seipso ortus est;*

Optatus Mileuitanus in eadem vestigia ingreditur ad persequendam & lacerandam hæresim, cum à perduellibus religionis & maxime Donatistis flagitat, vti prima cubilia doctrinæ suæ aperiant, caput ipsum atque fontem auctoritatis indicent, quandoquidem inusitata audacia veram se habere Ecclesiam gloriarentur.

Optatus Mileuit. l. 2. cõt Parm. init. habetur to. 4. Biblioth. PP. *Ergo hanc vnam columbam & dilectam sponsam suam Christus appellat. Hæc apud hæreticos & schismaticos esse non potest. Restat vt vno loco sit. Eam, tu frater Parmeniane, apud vos solos esse dixisti: nisi forte quia vobis specialem sanctitatem de superbia vindicare contenditis, vt vbi vultis ibi sit Ecclesia: & non sit vbi non vultis. Ergo in particula Aphricæ, in angulo paruæ regionis, apud vos esse possit, apud nos in alia parte Aphricæ non erit. In Hispania, in Italia, in Gallia, vbi vos nõ estis, non erit: si apud vos tantũmodo esse vultis, in tribus Pannoniis, in Dacia, Mysia, Thratia, Achaia, Macedonia, & in tota Græcia, vbi vos non estis, non erit, &c.*

D. Hieronymus aduersus Luciferianos hoc grauissime, *In illa Ecclesia permanendum est, quæ ab Apostolis fundata vsque ad diem hanc durat.* Sanctus Ioannes Chrysostomus in Epistolam ad Ephesios, An existimatis inquit satis hoc esse vt se Orthodoxos nominent: Quid igitur? designatio ordinatioq; perit atq; in nihilũ recidit? quid reliqua prosunt si hæc legitima non

S. Hieron. contr. Lucifer. to. 1. in fine.

Chrysost hom. 11. in ep. ad Ephes. c. 3.

Ἀρκεῖν ἡγεῖσθε, εἰπέ μοι, τὸ λέγειν ὅτι ὀρθόδοξοι

DE ALIIS DVABVS ILLVSTRIBVS *notis & certissimis veræ Ecclesiæ.*

CAPVT V.

AD has notas è Symbolo Apostolorum, è Niceno Concilio, Sanctis Patribus, & ipsa ratione depromptas, addi & aliæ duæ possunt, eæq; eximiæ & illustres. Prima est hæreses magna felicitate superauisse: altera, germanam Ecclesiæ faciem in legitimis Conciliis expressam retinere. Vtramque non sine operæpretio examinemus, & videamus an illæ Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ conueniant, an ei quæ meretricia prope fronte Reformatam se venditat.

Quod ad primam attinet, nullus est qui non fateatur Ecclesiam Catholicam eam fuisse, quæ serpentis caput infandum gloriose contriuerit, quæ veluti magnanima quædam sapiensq; regina, prima hostium irruptione semper ad arma subito conclamarit in ditione sua vniuersa, extraordinarios delectus habuerit, milites conscripserit & decuriarit, legiones pias eduxerit, in Concilia vocarit. Eius duces in prælio strenui Imperatoresq; fuerunt, Episcopi & Doctores; extrema auxilia, Principes sæculares; Atq; hoc instructu comitatuq; septa & munita, quadrato veluti agmine, in Hæresim duxit furiosam crudelemq; Bellonam. Optimus sane florentissimusq; exercitus, non paratus modò ad dimicandum, sed & peritus, cuius visibilis ductor, cœlestis & supremi Imperatoris, cuius auspiciis res tota geritur, Legatus semper in terris fuit, quiq; proinde recte nominatus fuit Pontifex Oecomenicus: ipsius milites veterani bellatoresq; sunt Patriarchæ, Metropolitani, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Sacerdotes, Diaconi, Doctores tum religiosi tum seculares, vt sciunt omnes qui Præfationes Conciliorum, qui sessiones & subscripta nomina viderunt. *Genes. 3. 15.* *Cant. 6. 3. Castrorum acies ordinata.*

Id verò vt ostendamus iis hominibus, qui in historia Ecclesiastica peruolutanda diutius elaborare nolunt, aut quidquam sibi in animum inducere, quod anticipatis opinionibus sit aduersum, subiiciamus breuem hic descriptionem comprehensionemq; earum hæresium, quæ nos præcesserunt, atque adeo videamus per quos maxime illa opinionum monstra iugulata fuerunt penitusq; exterminata.

Post fundatam diuinitus Ecclesiam, subito emerserunt Simon & Elymias perditissimi duo magi, Alexander, Hymenæus, Philetas, Nicolaus, Cerinthus, Ebion, Diotrephes, Menander. *Epiphan. hær. 21.* *1. Tim. 1. 20.* *Ibidem ambo Alexand. & Hymen excommunicati ab Apostolo.*

Iisdem temporibus diuina prouidentia præter Concilium Hierosolymitanū, Apostolos & Euangelistas, his obiecit atq; opposuit Linum, Cletum, Clementem, Anacletum & Euaristum Summos Pontifices, S. Dionysium Areopagitam, & S. Martialem Episcopum Lemouicensem. *2. Timoth. 2. 17.* *Apoc. 2. 6 15. August. hær. 5.*

Macedoniani nominati etiam Pneumatomachi, Acariani, Eustathiani, Aeriani: Eudoxiani aliàs Aetiani, Eunomiani aut Anomæi, Troglodytæ; Iulianus Apostata, Messaliani qui & Euchitæ siue Precatores, Spiritales, Euphemitæ, Sataniani, Adelphii, Saccophori & Enthousiastæ, Luciferiani, Hypsistarii, Antihomousiastæ, Agnoitæ, Apollinaristæ siue Dimocritæ, Timotheani, Collyridiani, Seleuciani vel Hermiani, Priscillianistæ, Heluidiani siue Antidicomarianitæ, Iouinianistæ, Campatenses soboles Donatistarum.

Sozom. l. 2. c. 10. Epiph. hær. 68. 69. & in Anaceph. August. hæres. 65. Idem hæres. 69. Philastr. in catal. hæret. Epiph. hær. 72 & Anaceph. August. hær. 50. Epiph. hær. 70. Epiph. hær. 71.

August 44. Philast. in catal. August. hær. 51. August. hær. 52. Epiph. 74. August. l. 3. cont. Ep. Parmen. Epip. hæres. 73. post medium. Socr. l. 2. c. 33. Sozom. l. 4. c. 23. Epiph. hær. 75. August. 53. Idem Epiph. hær. 76. August. 54. Philastr. in catal. Sozom. l. 5. c. 1. & c. 10. Epiph. hær. 80. August. 57. August. hær. 81. Nazian. orat. de funere Patris. Hieron. Dial. cont. Luciferianos. Niceph. l. 12. c. 10. Epiph. hæres. 71. August. 55. Niceph. l. 12. c. 4. Epiph. hær. 78. 79. August. hæres. 19. Philast. in catal. August. hæres. 70. Epiph. hæres. 78. August. hæres. 82. Hieron. aduers. Luciferianos.

HIS OPPOSITI.

In Oriente. Alexander Alexandrinus, Dorotheus, Eustathius Antiochenus, Antonius solitudinis lumen, Athanasius Alexandrinus, Magnes, Petrus Diaconus, Didymus Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Macarius Ægyptius, Theodorus Antiochenus, Ephrem, Basilius, Apollinaris, Amphilochius, Epiphanius, Pacomius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Timotheus Alexandrinus, Nectarius, Theophilus Alexandrinus, Euagrius, Helladius. *In Occidente.* Lactantius, Roticius, Iuuencus, Publius, Optatianus, Victor Africanus, Hilarius Pictauiensis, Maternus, Caius Marius Victorinus, Pacianus, Eusebius Vercellensis, Ambrosius, Optatus, Damasus, Lucifer Calaritanus, Prudentius, Faustinus, Hieronymus, Chromatius, Philastrius, Syricius, Ruffinus, Ticonius.

In eodem sæculo Concilium Ancyranum primum, Eliberinum, Neocæsariense, Nicænum primum, Romanum primum, Arelatense primum & secundum, Gangrense, primum Carthaginense, Coloniense, Antiochenum, Laodicenum, Aquileiense, Constantinopolitanum secundum, Carthaginense secundum, tertium, quartum, quintum.

Quinto sæculo caput extulit Vigilantius non Gallus natione, vt vult Gennadius, sed Calaguritanus ex Hispania, vt S. Hieronymus prodidit. Item Pelagiani à Pelagio oriundi Britanno Monacho, homine flagitioso & libidinibus furente: Abeloitæ, Abelonienses siue Abeliani, Faustus Manichæus, Auitus Origenista & alter Auitus discipulus Victorini, Petilianus Donatista, qui vnus fuit de septem emissariis, quos D. Augustinus cum aliis Catholicis Episcopis in publica disputatione confutauit: Vincentius Victor Rogatista, aduersus quem D. Augustinus scripsit libros de origine animæ, quemq; tandem in veritatis viam reduxit, Theodorus Episcopus Mopsuestitanus, Nestoriani quos peperit Nestorius Episcopus Constantinopolit. anno Domini 428. Pseudomoyses

Genn. de script. Eccles. cap. 35. Hieron l. cont. Vigilan. August. hæres. 80. August. hær. 87. Idem August. contra Faustum. Extat tom. 6. operum Aug. ante librum eius aduersus Priscillianistas. Idem cont. Petilian. Aug. de origin. animæ, & lib. 2. Retract. c. 56.

Digitized by Google

Cretensis, Acephali aut Diacrinomeni vel Hesitantes cum Seuero, Eutyches Monachus & Abbas Constantinopolitanus, Cainitæ; Timotheus Elurus pseudoepiscopus Alexandrinus, Pacificatores Tepidi etiam nominati, Petrus Cnapheus seu fullo, qui in sedem Antiochenam inuaserat Theopaschitarum caput, Xenaias cognomine Philoxenus, Iconoclastarum autor, Prædestinati Angelitæ.

S. Thomas in prol. Psalm. & Gerard. cit. August. hæres 89. Socrat. l. 7. c. 36. Liberatus Diac. apud Bar. anno 433. num. 1. 21. Prateolus verbo Eutychiani. Idem verbo Gainitæ. Idem verbo Timotheus Ælurus. Euagr. l. 3. c. 14. 30. Prateol. verbo Petrus Cnapheus. Niceph. l. 16. c. 27. Prat. verbo Prædestinati. Niceph. l. 18. c. 49.

HIS OPPOSITI.

In Oriente. Ioannes Chrysostomus, Ioannes Hierosolymitanus, Theodorus Antiochenus, Palladius, Synesius, Philo Carpatius, Nilus, Flauianus Antiochenus, Lucianus Atticus, Ioannes Cassianus, Cyrillus Alexandrinus, Maximianus, Proclus, Paulus Emissenus, Socrates, Isidorus Pelusiota, Sozomenus, Ischyrion, Theodoretus, Basilius Seleuciensis, Victor Antiochenus, Gennadius Constantinopolitanus, Olympiodorus Diaconus, Nemesius Diadochus, Chrysippus presbyter, Nonnus Panopolitanus. *In Occidente.* S. Augustinus, Gaudentius, Paulinus vterque, Seuerus Sulpitius, Seuerus Mileuitanus, Euodius, Arnobius iunior, Maximus Taurinensis, Vincentius Lerinensis, Possidius, Chrysologus, Hilarius Arelatensis, Leo magnus, Eucherius Lugdunensis, Prosper, Sodalius, Eugenius Carthaginensis, Faustus Regiensis, Cæsarius Arelatensis, Sidonius, Victor Vticensis, Saluianus, Gelasius, Gennadius Massiliensis, Fulgentius, Alcimus, Auitus.

In eodem sæculo Concilium Toleranum primum, Mileuitanum, Carthaginense sextum & septimum: Africanum, Ephesinum, Arausicanum, Vasianense, Carpentoractense, Chalcedonense, Arelatense 3. Turonense primum, Romanum quartum.

Sexto sæculo infausto sydere pullularunt Seuerus imprimis Antiochenus, monachus impius atq; magus, è secta Acephalorum, vnde progenerantur Seueriani, dicti etiam Corrupticolæ & Theodosiani: Iulianus Episcopus Halicarnasseus, Phantasiastarũ auctor & parens, qui & Aphthardocitæ, Incorruptibiles & Gaianitæ nuncupati: Petrus Apameus, Anthimus Eutychianus, Agnoitæ siue Themistiani, Tritheitæ cũ eorum duce Philopono, Monophysitæ siue Monothelitæ, aliàs Ægyptii aut Schematici. Iacobitæ à Syro quodam Iacobo nominati cognomine Zanzalo, qui sordes hausit & colluuionem Eutychis Dioscori, Cnaphæi, & Seueri, Barsaniani, qui & Semidalitæ. Tetraditæ, Christolyti, Contobabditæ.

Prateolus verbo Seueriani. Niceph. l. 16. c. 29. Sand. hær. 109. Prat verb. Aphthardocitæ. Baron. ann 518 nu. 46. Idem anno 535. nu. 61. 62. Prateolus verbo Agnoitæ. Baron. anno 535. nu. 75. & seq. Prat. verbo Monophysitæ. Niceph. lib. 18. c. 52. Damasc. verbo Barsaniani. Niceph. l. 18. c. 49. Prateol. v. Tetraditæ. Damasc. lib. de hæres. verbo Christolytæ. Niceph. l. 18. c. 49. Prat. verbo Contobabditæ.

HIS OPPOSITI.

In Oriente. Andreas Cæsariensis, Timotheus Alexandrinus, Olympiodorus Monachus, Epiphanius Const. Hesychius, Dorotheus, Cyrillus anachoreta, Procopius Gazeus, Theodorus Lector, Agapetus Diaconus

Digitized by Google

nus, Menas Constantinopolitanus, Aretas Cæsariensis, Ioannes Climacus, Euagrius. *In Occidente.* Paschasius Diaconus, Cyprianus Arelatensis, Primasius, Cassiodorus, Arator, Fortunatus, Gregorius Turonensis, Gregorius Magnus.

In eodem sæculo Concilium Agathense, Aurelianense primum, Cæsaraugustanum, Toletanum secundum, Constantinopolitanum, Aurelianense quartum & quintum, Parisiense primum & secundum, Turonense secundum, Matisconense, Lugdunense, Toletanum tertiũ, Lateranense, Hispalense primum.

Septimo sæculo arma in Ecclesiam mouerunt Heicetæ, Gnosimachi, Cyrus Alexandrinus Monothelita, Sergius Patriarcha Constantinopolitanus, Bayras & Sergius alter hæreticus Iacobita, alter monachus Arrianus & Nestorianus, ambo Mahometis in impietate Doctores, qui etiam iisdem successit cum Turcis Ismaelitis, Sarracenis & Agarenis; Armenii, Chazinzanii à Chazo ita nominati quæ vox apud Armenios errorem significat, quod nullam præterea imaginem agnoscerent & venerarentur, vnde Staurolatræ etiam dicti, Thnetopsychitę qui animas cum corporibus simul interire aiebant, Theocatagnostæ, ita appellati quod in Deo, Sanctis, & diuina Scriptura quædam reprehenderent, tum verba, tum facinora. Pyrrhus Patriarcha Constantinopolitanus Monothelita. Ethnophrones qui nomen inde habuerunt, quod cum essent nomine & professione Christiani, Paganorum, superstitionem cum religione Christiana vellent coniungere. Parermenutæ, hoc est falsi interpretes, quod diuina oracula pro suo sensu atque libidine interpretarentur. Lampetiani, Aginnenses, Macarius Antiochenus Patriarcha. Theodorus Patriarcha Constantinopolitanus.

Idem v. Lampetiani. Prateolus v. Aginnenses. Baron. anno 677. num. 1.

Damasus lib. de hæres. verbo Heiceta.
Idem v. Gnosimachi.
Baron anno 629. n. 8. 9. 10. 11.
Damasus v. Monothelita.
Niceph. l. 18 c. 54.
Prateolus v Bayras.
Idem v. Sergius Pseudomonachus.
Idem v. Ismaelita.
Niceph. lib. 18 c. 53.
Sand h. 118.
Idem ibidem c. 54.
Prat v. Chazinzarij.
Damasc. verbo Thnetopsychita.
Idem verbo Theocatagnosta.
Sand. hær. 112.
Damas v Ethnophrones.
Idem v. Parermeneuta.

HIS OPPOSITI.

In Oriente. Eustathius presbyter, Leoncius, Neapolitanus, Leontius Byzantinus siue Cõstantinopolitanus, Isychius Hierosolymitanus, Eutychianus, Georgius Presbyter, Sophronius Hierosolymitanus, Georgius Alexandrinus, Sergius Cyprius, Eulalius, Petrus Nicomediensis. *In Occidente.* Faustus Benedictinus, Leander, Isidorus Hispalensis, Ionas Scotus, Hildephensus, Iulianus Toletanus.

In eodem sæculo Concilium Toletanum quartum, quintum & sextum, Hispalense secundum, Toletanum nonum, decimum, vndecimum; Sextum generale Constantinopolitanum, Toletanum duodecimum, decimum tertium, decimum quartum, decimum quintum, decimum sextum & decimum septimum.

Octauo sæculo, in religionem veram insaniebant Agonoclytæ qui stantes modo, non autem flexis genibus precari volebant. Christianocategori Christianorum videlicet accusatores qui quasi numina Dei simulacra, B. Virginis & Sanctorum imagines venerabantur.

Iconoclastæ siue Iconomachi. Aldebertus Concilio Romano da-

Damasc. v. Agonoclyta.
Sanderus hær. 129.
Idem v. Christianocategori.
Idem v. Iconoclasta.
Baron. anno 745. nu. 21. & 24.

 mnatus,

mnatus, quod in eum finem coegit Zacharias Summus Pontifex anno 745. Clemens Scotus qui sanctissimos Canones repudiabat. Pauliciani siue Pauli Ioannitę vel Atingani, à Paulo quodam & Ioanne nominati, qui Manetis & Valentini fæce obliti de baptismo Cruce & Sacerdotio male senserunt. Felix Episcopus Vrgellitanus ad montes Pyreneos, quē imitatus est Eliphādus Archiepiscopus Toletanus, Iouinus & Ascarius, Albanenses qui principia duo constituebant vt Manichæi. Bagnolenses siue Baiolenses alias Concordenses Albanorum proles.

Idem, Ibidem num. 18.
Sanderus hær. 132. ex Euthymio.
Feuardentius apend. ad Cast. v. Christus hær. 3.
Sanderus hær. 131.
Prateolus v. Albanenses.
Prateolus v. Bagnolenses & verbo Concordenses.

HIS OPPOSITI.

In Oriente. Germanus Constantinopolitanus. Ioannes Damascenus, Cosmas, Hierosolymitanus, Cæsarius, Mearophanes, Athanasius, Syrus, Tarasius, Ioannes Hierosolymitanus. *In Occidente.* Venerabilis Beda, Ionas monachus, Bonifacius, Alcuinus, Paulus Diaconus, Vsuardus Idiota.

In eodem sæculo. Concilium Constantinopolitanum in Trullo, Romanum, Suessionense, Nicænum secundum, quod fuit septimum generale, Francofurdiense & Foroliuiense.

Nono sæculo pestilentis doctrinæ venenum spargebant Bertramnus, Claudius Taurinensis, Godescalcus Presbyter, & Phocius.

HIS OPPOSITI.

In Oriente. Nicephorus Constantinopolitanus, Theophylactus, Theodorus Studita, Ignatius Nicænus, Nicephorus Cartophylax, Theophanes, Pantaleon Diaconus. *In Occidente.* Ludgerus, Ioannes Turpinus, Haymo, Amoinus, Amalarius Treuerensis, Waldelbertus Diaconus, Ionas Aurelianensis, Ioannes Diaconus, Ado Viennensis, Odo Cluniacensis.

In eodem sæculo. Concilium Turonense, tertium Moguntinense, Rhemense, Arelatense, Parisiense, Meldense, Pataniense, Constantinopolitanum octauum generale: Coloniense, Metense, Namnetense.

Eadem inductio fieri posset per reliqua sæcula vsque ad præsentem tempestatem, omnium hæreseon quæ variis temporibus è faucibus inferorum emerserunt: sed quoniam non tam frequentes fuerunt ab octauo sæculo vsque ad decimumquintum, & quod earum inuentores & principes sint minus noti, nec tantis opibus & contentione à sectatoribus defensi, sufficiet ex superioribus hoc conficere, nimirum in hac scriptorum & excellentium virorum recensione, fere omnes reperiri aut Pontifices maximos, aut Patriarchas, aut Episcopos, aut Presbyteros, aut Diaconos, vel Monachos, qui vt selecta portio gregis Christi, vt vo-

Digitized by Google

ce & disertissimis scriptis veterum fraudes impiorum & errores oppugnarunt, quos errores non nisi ex illorum operibus & confutatione didicimus. Et eorum quidem illustria monumenta & commentarios diuina prouidentia voluit ad nos vsque propagari, vt intelligeremus mendacium ligneo pede currere, facile capi & intercipi, vinci & conuinci, prehendi & reprehendi posse: vt etiam spes in nobis excitaretur, fore vt si nostris quoque temporibus similis perfidia in Ecclesia defectioque eueniret, nubeculam esse putemus siue nimbum qui celerrime transit, fatui capitis vertiginem, animi ægrotationem, eum denique finem habituras quem antiquæ hæreses, quæ inflata audacia Petri nauem agitare voluerunt, de qua id cani potest quod de Summis Pontificibus vnus Federico Ænobarbo olim respondit:

Niteris incassum nauem submergere Petri,
Fluctuat, at nunquam mergitur illa ratis.

Quod eius rector gubernatorque sit Christus Iesus, nautæ vero, successores Apostolorum: ipsius malus sit charitas, vela, diuina præcepta; sedilia, sacramenta: prora, Iustitia, puppis, religio: sentina, pœnitentia, saburra, humilitas, spes, anchora, fides, Cynosura, ventus ferens Spiritus sanctus, statio fidissima, gratia: portus in quem tendit æterna fœlicitas. Nunc restat vti videamus an hæc Ecclesia eundem præferat vultum, eosdem colores & lineamenta quibus olim erat orbi terrarum conspicua.

QVOD ECCLESIA IN ANTIQVISSIMIS CONCILIIS expressa eadem omnino sit cum ea, quam etiamnum Catholici profitentur.

CAPVT VI.

Nicen. Conc. Can. 9.
Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν. Τὰ ἴσα τῆς πίστεως, καὶ τοὺς ὅρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὴν πάλαι πρὸς ἡμᾶς διὰ Καικιλιανοῦ τοῦ προηγησαμένου τῆς ἡμετέρας ἁγιωσύνης προσκομισθέντας. ἔτι μὴν, καὶ ἀκολούθως τὰ ἐπόμενα τὰ μέρη ἐν τούτῳ διακρατήσομεν. καὶ νῦν ἡ κοινὴ συζήτησις παρ' ἡμῶν ὡρίσατο, τύπους τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθέντα μείνωσι.

CLARA & dilucida huius rei demonstratio longe expeditior esset atque facilior, si liceret Occumenica omnia Concilia, & Prouinciarum propria in medium adducere. Sed quoniam plurimorum stomachus debilior tot Canones Constitutionesque non potest concoquere in primis duntaxat quatuor Conciliis generalibus gradum figamus, quę sic omnes vtriusque religionis comprobant, vt nullus tam abiecti desperatique animi reperiatur, qui non eorum articulos omnes, proprio si opus esset cruore obsignaret.

Primum atque adeo celeberrimum omnium est Nicænum in Bithynia. Proferamus igitur Canones ipsius viginti breui comprehensione verborum expressos, quos certissimæ auctoritatis atq; fidei, post diligentem & acerrimam disquisitionem, S. Augustinus & Africæ Episcopi magna consensione exceperunt, vt ex fine sexti Concilii Carthaginiensis constat.

NICÆNUM CONCILIUM.

CAN. I.

Εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν κλήρῳ. εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει. ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται οὕτως, εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών.

Digitized by Google

CAN. II.

Quia multa aut necessitate, aut aliter cogentibus hominibus, facta sunt contra canonem Ecclesiasticum, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechisati, statim ad spirituale lauacrum ducantur, & simul cum baptizati fuerint, promoueantur ad Episcopatum, aut ad presbyterium, placuit de catero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei, qui catechisatur. & post baptisma approbatio amplior. Manifesta est enim Apostolica scriptura, quæ dicit: Non neophytum, ne forte in superbiam elatus, in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si autem procedente tempore aliquod animi peccatum inueniatur circa huiusmodi personam, & conuincatur à duobus aut tribus testibus, ipse ceßet à clero. Si quis autem præter hæc facit, quasi aduersus Concilium se efferens, ipse periclitabitur de clero.

CAN. III.

Interdixit omnimodo sanctum Concilium, neque Episcopum, neque Presbyterum, neque Diaconum, neque ex toto eum qui in clero est, habere secum subintroductam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut Auiam, aut Amitam, aut Materteram, aut eas solas quæ fugiunt omnes suspiciones.

CAN. IV.

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra Prouinciam Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter vrgentem neceßitatem, aut propter longitudinem itineris, omnimodo tres in vnum conuenientes, consentientibus & his qui absentes sunt, Episcopis, & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quæ fiunt, danda est vnicuique à sua Prouincia Metropolitano.

CAN. V.

De iis qui excommunicantur, siue de clero sint, siue de laico agmine, ab Episcopis per singulas prouincias obtineat sententia iuxta canones, eos qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiratur autem ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur, bene placuit singulis annis, per singulas prouincias bis in anno concilia fieri, omnibus simul Episcopis in vnum congregatis, vt tales quæstiones requirantur. Et ita qui manifeste ostenderint Episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, quandiu aut in commune aut Episcopo placeat, humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant; Vnum quidem ante quadragesimam Paschæ, vt omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo: secundum autem circa tempus autumni.

CAN. VI.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ

 ἐπίσκο-

ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη Σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον.

CAN. VII

Hierosolymitana consuetudo antiqua seruetur, vt Eliæ Episcopus honoretur, & habeat ordinem honoris; salua tamẽ Metrapolitani dignitate eiusdem prouinciæ.

CAN. VIII.

Si aliquando venerint ad Catholicam Ecclesiam Cathari, sicut placuit & magnæ Synodo, eos ordinatos sic manere in clero. Ante omnia autem hæc profiteri ipsos per scripturam oportet, quod consentiant; & sequantur Catholica & Apostolica dogmata, hoc est, & bigamis communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt; circa quos & tempus constitutum est, & dies præfinitus, & sequantur in omnibus quæ placuerunt Catholicæ Ecclesiæ Episcopo, vel Presbytero. Vbicumque autem omnes siue in castellis, siue in ciuitatibus ipsi inuenti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, sint in eodem habitu. Quotquot autem vbi Catholicæ Ecclesiæ Episcopus vel Presbyter extat accedunt, manifestum est quod Episcopus Ecclesiæ habebit dignitatem Episcopi. Qui autem nominatur apud eos Episcopus presbyterii honorem habebit: nisi forte placuerit Episcopo honoris eum nomine frui. Sin vero non hoc ei placuerit prouidebit ei locum aut Chorepiscopatus, aut presbyterii, vt in clero omnino esse videatur quatenus non in ciuitate duo sint Episcopi.

CAN. IX.

Si qui sine examinatione promoti sunt Episcopi, aut presbyteri, vel cum discutiuntur confessi sunt, quæ peccauerunt, vel si ab aliis conuincuntur, & confitentibus contra canonem homines commoti manus eis imposuerint, tales canon non suscipit, sed abiicit. Hoc enim quod irreprehensibile est, non defendit Catholica Ecclesia.

CAN. X.

Quicunque de lapsis ordinati sunt per ignorantiam aut dissimulationem ordinantium, hoc non præiudicat canoni Ecclesiastico, cogniti etiam deponuntur.

CAN. XI.

De his qui præuaricati sunt præter necessitatem, aut præter oblationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit sancto Concilio (licet indigni sint) humanitate tamen subuenire eis. Quotquot igitur sincere pœnitent, tres annos inter audientes sint. Qui lapsi sunt fideles septem annos succumbant, duobus vero annis sine oblatione populo communicent in orationibus.

CAN.

CAN. XII.

Quicunque vocati sunt per gratiam, & primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad proprium vomitum reuoluti sunt, ita vt aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant, isti decem annos succũbant, post triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem, & speciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore, & lacrymis, & perseuerantia, & bonis operibus conuersationem non simulatione demonstrant, isti adimplentes cõstitutum tempus auditionis, orationibus merito communicabunt, & postea licebit Episcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiscrete tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conuersionem, definitum omne compleant tempus.

CAN. XIII.

De exeuntibus de corpore vetus & canonica lex custodiatur, & nunc: vt qui mori sperantur, nouißimo iuuam ne non priuentur. Si vero desperatus communione sumpta, oblatione percepta iterum conualescat, si inter eos qui orationibus tantum communicant. Generaliter autem homini morituro petenti sibi communis gratiam, Episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

CAN. XIV.

De Cathecumenis lapsis placuit, sicut & magna Synodo, vt triennio tantum audiant, postea orent cum Cathecumenis.

CAN. XV.

Propter grandem tumultum & seditiones quæ fiunt, placuit omnimode auferri consuetudinem, quæ est contra canonem in aliquibus partibus admissa, ita vt de ciuitate in ciuitatem nec Episcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti & magni Concilii definitionem tale aliquid agere tentauerit, aut se dederit huiusmodi negotio, rescindetur huiusmodi machinatio, & restituetur Ecclesia in qua aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

CAN. XVI.

Hi qui se facile periculis ingerentes, neq; timorem Dei ante oculos habentes, neque Ecclesiasticum canonem scientes discedunt ab Ecclesia, presbyteri, aut diaconi, aut quicunq; sunt in canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia ecclesia, sed omnem eis neceßitatem imponi oportet, vt ad proprias parochias reuertantur. Pertinaces autem excommunicatos esse oportet. Si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alterum pertinentem, & ordinauerit in sua Ecclesia, non consentiente episcopo, à quo discesserat, clericus qui in canone constituitur infirma sit huiusmodi manus impositio.

CAN. XVII.

Quoniam plures in Canone constituti, cupiditatem & lucra turpia sectantur, oblitique sacræ Scripturæ dicentis. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, cum fœnerantur aliis centesimas exigunt. Iuste statuit sanctum, & magnum Concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuram accipiens, aut aliquid aliud excogitans turpis lucri gratia, abiiciatur à clero, & alienus à canone sit.

CAN. XVIII.

Peruenit ad sanctum & magnum Concilium, quod in quibusdam locis, aut ciuitatibus presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi porrigant, quod neque canon, neq; consuetudo tradidit, vt qui potestatem offerendi non habent, his qui offerunt corpus Christi porrigant. Sed etiam hoc quoque innotuit, quod quidam Diaconi ante Episcopos contingant Eucharistiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in proprio ordine: scientes quod Episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt. Accipiant autem ex ordine Eucharistiam post presbyteros, eis dante aut Episcopo, aut presbytero. Sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat. Quod si hoc fiat, præter canonem, & præter ordinem probatur existere. Si quis autem obtemperare noluerit, post hanc definitionem cesset à diaconio.

Obserua lector, Canonem hunc 18. in antiquiori translatione Basilæensi, esse 14. & reperiri hæc verba, *Quod si non fuerit in præsenti, vel Episcopus, vel presbyter, tunc ipsi proferant & edant.* Prostant Exemplaria Basileæ apud Ioannem Oporinum.

CAN. XIX.

De Paulianistis refugientibus ad Ecclesiam Catholicam, definitio prolata est rebaptizari eos omnino. Si qui vero ex eis præterito tempore fuerint in clero siquidem sine querela & reprehensione fuerint post baptismum ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ Catholicæ. Si vero discussio eos minus idoneos inuenerit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus, & omnino de his qui sub canone conuersantur eadem forma seruabitur. Meminimus autem de diaconissis, quæ in eadem specie sunt, quia manus impositionem aliquam non habent, vt omnino inter laicas computentur.

CAN. XX.

Quoniam sunt quidam qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sancta & magna Synodo, cunctos in omnibus locis consonanter, & consentienter stantes, Deum orare debere.

Hos viginti Canones aliosque plures quos temporis iniuria nobis inuidit obsignarunt trecenti & octodecim Episcopi, & deinceps ducēti & septemdecim alii Episcopi comprobauerunt in sexto Concilio Carthagini-

Digitized by Google

thaginensi. Et notandū etiam est duas præcipuè ob causas, quæ mirificè traditiones confirmant Generale hoc Concilium primum fuisse coactum, nimirum ad ea definienda quæ ad diuinitatem Filii Dei pertinebant, deinde ad explicanda quæ de Paschæ celebratione credenda forent, vt constat ex libro Athanasii de Synodis Ariminensi & Seleuciensi in Epistola Constantini apud Eusebium lib.3.eius vitæ. Et ex Epiphanio hæresi 70. vbi scribit duo quædam illustria beneficia in Ecclesiam ab Imperatore profecta, quod necessarii Concilii celebrationem procurauerit, & Paschatis determinationem. Theodoretus addit l.1.Epist. 8. quæstionem de natura & diuinitate Filii, tum conclusam definitamque fuisse verbo non scripto, quod Arriani ad flagitia sua impietatemq; tuendam, diuinis literis abuterentur, quas etiam pro veritate proferebant Catholici, itaq; ad Sanctorum Patrum interpretationem, & commune iudicium antiquitatis veniendum fuit. Quod idem in disputatione de Paschate contigit, cum nulla sit diuinorum oraculorum sententia quæ id iubeat die Dominica celebrare.

Nunc Canones videamus Concilii Constantinopolitani primi, quod secundum generale fuit.

CONSTANTINOPOLIT. CONCILIVM.

CAN. I.

NOn spernendam esse fidem Patrum trecentorum decem & octo, qui in Nicæam Bythyniæ conuenerunt, sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum, imò Anomianorum, qui Latinè sine lege dicuntur, & Arrianorum siue Eudoxianorum, & Semiarrianorum, necnon Pneumatomachorum, id est, qui contra Spiritum Sanctum pugnant, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Fortinianorum, & Apollinaristarum.

CAN. II.

Episcopi qui extra diœcesim sunt, ad Ecclesias quæ extra terminos earum sunt, nō accedant, neque confundant, & permisceant ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandriæ quidem Episcopi solius Orientis curam gerant, seruatis honoribus primatus Ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicenæ Synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis Episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ in Asianam tantummodò diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi, Ponticæ tantum diœcesis habeant curam, Thraciæ verò ipsius tantummodò Thraciæ.

CAN. III.

Non inuitati Episcopi vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis ali-

Digitized by Google

quibus, vel quibuscumque disponendis Ecclesiasticis causis, seruata regula quæ supra scripta est, de vnaquaque diœcesi. Manifestum namque est, quod per singulas quasque Prouincias prouincialis Synodus administrare, & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicea definita.

CAN. IV.

Ecclesias autem Dei quæ sunt in barbaricis gentibus constituta, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem quam à Patribus obtinuisse dignoscitur.

CAN. V.

Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propterea quod sit noua Roma.

CAN. VI.

Propter totius indisciplinationis eius doctrinam quæ Constantinopoli orta est, vt neque Maximus fuisse, aut esse etiam putetur Episcopus, statutum est, neque hi qui ab eo sunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet, quæ circa eum, vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

CAN. VII.

Credimus in vnum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homoousion Patri, hoc est eiusdē cum Patre substantia, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, homo factus, passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum; qui locutus est per Prophetas, & vnam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum & vitam futuri sæculi. Amen.

Conci-

Digitized by Google

Concilium Ephesinum celebratum fuit à Cælestino I. Summo Pontifice, & Valentiniano 3. Imp. ex Episcopis omnino ducentis conflatum, ad elidendam penitusq; exterminandam Nestorianorum hæresim, qui personas duas atq; hypostases Dei filio tribuebant. Cæterum Canones eius omnes censura atroci atq; formidanda illorum hominum impietatem perfidiamque diris vouent & multiplici anathemate cruentant.

CONCILIVM CHALCEDONENSE.

CAN. I.

Regulas sanctis Patribus in vnaquaque Synodo vsque nunc prolatas teneri statuimus.

CAN. II.

Si quis Episcopum accepta pecunia ordinationem fecerit, & sub precium deduxerit impreciabilem gratiam, atq; ordinauerit per pecunias episcopum, siue chorepiscopum, siue presbyterum, siue diaconum, aut quemcumq; alium, qui connumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinauerit œconomum, id est, defensorem, siue paramonarium, quicumq; ergo hac meditatus fuerit, si conuictus fuerit, ipse quidem subeat gradus sui periculum, & qui sic ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex huiusmodi & creatione probrosa, & mercimonio: sed sit alienus & dignitatis & sollicitudinis eius, ad quam per pecunias introiuit. Sed & ille qui instans tam turpibus, & illicitis datis intercessor apparuit, is quidem si clericus fuerit, de proprio decidat gradu: si verò laicus, siue monachus fuerit, anathema sit.

CAN. III.

Peruenit in sanctam Synodum quia de his qua in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductiones, & causas sæculares suscipiunt, & seipsos quidē à sanctis ministeriis per desidiam separant, & ad domos sæcularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta & magna Synodus, neminem deinceps eorum, hoc est, Episcopum siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad minorum tutelas ætatum, siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius ciuitatis Episcopus ecclesiasticarū rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarum qua indefensæ sunt, aut earum personarum, qua maximè Ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si qui verò transgressus fuerit statuta, correptioni Ecclesiæ subiaceat.

Qui

Digitized by Google

Qui verè & purè solitariam eligunt vitam digni sunt conuenienti honore, quia tamen quidam, monachi habitu vtentes, res communes disturbant, indifferenter ciuitates circumeuntes, necnon & monasteria per seipsos propria præsumptione excogitat, placuit neminem aut ædificare, aut constituere monasteria, aut oratoriu domum, sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi. Eos verò qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasteriis sunt, subiectos esse debere Episcopo, & quieti operam dare, atque obseruare ieiunia & orationes in locis, in quibus semel Deo se deuouerunt permanentes, & neque communicare ecclesiasticis, neq; sæculares aliquas tractare actiones, relinquentes propria monasteria, nisi fortè iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis Episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasteriū, vt sit cum eis monachus, nisi cum Domini proprii conscientia. Prætereuntem verò hæc decreuimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Conuenit ergo ciuitatis Episcopo, curam sollicitudinemque necessariam monasteriis exhibere.

CAN. V.

Propter eos episcopos siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à Sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

CAN. VI.

Neminem absolutè ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in ecclesia ciuitatis, siue possessionis: aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicæ vocabulum. Eorum verò qui absolutè ordinantur, decreuit sancta Synodus, vacuam haberi manus impositionem, & nullum eius tale factum valere ad iniuriam ipsiū qui eum ordinarit.

CAN. VII.

Eos qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasteriis deputati, decreuimus, neque ad militiam, neque ad honores sæculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere voluerint, vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei proposuerunt sibi anathematizari.

CAN. VIII.

Clerici in ptochodochiis, & in monasteriis, aut martyriis constituti, sub potestate sint eius qui in ea est ciuitate episcopus, secundum traditionem Sanctorum Patrū, nec per præsumptionem recedant à suo Episcopo. Eos verò qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocunque modo, vel si noluerint subiacere proprio Episcopo, si quidem fuerint clerici, pro personarum ordinatione subiaceant condemnationibus Canonum. Si verò monachi seu laici fuerint, communione priuentur.

CAN. IX.

Clericus aduersus clericum habens negotium, non relinquat suum Episcopum, & ad sæcularia iudicia non concurrat, sed prius negotiū agitetur apud propriū Episcopum

Digitized by Google

pum (vel certe si fuerit iudicium Episcopi) apud arbitros ex vtraque parte electos, audiatur negotium. Si quis vero contra hac fecerit canonum subiaceat correptionibus. Et si clericus aduersus suum, vel alium Episcopum habeat causam, apud audientiam Synodi Prouinciæ eius, conqueratur. Si vero contra ipsius Prouinciæ Metropolitanum Episcopum, episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis Primatem, aut ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi proprium negotium exquiratur.

Can. X.

Non licere clericum in Ecclesiis duarum ciuitatum ordinari, sed in ea in qua initio ordinatus est, & cuius expetitio erat ante præfugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit, vt post ad maiorem Ecclesiam confugerit, eum indubitanter reuocari debere ad eam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare. Si quis vero iam translatus est ab alia in aliam Ecclesiam, nihil habeat commune cum priore Ecclesia, siue sub hac Ecclesia constitutis martyriis, siue in parochiis, vel Xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos vero qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ vniuersalis Synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta Synodus cadere de proprio gradu.

Can. XI.

Omnes pauperes & indigentes Ecclesiasticis auxiliis, cum proficiscuntur sub probatione epistolij, literis pacificis quæ dicuntur Ecclesiasticæ, tantummodo commendari statuimus, & non commendatitiis epistolis, quia commendatitias epistolas quas diximus, eos tantum accipere conuenit, qui in opere sunt clariores.

Can. XII.

Peruenit ad nos, quod quidam præter Ecclesiasticos ordines affectantes potentiam, per pragmaticam formam, vnam prouinciam in duas diuidant, ita vt ex hoc inueniantur duo Metropolitani Episcopi in eadem vna esse prouincia. Statuit ergo sancta Synodus, deinceps nihil tale attentari à quolibet Episcopo. Eos vero qui tale aliquid attentauerint, de proprio gradu cadere. Si quæ vero antea ciuitates per pragmaticam imperialem metropolitani nominis honore decoratæ sunt, nomine solo perfruantur, & qui Ecclesiam eius regit Episcopus, priuilegio, metropolitano episcopo, iure proprio reseruato.

Can. XIII.

Extraneum clericum, & lectorem extra ciuitatem suam sine commendatiis literis proprii Episcopi, nusquam penitus liceat ministrare.

Can. XIV.

Quia in quibusdam prouinciis cōceditur Psalmistas & lectoribus vxores accipere,

 statuit

statuit sancta Synodus prorsus non licere cuiquam ex his alterius sectæ accipere vxorē. Si quis vero præuenit, & habet iam de tali connubio filios, si forte præuenerint eos iam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, vt ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica Ecclesia baptizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo, vel Pagano, nisi forte sponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur personæ orthodoxæ. Si quis vero hanc definitionem sanctæ Synodi præterierit, regularum condemnationibus subiaceat.

Can. XV.

Diaconissam non debere ante 40. annos ordinari, & hoc cum diligenti probatione. Si vero susceperit ordinationem, & quantocumq; tempore obseruauerit ministerium, & postea se nuptiis tradiderit iniuriam faciens Dei gratiæ, hæc anathema sit cum eo, qui in illius nuptiis conuenit.

Can. XVI.

Si qua virgo se dedicauerit Deo, similiter & monachus, non licet eis iungi nuptiis. Si vero inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus vero posse in eis facere humanitatem, si ita probauerit loci Episcopus.

Can. XVII.

Per singulas Ecclesias rusticanas, parochias siue possessiones manere immobiles, apud eos qui eas retinent, episcopos, & maxime qui eas sine violentia iam per 30. annos tenentes gubernarunt. Si vero intra 30. annos etiam facta fuerit, aut fiat de his altercatio, licere eis qui se dixerunt læsos, propter eos mouere apud Synodum Prouinciæ certamen. Si quis vero putauerit se à proprio metropolitano grauari apud primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ ciuitatis Sedem agat iudicium, sicut dictum est. Si vero qualibet ciuitas per authoritatem imperialem renouata est, aut si renouetur in posterum, ciuilibus & publicis ordinationibus etiam Ecclesiarum parochianarum sequatur ordinatio.

Can. XVIII.

Coniurationum & conspirationum crimen (quod apud Græcos dicitur phratria) publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multo magis in sancta Dei Ecclesia (ne fiat) conuenit abdicari. Si qui vero Clerici vel monachi inuenti fuerint coniurantes, aut phratrias vel factiones componentes aliquas suis Episcopis, aut aliis clericis, omnimodo cadant de proprio gradu.

Can. XIX.

Peruenit ad aures nostras, & hoc quod in prouinciis constituta Episcoporum concilia minime celebrentur, & quod inde multa, quæ correctione opus habeant Ecclesiastica

siastica res, negligantur. Statuit igitur sancta Synodus hac, secundum Patrum regulas, bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias Episcopos vbi singula, quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire Episcopi, constituti in suis ciuitatibus & cum hoc maxime in sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus aliis vrgentibus, & inexcusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

Can. XX.

Clericos in suis Ecclesiis constitutos (sicut iam definiuimus) non licere in alterius ciuitatis Ecclesiis ordinari, sed acquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migrauerunt. Si vero quicunque Episcopus post definitionem istam ad alium Episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ Synodo, & hunc qui susceperit, & eum qui susceptus est, tandiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus ad propriam reuertatur Ecclesiam.

Can. XXI.

Clericos siue laicos qui accusauerint Episcopum, aut clericos temere atque indifferenter, non debere suscipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit examinata.

Can. XXII.

Non licere clericis post mortem Episcopi rapere pertinentes ad eum res, sicut iam præcedentibus regulis statutum habetur. Si vero hæc fecerint, periclitari se nouerint in proprio gradu.

Can. XXIII.

Peruenit ad aures sanctæ Synodi, quia clerici quidam, & monachi nihil sibi habentes iniunctum à proprio Episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo fuerunt excommunicati, veniant ad regiam ciuitatem Constantinopolitanam, & multis temporibus in ea consistentes, perturbationes tranquillitati Ecclesiasticæ inferant, & diuersorum domos corrumpant. Statuit igitur sancta Synodus, hos quidem primum commoneri per defensorem Constantinopolitanæ sanctæ Ecclesiæ, vt exeant de regia ciuitate. Si autem in eodem proposito improbe perdurauerint, etiam inuitos eos ipse expellat defensor, vt ad loca sua perueniant.

Can. XXIV.

Quæ semel consecrata fuerint monasteria cum iudicio sui Episcopi maneant perpetua, & pertinentes ad ea res, conseruari ipsis monasteriis decreuimus, nec vlterius posse ea fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hæc fieri, subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constituta sunt.

Digitized by Google

Can. XXV.

Quoniam quidam metropolitanorum (sicut ad nos perlatum est) negligunt creditum sibi gregem, & differunt ordinationes facere Episcoporum, placuit sanctæ Synodo intra tres menses fieri ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius prorogari. Si autem quis Episcoporum hæc non obseruauerit ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere, reditus vero eiusdem viduatæ Ecclesiæ, integros reseruari apud œconomum eiusdem Ecclesiæ placuit.

Can. XXVI.

Quoniam in quibusdam Ecclesiis (sicut ad nos peruenit) sine œconomo Episcopi res Ecclesiasticas tractant, placuit omnes Ecclesias Episcopos habentes, habere œconomũ de proprio clero qui gubernet Ecclesiæ res cum arbitrio sui Episcopi, vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesiasticarum, & ex hoc deueniat dispergi eiusdem res Ecclesiæ, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis non obseruauerit hæc, diuinis subiaceat regulis.

Can. XXVII.

Eos qui sibi rapiunt vxores, vel eos qui eis auxilium præstiterint, statuit sancta Synodus, siquidem Clerici fuerint, cadere de proprio gradu, Si vero Laici fuerint, anathema sint.

Articuli hi omnes, cum Romanæ fidei confessione, quæ sub finem adiungitur à sexcentis triginta Episcopis obsignati fuerunt.

Et quoniam Concilia hæc omnia admittit Caluinus, quod vt ipse ait nulla facta sit doctrinæ in Ecclesia mutatio quingentorum annorum interuallo, imo vero ne quidem vsq; ad Gregorium Magnum quem alias nominat vltimum Ecclesiæ Pontificem, sane eodem iure eademque ratione alios multos debet Ecclesiæ cœtus admittere, qui eo ipso definito temporis spatio coacti celebratiq; fuerunt.

Act. 1. Can. 9. Constituit etiam clara voce idem Syluester Episcopus vrbis Romæ, vt nemo presbyterorum Chrisma conficeret, dicens, & addit quia Christus à Chrismate vocatur.

Act. 1. Can. 5. Et vt diaconi non essent plures per parochiarum examen, nisi duo & Cardinales vrbis Romæ septem: ita tamen vt Dalmaticis vterentur, & palla linostima læua eorum tegeretur.

Act. 1. Can. 7. Ita quoque Syluester voce clara dicebat ad Corepiscopos, vt à Subdiacono vsq; ad lectorem, omnes subditi essent Diacono Cardinali vrbis Romæ *in Ecclesia honorem repræsentantes eidem: Pontifici vero Presbyter, presbytero, diaconus; diacono, subdia-*

Quid igitur Concilio Romano faciet cui subscripserunt ducenti octoginta quatuor Episcopi, quadraginta quinque presbyteri & quinque Diaconi & duo sequentes, & Augustus Constãt. & Helena eius mater: Cum leget Actione 1. Canone 5. Chrismatis confectionem Episcopo tantum reseruari. Et Can. 6. Diaconorum septem Cardinalium vrbis Romæ institutioné qui Dalmaticis vtantur. Septimo, nominari

Digitized by Google

nari septem ordines ecclesiasticos notato gradu dignitatis sic vt Pontificem sequatur presbyter, post Diaconus, Subdiaconus, Acoluthus, exorcista, Lector, Ostiarius. Octauo, cœlibem vitam præcipi, nuptias prohiberi Subdiaconis. Nono, sacra vasa profanis manib. contingi non posse, ac ne Acolythi quidem Lectoris aut Ostiarij, quod aliud sit interesse, aliud sacris operari.

Quid respōdebit Actionis 2. Canoni 11. vbi Cardinales nominantur, & 20. vbi decernitur Romanam sedem à nemine iudicari, & ab eâ, vtpote primaria alias omnes ius fasq; recipere, atq; ita quidem vt neq; ipsum Augustū habere Iudicem possit, nec omnem simul Clerum, neq; Reges, neque populum?

Quid opponet tandem Concil. Laodiceno in Phrygia, in quo sæpe mentio fit altaris & eorum, q altari seruiūt, nimirum Canone 27. 30. 41. 42. & 54. Quid cum videbit Can. 48. percipiendum esse chrisma post baptismum. & Can. 50. indici Quadragesimæ ieiunium atq; adeo feriæ quintæ hebdomadæ sanctæ, & ciborum abstinētiam, quam interpretatur aridiorib. vti. Can. 51. Festos martyribus dies atq; memoriam cōsecrari. 52. In quadragesima prohiberi nuptias, & natalitiorum celebrationem.

Quid respondebit etiam 2. Concilio Carthaginensi sub Syricio Papa & Valentiniano Imperatore, cum ore & voce Aurelij Episcopi audiet Can. 2. præscribi corporis animiq; castimoniam

conus; subdiacono, acoluthus; acolutho, exorcista; exorcista, lector; lectori, hostiarius, in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico siue in gremio Ecclesiæ.

Act 1. Can. 8. Nullus autem subdiaconorum ad nuptias transire, ne aliqua præuaricatione præsumpserit, præcipimus.

Can 9. Nullus Lector vel Ostiarius, vasa sacra audeat contingere, nullus Acoluthorum vē sacratam à Presbytero iam alij sacratam porrigere: quia aliud est minister, aliud assistens est, nisi tantum supportet, quod & sacerdoti imposuerit, suo ore benedictum.

Act 2. Can. 11. Rogantibus triginta presbyteris, vt esset Diaconus Cardinalis.

Act. 2. Can. 20. Nemo dijudicet primam sedem, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari. Neq; quoq; ab Augusto, neque ab omni Clero, neque ab Regibus, neq; à populo iudex iudicabitur, & subscripserunt 284. episcopi.

Concil Laod. sub Damaso, can. 27. Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos aut laicos ad agapen vocatos, &c. Can 30. Quoniā non oportet ministros altaris, &c. Can. 41. Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicū, &c. Can. 42. Non oportet ministrum altaris, vel quemlibet clericum, &c. Can. 54. Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis &c. Can 48. Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum Chrysma percipere, & cœlestis regni participes fieri. Can. 50. Non oportet in quadragesima quinta feria vltima hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadragesimam inhonorari; sed per totos hoc dies ieiunare, & esu abstinentia conuenientibus, id est, aridioribus vti. Can 51. Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorū in sabbato & dominica tantum mentionē fieri. Can 52. Non oportet in quadragesima, aut nuptias, vel qualibet natalitia celebrare.

Concil. 2. Carthag. sub Syricio Papa Can. 2. Aurelius episcopus dixit: Cum in præterito concilio de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt: Episcopos inquam, Presbyteros & Diacones placuit, vt condecet sacrosanctos Antistites & Dei sacer-

Digitized by Google

Sacerdotes nec non & Leuitas, vel qui sacramẽtis diuinis inseruiunt, esse continentes in omnib. quo possint simpliciter, quod à Deo postulãt, impetrare, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoq; custodiamus. &c.

Can 3. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio à Presbyteris non fiant, vel reconciliare quemquam in publica Missa, *Presbytero non licere, hoc omnibus placet. Can. 8. Alipius Episc. Eccles. Tagastensis Legatus Prouinciæ Numidiæ dixit: nec illud prætermittendum est, vt si quis forte Presbyter, &c. Proinde quid exinde videtur vestræ dilectioni edicite, &c. Ab vniuersis Episcopis dictum est. &c. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatum cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat, &c.*

Can. 12. Si autem necessitas fuerit, tres Episcopi in quocunq; loco sint, cum Primatis præcepto ordinare debeant Episcopum.

Concil. Carthag. 3. Can 29. vt Sacramenta Altaris, non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue Episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur.

Can. 31. vt pœnitentibus secundum peccatorum differentiam, episcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur.

Can. 33. Vt virgines sacræ, si parẽtibus à quibus custodiebãtur, priuatæ fuerint, Episcopi prouidentia, vel Presbyteri, vbi Episcop. absens est, in monasterio virginum, vel grauiorib. fœminis commendentur, vt simul habitãtes inuicem se custodiant, ne passim vagantes Ecclesiæ lædant opinionem.

Can. 36. Vt Presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret, Chrisma vero nunquam conficiat.

Can. 47. Placuit vt præter scripturas Canonicas nihil in Ecclesia legatur, sub nomine diuinarum Scripturarum. Sunt autem Canonicæ scripturæ, id est, Genesis, Exodus, &c. Machabeorum libri duo. Noui autem Testamenti, &c.

Can. 50. Vniuersi Episcopi dixerunt: Omnib. hæc placuerunt, & hac nostra subscriptione firmamus. Et subscripserunt. Aurel. Episc. Carthaginensis huic decreto consensi, & relicto subscripsi. Epigonius Episc. Bullensis Regiensis sub-

niam Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Leuitis, prout vsus antiquitatis, ac Apostoli religionis magistri docuissent.

Et Can. 3. sanctissimo illo eodem ex ore nominari Missam audiet, neque licere presbyteris puellas consecrare aut conficere Chrisma? Et Can. 8. ad interrogationem Alipij, Presbyterum censura Ecclesiæ notatum, anathema haberi & locum amittere, si tum temporis sacrificare ausus fuerit, aut secretam à communi consortio aram extruere.

Et 12. Can. decerni vt tres minimum Episcopi ad cuiusq; Episcopi consecrationem & ordinationem conueniant.

Quid dicet Concil. Carthag. 3. sub eodem Syricio aggregato, cum. Can. 29. animaduertet Eucharistiam à ieiunis sumendam esse, eo solum excepto die, quo diuinitus instituta fuit? Quod si pro ijs, q. extremum diem obierunt iusta facienda videantur officiaque persoluenda, si ieiunus nullus sit, id orationibus tantum communibus fieri oportere. Et Can. 31. Pœnitentias arbitrio Episcoporum decernendas & definiendas esse pro noxarum varietate. Et 33. Sacras virgines, quę parentum custodia & tutela non continentur, monasteriorum claustris atq; septis esse asseruandas. Et 36. Fas Presbytero non esse Virgines sacro velo inumbrare, nisi eius rei potestatem ab Episcopo acceperit: neque vnquam Chrisma consecrare. Et 47. Machabeorum libros inter Canonicos recenseri. Hi porro articu-

Digitized by Google

articuli & quæ præterea in eodē Concilio sancta & decreta sunt, à magno Augustino Hipponensi Episcopo,& à 44.Episcopis subscripta comprobataq; fuerunt.

Quod præterea Caluinus opponet 4. Concil. Carthaginensi Imperatoris Honorij temporib⁹ celebrato, vbi diserte diligentissimeque perscribitur à Canon.2. vsque ad vndecimum, quonam modo consecrari Episcopi debeant, atque presbyteri, quo Diaconi & Subdiaconi, Acoluthi, Exorcistæ, Lectores, Ianitores, quo denique Cantores atq; Virgines? Et Can.13. quæ debeat esse sponsi atque sponsæ benedictio. Canon.14.& 14. quale Episcopi domicilium, quis præterea quotidianus victus cultusq; non indecorus videatur. A 44. Can. vsque ad 47. de Tonsu Clerici, de con-

scripsi. Augustinus Episc. plebis Hipponæ subscripsi, similiter & omnes Episcopi quadraginta quatuor numero subscripserunt.

Concil. Carthag. 4. Can. 2. Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput & ceruicem eius; & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt manibus suis, caput eius tangant.

Can. 3. Presbyter cum ordinatur, Episcopo eū benedicente, & manum super caput eius tenēte, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt manus suas iuxta manum Episcopi super caput illius teneant. Can. 4. Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad monasterium consecratur.

Can. 5. Subdiacon⁹ cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum: De manu vero Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile & manutergium.

Can. 6. Acoluthus cum ordinatur ab Episc. quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab Archidiac. accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

Can 7 Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo; accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum.

Can 8. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atq; ingenium. Post hæc spectante plebe tradat & codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe & esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium tuum, partem cum eis qui verbum Dei ministrauerunt.

Can 9. Ostiarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi, tradat ei Episcopus claues Ecclesiæ de altario, dicens: sic age, quasi redditurus Deo rationem, pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

Can. 10 Psalmista, id est, cantor, potest absq; scientia Episcopi sola iussione Presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero: Vide vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes.

Can. 11. Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem sui Episcopo offertur, in talib. vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis.

Can. 13. Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

Can. 14. Vt Episcopus non longe ab Ecclesia hospitiolum habeat.

Can. 44. Clericus nec comam nutriat nec barbam radat.

Can 45 Clericus professionem suam, & in habitu & in incessu probet; & ideo nec vestibus, nec calciamentis decorem [illegible]

Can. 46. Cl[illegible]

Can. 47.

Digitized by Google

Can.47. Clericus per plateas, & andronas, nisi certa & maxima officij sui necessitate, non ambulet. Can. 76. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionẽ, & infundatur ori eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.

Can.78. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione si superuixerint.

Can.79. Pœnitentes qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, vel in terra, vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

Can.80. Omni tempore ieiunij manus pœnitentibus à sacerdotibus imponantur.

Can.84. Vt episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei siue gentilem siue hæreticum, siue Iudæum vsque ad missam Catechumenorum.

Can.97. Qui religiosis fœminis præponendus est, ab Episcopo loci probetur.

Concilium Carthaginen. 5. circa tempora Anastasij ab Episcopis 73 Canon 14. Item placuit vt altaria, quæ passim per agros, aut vias tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab Episcopis qui eisdem locis præsunt (si fieri potest) euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur: Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam, &c.

continentia, de motu corporis & progressione. Can. 76. dicitur, si pœnitentes aut muti sint, aut casu aliquo sermône prohibiti, esse in os immittendam Eucharistiam, etiam si in amentiam inciderint, modo prius illam efflagitarint, atque ijsdem, cum ad mentem & rationem redierint, esse pœnitentiam omni ex parte complendã. Can. 78. & 79. Sine hac manuum impositione, illos rite atq; legitime absolutos non videri. Quod si pœnitentes terra mariue supremũ vitæ diem agãt, esse tamen pro ijs preces & sacrificium offerendum. Can. 80. Ieiunij tempore Presbyteros in lustrandis pœnitentibus, atque sanandis sedulos esse oportere. Can. 84. Neminem indignum è templo eijciendum vsq; ad Missam Catechumenorum. Can. 97. Episcopo esse eum constituendum, qui virginum religiosarum pręponatur. Hęc & alia eius Cõcilij capita obsignata fuerunt ab Aurel. Episc. Carthaginensi, & à S. Augustino Hipponensi, & ab alijs Episc. num. 214.

Quid deniq; obijciet Caluin. cum 5. Carthag. Concil. profertur sub Anastasio Papa in eadem vrbe habitum, cuius Ca. 14. sancitur vt aræ, quæ in agris aut ad vias publicas in Martyrũ memoriam extructę sunt, euertãtur, nisi ibidem Martyris corpus aut certe pars eiusdẽ reperiatur, aut nisi domicilium illius fuerit, aut possessio, aut locus eiusdem martyrio exornatus: nullum præterea altare ædificetur nisi reliquijs ad perpetuam martyris memoriam.

Con-

Concilium Agathense Symmachi Papæ auctoritate coactũ circa annum Domini quingentesimũ, cui triginta quinque interfuerunt Episcopi decernit Canone 12. vt omnes Quadragesima tota ieiunent. Can 14. statuit, vt non modo Chrisma verum & benedictio Sacerdotis sacris altaribus adiungatur. Can. 15. Perspicue describit, quæ grandioribus pœnitentia, quæ iunioribus imponenda sit. In 16. quę sit legitima ætas, qua Diacon⁹ fieri quis possit. 17. quæ Episcopo & Presbytero definita. 18. Quibus temporibus atque adeo diebus laici communicare debeant. Can. 19. Qua ætate sint virgines sacro velo coronãdæ. Can. 20. De tõsura Clericorum. Can, 27. & 28. De fundandis Monasterijs tum virorum tum mulierum. Can. 47. Præcipitur vt omnes sacro intersint, nec ante Sacerdotis benedictionem & vltimam missionem discedant. Can. 48. Vt Episcopus de reb. proprijs & acquisitis statuere pro arbitrio possit, modo ad Ecclesiam bona redeant, quæ in ipsius procuratione compararit. Can. 64. Vetantur ab Ecclesia sua abesse Ecclesiæ munerib. addicti, diebus solennibus Natalis Domini, Epiphanię, Paschalis & Pentecostes. Hoc porro celebratum Concilium fuit anno 22. regni Alarici, qui in prælio ad internecionem profligatus cæsusq; fuit à Clodoueo primo Rege Chri-

Concil. Agathense Episcoporum, 35.

Can. 12. placuit vt omnes ecclesiæ filij (exceptis diebus dominicis) in quadragesima, etiã die sabbatho, sacerdotali ordinatione, & districtionis commutatione ieiunent.

Can 14. Altaria placuit non solum vnctione Chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

Can. 104. Aurelius Episc. Carthag. Ecclesiæ subscripsi. Donatianus Talabricensis primæ sedis subscripsi. Augustinus Hippona Regiensis subscripsi. similiter omnes Episcopi subscripserũt (numero ducenti quatuordecim.)

Can. 15. Pœnitentes tempore quo pœnitentiã petunt, impositionem manuum & concilium super caput à sacerdote (sicut vbiq; constitutum est, consequantur, &c.) Iuuenibus pœnitentia non facile committenda est propter ætatis fragilitatem.

Can. 16. Episcopus benedictionem Diaconatus minoribus quam 25. annorum penitus non committat.

Can. 17. Presbyterum vero vel Episcopum ante annos 30. id est, antequam ad viri perfecti ætatem perueniat, & Diaconus ante viginti quinque, nullus metropolitanorum ordinare præsumat &c.

Can. 18. Sæculares qui in Natali Domini, Pascha, Pentecoste non communicauerint, catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

Can 19. Sanctimoniales quantumlibet vita earum, & mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur.

Can. 20. Clerici qui comam nutriunt ab Archidiac. (etiã si noluerint) inuiti detondeantur.

Can 27. Monasterium nouum nisi Episcopo aut permittente, aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat.

Can 28. Monasteria puellarum longius à monasterijs monachorum collocentur.

Can 47. Missas die Dominica sæcularib. tenere, speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui secus fecerint ab Episcopo publice confundantur.

Can 48. Vt de rebus Episcopi proprijs, vel acquisitis, vel quidquid Episc. de suo proprio habet, hæredibus suis, de suo proprio derelinquat. Quicquid vero de prouisione Ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de frugibus siue de oblationibus omnia iure Ecclesiæ reseruare censuimus.

Can 64. Si quis in clero constitutus, ab Ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est, Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius singulari lucro studeat, quam seruitio suo parere, conuenit, vt triennio à communione suspendatur. Can. 71. Synodũ

etiam, &c. Ego Cæsarius in Christi nomine episcopus iuxta id, quod uniuersis coepiscopis meis (qui mecum scripserunt) placuit, instituta Patrum secutus, his diffinitionibus annuis, sub die 5. Calend. Septemb. anno 22. Regis Alarici subscripsi.

Christiano anno quingentesimo sexto, & vsque ad hoc tempus vna voluntatum consensione, vnis omnium sententijs pura Ecclesiæ antiquitas admittitur.

Conciliatio.

Hic Lectorem omni studio oratum velim, atque illo beneuolentiæ animi impetu, quem in pectore christiana pietas ingenerare potest, vt candide serioque apud se consideret, verum ne sit an non sit, stare pro nobis antiquitatem, & Ecclesiæ Catholicæ vultum in Concilijs, tanquam in splendidissimo speculo obiecta omnia referente, clare videri. Quod cum fuerit perspicue à nobis superiori oratione demonstratum, quid causæ est, cur iam quis velit tam illustri veritati tenebras offundere? repugnare Spiritui sancto? contendere, disputare, ambigere an hæc ipsa Ecclesia agnoscenda sit & sequenda? cur bonam Matrem (quod naturæ immanitatem barbariemque arguit) cur inquam eam, quæ nos genuit in Christo IESV dedecore ignominiaque afficimus, auersamur, oppugnamus? Spes quidem bona me tenet Dei bonitatem contuentem, fore vt omnis hominum insolentia, & inobedientis animi contumacia desinat, & ista animorum perturbatio vt turbulentissima tempestas ponat aliquando, & ni fallor huius vnius articuli fidei stabiliet plurimos, modo eo quo par est animi candore & cœlesti cupiditate Dei imprimis gloriam, religionis veritatem, salutem propriam & felicitatem persequamur.

Digitized by Google

DE CONCILIIS ET EORVM AVTORITATE.

CAPVT VII.

CVM aliquando Iudæos inter & Gentiles, qui ad Christianam pietatem animū adiunxerant, orta esset Antiochiæ non mediocris contentio de Circuncisione, & ceremoniarum vsu: S. Lucas Apostolos ait & Seniores coiisse, vt controuersiam hanc componerent. Cum autem in vtramque partem acerrime disceptaretur, surgens Petrus id negotium mirabili sapientia composuit magna omnium qui tum aderant animorum conspiratione, literasque misit, & delectos viros Antiochiam cum Paulo simul & Barnaba, Iudam nimirum cognomine Barsabam & Silam primarios inter fratres, per quos scripsit in hæc verba: *Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus salutem. Quoniam audiuimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerūt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus non mandauimus, placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cum carissimis nostris Barnaba & Paulo hominibus, qui tradiderunt animis suis pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum & sanguine & suffocato & fornicatione, à quibus custodientes vos bene agetis. Valete.*

Actor.15.8.9.10 & seq.

Ex hac narratione Sanctissimi Ecclesiæ Patres quatuor Conclusiones deducunt: nimirum D. Petrum apicem fuisse religionis & Apostolorum caput. Esse capitis Ecclesiæ summique moderatoris Concilia conuocare: neminem posse legitime de fidei rebus pro concione disputare, nisi mittatur. Concilia denique labi & errare non posse.

Tertull. lib. de pudicit. c. 21. tom. 5. Hieron epist. 89. seu 11. to. 1. inter epist. August. c. 3 to. 2. Iulius Primus apud Athanasium to. priore, multo ante med. epist. ad Placcillum Narcissum. Theoderus lector lib. 2. to. 7. Biblioth.

De alijs capitibus paulo post agetur copiosius, in vltimo iam immorandum est.

Digitized by Google

Flauian. Constantin politanus tom. 1. conc Epist. ad Leonem.
Leontius apud Euthimium in Panoplia, part. 2. tit. 15.

Ariomanitæ vt Iulius Papa refert, apud S. Athanasium in Epistola Flacilli Narcissi Concilium Nicænum primum nihili faciebant. Nestoriani & Eutychiani Ephesinum refutabant & aspernabantur. Imperator Anastasius omni machinatione persuadere nitebatur Macedonio, vti Chalcedonensis Concilij auctoritatem omnem eleuaret, & quod refugit Macedonij mens & voluntas, id deinde Seueriani præcipiti amentia & importunitate sunt ausi.

Luther. lib. de Concil loquens de canonib. Concil. Nicæni.
Hi omnes articuli fœnum, stramen, ligna, stipula fuerunt, &c. Hic prorsus non intelligo Spiritum sanctum in hoc Concilio.
Caluin. 4 Inst. c. 9. §. 8.

Lutherus quem Stygius latro veteribus illis Ecclesiæ perduellibus succenturiauit, non ferenda sane insolentia *fœnum & stipulam* Nicæni Concilij Decreta nominauit. Paulo modestius & honorifice magis Caluinus loquitur, sed non eloquitur satis: nam libro 4. Institut. cap. 9. vult Concilia ad Scripturæ amussim examinari, hoc est, vniuscuiusq; iudicio expendi, qui ea conferre cum diuinis paginis vellet; quasi interpretamentum singulorum dignius foret, quod communi omnium suffragio exciperetur, quam vniuersi Concilij mens atque sententia, cui Numen ipsum præsidet. Antiqui Patres non illustres magis eruditione quam egregiæ vitæ sanctimonia, longe aliud senserunt, illo imperio freti, quo iubet Deus vt Ecclesiam audiamus, quæ nunquam magis quam in Oecumenicis Concilijs lucet & apparet, & vix vnquam dici fundamentum & columna veritatis potest; nisi in huiusmodi cœtu vniuerso, à quo habet, vt Catholica nominetur.

Euseb. hist. Eccl. l. 5. c. 22.

Eusebius libro 5. capite 22. narrat Concilio eo, cui Theophilus Cæsariensis Ecclesiæ Episcopus, & Narcissus Episcopus Hierosolymorum præsederunt; Romano item cui Victor, & Pontico, cui Palmas præfuit: præterea Gallicano Concilio præside Ireneo, & Corinthiaco sub Bathyllo, perfectum esse, vti communi omnium consensione Quadragesimæ ieiunium & diei Paschalis celebratio exciperetur. Diuus Athanasius in Epistola ad Epictetum proiectam hæreticorum impudentiam satis mirare nequit, qui suis temporibus in Nicæni Concilij Decretis nollent conquiescere, & eo ipso agnoscit reiectanea fuisse, veluti Ecclesiæ membra, & à corpore ipso pestifera contagione auulsa.

Athanas. ad Epictetũ Corinthiorum Episc. init to. 1. *Ego arbitrabar omnium quotquot vnquã fuere hæreticorum inanem garrulitatem Nicæno Concil. sedatam esse.* Et paulo post. πῶς οὖν μετὰ τοσαύτην ἀμφισβητεῖν ἢ ζητεῖν τινὲς ἐπιχειροῦσιν, id est. *Qua igitur audacia fit, vt post tãti Cõcilij auctoritatem disputationes aut disceptationes instituant?*

Cyrillus Alexandrin. in Dialogo cum Hermia Nicænum Concilium appellat basim animorum, & fundamentum septum vndique & munitum, adeoque immotum, quo niti omnes debent, qui Christi Iesv commercio delectantur, quem etiam mundi Seruatorem eidem Concil. interfuisse contendit.

Tertul-

Cyrill. Dial. 1. cum Hermia, tom 2. *Si quis fidem illam à sancta & magna Synodo optime & diuino afflatu definitã ac expositam, dicere voluerit basim animarum nostrarum, fundamentumq; inconcussum, & munitum, is vtiq; probatissime loquetur & ab ipso Christo laudem habiturus est, si ielis quoq; & verus adorator relucebit:*

Idem Cyrill in expositione Symboli Nicæni ad Anastasium, Alexandrum & reliquos vitam solitariam degentes, tom. 2. *Basis enim quædam & fundamentum immotum & inconcussum per vniuersum orbem factum est, sincera irreprehensibilisq; fidei confessio Ad hæc quo pacto abfuisset Christus; quandoquidem ipse est iuxta sapientissimi Pauli vocem* fundamentum. Et paulo ante, loquens de Patribus Nicænæ Synodi. *Quibus sane & ipse Christus assedit.*

Digitized by Google

Tertullianus scribens aduersus Psychicos, Concilium nominat *repræsentationem totius nominis Christiani, & magna veneratione celebrari.*

Tertul. aduers. Psych. c. 13.

S. Cyprianus grauissime quæritur de Geminio Victore qui testamentum inualitudine extrema condens Presbyterum quendam Faustinum Geminium curatorem nominauisset: quod nimirum id publico Episcoporum cœtu fuisset antea prohibitum, renouatumque deinceps in Concilio Chalcedonensi Can. 3. confirmatum à Iustiniano Imperatore leg. *Generaliter Cod. de Episcopis & Clericis.*

Cypr. epist 66. qua est 9. l. 1.

D. Ambrosius scribens ad Theophilum Alexandrinum qui arbiter datus fuerat à Synodo Capuana ad sedandam & tollendam controuersiam Flauianum inter & Euagrium de Antiocheno Episcopatu, conuenire iubet Flauianum qui Imperatoris opem & præsidium inuocauerat, & grauissima obtestatione monere, videret diligenter, ne quod esset à Conciliis Nicæno & Capuano salutariter exædificatum, ipse temere impioque subrueret.

S. Ambr. l. 1. ep. 9. ad Theophil. Alexandrin. to. 3.

S. Hieronym. in literis ad alium Theophilum, eum obsecrat vt ad se mittat si quæ Synodica habeat, *quo possit*, inquit, *eorum authoritate firmatus libentius & confidentius pro Christo ora reserare.*

Hieron. ep. 71. ad Theophil. tom. 1.

Ruffinus l. 1. c. 5. historiæ memorat, Constantinum ter Maximum Imperatorem, cum quæ fuissent à Concilio decreta intellexisset, ea tanquã effata quædam cælestia veneratum: & publice denunciauisse, in exilium acturum se eum, qui contra obniteretur, non secus ac si diuinas leges inexpiabili fraude violasset.

Ruffin. hist. c. 5.

D. Augustinus epist. 118. ad Ianuarium hanc regulam statuit, vt quæcunq; non scripta sed tradita custodiuntur toto Orbe terrarum, illa vel ab ipsis Apostolis emanasse intelligantur, vel à plenariis Conciliis, *quorum*, inquit, *est in Ecclesia saluberrima authoritas.* Et lib. 1. contra Donatistas ait iactatam olim controuersiam de baptizãdis iis qui ab hæreticis abluti fuissent non alio modo quam œcumenico Concilio finiri potuisse. Et lib. 2. c. 1. quæ à generali Concilio decisa & decreta fuissent longe iis præferenda esse dicit quæ priuata Episcoporum auctoritate aut Prouinciarum Synodis sancta fuissent. Et quoniam c. 3. paulo post videtur supponere posse nonnunquam falli & errare Concilia vt vocat plena siue plenaria, cum ait, *Ipsa plenaria sæpe priora posterioribus emendari*; animaduertendum est non loqui eum de articulis fidei in quibus corrigi emendarique nil potest, sed de politia & moribus & communi Ecclesiæ administratione, in quibus necesse est mutationes aliquando existere pro tẽporis, loci, & adiunctorum aliorum varietate. Potest etiam dici vocabula *plena* aut *plenaria* apud D. Augustinum interdum significare ampliora siue diffusiora, & nationalia; non Oecumenica Concilia, vt cum alias Synodũ Hipponensem vocas plenariam. Et Patres Concilii 3. Carthagin. (inter quos fuit etiam D. Augustinus) Synodum Capuanam vocãt plenariam. Est autem in confesso peculiaria Concilia seu prouinciæ vnius tantum sint, siue vnius etiam nationis errare posse non minus atque Arimi-

August. epistol 118. cap 1. tom. 1. *Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidẽ toto terrarũ orbe obseruãtur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis vel plenariis conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atq; statuta teneri, sicuti Domini passio, & resurrectio. & ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo Spiritus sancti anniuersaria solemnitate celebrãtur, & si quid aliud tale occurrerit quod seruatur ab vniuersa, quacunque se diffundit Ecclesia.*

August. l. 1. contr. Donatist. c. 18. to. 7.

Idem lib. 2. aduers. Donatistas c. 1. to. 7. *Quanto facilius & fortius quod per vniuersa Ecclesia statuta firmatũ est, vel vnius Epi-*

Digitized by Google

ſſcepi authoritati, vel vnius prouincia concilio, præſe- rendum eſt.

Idem ibidem c.3. *Ipſaque plenaria ſæpe priora, poſte- rioribus emendari*

Concil. Carthag. tertium c.38 tom 1. Concil. *Illud autem ſuggerimus manda- tum nobis, quod etiam in Capuenſi plenaria Synodo videtur ſtatutum.*

Auguſt. contr. Donatiſt. lib. c.53. tom. 7.

Idem Auguſt. de vnit. Eccl. c.22 to.7.

Io. Caſſian. l. 1. de Incarn. cap.3.

nenſe quod potius conciliabulum non iure neque legitime ſociatum dici debet quam Concilium. Quam diſtinctionem ipſe profecto minime repudiabit D. Auguſtinus cum eandem ipſam adferat l.7. contra Donatiſtas cap.53. cum ait non debere quenquam temere obtrudere vllam opinionem, aut ea aſſerere *quæ nullo in Catholico regionali concilio cœpta* (*Prouinciale intelligit*) *nullo plenario Concilio terminata ſunt* (*nationale ſignificat*) *id autem fiducia ſecura vocis aſſerere, quod in gubernatione Domini* DEI *noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti vniuerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt, tutum eſſe.* Quod etiam alio in loco ſapientiſſimus Doctor de vnitate Eccleſię memorans, & admittendis ad eius communionem hæreticis, exquiſito argumento & firmo ad probandum in hunc modum conformat, *Si aliquis ſapiens extitiſſet, cui Dominus Ieſus Chriſtus teſtimonium perhiberet, & de hac quæſtione conſuleretur à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere quod ille dixiſſet, ne non tam ipſi quam Domino Ieſu Chriſto cuius teſtimonio commendabatur repugnare iudicaremur : perhibet autem Chriſtus teſtimonium Eccleſiæ ſuæ.* Ioan. Caſſianus iiſdem prope verbis l.1. de Incarnat. diſputabat, cum de „Neſtorianis ſic ait, ſufficere ergo ſolus nunc ad confutandam hære- „ſim deberet conſenſus omnium : quia indubitatæ veritatis manifeſta- „tio eſt authoritas vniuerſorum & perfecta ratio facta eſt vbi nemo diſ- „ſenſit. Ita vt qui contra hoc ſentire nitatur, huius prima ſtatim fronte „non tam ſit audienda aſſertio quam damnanda peruerſitas, quia præ- „iudicium ſecum damnationis exhibuit, qui iudicium vniuerſitatis im- „pugnat, & audientiæ locum non habet, qui à cunctis ſtatuta conuellit.

Conciliatio.

Atque hinc ſequitur nihil deinceps in hac quæſtione futurum quod magnopere difficile ad intelligendum, aut ambiguum & controuerſum eſſe videatur. Quis enim eſt tam effuſæ temeritatis homo, qui animi ſui ſententiam, totius Eccleſiæ iudicio præferre audeat? quis negare poteſt eandem ſi vſquam alias, in Conciliis maxime clariſſimo ſplendore lucere? quis dubitet quin Concilia tot ſint diuinitatis oracula, quibus diſceptationes omnes noſtræ ſoluantur? an eſt cuiquam obſcurum, Spiritum ſanctum iiſdem præſidere? quis non comprobet grauiſſimum D. Petri effatum primæ Synodi vim & dignitatem explicantis *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*: Cui inauditæ ſunt cohortationes & admonita D. Pauli, Silæ, & Timothei c.16. Actorum, vbi dogmata & decreta Apoſtolorum & ſeniorum commendantur? quis tam hoſpes tamq; peregrinus eſt in monumentis annalium, qui neſciat, quanta Veteres qui honeſtæ vitæ laude & ſapientia præſtiterunt, veneratione proſequuti ſunt quatuor prima Generalia Concilia de quibus antea meminimus? nimirum Nicænum primum ſub Syluestro & Conſtantino Magno, in quo Arrius omnium ſententiis fuit confixus & laceratus, Cōſtantinopolitanum ſub Damaſo Theodoſij Imperatoris ſenioris temporibus contra hæreſim Macedonii, Epheſinum ſub Cœleſtino Papa & iuniori Theodoſio ad frangendam Neſtorii contumaciam & impietatē: Chalcedonenſe Leone Summo Pontifice, & Imperatore Marciano. Quis non libenter cum

Act.15 28.
ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν.
Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ

Caluino dicat li.4.Institut. *Priscas Synodus libenter amplectimur*: & cum ista Concilia recensuisset quæ paulo ante posuimus quæque fatetur confutandis erroribus habita esse, ita subdit, *reueremurq́, vt sacrosanctas quantum attinet ad fidei dogmata: nihil enim continent, quam puram & natiuam scripturæ interpretationem, quam S. Patres spirituali prudentia ad frangendos religionis hostes qui tunc emerserant accommodarunt.* Quis non etiam cum Magno Gregorio eadem vt Euangelia quatuor accipiat, & cum Iustiniano Imperatore non fateatur prædictarum quatuor Synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipienda? Cuius rei perbona sane constans & minime obscura est ratio, quod idem ipse spiritus, cuius afflatu & instinctu sunt diuina literarum oracula patefacta, & perscripti Commentarii, præsideat etiam Conciliis legitime aggregatis, præsertim Oecumenicis, quæ hactenus decem & octo numerantur. Nam alia quidem ex parte probata & ex parte reiecta hoc censeri nomine appellariq; non debent præsertim Acephala & non facta illius authoritate qui caput est & diuino iudicio constitus Ecclesiæ moderator.

Caluin. l.4.I. st.c.9 § 8.

Greg.l 1.ep 24.ad finem. *Sicut S Euangelii quatuor libros: sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor.*

Act 15.18

Authenticarum colla. 9. de Ecclesiast. titulis c. 1. *Sancimus vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quatuor Conciliis exposita sunt aut firmata. Prædictarum quatuor Synodorum dogmata, sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges obseruamus.*

1. Concilium Nicænum primum sub Syluestro anno post Christum natum trecentesimo vigesimo quinto.
2. Concilium Constantinopolitanum sub Damaso anno 338.
3. Concilium Ephesinum, sub Cœlestino, anno 431.
4. Concilium Chalcedonense, sub Leone, anno Domini 451.
5. Concilium Constantinopolitanum sub Vigilio anno 553.
6. Concilium Constantinopolitanum sub Agathone anno 680. & 81.
7. Concilium Nicænum sub Adriano anno 777.
8. Constantinopolitanum octauum sub Adriano secundo anno 870.
9. Concilium Lateranense primum sub Callixto anno 1119.
10. Concilium Lateranense secundum sub Innocentio secundo anno 1139.
11. Concilium Lateranense tertium sub Alexandro 3. anno 1180.
12. Concilium Lateranense quartum sub Innocentio 3 anno 1215.
13. Concilium Lugdunense primum sub Innocentio 4. anno. 1245.
14. Concilium Lugdunense 2. sub Gregorio X. anno 1274.
15. Concilium Viennense sub Clemente quinto, ann. 1311.
16. Concilium Florentinum sub Eugenio, anno 1439.
17. Concilium Lateranense quintum sub Iulio 2. anno 1517.
18. Concilium Tridentinum cœptum sub Paulo 3. anno 1545. continuatum sub Iulio tertio, Marcello 2. Paulo 4. & perfectum sub Pio IV. anno 1563.

Neque vlla omnino ratio est cur nonnulla potius quam omnia admittantur, nisi quis velit effutire quingentorum annorum tantum intercapedine durasse Ecclesiam incolumemque fuisse: quod repugnat Gabrielis orationi & magnifico testimonio, cum Magnæ Matri dixit:

fore,

Luc.1.33.
Matth. 16.18.
Matth 5.14.
August.l 2 contra Cresconium c 36 to 7. *Extat ecclesia cunctis clara atque conspicua, quippe ciuitas quæ abscondi nō potest, super montem constituta, per quam dominatur Christus à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terræ.*
Idem enarrat in Psalm.18. Expositione secunda to.8 In Sole posuit tabernaculum suum. *In manifestatione Ecclesiam suam, non in occulto, non quæ luceat, velut operta: ne forte fiat, sicut operta super greges hæreticorum.*
Idem contra litteras Petiliani lib 2.c.104.tom.7. *Non estis in montibus Sion. quia non estis in ciuitate supra montem constituta, quæ certum signum hoc habet quod abscondi non potest. Nota est ergo omnibus gentibus, pars autē Donati ignota est pluribus gentibus: non est ergo ipsa.*

fore, vt filii eius regnum, hoc est Ecclesia, nullum esset finem habiturum. aduersatur & ipsius Seruatoris dictis, cū D.Petro asseuerauit portas inferi non præualituras aduersus Ecclesiam. Iam vero dicere Ecclesiam sæculorum vndecim interuallo fuisse abditam & obscuris in antris puteisue defossam, nugari est, & vanitatis arguere illum velle, qui ciuitati simillimam esse dixit supra montem positæ, quæ profecto abscondi ignorarique non potest: Idem etiam contenderet sæculorum vndecim spatio id præceptum obseruari nulla ratione potuisse, *Si te non audierit, dic Ecclesiæ*: Diuus etiam Augustinus turpiter aberrauisset, cum scribit aduersus Petilianum aitque *certum, hoc signum habere Ecclesiam quod abscondi non potest*. Et cum Regii Vatis sententiam interpretatur *In Sole posuit tabernaculum suum*, de splendore Ecclesiæ quæ in clarissima luce versetur. Si quis autem in ea opinione sit, vt putet ab æuo Diui Augustini vsque ad hanc tempestatem, nullas fuisse hæreses, propter quas euocanda Concilia fuerint, & doctorum hominum cœtus cogendi, venditaret is quidem impudenter historiæ inscientiam, & Ecclesiæ conditionem ignoraret, quæ vt militans quotidiana in acie & media contentione versatur. Præterea fateri quæ posita sunt prius à nobis Concilia, fuisse quidem aliquando celebrata, minime tamen recipienda videri, quod iis careant, quæ in primis commendantur, non aliud esse dicam, quam gratis velle contendere, & sine ratione orbis terræ iudicio repugnare, præsertim cum discrimen nullum in medium adferri possit, imo vero si conferre illa placet, reperiemus exempli gratia quod quemadmodum Nicænum primum Concilium fuit coactum ad tardandam Arrianæ hæreseos contagionem penitusque explodendam, ita Sextum indictum fuit ad pestiferas Monothelitarum opiniones coercendas. In illo Patriarchæ, Episcopi, aliique duces pietatis, numero fuerunt trecenti & octodecim: ita in hoc ducenti octoginta nouem. In illo reperti sunt primæ Sedis Legati, neque in hoc defuerunt.

Imperator Constantinus interfuit primo, huic alter Constantinus cognomine Pogonatus. ibi anathema in Arrianos proclamatum, hic in Monothelitas. Ibi hæretici fuerunt renunciati Arriani, hic similiter Monothelitæ. Creditum fuit omnibusque persuasum, præfuisse illi SPIRITVM SANCTVM, de hoc idem Oriens Occidensque existimauit.

Conclusum illud fuit & cumulate perfectum sub Syluestro Pontifice Maximo, hoc sub Agathone Papa absolutum: illud anno Domini 325. hoc vero anno 681. Eadem plane dici & cōcludi possunt de septimo, octauo, nono, deque aliis omnibus vsque ad vltimum Tridentinum. Quo igitur fundamento nixi fastidiosi quidam homines possent probare quædam, alia vero aspernari & repudiare?

Quatuor vero sunt quæ à Nouatoribus in speciem obiici posse videantur: 1. Quod eorum opiniones aduersæ penitus & repugnantes Conciliis tam longe & late sparsæ disseminatæque sint, quam longe fusa est &

Digitized by Google

est & propagata Ecclesia. 2. quod eorundem cœtus, cóciliabula, consistoria æquo iure Spiritus Sancti opem & præsidium sperare queant, ac Synodi Catholicæ siue prouinciæ vnius aut nationis propriæ, siue communes vniuersi orbis terrarum. 3. quod Scripturam sacram proferant. 4. quod Martyrum greges habere se dicant, qui pro fide sint omni corporis laceratione mactati. Primæ obiectioni respondet D. Augustinus lib. de Pastorib. cap 8. Hæretici, inquit, errantes oues sunt super omnem faciem terræ, sed tamen hæretici per totam faciem terræ: alii hic, alii alibi, nusquam tamen desunt: ipsi se non nouerunt. Alia secta in Africa, alia hæresis in Oriente, alia in Ægypto, alia in Mesopotamia, verbi gratia, diuersis locis sunt diuersæ, sed vna mater superbia omnes genuit: sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto orbe diffusos, &c. Illi sunt tanquam sarmenta inutilia agricolæ falce præcisa, merito sterilitatis suæ, vt vitis putaretur, non amputaretur.

August. libr. de Pastorib. c 8 to. 9.

Quod attinet ad 2. obiectionem, tanto ante illam confutauit S. Cyprianus lib. de vnitate Ecclesi. his verbis, Ne se quidam vana interpretatione decipiant, quod dixerit Dominus, vbicunq; fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. Corruptores Euangelii atque interpretes falsi extrema ponunt & superiora prætereunt, partis memores, & partem subdole comprimentes, vt ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita capituli vnius sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis suis vnanimitatem suaderet & pacem: Dico, inquit, vobis, quoniam si duobus ex vobis conuenerit in terra, de omni re quamcunque petieritis, continget vobis à patre meo qui in cœlis est. Vbicunque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum: ostendens non multitudini, sed vnanimitati deprecantium plurimum tribui, &c. Quomodo & cum tribus pueris in camino ignis fuit, &c. Quomodo Apostolis duobus in custodia clausis, &c. Quando ergo in præceptis suis ponit & dicit, Vbi fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum, non homines ab Ecclesia diuidit, qui instituit & fecit Ecclesiam: sed exprobrans discordiam perfidis & fidelibus pacem sua voce commendans, ostendit magis esse se cum duobus aut tribus vnanimiter orantibus, quàm cum dissidentibus, plusque impetrari posse paucorum concordi prece quàm discordia oratione multorum. Quibus Sanctissimi viri sententiis hoc etiam adiungi debet, illos in nomine Christi non orare qui à Christi corpore separantur.

S. Cyprian. de vnit. Eccles. sub medium.

At Scripturam Sacram identidem laudant & obtrudunt. Verum id quidem, sed audiant Tertullianum ita respondentem, *Si hæretici sunt, Christiani esse non possunt.* Et paulo post, *Ita non Christiani nullum ius capiunt Christianarum literarum ad q. os merito dicendum est, qui estis? quando & vnde venistis? quid in meo agitis non mei?* Præclarè etiam in hanc rem D. Cyprianus de nouato scribens, *Sciat nos primo in loco nec curiosos esse debere, quid ille doceat, cum foris doceat, quisquis ille est & qualiscunque est, Christianus non est, qui in Christi Ecclesia non est.* D. Hieronymus consimili prudentia

Tertull. lib. de præscript. aduers. hæret. c. 37.

Cyprian. epist. ad Antonia. ep. 52. paulo ante finem.

Hieron. aduersus Lucifer. in fine, to. 1.

Dialogo aduersus Luciferianos, *Ne sibi (hæretici) blandiantur, si de Scripturarum capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt: cum & diabolus de Scripturis aliqua sit locutus, & Scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo.*

Iam restat vt breuiter agamus de iis qui pro tuendis nouis opinionibus in medio cruciatu animam eiecerunt. S. Cyprianus laudato superius libro de vnitate Eccles. ita respondet, *Si potuit quisquam euadere, qui extra arcam Noe fuit, & qui extra Ecclesiam foris fuerit euadit.* Et paulo post, *Esse martyr non potest qui in Ecclesia non est, ad regnum peruenire non poterit, qui eam quæ regnatura est derelinquit.* Et Epist. 52. *Qui Ecclesiæ non tenet vnitatem quisquis ille fuerit, multum licet de se iactans, & sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est.* Alia Patrum loca in eandem rem adduci possent; sed hoc certum ratumque satis est, quod quemadmodum aurum tantum Templi consecratio olim existimabatur, ita mors in Ecclesia tantum obita ad testificandam religionem, martyrium est coram Deo, & hoc nomine extra Ecclesiam gloriari, est alio pondere & mensura vti quàm Sanctuarii, sine quo suos Mundus & improbissimus Dæmon Cruciarios habet atque martyres. Est enim peruulgatum illud verissimum *Non pœnam martyrem efficere, sed causam.* Id propemodum Caluinus sentit cum ita scribit, *Veritatem dum in Ecclesiæ sinu continemur, semper nobis constitutam securi simus.* Cuius rationem paulo ante reddiderat, *Vt vigeret,* inquit, *Euangelij prædicatio thesaurum hunc apud Ecclesiam deposuit,* de verbo Dei loquitur. Theodorus Beza id declarat etiam illustrius in fidei confessione his verbis, *Iisdem argumentis efficitur, cum extra* IESVM *Christum salus nusquam extet, alienos esse à Christo, ac proinde certo perpetuoque exitio deuotos, quicunque prius moriuntur quàm Christi membra fiant. Virtus enim illa saluifica quæ est in vno* IESV *Christo, in illis solis est efficax, quos ipsi donat Pater, id est qui in eum credunt, ac proinde sunt Ecclesiæ membra, quæ propterea corpus Christi vocatur.*

Lib. 4. Instit. c. 1. §. 3.

Ibid. paulo ante §. 1.

Beza in confess. fidei c. 5 §. 1.

Fateamur igitur, si quis deinceps refractarius ita sit tamque insolenter contumax, vt tot hominum sapientissimorum iudicio subiicere nolit suum, illi pœnam subeundam eam videri quam Moses Dei afflatu imposuit Deuteronomii cap. 17. „ Si difficile & ambiguum apud te iu„ dicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & cau„ sam, lepram & lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba varia„ ri: Surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. Ve„ niesq; ad Sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempo„ re: quæresq; ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatem. Et facies quod„ cunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docue„ rint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum, nec declinabis „ ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedi„ re Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, „ & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel.

Conciliatio.

Hæc quoque vltro assentiamur necesse est. Primum, Concilia debere esse vniuersa & generalia, vt condere fidei articulum possint.

2. Libe-

Digitized by Google

2. Libera illa esse oportere, ne alioqui diuinus Spiritus contristetur, & vt veritas suum locum obtineat. 3. Libertatem Conciliorum non pendere à priuata vniuscuiusque voluntate atque appetitione, sed è cœtus vniuersi iudicio & honestissima cupiditate. 4. In iis procendum esse atque tractandum beneuolentissima caritate, animo Christiana demissione ornato cupidoque veritatis. 5. Vt legitima censeantur cogi debere, eius imprimis autoritate & imperio, qui Pastoris summi personam in terris sustinet, eiusque est in Ecclesia vicarius. 6. Consequi nos legitimis Conciliis, vt Catholicus ab Hæretico discernatur, & vt membra cum capite suo iungantur, caput cum membris consocietur, sit denique vnum ouile & vnus Pastor.

QVOD S. PETRVS APOSTOLORVM PRINCEPS FVERIT ET CHRISTI IESV IN ECCLESIA PROCVRANDA VICARIVS.

CAPVT VIII.

PARS negans à Marsilio Patauino defenditur, à Ioanne Vuiclefo, Ioanne Hus, Martino Luthero, Centuriatorib. & Caluino. Ex aduerso partē aientem asseuerat Dei Filius, & diuinæ loquentis Sapientiæ verba, tuentur Patres, Ecclesiæque traditio, ratio denique ipsa comprobat.

Marsilius Patauin. in 6. pol ad Ludouicum Bauar.
Vuiclef l. de Antichr. c. 6.
Magdeburg cent 1. l. 2. c. 7. f. 524.
Calu. l. 4. Instit. c. 6. § 7.

Certum exploratumq; est omnes Apostolos Christianæ pietatis satores fuisse quosdam & parentes, Ecclesiæ principes, & mystici corporis Christi IESV primigenias partes. De omnibus dici verè potest, duodecim veluti Patriarchas fuisse, à quibus orti proseminatiq; sint veri Israelitæ: duodecim Imperatores diuinarum legionum, qui circa humanitatem Filii Dei verum tabernaculum diuinitatis castra posuerint. Duodecim Exploratores qui mirabilem terræ viuentium abundantiam affluentiamq; rerum omnium nobis significarunt. Duodecim Europalatas magnificentissimi Salomonis, qui eius palatio, Ecclesiæ, necessaria omnia suppeditant. Fontes duodecim, qui populi Dei sitim restinguunt in solitudine, atque in huius vitæ mortalis cursu & peregrinatione. Duodecim panes propositionis, qui perfecta charitate æstuantes & feruidi ante faciem Altissimi semper morantur. Duodecim lapides pretiosos, qui in Rationali Summi Pontificis ordine suo locati

Gen 17. v 23.
Gen. 35 22.
Num 1 5.
Deut. 1 23
3. Reg 4. 7.
Exod. 15 27.
Leuit. 24 5.
Exod 39. 11.
3. Reg. 10 20.
3 Reg 7. 44.

Digitized by Google

inusitato splendore collucent; Leones duodecim qui solium magni Regis sustinent, Vitulos duodecim qui æneum mare ferunt eius aureæ profundæq; misericordiæ. Stellas duodecim, è quibus sponsæ Ecclesiæ diadema cõficitur. Deniq; signiferi Orbis signa duodecim, per quæ Sol verus animorum procedit nosq; illustrat, neq; vnquam ab ecliptica miserationis & beneficentiæ suæ deflectit. Verumenimuero vt Sol princeps luminũ aliorum non æquabiliter astris lucẽ impertit suam, ita neq; mundi Seruator se pariter æqualiterq; Apostolis suis impertiuit & cõmunicauit. Nonnulli tantum & non omnes oculati testes fuerunt splendidissimæ eius gloriæ in monte Thabor, & suscitatæ diuinitus à mortuis Iairi filiæ, & immensi illius doloris & vexationis, quam in horto Oliuarum exorbuit. Vnus inter omnes peculiare discipuli fert nomen *quem diligebat* IESVS: de altero dici verè potest Apostolum fuisse diligentem immenso quodam æstu amoris studioq; flagrantem. Omnes tamen cari Magistro acceptiq; fuerunt, excepto filio perditionis: & quamuis intelligi nõ possit, & verò multo minus oratione explicari, quo quisq; esset gratiæ caritatisq; in gradu ante ipsum: ipsius tamen sermonibus didicimus externam & in omnium oculis positam distinctionem, quam inter illos esse voluit, & præsertim Diuum Petrum inter, & reliquos Apostolos.

Matth 17.2.
Luc 8. 1
Matth 21 37
Ioan 13 23.
Ioan.21.15.

Imprimis enim Filii Dei auctoritate Ecclesiæ suæ fundamẽta ponentis cõmutatum illi nomen fuit, dictusq; est *Cephas*, quod vocabulũ Græcis *caput*, *Petra* siue lapis apud Syros consignificat, vt Optatus Mileuitanus & doctissimus Hieronymus animaduertũt. Addit os aureum Ioannes Chrysostomus, nemini à Deo commutari nomen, nisi magnas grauissimasq; ob causas, & ad diuina dona significanda & priuilegia, quibus eos ornatos esse vult, quos nomine nouo insignit. Sic Abram, quod idem est quod Pater celsus, nominatus fuit Abraham, hoc est multitudinis parens. Filii Zebedei Boanerges dicti sunt Marc.3. id est filii Tonitrui, sed cognomen illud potis fuit quàm nomen, nec constanter perpetuoque illis inhæsit.

Ioan.1.42.
Optat Mileuit. lib 2. contra Parmen. non longe ab initio to 4 Biblioth Patrum.
Hieron. in cap 2 Epist. ad Galat. tom 3 ad illa verba. *Cum autem venisset Petrus Non quod aliud significet Petrus, aliud Cephas: sed quód, quam nos Latinè & Græcè petrã vocamus, hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter se vicinam Cephan nuncupẽt.*
Chrysost hom 18 in 1 cap Ioan. *Ipse est qui nomina antè imponit, qui Abram Abraham, & Sarai Saram, Iacob Israel vocauit Multis à natiuitate nomina imposuit, vt Isaac, Samson: vt iis quorum meminit Isaias & Osee Quibusdam, quam à parentibus acceperunt appellationem mutauit, vt prædictis de Iesu, & hoc autem non temerè fit, sed vt ea appellatio imponatur, quæ sit diuini beneficii perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur. Ita & Ioanni cœlitus nomen imposuit, &c.*

Quod autem illustrem & mirificam illam nominis commutationem res ipsa & significatio consequuta sit, hæc quæ sequuntur priuilegia ampla & gloriosa testantur.

Cum recensent numerumq; ineunt Apostolorũ Euangelistæ, Petrus semper honoris causa primo loco nominatur, *Duodecim a. Apostolorum*, inquit S. Matt. *nomina sunt hæc, Primus Simõ qui dicitur Petrus*, nõ ætatis aut vocationis ratione, quo vtroq; antecedebat Andreas eius frater, D. Ioan. & Epiphanii testimonio, neq; propter claram & eminentẽ sanctitatẽ, nã Iacobus

Matth 10.2.
Marc. 3 16.
Luc. 6 14.
Ioan. 1 42.
Epiph. hæres 51.

Digitized by Google

Iacobus minor vnus inter omnes Iustus cognominatus fuit&frater Domini, non peculiari quadam ex beneuolentia & amore Christi, cum S. Ioannes Discipulus esset quē diligebat Iesus, non itē casu& fortuna, cū sanctus Spiritus nihil fortuito & sine ratione protulerit. Reliquum igitur, hoc est, vt ratione dignitatis & principatus id euenerit, vt etiam D. Augustinus affirmat tractat. vlt. in S. Ioannem, vnde Primatis nomē ortum habuit. Atque hoc etiam animaduertendum est cum aliorum Apostolorum mentio fit, non eodem semper ordine sed summa varietate nomina illorum poni: at vix vnquam duo tresue nominantur quin statim initio Petri nomen collocatur, excepta Epistola ad Galatas ex communi versione, & hoc quidem accidit, vel quod D. Iacobus loci illius esset Episcopus, vt sanctissimi Theologi Thomas & Anselmus respondent, aut quod Apostolus nullam ordinis rationem habuit, tametsi veteres Patres scriptis suis & excellenti virtute nobiles Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Ioannes Chrysostomus, in Commentariis suis in eum locum, D. Petrum eo loco nominant. Et quamuis nihil horum satisfaceret, hic D. Pauli vnicus locus præponderare non debet multis, qui reperiuntur apud eos, quos diuina mens ad scribendum Euangeliū instruxit, quique sunt in Actis Apostolorum, & apud ipsum D. Paulum, qui paulo ante in eadem epistola scripserat, se venisse Hierosolymam, vt videret (non Iacobum quamuis illius vrbis esset Episcopus) sed Petrum. Et apud D. Mattheum ambulat super vndas maris quod & Christus faciebat, quod certum fuit argumentum fore vt populos qui per aquas exprimuntur sibi subditos & obedientes haberet, vt ait S. Bernardus: quin & natando ad Christum venit Ioan. 21. Sed quod dicemus de illa singulari mentis collustratione de qua Matth. 16. in quam intuens Christus exclamat; *Beatus es Simon Bariona, quid caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.* Hæc tam nobilis diuinorum mysteriorum cognitio, nihilne magis habuit, quam testata fides Nathanaelis Ioannis primo? quam communis omnium Apostolorum confessio Matth. 14. & Marthæ Ioann. 11. Articuli in textu geminatio, & Seruatoris mirabilis illa responsio ostendunt, maius quoddam præstabiliusque in Petro fuisse, & menti infusam diuinitus lucem fideique donum, quo filii Dei naturam & diuinitatem agnouit. Quæ causa fuit cur S. Hilarius Petrum appellarit *primum filii Dei confessorem*: & alio in loco *eum locutum, quod vox humana nondum protulerat.* Quibus verbis nostri Hilarii ea congruunt, quæ ab aliis clarissimis Doctoribus Patribusque Ecclesiæ proferuntur, Athanasio, Ioanne Chrysostomo, Cyrillo Alexandrino, Augustino, Leone, qui omnes D. Petrum in prædicanda Christi in terris maiestate diuinaque natura primum fuisse docent.

Act 11.2.
I an. 1 5 17
August hom 17 in c. 1 Ioan. *Aduertendum autē quia non omnia quæ euentura erant, hoc primo cōgressu prædixit: non enim appellauit eum Petrum. nō dixit super eam Petram ædificaturum Ecclesiam, sed dixit, Tu vocaberis Cephas. Illud enim maioris erat & potestatis, necnon etiam authoritatis.*
Galat 2.9. *Et cum cognouissent gratiam quæ data est mihi Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur columnæ esse.*
Luc. 8. 51.
Matth 17. 1.
Marc 5 37 & 13. 3.
Ioann vlt. v 2.
Act 4 v 13 & 19.
Galat 1. v 18.
Matth 14 28.
Bernard lib. 2 de consid. c 8. *Accipe aliud quod nihilominus prærogatiuā confirmat tibi. Discipuli nauigabant, & Dominus apparebat in littore: quodq; iucundius erat, in corpore redivivo. Sciens Petrus quia Dominus est in mare se misit, & sic venit ad ipsum aliis nauigio peruenientibus. Quid istud nempe signum singularis Pontificij Petri, per quod non nauem vnam vt cæteri quique suam, sed sæculum ipsum susceperit gubernandum. Mare enim sæculum est: naues Ecclesiæ. Inde est quod altera vice, instar Domini gradiens super aquas, vnicum se Christi Vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet, siquidem aquæ multæ, populi multi. Ioan 11. v. 24.* *S. Hilar. in Psalm. 131 Item lib 6. de Trinit. paulo ante fin.*
Athan. serm 4 contra Arrianos, circa initium. *S. Chrysost. in 16. Matth. tom. 1.* *S. Cyrill. l. 12. c. 64. to. 10.* *S. Aug serm 124. de Temp. est. in ord. 84.* *S. Leon. serm. 2. de Nata. Ss Petri & Pauli.*

Quinta magna huius Apostoli prærogatiua est illa ingens & magnifica pollicitatio, quam ex ore nostri Redemptoris excepit, Portas nimirum Inferorum & vim omnem perfidiosæ cohortis nil valituram aduersus Ecclesiam, quam supra hunc Petrum exædificabat. Vbi animaduertit Origenes, non polliceri modo illum, constantem Ecclesiæ stabilitatem, verum etiam & petram qua niti eandem cupiebat. Atque hæc promissio illi vni facta est, præterea nemini. Neque enim vsquam hodie est D. Iacobi Hierosolymis Ecclesia, non S. Ioannis Ephesi, non D. Matthæi in Æthiopia, S. Andreæ in Scythia, S. Bartholomæi in Armenia, S. Simonis in Mesopotamia, S. Iudæ in Ægypto, S. Thomæ apud Indos. Vnius Petri Ecclesia, tabernaculum veritatis, inter fluctus & commutationes rerum humanarum, firma stabilisque permansit æterni illius oraculi vi atque efficientia, *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Matth 16. v 18.

Orig. tract. in Matth 16. in illud. Quem dicũt homines, tract. 1. *Non præualebunt aduersus eã. Quam autem eam? vtrum aduersus eam petram super quã Christus ædificat ecclesiam, an aduersus ipsam ecclesiã? (nam sermo anceps est) an ad vnum, & idem quod ipsum sit petra, & ecclesia: hoc autem arbitror esse verum. Neque enim aduersus petram, super quam Christus ædificat ecclesiam, neq; aduersus ecclesiam portæ inferi præualebunt.*

Matth. 16.18.

Sexta honoris & dignitatis prærogatiua in Matth. 5.17. lucet, cùm Christus Dominus Petro iussit, vt tributum pro vtroque penderet, *pro me*, inquit, *& pro te.* Quo ex sermone Apostoli collegerunt eum principatum, quem D. Petrus in omnes habiturus esset, & notant Origenes & D. Hieronymus in cap. 18 Matthæi. Luc. 5. & Ioan. 21. miracula duo memorantur, quæ vt ait D. Augustinus sine vlla dubitatione, hoc quidem militantem Ecclesiam, illud autem Triumphantem significant. In vno retia nullo delectu iaciuntur, in altero tantum ad dexteram, quod Ecclesia quæ adhuc media in acie periculoque belligerat bonos & sceleratos comprehendit, quæ vero trophæa in cœlo victoriæ collocauit, virtutis compotes studiososque tantum capit. Ibi rete lacerabatur quod hieroglyficum est schismatum, hæresum, & dissidiorum; hic non rumpitur propter excellentem caritatem & perfectam cum Deo coniunctionem. In illo sine vlla numeri definitione sunt reprobi, nullo sane numero apud Deum: in altero centum quinquaginta tres numerantur, quod gloriæ illa immersitate perfrui nemo possit nisi electus. In vno capti pisces nauicula excipiuntur quæ fluctibus adhuc & periculosissima huius mundi iactatione quassatur, in altero, deuehuntur ad portũ. Quis enimuero vtrique piscationi præfuit? nonne S. Petrus? Et cum Dei filius ad ripam lacus Genezarethani aliquando accessisset, nonne in D. Petri cymbam est ingressus è qua sedens liquido sapientiæ rore audientem multitudinem perfundebat? vt indicaretur ait S. Ambrosius vnum esse Petri nauigium in quo vindex salutis nostræ Christus vult oracula pandi sua & explicari. Age vero, illa octaua prærogatiua an non mentem cogitantem nimio gaudio & incredibili voluptate perfundit? cum pollés Deus omni asseueratione confirmat fidem Petri nunquam interituram? *Rogaui*, inquit, *pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* S. Ambrosius omnium primum fuisse D. Petrum existimat, cui se Christus excitatus à mortuis videndum obtulerit, id vero ex eo colligit, quod vndecim aliique discipuli dicerent; *Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni.* Apostolus eius Collega hoc idem perspicue declarasse videtur, cum ad Corinthios ait, Christum

Matth. 17. v. 16.

Hieron in 18 Matth ad illud. Quis putas maior est to. 3 *Quia viderant pro Petro & Domino idẽ tributum redditum: ex æqualitate pretij arbitrati sunt Petrum omnibus Apostolis esse prælatum, eo quod in redditione tributi Domino fuerat comparatus.*

Luc. 5. v 6.

Ioan 21. v. 12.

Aug. tract 122 in Io to 9

S. Ambros. serm 62 de tempore. tom 5. *Sed videamus quæ sit ista nauicula Simonis Petri, quam adducẽdam de duabus magis opportunam Dominus iudicauit, quæ & tutum S[a]l[u]atorem præstet ab iniuria, & credulitatis hominibus largiatur el[o]quia.*

S. Ambros. in 24. Luc. to 3 ad illud. *Stetit in medio*

Christum sepultum, suscitatum die tertia secundum Scripturas, deinde visum fuisse Cephæ, & post hoc vndecim.

ut ex mulieribus Maria, & alij Maria Magdalena, ita ex viris Petro visus est primo mane: Resurrexit tertia die secundum Scripturas. & visus Cephæ, & post hoc vndecim, &c.

Illa pedum mysterii plena ablutio nonne à Simone Petro initium duxit ex sententia D. Augustini in 13. cap. Ioan. & ex vi verborum illorum, Venit ergo ad Simonem Petrum? Nõne idem vnicus & solus est cui Seruator mortis genus patefecit, quo Magistrum æmulari deberet & eadem crucis ignominia cohonestari? Quid? nonne Petrus sacram illam familiam coegit, auctoritate excitauit ad legendum in locum Iudæ quempiam, qui perfidia & scelere coopertus animam euomuerat? Quis alius primam concionem ad Iudæos habuit post excepta diuini Spiritus dona, & inusitato ardore ter mille conuertit? Quis alius claro & illustri facinore, primo inquam miraculo Æneam sanauit? Cuius rei gratia ingeniose D. Ambrosius animaduertit non sine mysterio primum D. Petri miraculum in claudi hominis plantis solidandis fuisse consumptum, cum diuina prouidentia vellet ostendere, illum basim & fundamentum esse Ecclesiæ, sub Dei filio, cuius vicarium munus sustineret. Actor. 5. fictum Ananiæ & Sapphiræ animum coarguit, & vtrumque mortis supplicio addicit, obiecto grauissimo hoc dicto, *Non es mentitus hominibus sed Deo.* Cap. 9. primos Christianos inuisit more modoque Imperatoris & lectissimi ducis copiarum, vt habet S. Ioann. Chrysostomus, qui cohortes omnes suas atque legiones perlustrat. Cap. 10. Primus orationem habet ad Gentiles, vt de se ipse refert capit. 15. & lapsa ad eum vox cœlestis imperauerat, *Occid. & mand ca.* Capitis autem est comedere, stomachi concoquere, artuum cæterorum ali & nutriri. Cap. 12. Omnis cœtus Christianorum pro illo preces & vota fundit & quidem sine intermissione, quod nusquam legimus pro vllo alio factum, neque pro Stephano fortissimo illo primopilo, quẽ inuida crudelisq; immanitas lapidib. obruit, neq; pro Iacobo homine sanctissimo, cui ceruices fuere præcisę, quod nimirũ; vt inquit S. Chrysost. ille caput & cõmunis quidã omniũ parens esset, quippe non leuis differentia est inter periculũ quod ad mẽbra pertinet, & quod ipsi capiti incũbit. In primo nobiliq. illo Cõcilio Petrus exordiendi sermonis princeps fuit, cuius deinde opinionem Iacobus, mox alii omnes studiose & libenter comprobauerunt. Et D. Paulus cum in fidei obscuritate vellet abditisque in rebus lucem capere, venit Hierosolymam vt cum magno Petro dicta cogitataque sua cõferret. *Paulus* ait Theodoretus, *Præco veritatis, tuba sanctissimi Spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, vt iis qui Antiochiæ de institutis legalibus contendebãt; ab ipso afferret solutionem*: Quia vt ait S. Ioannes Chrysost. *Os erat Apostolorum & princeps.* Et S. Ambros. *Dignum erat vt caperet videre Petrum: quia primus erat inter Apostolos.*

eorum. Quomodo enim soli Cephæ visum dicerent, si ab omnibus erat visus? Sed sicut ex mulieribus ... 1. Cor. 15 4. 5.

Aug. tract. 56. in 13 Ioan. *Non ita intelligendum est, quod post aliquos ad illum venerit, sed quod ab illo cœperit, quando ergo pedes discipulorum lauare cœpit, venit ad eum à quo cœpit, id est ad Petrum.*

Act. 1. v. 15 vsq; ad fi cap. Ambros. serm de Apost. Petro & Paulo qui est 11. to 4. *Si ergo Petrus petra est, super quam ædificatur Ecclesia, rectè prius pedes sanat. vt sicut in ecclesia fidei fundamentum cõtinet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet Recte inquam primũ in Christiano pedes curat, vt iam non trepidus, nec imbecillis possit, super petram ecclesiæ, sed robustus & fortis incedere*

Chrys. in c. 9. Act. Apost. hom 21. *Quemadmodum dux in exercitu obambulãs considerabat, quæ pars sit coadunata, quæ ornata quæ suo aduentu egeat: vide vbiq; illum circumcursare, & primũ inueniri. Quando eligendus Apostolus, hic primus: quando loquendum Iudæis, non Apostolos esse ebrios: quando curandus claudus, quando concionãdum, hic præ alijs est: quãdo agendum contra principes, quando contra Ananiam, quando ab vmbra sanationes fiebant, hic erat & vbi quidem erat periculum, hic: vbi autem moderatio, & vbi tranquillitate res erant plenæ, communiter omnes.*

Theod. epist ad Leon. Pontif. Chrysost. hom. 87 in Ioan. S Ambros. in c. 1. epist. ad Gal.

Præter

Quo vadis.
Euthymius in Ioan.

Niceph. lib. 2 hist c. 3.

Præter ea viginti priuilegia & excellentissimæ gradus dignitatis, qui diserte in diuinis literis memorantur, alia sunt ornamenta octo in clarorum virorum monumentis, quibus idem coryphæus nobilitatur. Nam Euodius qui in sede Antiochena Diuo Petro successit, in Epistola cui titulum fecit τὸ φῶς scribit CHRISTVM IESVM duos tantum propriis manibus vnda baptismi eluisse, sanctissimam nimirum eius parentem & sanctum Petrum Euthymius & Nicephorus id recensent.

Sanctus Leo atque Maximus aiunt, caput visibile Ecclesiæ, singulari Dei prouidentia, in eam vrbem fuisse missum, quæ caput erat imperii orbis terrarum. D. Ambrosius oratio. contra Auxent. Hegesippus item lib. 3. de euers. Hierosolym. cap. 2. memorant vt est à nobis alias significatum, apparuisse Christum S. Petro eo in loco, qui etiamnum appellatur *Quo vadis*, cumque ad mortem æquo animo pro religione suscipiendam animasse.

Concil Nicænum can. 6. 1 edit. tom 1. concil. *Antiqua consuetudo seruetur per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita vt Alexādrinus episcopus horum omnium habeat potestatem. quia vrbis Romæ episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam cæterasq; prouincias suis priuilegia conseruentur ecclesiis.*

Et ne quis verba illa (parilis mos) aliter quam oportet interpretetur, cōcilium Chalcedonēse sic refert & exponit Act. 16. his verbis tom. 2. Concil. *Trecentorum decem & octo sanctorum Patrum canon sextus: quod ecclesia Romana semper habuit primatū. Teneat autem & Ægyptus vt episcopus Alexādriæ omnium habeat potestatem, quoniam & Romano episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia constitutus est. & in cæteris prouinciis primatum habeant Ecclesiæ ciuitatum ampliorum.*

Constat etiam è Conciliis Nicæno & Chalcedonensi, solas eas sedes, quibus D. Petrus nota auctoritate præfuisset, dictas olim & Patriarchales, nimirum Romanam, Alexandrinam & Antiochenam Ægypti & Lybiæ Episcopi Patriarcham Alexandrinum superiorem agnoscebant; Omnis Oriens, & quod inde sequitur, Episcopus Cæsareæ, Metropolitanus Hierosolymæ, Antiochenum venerabatur. Porro Antiochia, Alexandrina, & reliquus Orbis vniuersus, vltro se ad Romanæ sedis auctoritatem & principatum conferebant. Plurimum quondam literis formatis tribuit antiquitas, de quibus meminit Episcopus Atticus sub finem Concilii Chalcedonensis: Erat autem in more positum vt post nomina Patris, & Filii, & Spiritus sancti Π, Υ, Α, subderetur alia litera Π, Petri nomen indicans, prima quoque adiungerentur elementa, tum eius ad quem scriberetur, tum illius vrbis & loci vnde prodirent, tum denique præsentis Indictionis. De huiusmodi formatis literis agunt Optatus lib. 2. contra Parmenianum, & secundum Concilium Mileuitanum Can. 20. cuius hæc verba sunt: *Placuit vt quicunque Clericus propter necessitatem suam alicubi & comitatum ire voluerit, formatam ab Episcopo suo accipiat. Quod si sine formata pergere voluerit, à communione remoueatur.*

Atticus epist. sub finem Concilii Chalcedonensis qualiter epistola formata fiat tom. 2. Concil. *Ne in faciendis epistolis Canonicis, quas mos latinus formatas appellat, aliquo fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc à Patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis saluberrime inuentum est, & constitutum, vt formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, vt assumantur in supputationem prima Græca elementa Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc est Π, Υ, Α, quæ elementa & octogenarium & quadringentesimum & primum significant numerum Petri quoque Apostoli prima litera, id est, Π, quæ numerum octoginta significat. Eius quoque qui scripsit epistolam, prima litera: cui scribitur, secunda litera, accipientis tertia litera, ciuitatis quoque de qua scribitur, quarta: & indictionis (quæcunque est) temporis idem qui fuit, numerus assumatur. &c. addat præterea separatim in epistola, nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat, valere in Domino.* Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmenianum.

Post

Post Scripturam & Concilia audiendi nobis sunt Patres Græci & Latini. D. Basilius Serm. de Iudic. Dei in hæc verba de S. Petro loquitur, Petrus inquam ille beatus qui cæteris antelatus discipulis fuit, cuique magnificentius quam reliquis omnibus datum testimonium est, magisque quam reliqui omnes beatus appellatus, cui claues regni cœlorum commissæ. S. Gregor. Nazianzen. orat. de moderat. in disputat. seruand. Vides inquit, in discipulis Christi omnes egregios atque lectissimos esse, hic vero Petra (non πέτρος) nominatur, habetque ecclesiæ fundamenta sibi cõmissa. Breuius etiam luculentiusq; D. Epiphanius, Elegit inquit, Petrum vt dux esset suorũ discipulorum. S. Chrysostomus qui impiorũ conscelerata machinatione insidiisque appetitus, in Romanæ sedis præsidium, tanquam in portu salutarem confugiebat, flumen orationis aureum fundens ad Euangelium illustrandum ita infit, Solus Deus concedere potest, vt Ecclesia tot tantisque fluctibus impetu irrumpentib. immobilis maneat, cuius pastor & caput piscator homo atque ignobilis, terrarum orbe reluctante adamantis naturam firmitate superet. Et paulo post, Hieremiam quidem vnigenti Pater, hunc autem vniuerso terrarum Orbi Christus præposuit. Cyrillus eximie doctus qui nomine Cœlestini Papæ Concilio Ephesino præfuit, de S. Petro disputans lib. 12. in Ioannem, *Vt princeps caputque cæterorum primus exclamauit, Tu es Christus filius Dei viui.* Hæc Græcorum Patrum sunt præconia, nunc Latinorum testimonia proferamus.

Greg. Nazian de moder. in disp. seruanda in med. ὁρᾷς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων, ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται.

Epiphan. hæres. 51 in medio.

Chrysost. hom 55. Matth. c. 16. paulo ante m.

Cyrill. Alex. l 12. in Ioan.

S. Cyprianus lib. de vnitate Ecclesiæ sic habet: *Hoc erant vtique & cæteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur, Primatus Petro datur.* Quam eandem rationem attulit, & S. Hieronymus aduersus Iouinianum, *Inter duodecim*, inquit, *vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio.* Idem 1. li. cont. Pelagian. quærit. Quid Platoni cõmune cum S. Petro? nimirum vt ille Philosophorum est princeps, ita fuit hic Apostolorum, quo nixa tanquam fundamento est Ecclesia firma & perpetua stabilitate. D. Ambrosius sat sciebat Andream fuisse primogenitum, & D. Petrum natu minorem, præterea priorem secutum esse Andream Saluatorem quam Petrum, *Et tamen* inquit, *primatum non accepit Andreas, sed Petrus.* Et quoniam Andreas cæterique Apostoli à Christo renunciati Episcopi sunt & inaugurati, ne quis forte existimaret eos æquales D. Petro, & omni ratione pares fuisse, *Quis nescit*, ait D. Augustinus, *illum Apostolatus principatum cuilibet Episcopatui præferendum?* Agrippinus Carthaginis Episcopus (lubet hic Vincentii Lorinensis orationem apponere) primus omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuersalis Ecclesiæ regu-"
lam, contra sensum omnium consacerdotum, contra morem ac institu-"
ta Maiorum rebaptizandum esse censebat. Quæ præsumptio tantum"
mali inuexit vt non solum hæreticis formam sacrilegii, sed etiam qui-"
busdam Catholicis occasionem præbuerit erroris. Cum ergo vndique"
ad nouitatem rei cunctæ reclamarent, atque omnes quaqua versum Sa-"

Cyprian. lib. de vnit. eccles. paulo post init.

Hieron l. 1. contra Iouin c. 14. tom. 1 in med.

Idem l. 1. contra Pelagian.

Ambros. in c. 12 epist. 1. ad Corinth. tom. 3.

August lib. 2. de Baptismo cap 1.

Vincent Lorinens. Commonit. c. 1. 9.

Digitized by Google

cerdotes pro suo quisque studio reniteretur, tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus Apostolicę sedis Antistes, cum cæteris quidem Collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit: dignum vt opinor existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat.

Conciliatio.

Quis posthac maligne sancto Petro negabit, quod ei Christus impertiuit, arcana scripturarum monumenta prædicant, agnoscit omnis antiquitas, Concilia definiunt, sanctissimi Ecclesiæ Patres significant, populi omnes & nationes confitentur? Quis potius non exclamet cum S. Hilario, *O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum: d gnaq; e ædificatione illius petra quæ infernas leges & Tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cæli ianitor cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præiudicata auctoritas sit in cælo.* Quis deinceps inficiari audeat, quin D. Petrus id fuerit inter Apostolos & multo magis inter alios Ecclesiæ moderatores, quod est hominis cor inter principes partes, sol inter astra, in metallis aurum, inter Sphæras orbesque cœlestes primum cœlum à quo omnis inferiorum motio dirigitur, quam tamen comparationem, maxime ad dignitatem pertinere volumus. Quare concludamus cum D. Hieronymo, qui obiectionibus quæ fieri hic possent respondet. At dicis supra Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio.

Hilarius Can. 16. in Matt.

Hieron. l. 1. aduers. Iouin. c. 14. paulo ante medium.

QVOD

QVOD SVMMI PONTIFICES SINT DIVI PETRI SVCCESSORES, ET QVOD LEGITIME ELECTI IVre quodam hæreditario eius dignitatem & principatum assequantur.

Capvt IX.

PERSÆ olim nullum facinus atrociori supplicio grauiorique puniebant, quam ingrati animi vitiũ; quod in ea essent opinione, ait Xenophon, hominem eum qui hac labe esset contaminatus, non sat memorem officii sui futurum erga Deos, patriam, parentes & familiares, in quo tamen partes veræ pietatis & naturalis beneuolẽtiæ spectantur. Idem omnino existimandum est de illis qui tam inuite tamq; repugnanter communis Christianæ familiæ Patris auctoritatem agnoscunt, quique S. Petri dignitatem & prærogatiuam honoris iis denegant, qui ipsi legitima electione succedunt. Quæ quidem electio antiquissimis temporibus fiebat, aut à Decessoribus, cum populi comprobatione, aut à cœtu Clericorum, aut cũ Regum & Imperatorum consensione. sed postea vt seditiones perniciosissimæque discordiæ vitarentur, quę solent ex opinionum multitudine varietateq; existere, reuocata res fuit ad Consistorium & suffragia Cardinalium, Christiani Orbis vniuersi tacita quidem, sed tamen certa voluntate, quorum dilectu æternæ prouidentiæ mens electioque discernitur. Cum enim à summo rerum principe Deo potentia omnis emanet, vnde oriri tam celsus tamque eminens religionis apex, atque principatus, vnde summi prærogatiua honoris fluere potuisset, illius, quem Papam, hoc est, excellentissimo quodam modo Patrem nominamus, nisi à præstantissima ipsius dignitate, & vnde ipsa dignitas, nisi ex vicaria Ecclesiæ procuratione, vnde autem vicaria illa potestas nisi è filii Dei voluntate? & qua ratione Dei voluntas intelligi queat, nisi è diuinis eius oraculis & effatis? Videamus igitur & subtilius discutiamus, an Christi verba ad vnum modo S. Petrum pertinerent, in eoque so-

Xenoph in Cyropedia initio lib. 1.
κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους.

Ad Rom. 13. 1.
Non est enim potestas nisi à Deo.

lo hæ-

lo hærerent, an vero ad posteritatem omnem referuntur qui enim successionem admittit, cum necesse est & hæreditatem agnoscere.

Matth.16.19. Christus Iesus Matth. 16. sic ait; *Et tibi dabo claues regni cœlorum & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cælis, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.* Ex hoc autem vitæ & mortis sempiternę Decreto, hæc argumentatio eruitur, scelerum peccatorumque solutio non alio modo fit, quam vi & potestate clauium, quæ tributæ sunt D. Petro; atqui semper manet in Ecclesia peccatorum solutio atque remissio, vt perspicuo fidei articulo in symbolo Apostolorum docemur, claues igitur concessæ D. Petro in Ecclesia perpetuo manent. Ioan. 21. Christus Simoni Petro inquit, *Simon Ioannis diligis me plus his? Ait illi, Etiam Domine tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.* & eadem ipsa semel iterumque repetenti, Christus etiam illud ingeminauit, *Pasce agnos meos.* Quo idem ex loco huiusmodi argumentum existit, Aut Christus oues adhuc in Ecclesia militante habet aliquot atque agnos, aut dissipatum eius ouile est pastoritiaque dignitas funditus euersa. Si euersa, non igitur amplius dici Pastor censerique potest. Sin autem hactenus perseuerat, ergo fuit etiamnum aliquis locus continuatæ isti curæ & procurationi Diui Petri. Matthæi 16. ait illi Seruator, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Clarum & illustre hoc oraculum, has quoque ratiocinationes parit, Quæ in acie stat belligerans Ecclesia durabit vsque ad cõsummationem sæculi. fundamentum autem Ecclesiæ tam stabile, tamque perpetuum esse debet, quam ipsa ecclesia, durabit igitur vsque ad consummationem sæculi hoc Ecclesiæ fundamentum. Quod autem hoc fundamentum sit D. Petrus, sic dilucide ostenditur, Id, quo posito exædificatur Ecclesia, est fundamentum ipsius Ecclesiæ, supra Petrum autem exædificatur Ecclesia, est ergo ipsius fundamentum. Sed cum ab his terris & vita migrarit D. Petrus, per se non potest esse modo hoc fundamẽtum Ecclesiæ, erit igitur in continuata eorum successione, quos diuina prouidentia ad eiusdem muneris functionem delectos ei perpetuo substituit. Quod si hæ ratiocinationes futiles & captiosæ alicui forte videantur, dicat oro quisquis ille sit, cur è sacræ historiæ Commentariis Scribæ & Pharisæi super Cathedram Moysi sedisse dicuntur, & Caiphas in solio Aaronis, quamuis homines improbi & omnibus sceleribus cooperti forent, Summi vero Pontifices in sede Petri minime considere existimentur? Regum auctoritas & legitima dominatio in posteros naturæ quodam cursu & directa via propagatur: nulla igitur erit propagatio spiritalis dignitatis, quæ legitima electione fieri solet & diuini præsidii commercio? In iis quæ ad corpus naturamque spectant, tam facile conquiescamus, quæ animi sunt tam fastidiose, tam ægre & moleste comprobemus.

Ioan.21 v.15 16 17.

Matth.16.18.

Matth.28.20.

Matth.23.2 3.4.

Antiqui-

Antiquitas omnis sine exceptione veritatem hanc summa voluntate excepit, Ecclesia vniuersa continuo vsu & perenni consuetudine celebrauit, vt Indices superius positi clare ostendunt, vbi S. Ireneus aliique Sanctissimi Patres in eo elaborant, id agunt & moliuntur, & eruditis suis disputationibus eo collineant, vt ostendant, quales nobis in Ecclesia successores D. Petrus reliquerit.

S. Athanasius ad Marcum Summum Pontificem literas scribens, his cum honoris titulis atque insigni cōpellatione exornat, Domino Sancto Apostolici culminis, venerando Marco Sanctæ Romanæ & Apolicæ Sedis atque vniuersalis Ecclesiæ Papæ Athanasius & vniuersi Ægyptiorum Episcopi salutem. Et sub finem earum literarum cum omni animi demissione rogasset mitti sibi veros Canones & laudata Concilii Nicæni decreta, agnoscit vnà cum Clero & Antistitum omnium cœtu per Ægyptum, Romanam sedem *esse matrem & caput omnium Ecclesiarum.* Et infrà se suosque eius voluntati obedientiæque submittit. *Athanas. & omnes Episc. Ægypti ad Marc. Papam.*

E Latinis Tertullianus Papam nominat *Pontificem maximum & Episcopum Episcoporum.* D. Cyprianus in quadam Epistola sua recte colligit Nouatum hæreticum esse aut pestiferæ opinionis ducem & antesignanum, quod se ad Cornelii Papæ voluntatem accommodare nolit, qui Cornelius Fabiano Summo Pontifici & laurea martyrii ornato legitima electione successerat. Et Epist. 52. contra pronunciat, *communicare cum Papa Cornelio, esse cum Ecclesia Catholica communicare.* Tert. l. de pudic. c. 1. to. 5. *Audio edictum esse propositum & quidem peremptorium; Pontifex scilicet Maximus Episcopus Episcoporum dicit, &c.* *Cyprian. epist 52. ad Antonian.*

D. Hieronymus Damasum Pontificem Maximum in sua ad illum Epistola sic affatur, Ego cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor, ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: si quis in arca non fuerit, peribit regnante diluuio, &c. Non noui Vitalem, Melenum respuo, ignoro Paulinum, quicumq; tecum non colligit, spargit, hoc est qui Christi nō est Antichristi est. Paulo post obtestatur eundem Pontificem, sibi vt significet cum quibus communicare, quorum fidem & religionem sequi debeat sine erroris & impietatis suspicione. Alio quodam in loco aduersus Luciferianos disputans, hoc vnum monet, fuisse clarum & insigne diuinæ prouidentiæ opus, quod caput in Ecclesia visibile esse voluerit, ad amoliendas seditiones atq; dissidia, quæ alioqui inter principes & moderatores enascerentur, Ecclesiæ salus, inquit, à Summi Sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quædam & ab hominibus eminens detur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot Sacerdotes. Et rursum ad Pontificem Damasum, Ego interim clamito, Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus est. *Hieron. epist. 57 ad Damasum de nom. Hypostaseos, to. 1.* *Idem aduer. Lucifer. tom 1.* *Idem ad Damas. ep. 58.*

D. Augustinus lib. de vtilit. cred. cap. 17. *Dubitabimus nos eius Ecclesiæ gremio condere, quæ vsque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede culmen autoritatis obtinuit?* Et epist. 165. *Si ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus* *August. de vtil cred. c. 17. tom. 6.* *Idem ep. 165. to. 2.*

randus est, quanto certius & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait, Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non vincent eam. Et quæst. 75. ex nouo Test. de nummo disputans, quem pro Christo seque Petrus tributi nomine persoluerat, Ipsum, inquit, constituit esse caput eorum vt pastor esset gregis Dominici. Et alio in loco, *Hæc ad Sanctitatem tuam de Concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis prouinciæ Coepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus.* Et epist. 106. ad Bonifacium, *Ad omnia nobis illæ rescripsit, eodem modo quo fas erat atque oportebat Apostolicæ sedis Antistitem.* Post paulo ibid. *Si autem cedunt ibidem sedi Apostolicæ, vel potius ipsi magistro & Domino Apostolorum.*

Idem quæst. 75. ex no. Test. to. 4.

Epist 90 August. & Patrũ Conc. Carth. to. 2.

Epist. 106. ad Bonifacium initio.

Iam verò si grauissimæ Patrum auctoritati nectenda historiarum monumenta videantur, sic reperiemus, non modo in Occidente, verum etiam & in Oriente, sedis Romanæ principatum communibus sententiis fuisse exceptum, cum in iis oris religionis splendor latè luceret, & fidei documenta melius obseruarentur. D. Basilius ad Athanasium scribens, de multis magnisq; incommodis, quæ dissidia atq; hæreses in patriam suam importassent, opportunum sibi videri ait, vt ea de re ad Episcopum Romanum scribatur, vt sua autoritate in ista causa vsus (ita enim loquitur) viros eligat, qui consilii sui luce atq; grauitate, istos motus turbulentissimæ tempestatis componant. S. Ioannes Chrysostomus cum Theophili Episcopi Alexandrini impia machinatione à gubernaculis Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuisset deiectus, ad Innocentium Papam se contulit, & eius summæ dignitatis præsidium implorauit, orans atq; obtestans, vt Acta ipsius Theophili, & eorum Episcoporum, qui illius improbitati velificabantur, rescinderet. Atque hoc idem perpetuus quoq; vsus confirmat, nam Iulius hoc nomine primus soliis suis Episcopos restituit, quos immanis factio Arrianorum exturbasset, nimirum S. Athanasium sedi Alexandrinæ, Paulum Episcopum Constantinopolitanæ: Marcellum Ancyræ Primatem Galatarũ Ecclesiæ, Asclepam Episcopum Gazensi in Palæstina, Lucium Adrianoplitanæ: quia, vt ait Sozomenus, *Ad Romanum Antistitem propter sedis dignitatem cura omniũ spectaret*, singulis suam Ecclesiam restituit. Ipsi etiam hæretici vt perfidiæ pœnam vitarent & mulctam Episcoporum, quorum in diœcesi morabantur, Romam prouocabant, vt eo temporis interiecto spatio defectioni suæ conscelerataæ prouiderent. Hoc sanè quidem fecit Marcion, cui cum Sacris Episcopi voce atque imperio interdictum esset, ad Pium Papam primum anno 142. prouocauit, vt testatur Epiphanius. Fortunatus & Felix cum à Cypriano in Africa omni dignitate spoliati essent, Cornelium Papam anno 252. appellarunt, vt memorat ipse Cyprianus. Origenes hęreseos suspicione laborans deque ea accusatus, Fabianum Romanum Pontificem pœnæ arbitrum suæ esse voluit: quod etiam de pluribus aliis dici potest.

Basil ep 52. ad Athanasiũ magnum. *Visum est autẽ mihi cõsentaneum, vt scribatur Episcopo Romæ, vt quæ hic geruntur cõsideret, detq; consilium, & quoniã difficile est, vt cõmuni at Synodico decreto aliqui illuc mittantur, ipse sua autoritate in ista causa vsus, viros eligat ad ferendas quidem itineris molestias idoneos: verũ iuxta ad hoc quoq; accõmodos, vt mansuetudine & facilitate ingenii eos qui discordius obliqui apud nos sunt corrigãt, aptè & dispensatoriè sermonem attẽperantes, omniaq; secum habentes, quæ in Arimino ad necessariã solutionem gestorum illic facta sunt. Et hoc nemine sciente, absq; strepitu tacite per mare ad eos qui hic sunt, vadant, ne qui pacis sunt inimici aduentum ipsorũ persentiscant, &c.*

Chrysost. epi. 1. ad Innoc. paulo ante finem tom. 5. *Igitur Domini maximè venerandi, & pii, cum hæc ita se habere didiceritis, studiũ vestrum, & magnam diligentiam adhibete, quo retundatur hæc quæ in Ecclesias irrumpit iniquitas.*

Sozomen. l. 3. c. 7 & 9.

Propter

Propter has rationes omnes fatebuntur 1. Christum IESVM non pro tempore tantum Apostolorum, Ecclesiam suam fundasse atque exornauisse, sed in perpetuam quoque sæculorum omnium successionem. 2. Non popularem in ea administrationem esse voluisse, multitudinis temeritate iactatam, non Oligarchiam aut Aristocratiam, paucorũ dominatum, non Anarchiam, omnium videlicet æqualitatem, vbi nullus princeps rem moderetur, sed potius spiritalem vnius dominatũ & Monarchiæ formam & pulchritudinem, vbi omnes qui præditi sunt potentia & dignitate, autoritatem ab vno capiunt Christo IESV, qui excellentem Ecclesiæ descriptionem atq; ordinem primus instituit & promouit, aut ab eo quem in terris Vicarium suum reliquit. 3. Hoc prouidentiæ genus in vniuersi procuratione animaduerti, vt summa illa mens cuncta suauiter gubernans infima per media, media per summa suos ad fines cuncta perducat. Hinc illa in Angelis vnius Hierarchiæ ad aliam subordinata series, hinc & cœlestium & aliorum omnium quæ cientur corporum, certis locis ac sedibus inter sese apta connexio, quorum conuersiones atque motus ab vno mouente supremo gradatim omnes vsq; ad infimos ritè proueniunt. 4. Æquum fuisse in Ecclesia reperiri, quod in terris atq; in omni ciuitate bonis instituta legibus commendatur: eamque ob causam Ecclesiasticam Hierarchiam omnem, ad Christi Domini nostri Vicarium referri. 5. Quo accuratius hæc dispositio & collocatio custodietur, eo meliorem gubernationem & præstantiorem futuram. 6. Huius ordinis negligentia grauia incommoda multis hominũ societatibus importari. 7. Vt sine motore summo nulla est in corporibus mutatio, neque in beatis mentibus illuminatio sine prima & suprema intelligentia, ita sine hoc ordine, nullam esse in Ecclesia legitimam missionem. 8. Sine missione, nullam esse posse Verbi diuini iustam & legitimam explicationem, nec administrationem Sacramentorum. 9. Vtraque illa re sublata, eodem motu Numinis hæreditatem vt caducam ruere & labefactari. 10. Non æque necessarium esse Pastorem gregi, legionibus Imperatorem atque Ducem, rectorem nauigio, Regem & Dynastam ciuibus & multitudini, quàm IESV Christi Vicarium Ecclesiæ, quam vt gregẽ, vt aciem, vt nauiculam, vt imperium suum moderatur 11. Denique hanc subordinationem esse mirabile illud vnguentum, quod à capite Aaronis in vultum atque barbam defluit & vsque ad oram vestimenti. 12. Quapropter in hominum cœtu atque ordine neminem esse, exceptis iis, qui, vt ait D. Iudas; *carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant*, qui sese opponant Christi in terris Vicario eiusque autoritatem repudient, vt qui sint principatus omnis tum spiritalis tum etiam politici hostes & aduersarii, qui quidem quæcunque ignorant blasphemant, quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur: arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes suas

Conciliatio.

Psalm. 132.

Epist. Iudæ v. 8.

Idem ibid.

Digitized by Google

lum effert, plurisq; facit quod Principum Apostolorum conditoria, & exuuias eas cęlestes possideat, quam propter illum omnem splendorem & gloriam, quam vel in pace vel in bello sibi comparasset.

ιῷ μεμνωσζεσθαι εἰς τὰς ἀρχὰς καὶ ἐπὶ ὀχήματος δαιμόνων ἐν ἀέρι φερόμενον, ὧν κλίναντες οἱ τῷ θεῷ φίλοι, &c. τὸ τῆς ὁμονοίας βιβλίον διὰ τῆς συνεπιτυχίας πεμψαντες κατὰ τοῦ μάγου κατέβαλον αὐτὸν εἰς τὴν χθόνα.

Chrys. hom. 32. in epist. ad Romanos in morali. *Non ita cœlum splendescit, quando radios suos sol ex se demittit, quemadmodum Romanorũ vrbs, duas illas lampades vbique terrarum effundens. Hinc rapietur Petrus, hinc Paulus. Considerate & horrete, quale spectaculum visura sit Roma, Paulum repente ex theca illa, cum Petro resurgentem in occursum domini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittit Roma? Qualibus coronis duabus ornatur vrbs ista? Qualibus cathenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea celebro hanc vrbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neq; propter aliam phantasiam, sed propter columnas illas Ecclesiæ.*

Sozomen l. 9. hist. c. 9.

Sozomenus prodit Alaricum, Roma vi & impressione militum capta, à sacro D. Petri fano manus abstinuisse, vbi illius sepulchrum visebatur, quod perfugium & asylum esse voluit. Iustinianus *in Authent. vt Eccles. Rom. cent. an priuil. gaud.* iubet vt edictum suum per totum occidentem vim obtineat, idque in gratiam & venerationem augustæ Sedis Summi „ Apostolorum Petri. Et in leg. *Cunctos populos*, Codic. Cunctos populos „ quos Clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus religione ver„ sari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio „ vsque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamque Episcopum Dama„ sum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum virum Apostolicæ sanctitatis.

Gratianus, Valentinianus, & Theodosius A. A. A. ad populum vrbis Constantinopolitanæ.

Iustinianus in Auth. vt Ecclesia Romana cētum annorum priuilegio gaudeat. *Quod igitur nostra æternitas ad omnipotentis Dei honorem veneranda sedi, summi Apostoli Petri dedicauit, hoc habeant omnes terræ, omnes Insulæ totius Occidentis, quæ vsque ad ipsos Oceani recessus extenduntur, &c.* Impp.

Inter Latinos, Tertullianus lib. de præscriptionibus, ait D. Petrum exemplo & imitatione Magistri, extremo supplicio Romæ affectum, D. Paulum more Sancti Ioannis Baptistæ, S. Ioannem Euangelistam in feruentis olei dolium immissum, vnde sanus & incolumis emerserit in Insulam deinde relegatus. D. Cyprianus epist. 52. ait Cornelium in Fabiani locum subrogatum hoc est in Romanam Diui Petri Sedem fuisse, totius Ecclesiæ suffragiis, & Cleri approbatione, qui tum Romæ versabatur. Arnobius l. 2. contr. Gentil. Simonis historiæ, de qua prius, adiungit, eum cognominatum fuisse Brundam, & post fracta & debilitata crura lapsu repentino, cum ignominiam ferre non posset, & immanes corporis cruciatus, è sublimi sese iterum præcipitem egisse, quo casu vir longe post natos homines improbissimus animam efflauit.

Tertullian. de præscript. aduers. hæret. cap. 36. *Si Italiæ adiaces, habes Romã vnde nobis quoque auctoritas præsto est: statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus Passioni Dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: vbi Apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in Insulam relegatur.*

Cypr. epistol. 52. Arnobius l. 2. multo post princip. *Viderant enim cursum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Christo euanuisse, viderant, inquam, fidentem diis falsis, & ab eisdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum suo, cruribus iacuisse præfractis: post deinde perlatum Brundam cruciatibus, & pudore defessum, ex altissimi culminis se rursum præcipitasse fastigio.*

Sanctus Ambrosius locum superius nobis expressit, cui Quo vadis nomen est impositum; nunc eundem de excellentissima dignitate vtriusque Apostoli disserentem audiamus, & locum, tempus, aliaque adiuncta gloriosissimi triumphi notantem, *Ambo igitur claues*, inquit, *à Domino perceperunt scientiæ iste, ille potentiæ, diuitias immortalitatis ille dispensat*

Ambr. serm. 12. qui est 3. in fest. SS. Petri & Pauli to. 5.

scientiæ

Digitized by Google

scientiæ thesauros ille largitur. Ergo Beati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Deinde postquam oratione prosequutus fuisset eorum merita, & obitæ mortis gloriam, omni ex parte parem atque simillimam, sic vt obscurum incertumque sit, vter alteri præferendus esse videatur, hæc addit, NON enim sine causa factum putemus quod vna die, vno in loco, vnius tyranni tolerauere sententiam, vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumq; constringeret. Dies ergò pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerunt? In vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum. Scilicet vt vbi caput superstitionis erat illic caput quiesceret sanctitatis, & vbi gentilium principes habitabant, illic principes morerentur. Denique eodem in loco certamen eorum delineat cum Simone Mago eo fere modo quo Hegesippus vt paulo ante diximus expressit.

Ib. Simonem orationib. suis, de aeris vacuo, præcipiti ruina prostrauerunt, &c.

D. Hieronymus in 2. cap. epist. ad Galat. ita scribit: *Primum Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accepimus. & Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit* Et in cap. 52. Isaiæ sapiens quoddam & illustre dictum S. Clementis laudans illum Apostolicum virum nominat & *D. Petri in Romana sede successorem.*

Hier. in c. 2. ep. ad Gal.

Idem in c. 25. Isaie to. 2.

S. Augustinus l. 2. contra Epist. Petiliani, Quid inquit tibi fecit Cathedra Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet, vel Ecclesię Hierosolymitanę, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in Catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario furore separastis? Et in hæres. 1. ad *Quoduultdeum* cũ idem singularis Doctor Simonis insolentem arrogantiam impudentię plenam exponit, Iouem inquit se credi volebat, Mineruam vero meretricem quandam Selenen, quam sibi sociam scelerum fecerat: imaginesque &c. suam & eiusdem meretricis discipulis suis præbebat adorandas, quas & Romæ, tanquam Deorum simulachra, autoritate publica constituerat. In qua vrbe B. Apostolus Petrus cum vera omnipotentis Dei virtute extinxit.

Aug. l. 2. cont. ep. Petil. c. 51.

Idem lib. de hæres. statim post initium.

S. Leo Serm. 1. in Natali SS. Petri & Pauli, *Isti sunt*, inquit, *viri per quos tibi Euangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt Patres tui veri, Pastores, &c.* Prosper, Gelasius, S. Fulgẽtius, Symmachus, Arator, Gregorius Turonensis, S. Gregorius, Venerabilis Beda, denique Oriens simul atque Occidens in hanc veritatem cõspirant. Refractaria modo desperatorum hominum malitia reclamare & contra obniti potest. Nam Caluinus ipse l. 4. Institut. cum fuse de hac re disputauisset his verbis concludit, *Et tamen propter hunc scriptorum consensum non pugno quin illic (Romæ) mortuus fuerit.*

S. Leo Serm. 1. in Natali SS. Petri & Pauli.

Prosper de promiss. & prædictionib. dimidio temporis. Gelasius in decreto de Apocryphis scripturæ locis. to. 2. concil. pag. 205. in 1. concil. Romano. Fulgentius de Incarnatione & gratia Iesu Christi. c. 11. to. 2. conc. pag. 276. Symmachus in Apologetico ad Anastasium Imperatorem. Habes hunc auctorem cum quibusdam aliis in historia Christiana. Gregorius Turonensis hist. Franc. l. 1. c. 24. in illa v. Spiritu principali confirma me. Gregor. magnus in 4. Psal. pœnit. in prima persecutione. Beda de sex ætatibus mundi. Caluinus 4. Inst. c. 6. § 15.

Est igitur verisimile Caluini admiratores qui eius tuendam factionem sibi existimarunt, facile concessuros D. Petrum Romæ vitam cum morte commutasse, amatores autem veritatis etiam dicturos ibidem ætatem egisse, consedisse, religionis clauum tenuisse eo temporis interuallo, de quo nos Sancti Patres aliique probatæ fidei scriptores monuerunt.

DE ROMANA ECCLESIA.

Caput XI.

M. T. Philip. 2.

QVonam meo fato fieri dicam, aiebat quondam eloquentiæ Romanæ parens, vt nemo his annis viginti reipub. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Idem prope Romana Sedes queri potest, in tantis tamque importunis hæreseon odiis, quæ statim ab ipso exordio Dei sponsam crudelissime vexauerunt. Neque enim negari potest, quin sectæ impiorum omnes, nouæque factiones, eo ipso temporis puncto nefarium & omni imbutum odio bellum Sedi Apostolicæ indixerint, quo se ab Ecclesiæ communione seiugarunt. Testes sunt Ariani, Æriani, Donatistę, Nestoriani, Eutychiani, Monothelitæ, & alii quos sæculorum & ætatum continua successione supra memorauimus.

Leo 1. ep. ad Flauian.

Cypr. de vnitate Eccles circa finem.

Quidquid à matrice discesserit; seorsum viuere & spirare non potest, & substantiam salutis amittit.

Optat lib. 2. contr. Parm. to 4 Biblioth. PP.

Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum

Neque etiam diffiteri quisquam potest quin ab omni hominum memoria Ecclesia Romana appellata fuerit & prædicata, *Ecclesiarum Caput, prima Sedes, mater & matrix aliarum*, vt cum Diuo Cypriano loquar, quin ad Catholicos ab hæreticis discernendos habita semper ratio fuerit communionis & communicationis cum Romano Pontifice, teste Optato aduersus Parmenianum: quin denique expressa Ecclesiæ Romanæ effigies clare & perspicue appareat in Conciliis & Antiquitatis scriptoribus tum Græcis tum Latinis, & præsertim in Nicæno Concilio vbi quemadmodum superius à nobis fuit expositum de cœlibe vita castimoniaque sacerdotum agitur, de Antistitum consecratione cui alii tres interesse debent, de laicorum cõmunione, de potestate consecrandi corporis & sanguinis CHRISTI qua Presbyter solus est præditus, de cœlesti

cœlesti agno in ara posito, de sacrificio incruento. Restat vt dicamus, cur Ecclesiam Catholicam & Apostolicam vocemus Romanam.

caput Petrus, vnde & Cephas appellatus est: in qua vna cathedra vnitas ab omnib. seruaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent: vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alterã collocaret.

Prima ratio est, vt in religionis perturbatione ab Hæreticis dignoscamur. 2. Quod Romana Sedes nunquam à directo pietatis itinere aberrauerit, neque ærumnæ aut vexationes vllæ imminuere illius doctrinam, & multo minus extinguere potuerint, ab Apostolis deriuatam. 3. Quod arx semper ipsa fuit, & castellum summis præsidijs munitum, aduersus hæreseon importunitatem. 4. Quod ibi diuina prouidentia primum & ornatissimum solium fidei esse voluerit, vt antea ostendebamus. 5. Quod Christi IESV Vicarius D. Petri successor Romæ vt plurimum versetur. 6. Quod iam inde à temporibus D. Pauli Romanorum fides annunciabitur per vniuersum orbem terrarum.

Denique quod ad hanc vsque ætatem, qui Catholicum voluerunt exprimere, vulgo Romanum dixerunt: vt constat imprimis ex Actis Cõcilij Ephesini cap. 10. vbi Imperator Theodosius iunior Catholicam fidem, *Religionem Romanam* appellat. Secundo æmulorum etiam testimonio, & hostium acerbissimorum Ecclesiæ, qui hoc nomine eam compellarunt, seu risu impio, seu metu, siue etiam distinctionis causa. Iucundus Arianus Theodoricum alloquens apud Victorem libro primo de persec. Vandal. & alter quidam Arrianus Dynasta apud Gregorium Turonensem, de Catholicis agens, appellant *Romanos. Si gladio, ait vnus, peremeris, incipient Romani martyrem prædicare. Si consenseris dictis meis,* ait alter, *exercemus hodie cachinnum de hoc Romanorum Presbytero.* Et iterum, Cogitauit intra se, dicens, quia ingenium est Romanorum &c. Romanos ait Gregorius, vocant homines nostræ religionis, quæ viri grauissimi auctoritas deberet sufficere, sed tamen aliorum Patrum testimonia videamus.

In act. Concil. Ephes. tomo 5. c. 10 Theodosius ad Acacium Episc. Berœensem, tom 1. concil. *Decet proinde vestram sanctitatẽ omni diligentia, studio, ac contentione hac à Deo deposcere, vosque probatos Romanæ religionis sacerdotes esse, manifesto argumento declarare.*

Victor Vitr. de persecution. VVand lib. 11.

Gregor. Turo. de glor. martyr c. 25 79 & 80.

S. Irenæus lib. 3. capite 3. aduers. hæres. ita inquit, Ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt vndique fideles. Diuus Gregorius Nazianzenus Carm. de vita sua, Vetus Roma ab omni antiquitate rectam fidem germanamque retinet, cum sit congruens, vt ea in vrbe Dei fides semper vigeat, vbi hæret domicilium imperij & gloriæ.

Irenæus lib. 3. c 3.

Gregor. Nazian.

Sanctus Cyprianus lib. primo Epistola tertia eos vehementer reprehendit, qui Cathedram aliam, quam D. Petri sectantur, & de schismaticis quibusdam conqueritur, qui nefaria mente Carthagine Romam se contulerant, vt apud Cornelium Papam ipsum accusarent. *Nauigare*, inquit, *audent & ad Petri Cathedram atque ad Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides Apostolo prædicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum.* Idem Epistola 8. 4. libri ad Cornelium Papam scribens Romanæ Ecclesiæ sedem, *Catholicæ Ecclesiæ radicem & matricem* vocat.

Cyprian. Ep. 55. longe post medium.

Satyrus diuini Ambrosij frater à quodam Episcopo sciscitabatur, ærumnam Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana inquit Ecclesia

Ambros. or. de obitu Satyri.

 conue-

Digitized by Google

conueniret. Cum totus mundus, vt idem ait D. Ambrosius sit Dei, Ecclesia tamen domus eius dicitur, cuius hodie Rector est Damasus. Diuus Hieronymus Apolog. 3. aduersus Ruffinum, Romanam Ecclesiam ait præstigias non recipere. Sanctus Augustinus epist. 162. de Episcopo Cæciliano disputans, asserit illi minime extimescendam esse conspirantem inimicorum multitudinem, cum se videret & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostoliæ cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, vnde Euangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias literas esse coniunctum.

Idem in cap. 3. epist. ad Timoth. tom. 3.

August. ep. 162. ante med. tom. 2.

Conciliatio.

Aug. cont. Epist. fundamenti c. 4. tom. 6. *Multa sunt, quæ me iustissime tenent in Ecclesiæ Catholicæ gremio: tenet consensio populorum & gentium, tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, &c.*

Haud igitur laboriosum modo fuerit atque difficile, quod ad vocabulum quidem hoc attinet, inter nos conuenire, & vna animorum consensione cum eodem sanctissimo Augustino dicere, quod Multa „ sint, quæ nos iustissimo in Ecclesiæ Catholicæ gremio contineant, „ tenet consensio populorum & gentium, tenet auctoritas miraculis „ inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, tenet ab „ ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post Resurrectio- „ nem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum suc- „ cessio sacerdotum, tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod „ non sine causa inter tam multas hæreses ista Ecclesia sola obtinuit, & „ eadem ratione nomen Romanæ, quod nullus hactenus hæreticus „ vsurpauit.

Caluin. lib. 4. Institut. cap. 7. §. 24.

Caluinus his rationibus victus, callidæ simulationis vocem extulit lib. de Reformatione, cum clare & contente profiteretur, se à veteri Ecclesia minime digressum, quidquid fuisset à se factum, ad tollendos abusus id pertinere. Sed libro quarto Institutionum malitiæ virus atque pestem, quam in putido animi sinu perfidiosoque tegebat, subito aperuit, cum hoc fere modo scribit, Tametsi fatear Romam olim omnium matrem Ecclesiarum fuisse, ex quo cœpit sedes esse Antichristi, desijt esse quod erat. Nos enimuero cum Diuo Hieronymo respondemus, „ Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te, vt parcas Ro- „ manis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est. Cur post „ quadringentos annos (iam per mille & sexcentos diceret) docere nos „ niteris, quod ante nesciuimus? cur profers in medium, quod Petrus „ & Paulus edere noluerunt? Vsque ad hanc diem sine ista doctrina „ mundus Christianus fuit. Et quod attinet ad prodigiosam illam Antichristi noui & excogitati metamorphosim, addimus illius fuisse ostendere, vbi, quando, quonam modo, & in quo tandem *homo iniquitatis, & filius perditionis* in apertam lucem prodierit. Sed quoniam proxime sequēs disputatio istius rei veritatem debet exponere, concludamus fateamurque alterutrum è duobus, vt aut Ecclesiam nunquam fuisse vllam veram dicamus, aut eandem iam durare, & proinde non sedem esse Antichristi, aut sane eiusmodi semper fuisse, cum perennitas siue perpetuitas ad Ecclesiæ Dei naturam & conditionem spectet. Audenter præterea fateamur, Romanam Ecclesiam fixam & locatam esse non supra

Hieron. ep. 55. ad Pammach. & Ocean. tom. 1.

pra

Digitized by Google

pra rupem, quam intuens olim Haruspex, & demonstrans Capitolium, in hanc vocem erumpebat, ***Roma ruet cum hoc Saxum euertetur.*** Sed supra fidem S. Petri, & æternæ veritatis pollicitationem, qua monemur, portas inferi, hoc est hęreseos, vt Epiphanius & Sancti Patres exponunt, nihil plane aduersus eam valituras.

ROMANVM PONTIFICEM DICI NON POSSE ANTICHRISTVM.

CAPVT XII.

TAMETSI idem plane sit è Summo Pontifice Antichristum efficere, atque Harpyam, Chimæram, & Hippoçentaurum, aut simile aliud prodigium inusitatum comminisci: Quia tamen, vt magnus ait Apostolus debitores sumus non sapientibus modo, verum etiam ineptis & væcordibus, probis & vitiosis, ægrotis & valentibus: age breuiter & perspicue hic ostendamus, Romanum Pontificem nec esse, nec vllo modo esse posse Antichristum.

Imprimis Antichristus nasci vltimis temporibus debet, quæ Seruator mundi Christus hyemem mundi atque vniuersi appellat & supremę illius hebdomadæ finem: nunc vero à mille & sexcentis annis Summi Pontifices Ecclesiam moderantur. *Matth. 24. 20.*

2. Quod Christum inter homines agentem proxime consequutum est, id non potest dici factum fuisse tempestate Antichristi, quæ senescentis iam Euangelicæ legis ætatem occupabit: atqui à Principe Christo Diuus Petrus, cæterique Ecclesiæ Duces atque Pontifices, serie nunquam interrupta, piæ religionis procurationem exceperunt.

Est illa diuini Apostoli oratio: ***Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in Templo Dei sedeat, ostendens se quasi sit Deus:*** Tantum vero abest, vt à Romanæ Ecclesiæ gubernatore discessio illa inducatur, & à religione impia defectio, quin potius eius ductu atque auspicijs Euangelij splendor latius in dies propagatur. *2. Thessal. 2. 3.*

ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας.
Calu Institut.l.4.c 7 § 22. loquens de SS. Gregorio & Bernardo.
Qui tamen tunc sanctis illis viris tantopere displicebat.
1 Timoth 4.3.

4. Antichristus *homo peccati* nominatur, & filius iniquitatis, cum tamen vitæ innocentia clari tot Romani Pontifices & illustri sanctimonia hactenus viguerint: certe Caluinus ipse Gregorium Magnum appellat *Sanctum*. 5. Antichristus se verum Christum Messiamque esse dicet, atque adeo contendet, Christum IESVM falsum & imitatione simulatum fuisse Vatem. Summus autem Pontifex sese illius Vicarium esse contendit. 6. Antichristus supra Deum ipsum se væcordi, & impudētissima audacia extollet, At Papa se seruorum Dei seruum profitetur. 7. Antichristus omnibus opibus & contentione cruci aduersabitur, Romanus Pontifex illam veneratur. 8. Antichristus matrimonij societates & connubij iura prohibebit: Pontifex Maximus contra, Sacramentum esse pronunciat, admonetque serio illos, qui cælibem vitam complectuntur, vt maturo iudicio omnia considerent, priusquam se voto astringant, nullaque iuuenili temeritate ferantur: & nonnunquam si magna quædam ratio communisq; vtilitas vrgeat legibus soluit. 9. Antichristus Mosis ceremonias ritusque iam obsoletos instaurabit, prophanos quosdam esse dicet immundosque cibos, quos minis atque imperio vetabit attingere: Sum̄us Pont. tum per se, tū per suos docet, nō id quod in os intrat, sed superbi animi contumaciam mentem inficere, omnem cibum natura quidem sua bonum & concessum esse, sed in vsu, Ecclesiæ voci & auctoritati parendum. 10. Regnum Antichristi non plus quam tres annos cum dimidio florere debet, vt è diuina prædictione Danielis constat, vbi tempus, & tempora, & dimidium temporis memorantur, quæ alias ipse explicat mille ducentos & nonaginta dies, qui quadraginta duos menses conficiunt, de quibus item cœlestis Ioannes 11. Apocalypseos; quo sane modo rem deinceps eruditissimi omnium Patres explicuerunt, Irenæus libro 5. sub finem: Sanctus Cyrillus Catechesi 15. Hippolytus martyr orat. de consum. mund. & S. Augustinus libro 20. de Ciuitate Dei capite 23. Atqui Ecclesiæ parentes rectoresque Papæ iam mille & sexcentos annos in ea præstanti functione viguerunt, vixque vllus fuit, qui non tres annos & dimidium in eo gradu honoris & dignitatis sit prætergressus. 11. Prodigia Antichristi falsa futura sunt atque mendacia, ad fallendum accommodata, ἐν σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους. Pontifices autem Maximi, siue per se, siue per alios, à quibus culti prædicatique fuerunt, miracula verissima patrarunt, de quibus alias à nobis Deo duce disputabitur.

Daniel cap. 7. 25.

Irenæus lib. 5. c. 25. Sanctos altissimi Dei conteret, & cogitabit mutaturus tempora & legem: & dabitur in manu eius vsq; ad tempus temporum, & dimidiū tempus, hoc est, triennium & sex menses, in quibus veniens regnabit super terrā.
Cyrillus catech. 15. ante medium, fol 377.
Καιρὸς μὲν ὁ εἷς ἐνιαυτὸς, ἐν ᾧ τέως αὔξει ἡ παρουσία τῶν καιρῶν ὁ ἰσάριθμος.

αὐτοῦ. καιροὶ δὲ τὰ ἐπίλοιπα δύο ἔτη παρουσίας, ὡς τρία ἥμισυ συμπεπληρωμένων, καὶ τὸ ἥμισυ
Hippolytus mar. ora. de consum mundi & Antichristo, tom. 2 Biblioth. PP. *Duo Propheta per vniuersum mundum denunciantes aduentum Antichristi, mille ducentos sexaginta dies amicti saccis.*

Dan. 12. ver 11.
Augustin. lib 20 de Ciu. Dei cap. 23 tom 5 *Tempus quippe & tempora, & dimidium temporis annum vnum esse, & duos, & dimidium: ac, per hoc tres an-*

12. Sanctus Augustinus libro 20. de Ciuitate Dei cap. 30. sic habet, In illo itaque iudicio vel circa illud iudicium has res didicimus esse venturas, Heliam Thesbiten, fidem Iudæorum, Antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, eiusdemque renoua-

Digitized by Google

nouationem. Quidquam ne igitur horum omnium, quæ ijsdem temporibus euenire debent, videmus? 13. Antichristus certum quoddam nomen est habiturus, quod è sacris oraculis, vaticinioque D. Ioannis iuxta Græcorum numerandi rationem, sexcenta sexaginta sex conficiet: Cuius autem Pontificis nomen ad hanc vsque tempestatem, eum numerum literarum absoluit?

nos & semissem etiam numero dierum posterius posito diuiescit aliquando in Scripturis ac mensium numero declaratur.

Dauid Chytræus & Theodorus Bibliander existimarũt vocem Græcam λατεῖνος, & Hebraicam Romeits רומיית numerum hunc efficere, sed in vtroque falluntur; nam vt λατεῖνος Romanum significet, secundo loco iota ponendũ esset non ε, perit igitur numerus ille *666*. Et quod ad vocem Romeith רומיית attinet, desinere non potest in literam ת, cum fœmininorum sit nominum terminatio, Romanus autem sit masculinum, qua detracta, plurimum, de numero sexcẽtorum sexaginta sex decerpitur. Adde quod vt etiam animaduertit Arethas, id nomen quod est in quæstione certum & proprium esse debeat in ore omnium, qui emere quidpiam aut abalienare volent: nomen autem λατεῖνος sit commune, quod si cuipiam sufficere videatur, æquo iure hæc omnia nomina sortietur Antichristus, quæ proxime hic ponam, aliaque prope infinita, quę numerum *666*. possunt componere, dicetur ergo Ἀρνοῦμαι pernego, λαμπετὴς illustris, ὁ νικητὴς Victor κακὸς ὁδηγὸς malus ductor, ἀληθὴς βλαβερὸς verus nocens πάλαι βάσκανος olim inuidus, ἀμνὸς ἄδικος agnus iniustus, ἀντεμος contrarius siue aduersarius, Γενσηρικός. Gensericus Gotthicum nomen. Martinus Lutherus idem omnino conficit, si latinæ literæ Græcorum more capiantur: Eundem etiam numerum cõtinet Luther לוּתהר vt & Dauid Chytræus דביר ביתריר & Σαξεῖνος. Tria à S. Irenæo notantur, Εὐάνθας Λατεῖνος & Τειτὰν lib. 5. contra hæres. vbi secundum verosimilius esse ducit primo, tertium autem secundo: addit tamen non esse in delectu harum vocum & conquisitione maximopere laboradum, quod in earum varietate ac multitudine, quæ complecti eum numerum possent, facile & promptum foret vnum pro alio accipere, quo modo Antichristi aduentus obscurior efficeretur. Deinde etiam, quod si diuina prouidentia hominibus hoc cognitum nomen esse voluisset ante extremam illam tempestatem, tam clare quam numerum ipsum designauisset, quod tamen simili in obscuritate & hominum ignoratione latebit, qua nomen illud augustum IESVS, quod Sibylla diuino afflatu numeri 888. flexiloquo veluti ænigmate expresserat. E quibus hoc colligi necessario & certo potest, nondum in lucem venisse Antichristum, quod eius nomen sit abstrusum atque incognitum, cum tam notum eo præsente futurum sit, quam certum est, antequam exoriatur, latebra obscuritatis & caligine tenebricosa inuolui.

Vide Bellarm c. 10. de Romano Pontif. lib. 3.

Arethas.	Σ	200.
	α	1.
Primasius.	ξ	60.
	ο	70.
Haymo.	ν	50.
Lindanus.	ε	5.
Genebrard.	ι	10.
	ο	70.
Bellarmin.	ς	200.
		666.

Iren lib 5. cap. 30.
Sibylla.

Sed quæ sit numeri totius summa docebo.	ι	10.
	η	8.
Namq; octo monadas totidem decadas super ista	σ	200.
	ο	70.
Atque hecatondas octo, infidis significabit.	υ	400.
	ς	200.
Humanis nomen, tu vero mente teneto.		888.

Restat modo vt tralatitijs obiectionibus duabus faciamus satis: altera prompta est è D. Gregorio, qui Antichristo pastoris vniuersalis titulum accommodat: altera è verbis D. Ioannis deducitur, qui iam venisse Antichristum asserit. Et quod ad primam illam quidem attinet, respondedemus,

Gregor. epist. 78. lib 4.
Coepisc. meus solus conetur vocari vniuersalis Episcop. sed in hac eius superbia, quid aliud, nisi iam propin-

Digitized by Google

demus, pastorem vniuersalem duos habere significatus; nam & eum significare potest, qui in Ecclesia vniuersa quam longe & late patet, solus & vnicus Episcopus est atque pastor, vel notat eum & designat, qui reliquis superior quidem est, sed non solus Antistes, imo potius Episcopus Episcoporum. Prima illa ambitiosi nominis appellatio auide ab Antichristo arripietur. Secunda Vicariorum Christi IESV est propria. Quod autem ea sit mens & sententia D. Gregorij, ex eo constat, quod de Ioanne loquens Episcopo Constantinopolitano, qui se Pastorem vniuersalem nominabat, idem fecisse ait ac si se solum Sacerdotem appellauisset. Præterea Epist. 78. & 82. item Epist. 76. quæ de hac ipsa re ad Imperatorem Mauritium mittitur, Episcopi vniuersalis titulum nomen singularitatis appellat. Contra vero in eadem Epistola 82. quam ad eum ipsum Ioannem Antichristi præcursorem atque satellitem scribit, se tametsi indignum ad totius Ecclesiæ regimen vocatum ait, & Epistola 78. ad Constantium Imperatorem, se D. Petri successorem nominat, quod & facit Mauritium Imperatorem compellans Epist. 76. Vnde sequitur, vt arrogantem illam primam significationem Antichristo cõuenientem vitaret, repudiare illum voluisse, & deprecari titulum vniuersalis à Concilio Chalcedonensi delatum, aut certe summa quadam & in eo semper illustri, animi modestia & demissione, quemadmodum Vitellium iam delectum Imperatorem legimus Cæsaris nomen recusasse, Antonium Pium vna Patris patriæ appellatione contentum fuisse, Augustum ipsum fundatorem iusti imperij & quietis, non permisisse, vt à quoquam Dominus nuncuparetur.

quæ Antichristi esse tempora designatur.

Greg. Epist. 82. lib. 4. *Qui indignum te esse fatebaris, vt Episcopus dici debuisses, ad hoc quandoq; perductus es, vt despectis fratrib. Episcopus appetas solus vocari.*

Gregor. epist. 78. lib. 4. *Triste tamen valde est, vt patienter feratur quatenus despectis omnibus, prædict⁹ frater, & coepiscop. meus, solus conetur appellari Episcopus.*

Idem epist. 69. lib. 7. *Si vnus vt putat, vniuersalis est, restat vt vos Episcopi non sitis.*

Greg. epist. 76. lib. 4. *Nullus eorum (Romanorum Episcoporum) vnquam hoc singularitatis nomẽ assumpsit, nec vti consensit, ne dũ priuatum aliquid daretur vni, honore debito sacerdotes priuarentur vniuersi, &* infra *qui gaudere de nomine singularitatis appetit.*

Idem epist. 82. lib. 4. *Cum indignus ego ad Ecclesiæ regimen adductus sum* Idem epist. 78. ad Const. Imperat. lib. 4. *Et si peccata Gregorij tanta sunt, vt pati talia debeat, Petri tamen Apostoli peccata nulla sunt, vt vestris temporibus pati ista mereatur.* Idem epist. 76. lib. 4. *Certe pro B. Petri Apostolorum principis honore, per venerandam Chalcedonensem Synodũ Romano Pontifici oblatum est, sed nullus eorum vnquam hoc singularitatis vocabulum assumpsit.* Et infra. *Quid est ergo, quod nos huius vocabuli gloriam & oblatam non quærimus, &c.*

Quod vero ad illud attinet, quod est Ioann. 1. cap. 2. Antichristus venit, facilis responsio est, nam illud venit, in textu Græco in præsenti est, non in præterito Ἀντίχριστος ἔρχεται, in Biblijs Geneuensibus Antichristus est venturus. Cum addit vero plures iam esse Antichristos, hoc vult dicere Antichristum plures æmulos & imitatores tum habuisse, tum etiam deinceps habiturum, nimirum eos omnes, qui Christo IESV aduersabuntur, quales iam ijsdem temporibus fuerunt, qui negabant eius diuinitatem, Cerinthus, Ebion, & Nicolaitæ. Ita exponunt Ecclesiæ lumina sanctissimi Patres Irenæus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, qui communi consensione animaduertunt, omnes Hæreticos esse officio Antichristos & prodromos insolentissimi illius hominis Deique perduellis.

Ambros. in cap. 21. Lucæ, tom. 3. ad illud, Cum autẽ videritis circumdari. *Est etiam tertius Antichristus, aut Arius, aut Sabel⁹: imo omnes sunt Antichristi, qui praua nos interpretatione seducunt.*

Greg. lib. 32. Moral. ca. 14. *Quid aliud esse Antichristi quam quoslibet in eius corpore valentiores accipimus? in quorum corde iniquitas dum vehementer induruit, per eos tota eius corporis compago subsistit.* Iren. lib. 3. cap. 25. *Cyrill. Catech. 25. Chrysost. in cap. 2. epist. 2. ad Thess. Hieron. in cap. 7. Danielis. Idem quæstione 11. ad Algasiam. August. in Psal. 7. Greg. lib. 32. Moral. cap. 12. Damasc. lib. 4. de fide, cap. 27.*

Post-

Posthac igitur fateantur omnes oportet Romanum illum Antichristum, quem petulans ieiunaque inuidia vt terriculamentum quoddam puerorum depingebat, esse visibilis Ecclesiæ Pastorem Summum, Dei in terris Vicarium & legitimum successorem D. Petri, in quem nulla penitus de veri Antichristi conditionibus quadrat, quæ sine controuersia numero viginti percensentur. 1. Certum quendam esse hominem, qui se Messiam glorietur. 2. Ad se Vatum prædictiones, & Veteris Testamenti figuras referre. 3. Nomen habere proprium, quod vi & numero literarum summam 666. contineat. 4. Iudæum esse natione: domo & familia è Tribu Dan. 5. Iudæorum factione & inflammato studio exceptum. 6. Hierosolymis in Templo Salomonis instaurato sedere. 7. Inter falsa & excogitata prodigia bene multa ignem è cœlo deuocare, dare sermonem simulachris, à simulata morte se mirabiliter suscitare. 8. Humili stirpe & prosapia oriundum, dolo & fraude in Iudæorum principatum & regnum inuadere. 9. Cum potentissimis tribus Regibus bellare Ægypti Libyæ & Æthiopiæ. 10. Septem alios sub imperiũ ditionemq; subiungere. 11. Totius vniuersitatis obtinere dominatum. 12. Refectos illibatosque thesauros, atque omnem mundi opulentiam possidere. 13. Negare Christum IESVM. 14. Iactare se Christum. 15. Totius animi corporisq; viribus, atque omni suppliciorum acerbitate Christianos persequi. 16. Omnes adigere ad characterem suum ferendum. 17. Fictitium Numen, atque idolum in abdito recessu venerari. 18. Plene & perfecte tres tantum annos cum dimidio regnare. 19. Enoch atque Heliam excruciatos necare. 20. Tandem spiritu oris Dei luce communi priuari.

Hæ portentosæ infandæque proprietates, communi Christianorum Patri ab alio tribui non possunt, quam prophano illi simillimo, qui Seruatoris hominum Dei qualitates Apollonio Tyanæo impudenter & contumeliose accommodabat. Regius Vates diuino ardore plenus ijs occinere hominibus hoc videtur, *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* *Psalm. 4. 3.*

APOLOGIA PRO SVMMIS PONTIFICIBVS.

*C*APVT XIII.

IN sacris historiarum monumentis, potens ille Syriæ moderator Copiarum suarum Ductoribus ita præcipit: *Non pugnabitis contra maiorem & minorem quempiam, nisi contra Regem Israel solum.* Agesilaus Spartanorum in bello dux & imperator, suis etiam militibus edixit, teste Plutarcho, vt in vnum Epaminondam fortissimum Thebanorum principem irruerent, cum sat sciret, ex vnius illius constantia & magnanimitate, pendere vim & impressionem, quam in ea periculosa dimicatione metuerent.

3 Reg. 22. 31.

Eodem modo parilique fine acerbus animorum hostis ab omni hominum memoria maleuolentiæ suæ tela contumeliæque librauit, struxit aciem imminentem & inuisam, desperatos impiorum greges decuriauit in ductorem Copiarum Dei, inuictique exercitus, hoc est, Ecclesiæ principem atque signiferum: cum apud se reputaret, illius solius occasu & internecione, certam sibi de reliquis victoriam futuram. Itaque persuasit nonnullis nihil minus illum esse quam Antichristum, alijs autem illius vitam esse vitiorum colluuione pollutam, & inexpiabili fraude contaminatam. Et illis quidem hactenus satisfecimus: nunc si fieri potest, his ad veritatis cognitionem facem præferamus.

Cant. 6. vt castrorum acies ordinata.

Nilus libro de Primat. Rom. Pontificum, & Magdeburgenses Centuria 1. libro secundo, capite decimo, reprehendunt Diuum Petrum, & duplicis eum noxæ insimulant, quod nimirum Christum abnegarit Matthæi 26. quodque Gentiles Iudaicas ceremonias docuerit ad Galat. 2.

Magdeburg. Centuria 1. l. 2. cap. 10. col. 558. 559. & 560.

Respondetur vtrobiq; fuisse quidem lapsum & erratum, non autem hæresim, de qua præcipue hic agitur. Et sane Christus, vt diuinæ loquens Chrysostomus & Theophylactus animaduertunt, non ipsi fuerat pollici-

Chrysost. homil 83. in Matth. *Non dixit, vt non neges, sed vt non deficiat fides tua. cura enim ipsius & fauore factum est, ne omnino Petri fides euanesceret.*

Digitized by Google

pollicitus neque dixerat Non me abnegabis, sed *Rogaui pro te vt fides tua non deficiat.* Præterea cum primum illud scelus consciuit, nondum summus erat Pontifex, & secunda illa culpa fuit potius exempli offensio, quam pestilentis impiæque doctrinæ dogma. Neque mundi Seruator dixit quæ fecerint ipsi, efficite, sed *quæcunque dixerint vobis, seruate & facite.* Adde quod quemadmodum huiusmodi obiectiones in ore fuerunt Marcionis flagitiosi principis errantium, & Iuliani Christianæ religionis perduellis, ita iusta & legitima illarum solutio in scriptis eruditissimorum Ecclesiæ Patrum sunt, è quorum fontibus nos haurimus. Quidam enim, Græci nimirum, & cum illis Diuus Hieronymus variis locis, communi sententia defendunt, in ea D. Petri actione, nullum facinus crimenque fuisse, tametsi D. Pauli consilium melius foret excipiendumque admonitum. Latini vero culpam quidem aliquam hic agnoscunt, sed leuissimam, vt Tertullianus, vt S. Cyprianus, vt D. Ambrosius, Augustinus, Gregorius Magnus. Res autem ita se habuit, cum Antiochiæ Petrus cum Ethnicis familiarissime ageret, & ad conuiuium etiam admissus eodem cibo & potione vteretur, accidit forte vt Iudæi à D. Iacobo eodem missi cōuenirent, qui eius subito animum ancipiti cogitatione distractum sane grauiter molesteq; torserūt. nam ex vna quidem parte verebatur illos offendere, si de more, ad Gentilium mensam & commercium accederet, ex altera vero parte metuebat ne Gentilium animos exulceraret noua quadam suspicione, si propter Iudæorum præsentiam eorum colloquia refugeret, cibos & familiaritatem aspernaretur. Sed cum se missum meminisset ad salutem maxime Iudęorum, vt D. Paulum ad commodum Gentilium, illis potius consultum esse voluit idque ad augendam tuendamq; diuinam gloriam ne quenquam offenderet. Vnde concludi potest si quid fuit minus ab eo considerate factum, leuem noxam veniaque dignam existimandam: si vero lux defuit & plenior intelligentia, defectum id potius quam peccatum esse dicendum. Hinc denique moderantis omnia Dei prouidentia bonum hoc elicuit, vt in D. Paulo exemplum Christianę libertatis haberemus, in S. Petro magnę demissionis & patientiæ documentum.

2. Iidem Centuriatores Linum Papam D. Petri successorem illudunt, quod decreto suo fœminas à templo exegerit quæ velo caput inumbratum non haberent. Sed intelligant id post D. Pauli monitionem fuisse à sancto viro inductum, qui hoc ipsum scribit ad Corinthios, idque propter Angelos inquit, hoc est sacerdotes, vt S. Ambrosius interpretatur.

3. Arguunt iidem Anacletum, quod supra beatorum Apostolorum lipsana corporisq; exuuias monumentum exædificasset. Caius nobilis & perantiquus scriptor alia ratione apud Eusebium loquitur l. 2. ca. 25. historiæ. & aureus Chrysostomus extrema homilia in epist. ad Romanos, vbi exponit quo ardore animi quamque inflammato studio cuperet id sepulchrum videre. & Theodoretus in Epist. ad Leonem in eo maxime prædicādam & beatam Romam esse putat, quod sacris illis monumentis ornetur, quæ inquit fidelium animas illuminant.

Theoph. in c. 22 Lucæ: super illa verba. Vos autē estis, qui permansistis. *Quamuis breui tempore cōcutiendus sis, habes recondita semina fidei, etiamsi folia abiecerit spiritus inuadentis, radix tamē viuet & non deficiet fides tua.*

Hieron, ep. 89. ad Aug. to. 1

Tertull l. 4. in Marcion. c. 3. August. ep. 19. ad Hier. to. 1. Idem habent Cypr. ep 7. ad Quintum. & Gregor. hom. 18. super Ezech.

Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 10 col. 640.

1. Cor. 11. 5. 6. 10.

Amb. in 1. ad Corinth. 11. to. 3. *Potestatem velamen significauit: Angelos episcopos dicit, sicut docetur in Apocalypsi Ioannis 2.*

Magdeburg. ead. Cent. l. 2. c. 20. col. 628.

Euseb. hist l. 2. c. 24.

Chrysost ho. vlt. in epist. ad Rom. *Quis mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli? affigi sepulchro? videre puluerē corporis illius?*

Theod epist. ad Leonem.

Digitized by Google

Irenæus aduerſ. hæreſ. l. 3. c. 3. Sextus ab Apoſtolis conſtitutus eſt S xtus, & ab hoc Teleſphorus qui etiam glorioſiſſime martyriũ fecit.

4. Incurrunt deinde furioſe in Papam Teleſphorum ſingulari dignitate virum & virtute præſtantem, qui à D. Petro nonus, martyrii laurea fuit inſignitus, vt Irenæi ſcripta prodiderunt. Quatuor ſunt autem quæ in crimen vocant, 1. quod Clericis à carne abſtinentiam ſeptem ante Paſcha hebdomadis indixiſſet. 2. quod in Natalitiis Seruatoris ter à quoque rem diuinam fieri voluiſſet, cui etiam circumſtantias quaſdam adiunxerat. 3. quod nimium ſupra communem turbam aliorum, Clericorum dignitatem extuliſſet. 4. quod à publicis iudiciis exemptiones excogitauiſſet. Reſpondemus in his omnibus nihil flagitioſum aut reprehendendum eſſe, vt poſt dilucide explicabitur, atque adeo deſendimus, Miſſam, Quadrageſimam, ferias legitimas & ſolennes, immunitates denique Eccleſiæ mirifice confirmari in ea pura puta antiquitate, quod neque ipſi negant.

5. Quinto loco Victorem Papam aggrediuntur, nobiſque odioſe inculcant in Chriſti Ieſu diuinitate illum aberrauiſſe, quaſi purum hominem crediderit. Sed Euſebius cap. 5. hiſtor. cap. 28. impudentiſſimam hanc calumniam diſcutit, cum è contra eum ipſum fuiſſe memorat, qui Theodotum & Victorem huius cauſa impietatis ſacrorum omnium communione prohibuerit.

Tertull. aduerſ. Praxeã c. 1.

6. Victori Zephyrinus ſucceſſit, quem Tertullianus videtur Montani fæce contaminare, cum ait illum impias & aniles prædictiones Priſcæ & Maximillæ ſecuturum fore, niſi perſuaſus à Praxea fuiſſet, vt pacificatorias litteras, quas ad Aſiæ Phrygiæque pacem concordiamque miſerat, reuocaret. Sed hoc quidem Tertulliani teſtimonium minime recipiendum eſt in hac cauſa, cum tum eſſet Montani ſectator; & quemadmodum olim Artemon ſplendido mendacio gloriabatur, ſtare à ſe Victorem, tametſi plane è diametro aduerſaretur: ita hic Doctor Africanus, huius Summi Pontificis authoritate, animi ſui aberrationem tueri voluit. Verum vt ipſe in tranquillanda Eccleſia laborauiſſet tollendiſq; diſſidiis quę Catholicos inter & Mõtani gregales ardebant, ergone propterea re atque animo Montaniſta fuit? fit perſæpe vt hæretici ore atq; verbis eam ſimilitudinem Catholicorum induant, vt vix ac ne vix quidem inter ſe diſcriminari & liquido cognoſci poſſint, vt tum contigit, ait Ruffinus, cum Arrius perfidiæ dux & Magiſter perſuadere Conſtantino Magno voluit Catholicum ſe eſſe: quã ob cauſam Leo Pontifex ſapientiſſimus idem ac vigilantiſſimus epiſt. 86. ad Nicolaum Aquileiẽſem, eundem admonet vt ſi qui forte Pelagiani in ſinum ſe Catholicæ Eccleſiæ conferant, eos curet ſine ambagibus & verborum inuolucris, clare & diſerte fidẽ ſuam profiteri. Et paulo poſt etiã videbimus, ob eandem hanc cauſam imperatũ fuiſſe Berengario, de Euchariſtia mentem & ſententiã ſuã iis verbis exponere, tam diſtinctis atq; perſpicuis, vt nullus fraudi locus relinqueretur, vt videre eſt Can. *Ego Berengarius*, diſt. ſecũda.

Ruffin. lib. 1. c. 11. Conſtantinus Arrium de exilio accerſiri iubet, vt quemadmodum de fide ſentiret exponeret: tum ille fidem conſcripſit qua non quidẽ ſenſum noſtrum, tamen verba noſtra cõtinere profeſſionẽque videretur. Miratus quidem eſt Imperator, & putauit vnam eandemque in ipſius & conciliis dudum geſti expoſitione ſententiam contineri.

7. Septimo loco Magdeburgenſes Vrbanum petunt qui decimus octauus Pontifex fuit poſt D. Petrum, arguunt vero quod impoſitionem manuum

Digitized by Google

manuum instituerit super eos, qui ritu Christiano abluti essent, quam Confirmationem appellant, eorum non sat memores quæ alio in loco in commentariis suis posuerant, scilicet Confirmationem inter næuos Tertulliani recenseri, qui tamen ante Vrbanum inter viuos numerabatur, nimirum sub Seuero & eius filio Antonino, vt iidem ipsi Magdeburgenses D. Hieronymi authoritate ostendunt Cent. 3. ca. 10. neque animaduertunt quam valde sacramentum hoc confirment atque stabiliant, cum fatentur Cornelium, S. Cyprianum, S. Cyrillum, D. Augustinum id credidisse & more nostro administrauisse.

Tertull. l. de Baptismo. Exinde egressi de lauacro perungimur benedicta vnctione: Et paulo post, deinde manus imponitur per benedictionem aduocās & inuitans Spiritum S.

8. Octauo loco Pontiano summo Pontifici maculam inurere cupiunt, quod scripserit sacerdotes ore suo Christi Iesu corpus consecrare, populoque distribuere, & à peccato liberare. Sed præter firmissimam & grauissimam autoritatem quam ipsi proferunt in duobus capitibus præcipue huius temporis controuersiæ, huius martyris sempiternæ testificationi D. Hieronymi sententiam adiungimus ad Heliodorum scribentis, *Absit vt de iis quidquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus, qui claues regni cœlestis habentes quodammodo ante iudicii diem iudicant.* & D. Chrysostomi l. 3. de sacerdotio, vbi veteris legis sacerdotes ait corporis lepram diiudicauisse, nostris autem sacerdotibus non corporis lepram, sed animæ sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum fuisse.

Hieron. ep. 1. ad Heliodor. tom. 1.

Chrysost. l. 3. de Sacerdot. tom 3.

9. Obiectant deinde Papæ Cornelio, quod sacro in calice nihil præter aquam adhiberet, nec alio id modo probant, quam quod ea de re agens Cyprianus Epistolam ad eum suam miserit quæ tertia est secundi libri. Sed hac quidem ratione Pammachius fuisset hæreticus, ad quem S. Hieronymus epistolam de erroribus Ioannis Hierosolymitani dedit. Quin fœdior putidiorq; est eorum in ipsa re prolapsio, neq; enim ea epistola est ad Cornelium scripta sed ad Cæcilium Episcopum Africanum, vnde licet intelligere qua fide sint atque diligentia bellæ istæ Centuriæ consarcinatæ. Præterea quis ignorat quin Alexander ipsius Cornelii decessor iam istam quæstionem singulari sapientia profligasset aduersus Hydroparastas? Quoties vero in eadem ipsa Epistola Diuus Cyprianus Eucharistiam appellat sacrificium, aitque vinum aqua temperatum esse Calicis materiam.

Cent. 3. c. 6. col. 145. & c. 7. col. 163

Cypr. ad Cæcilium l. 2. ep. 3 *Iesus Christus Dominus, Deus noster sacrificii huius auctor & doctor fecit & docuit.*

Ibidem. *Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem, benedictio circa Abraham posset rite celebrari, praecedit ante imago sacrificii Christi in pane & vino scilicet constituta; quam rem perficiens & adimplens Dominus panem & calicem mixtum vino obtulit, & qui est plenitudo, veritatem præfigurata imaginis adimpleuit.*

10. Decimus inter Pontifices quem contumeliosius appellant, est Papa Marcellinus quem Marcellum Græci indigitant, cum enim ante simulachrum Iouis Capitolini thus in acerram misisse aiunt: Respondet Sanctus Augustinus id commentum esse Petiliani, & nouorum Donatistarum machinationem, ad Apostolicæ Sedis honorem infringendū & dignitatem labefactandam, neq; fas & equum est vt plus operæ in ea calumnia depellenda ponamus, quam isti homines maleuolentia suffusi in ea obiicienda collocarunt. Hoc dicam, Eusebium & Theodoretum nusquam eius rei meminisse: quin potius S. Marcelli exaggeratam animi constan-

Augustinus aduersus Petilianum de vnico baptismo cap. 16. tom. 7. *Quid ergo iam opus est, vt Episcoporū Romana Ecclesia, quos incredibilibus calūniis insectatus est, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus & presbyteri eius, Melchiades, & Marcellus & Syluester traditionis co-*

Digitized by Google

constantiam in perferendis Dei causa suppliciis, merito præconio in cœlum extulisse. Est inquit D. Augustinus verissimile si innocentissimus Marcellinus in eam idololatriam incidisset vna cum Melchiade Marcello & Syluestro presbyteris suis, veteres Donatistas acres & incitatos qui omnibus copiis atque artificio disceptante Constantino Imperatore accusauerant, minime fuisse prætermissuros tam illustrem tamque in oculis positam impietatem. Verum enimuero quia Romanum Breuiarium & Martyrologium id certis indiciis euenisse produnt; dicamus si verum id est, animi quadam imbecillitate contigisse, non errore mentis, in qua hæret in religionem perfidia, quæ res sane procliuis est infirmitati debilitatique naturæ vt medios inter cruciatus atque obiecta horribili fati specie, de statu animus emoueatur, ore id comprobante quod fugit mens & auersatur, quod in Principis Apostolorum subito & miserando casu euenisse constat. Et hanc quidem responsionem Concilium Sinuessanum olim protulit, ad quod accessit Marcellinus sacco, pædore, lachrymisque coopertus, cum peteret pœnam sibi imponi à sceleris grauitate non alienam. Patres enim omnes trecenti numero communi voce responderunt *Tuo te ore non nostro iudicio iudica, nam prima sedes à nemine iudicatur, Petrum quoque propter eandem animi infirmitatem deliquisse & à Deo similibus lachrymis veniam impetrasse.* Et mœrorem quidem ille animi sui tantum tamque ad memoriam posteritatis gloriosum ostendit, vt è cœtu eo digrediens Imperatorem adiret, exprobraret immanitatem quam in Christianos expromebat, & illius furentis imperio morte afficeretur. Hoc tamen ne fando quidem peruenisse ad D. August. certum est, quod minime mirum videri debet, cum Nicæni Concilii decreta & constitutiones, quæ reliquo orbe terrarum celebrabantur, nondum in Africam penetrassent, cum ad Sedem Hipponensem administrandam mirabilis ipse Augustinus est delectus, vt testatur epistola centesima decima: & Eusebii Chronicon docta videlicet & accurata veteris æui monumenta quæ fere vbique legebantur, Episcopis tamen Africanis omnibus fuerunt ignota, donec ea Paulini Episcopi Nolani beneficio Alipius ab Italia deportasset, vt refert D. August. epist. trigesima quinta.

-dicum diuinorum, & thurificationis, ab eo crimine arguuntur: sed numquid ideo etiam conuincuntur, aut conuicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit: ego innocentes fuisse respondeo. quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam? Eufeb l 7 c.36. *Caio, cum illud munus administrasset per x. annos, à Marcellino successum est: cuius temporibus persecutio supra demonstrata exorta est, in qua ipse martyrio occubuit.* Theodor. l. 1. c. 3. Ecclef. historiæ. *Huic principalis sacerdotii honores, post Marcellinum in persecutione præstantissimum collati fuerant.*

August. cont. Pet c. 16 to. 7. *An vero quod de foro Abtungensium factum fuerat, ab istis accusaretur: & quod in Capitolio Romanorum factum fuerat taceretur?* Pontificale Damasi Concilium Sinuessanum. Nicolaus 1. ad Melchiadem Rom Breu. 26. April. *Cuius peccati mox illum tantopere pœnituit, vt Sinuessam ad concilium plurimorum episcoporum venerit cilicio indutus, vbi lachrymis profusis scelus suum palam confessus est: quem tamen damnare ausus est nemo: sed omnes vna voce clamarunt tuo te ore, non nostro iudicio iudica: nam prima sedes à nemine iudicatur: Petrum quoque propter eandem animi infirmitatem deliquisse & à Deo similibus lachrymis veniam impetrasse. Marcellinus Romã reuersus Imperatorem adit, grauiter eum accusans quod se ad tantam impietatem impulisset: quamobrem ille Marcellinum vna cum tribus aliis Christianis Claudio, Cyrino & Antonino capite plecti iubet, &c. Rexit Ecclesiam annis 7. menses 11. August. ep 110. to 2. Inter epist. Aug ep 35.*

11. Vndecimus numero Pontifex quem Tilmannus vehementer reprehendendum autumat, Papa est Liberius, illum enim audacter *Arrianum* vocat & in eam rem profert S. Athanasii & Hieronymi testimonia. Enimuero primum respondemus Tilmannum insigni cõfidentia id ausum quod Centuriatorum conniũ refugit & reformidauit audacia. Præterea insolentissimæ plane temeritatis foret asserere ipsam D. Athanasii damna-

Centur. 4 cap. 10 col. 1284. & cap. 5 col. 315.

Digitized by Google

damnationem calculo suo obsignasse vnà cum trecentis illis Episcopis, qui in Concilium Medioalnense coierunt, cum constet dici contrariũ à Ruffino, Seuero, Socrate, Sozomeno, quos nullus pudẽs arguere mendacii & inanitatis auderet, qui omnes scriptis suis produnt, quo modo nullis precibus capi, nullis minis atq; muneribus superati potuerit ab Eunucho Eusebio, quem Constantius Imp. ad fraudẽ subornarat; quomodo abductus clam per noctem fuerit à Leontio Vrbis Romanæ præfecto: qua constantia responderit Imperatori in eo dialogismo, quem Theodoretus refert hist. l. 2. c. 16. qua deniq; ratione Berœam Thraciæ Vrbem relegatus fuerit quod D. Athanasii damnationem signare defugisset. Quæ causa fuit cur Lucifer Calaritanus, qui Summi Pontificis loco Mediolanensi Concilio præfuerat, Dionysius eiusdem vrbis Episcopus, Eusebius Episcopus Vercellensis, Pancratius presbyter, Hilarius Diaconus in exilium quoque pulsi exterminatiq; fuerunt. Sed constat etiam mille aureos nummos illum Imperatoris Constantii & Eusebiæ augustæ repudiasse, quos pro viatico ipsi miserant, eos item quos Eusebius Cubicularius obtulerat, cui & hoc Pontifex liberrimè, *Tu*, inquit, *Ecclesias orbis terræ expilasti, & iam mihi vt damnato egentique affers eleemosinam, abi & primùm Christianus ipse fias.* Quo in loco animaduertendum est Ammianum Marcellinũ l. 15. cum narrationem hanc prosequitur hanc proferre rationẽ cur tantopere cuperet Imperator Liberium suam ad mentẽ opinionemq; adiungere, quod nimirum arderet incredibili cupiditate demerendi tanti viri propter mirabilem dignitatem *Vrbis æternæ*, ita Scriptores Ethnici Romã nuncupare consueuerunt. Sed cum duos fere annos Berœæ patientiæ suæ documenta reliquisset, siue exilii acerbitate & ærumnis confectus, siue quod vtilius fore iudicaret si ad suum se munus officiumq; reuocaret, consensit nõ quidem Arrianorum factioni & improbitati, sed in S. Athanasii relegationem, neq; vt eius damnaret fidem, sed propter alia capita accusationis, quæ ad mores spectabant. Communicauit etiã cum Valente & Vrsacio factionis Arrianæ signiferis callidis & audacibus, ea maximè causa inductus, quod à fide ipsi Catholica nihil discrepans aut alienũ adferre se dicerent. Ad extremum Syrmiensis Conciliabuli Decreta comprobauit: sed in memoriam reuocandum est tres omnino fidei formulas ab ea Synodo extitisse. Prima descripta fuit à Marco Arethusio contra Photini blasphemias, vbi homousion vocabulum exprimitur. In secunda, quam D. Hilarius Osio & Potamio attribuit, in qua nulla mentio facta est nec communis Patri & Filio substantiæ, neq; similitudinis. In 3. quæ secundam emendauit, perfecta & suis numeris absoluta, Patrem inter Filiumq; similitudo expressa fuit. Harum igitur formularum secunda communi Catholicorum & Arrianorum consensu repudiata fuit sola, & decreto etiam Constantii Imperatoris abolita, reliquæ probatæ duæ & receptæ, vt videre est apud D. Hilarium l. 4. de Trinitate, & Epiphanium hæres. 73. Assumpsit & optima mente consilioque sano Liberius, vt ex Sozomeno potest intelligi

Sozom li 4 cap 16 *Quapropter Imperator, cum Liberius eius imperatis hoc modo restitisset, dedit mandatũ vt in Thraciam, nisi intra biduum sententiam mutaret, relegaretur.* Cui *Liberius: mihi, inquit ô Imperator die ad deliberandũ non est opus. Iam olim enim ista & deliberata sunt à me & decreta. Itaque iam ad discedẽdũ paratus sum, &c.* *Idem Sozom. l. 4. c. 10.*

Theodoret lib. 2. cap 16. *Imperator ait vnũ est quod quæritur. Volo vt tu Ecclesiarum cõmunionem amplectaris & deinde Romam redeas: proinde consule paci subscribe vt Romam reuertaris.* Liberius *Iã fratres qui sunt Romæ valere iussi. Nam leges ecclesiasticas obseruare, pluris faciendum censeo, quàm habere Romæ domicilium, &c.*

Hilarius lib aduers. Constantium circa med. *Vertisti deinde vsque Romam bellũ tuum, eripuisti illinc Episcopum, &c, ô te miserũ, qui nescio an virum maiore impietate relegaueris, quàm remiseris.*

Socrat l 4. c 11. Macedoniani Liberio respondẽt. initio. *Se pœnitentia inductos veritatẽ agnouisse: fidem eorũ qui Filium Patri dissimilem esse docent, iam pridem reiecisse, Filium in omnibus Patri similẽ confiteri, atq; illam vocem,* similem *nihil à voce* consubstãtial *discrepare: quæ cum dixissent, Liberius postulat ab illis vt opinionis suæ declarationem scriptis mandarent: illi libellum ei obtulere, &c.*

Sozom. lib. 4 c. 14. *Vicissim autem confessi nisi fidei formulã à Liberio adduxe-*

runt qua illis qui Filiũ Patri non substantia, & cæteris rebus omnib similem asseuerarent, interdixit Ecclesia.

Socrat. l. 4. c. 11. initio. *Macedoniani Liberio literas offerunt ille eas recipere noluit: nam eos secta Arriana fautores esse dixit. & propterea ab Ecclesia non posse recipi, vtpote qui fidẽ Concilii Nicæni abrogassent.*

Sozom lib 4 c. 10. Niceph. lib 9 c 35. 36. 37. Apud Socr. lib 4 c. 11 extant literæ Liberii ad Hythium Cyrillum Hyperechium, Vranũ & quarũ initium est, Vestræ literæ, fratres dilecti, &c. *Sequitur deinde fidei confessio.* Amb. lib. 3 de Virginibus, initio to. 4. Epiph. hæresi 75 Basil. ep. 74 ad Episc Occidẽtales. *Quædam ei proposita sunt à beatissimo Liberio.*

lib. 4. cap. 14. Maximum autem quod notari incommodum in ea re potest, fuit offensio animorũ quam importauit, quod multi eius consilium & sententiam ignorarent, qui tamen scirent magnum Athanasium fidei causa immani hæreticorum vexatione afflictum, Valentem & Vrsacium Arriana in fæce demersos atq; depositos: & inde factum, vt S. Athanasius, Hieronymus, Hilarius, aliiq; existimarint in eandem cum Arrianis fraudem atq; perfidiam fuisse prolapsum. Sed eam culpam insignibus deinde factis abundè compensauit: nam vt scribit Socrates non modo restitit Arrianis, sed priusquam Sirmio digrederetur, fidei professionem quandam protulit, in qua diris omnibus eos deuouebat, qui æquam Patris & Filii naturam atq; substantiam negarent. Præterea ad Ecclesiæ cõmunionem admittere Macedonianos noluit, nisi prius hæreticas opiniones eierarent.

Quod ad mores illius attinet atq; vitam, tantus in eo virtutũ omniũ splendor eluxit, vt omnis de illo antiquitas perhonorificè sit locuta. D. certè Ambrosius l. 3. de Virginibus ad sororem Marcellinam scribens, quæ manu ipsius Liberii castimoniæ velum illibatæq; virginitatis acceperat, *Tempus*, inquit, *est soror Sancta beatæ memoriæ Liberii præcepta reuoluere: vt quo sanctior, eo sermo accedat gratior.* Epiphanius quoq; hæres. 75. ita scribit, *Eustathius ad Liberium Papam Romæ Episcopum vnà cum multis Episcopis legatum agebat.* D. Basilius in epist. ad Episcopos Occid. quæ est numero 74. de illo etiam magnificentissimè prædicat, quæ quidem sufficere debent vt ad obiecta Felici eius successori & eorum temporum æquali veniamus.

Hiero. in Chronic. in Liberio, anno Christi 352. *Liberius 34 Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcop quo in exilium ob fidem truso, omnes clerici iurauerũt, vt nullum alium susciperent. Verum cum Felix ab Arrianis fuisset in sacerdotiũ substitutus, plurimi peierauerunt, & post annum cum Felice eiecti sunt.*

Idem in Catalo. Scriptorũ eccl. in Acacio §. 108.

12. Cum Liberius in causa fidei relegatus in Thraciam fuisset, Romanusq; Clerus iureiurando se obligasset, præter eum neminem Pontificis loco habiturum, vt testatur D. Hieronymus: Felix Diaconus qui ei succederet nominatus fuit, & quidem Arrianorum opera atq; industria, præsertim verò Acacii Cæsareæ Episcopi autoritate, cum suarum illum esse partium crederent, quod antea, vt Ruffinus ait, cum iisdem familiarissimè versaretur. Sed Clerus Sacramento astrictus agnoscere illũ noluit, donec annis duobus elapsis dissipatus rumor fuit à recta via declinanisse paululum Liberium & aberrasse, quo tempore Felicem vt legitimum primæ sedis Pontificem exceperunt, quod S. Hieronymus peierasse nominat propter memoratum illud iusiurandum, quo tamen ratione illius tempestatis solutos se arbitrabantur. Tum verò Felix cum prouideret animo, quanta procella impenderet Ecclesiæ, Conciliũ maturè coegit, in quo Imperatorem Constantium, Vrsacium & Valentem hæreseos nomine damnauit. Quare Liberio ab exilio redeunte, e uestigio fuit exactus ab Arrianis, & interiecta exigui temporis intercapedine crudelissimè necatus, cum breuissimo illo spatio, vsq; ad reconciliationem gratiæ factã Liberium inter atq; Vrsacium, Pontificium munus administrasset. Martyrologia Bedæ, Adonis, & Vsuardi, natalẽ eius diem ad 4. Cal. Aug. ponunt, qui 28. est Iulii, cuius peruigilio anno 1582. contigit, vt

Theodoret. l. 2 hist. c. 17.

Digitized by Google

git, vt sepulchrum marmoreũ, in quo eius ossa quiescebant inueniretur in Templo Sanctorum Cosmæ & Damiani, sub altari, cum hac inscriptione, *Hic iacet corpus S. Felicis Papæ & martyris, qui Constantium damnauit.*

In Diaconia SS. Cosmæ & Damiani. arca marmorea inuenta est anno 1582. cum hac antiqua inscriptione. apud Baron. annot. t. 3. anno Christi 357. Liberii Papæ 6.

HIC IACET CORPVS SANCTI FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS QVI CONSTANTIVM DAMNAVIT.

Obiectio deprompta ex verbis D. Hieronymi, apud quem hæc reperiuntur verba, *Felix Episcopus Arrianus in locum Liberij substituitur*, è temporis conditione vim hausit, quo plena Arrianorum fuere omnia. Nam cum Felix in multorũ se consuetudinem & familiaritatem dedisset, qui Arrianorum contagione polluti insignesq; forent, vehemens fuit multorũ suspicio, paria ipsum cum illis sentire, & in eodem perfidiæ cœno volutari. Quod idem multis post sæculis D. Dominico accidit, cui decepti vulgo homines Albigensium næuos & maculas inurebant, cum quibus versabatur ille quidem & sæpe tractabat, sed ea tantum mente & consilio, vt eos ad veritatis cognitionem pelliceret, Christi Seruatoris exemplo, qui communi mensa cum vilissimis & despicatissimis hominibus fruebatur. Propter hanc igitur causam Felix in suspicionem hæresis venit apud Catholicos, & hoc sensu D. Hieronymus memorauit. Sed mea quidẽ opinione longè verior certiorq; est responsio, si dicamus illa verba *Episcopus Arrianus*, addita fuisse, aut malitia, aut ex Scriptorum negligentia, vt liquet ex veteribus Manuscriptis iisq; maximè, quæ in Regia Biblioth. reperiuntur, in quibus hæc penitus verba non leguntur, sicut neq; in versione Sophronii. Adde quod Frerulfus & Ado Viennensis in Chronicis suis, nulla eorum vestigia habeant, etiam cum ipsa D. Hieronymi verba proferũt, quod ad rei intelligentiã maxime est cõsiderandũ.

13. Centuriatores deinde inter spurios Romanæ Sedis Pontifices Leonem quendam reponunt, quem verisimiliter Felici successisse aiunt, sed neminem autorem proferunt certum & locupletem, & exploratum est, qui primus Leonis nomen obtinuit Pontifex, centum post annis successisse Felici II. Concilij Chalcedonẽsis ætate. Quare D. Hieronymus, D. Augustinus, Optatus, Theodoretus, & Rufinus, eius mentionem nullam faciunt, neque inter Recentiores Sigebertus, Martinus Polonus, Platina, neque vllius nominis Scriptor & autoritatis, qui omnes Damasum aiunt post Felicem atque Liberium Ecclesiæ clauum tenuisse.

Cent. 4. cap. 10. in vita Felicis col. 1287.

Damasus succedit Felici, Sed in Chron. Hieron. Liberius 34. Rom. Episc. Damasus 35.

14. Caluinus in Papam Siricium orationis & contumeliæ aculeos immittit, quod matrimonium appellare pollutionem videatur: Sed non ita est: in eo enim loco de incesto presbyterorum matrimonio disputat, quod meritò pollutionem nominandum censet.

Calu. 4. Institut. c 12. § 24. Iunius & Hibrandus, rapportez par Gretserus en la defense du chap. 10. du 4. liure de Bellarmin.

15. Magdeburgenses Innocentium primum tres maximè ob res maledictione petunt, sed iniuriâ, quod quæ dicat sentiatve nolint intelligere. Nam quod ait Epistola 2. virginem lapsam quæ fuerat Deo consecrata, eo viuo, cum quo flagitium admisit, absolui non debere, de iis loquitur, quæ nequitiæ societatem nolunt dirimere, quæq; proinde continua libidinis affectione titillantur, cum æquum sit, vt qui sceleris voluntatem retinent, absolutionis beneficio spolientur. Et cum epist. 18. ad

Digitized by Google

Alexandrum Antiochenum scribit, Hæreticorum baptismum bonum quidem esse, sed Spiritum Sanctum in eo non dari, de adultis hæreticis loquitur, qui Christiano more eluuntur, cum certum sit, non eos magis gratiam recipere, tametsi aqua salutari tingantur, quam schismaticũ Sacerdotem cum ordines sacros recipit, quamuis Sacerdos verè proprieq; existat. Cum verò Epist. 22. cap. 1. profert in medium legem Mosis de Leuitis, quibus viduarum nuptiæ prohibebantur, non eo adducit, vt Mosaicæ legis vinculis nos irretiat, sed à maiori ad minus argumentatur, ostendens, id si factum olim fuerit propter Sacerdotii dignitatem & venerationem, non esse cur mirandum iam videatur, si bigamia ad Ordinum sanctitatem aditum occludat. Atque hic veluti per transennam intueri licet, quam antiquæ sint consuetudines atque ceremoniæ, quæ etiamnum in Ecclesia obseruantur.

16. Laurentius Valla in declamatione sua de falsa donatione Constantini, persuadere connititur, Cælestinum Nestorii peste afflatum & contaminatum fuisse: sed impudenter nimis ille quidem agit contra veritatem, cum Cælestinus ipse fuerit, qui serpentem hanc hæresim liberiusque volitantem Decreti sui autoritate confoderit, vt refert Prosper in Chronico sub annum Christi 431. Constat autem è Concilio Ephesino, ignoratione potius historiæ, quàm malitia Vallam aberrasse, cum Cœlestinum Papam sumit loco Cælestini Pelagiani, qui cõmunes cum Nestorianis fraudes & errores tuebatur.

Cent. 5. c. 10. in vita Leonis I. col. 1260.

17. Centuriatores Leonem primum insimulant, quod Epist. 79. ad Nicetium dicat posse mulierem alteri nubere, cum non sine ratione credit priorem iam extinctum occubuisse, qui si deinde reuertatur, debere illam ad maritum primum redire, si ipse velit: E quibus vltimis verbis concludunt, si ipse fugiat & aspernetur, posse mulierem cum secundo viro manere. Sed hæc subtilium hominum interpretatio dissentiens est, & ab autoris mente aliena, qui tantum de communione thori loquitur, ad quam sese astringere mutuo possunt, atque etiam communi obligatione soluere: cæterum haud obscure significat indiuiduam esse illam primi connubii societatem, cum legitimè fuerit copulata.

Cent. 5. c. 4. De Cœna Domini cap. 10 in vita Gelasii 1171.

Hærent autem & triumphant in duobus maximè locis & sententiis, quas Gelasio Pontifici tribuunt. Nam in libro contra Eutychen videtur dicere, manere panem in Eucharistia simul cum vero Christi corpore: & apud Gratian. Can. *Comperimus, de consecrat. distinct.* 3. ait sine sacrilegio Sacramenti partem vnam capi non posse absque altera. Enimuero scire illi debuerunt, aut minimè dissimulare, eum quem proferunt librum, non Gelasii fœtum esse, verum Gennadii, qui consimilis tituli Commentarium Gelasio dicauit: aut veteris Gelasii esse Episcopi Cæsareæ, cuius meminit S. Hieronymus lib. de Scriptorib. Eccles. Nam Gelasii quidem Papæ scripta contra Eutychen in libros quinque tribuuntur, vt ait Trithemius, at hoc quidẽ quod est in manibus exiguum volumen est, in quo fidẽ non liberat suã autor, quod cum fuisset pollicitus se

Hier. de Scrip Eccles. de Gelasio Eccl. Episc. to. 1. §. 140.

Gelasius, Cæsarea Palæstinæ post Euzoium episcopus, accurati limatique sermonis fertur quædam scribere, sed celare.

Græcorum

Græcorum veterum ſententias in medium allaturum, duorum tantum Latinorum profert & Græcorum quindecim, ex quo facile colligi poteſt Græcum ipſum ſcriptorem fuiſſe. Quod ad Canonem è Gratiano deromptum attinet, de Sacerdote loquitur qui ſacris operatur, qui niſi conſecret & communicet ſub vtraque ſpecie, ſacrilegii reus tenetur.

19. Inuehuntur deinde in Anaſtaſium ſecundum, & de tribus accuſant, quod nimirum ſine Concilii ſententia Photinum abſoluere ſit auſus, qui cum Acacio communicauerat; quod eundem Acacium ſedi ſuæ dignitatique reſtituerit, quod baptiſmum atque Ordines ſacros ab ipſo eodem Acacio collatos ſua auctoritate comprobarit. Atque hinc fuiſſe factum, vt Anaſtaſius miſerando & funeſto exitu vitam clauderet. Sed maledicta illa ſunt petulantioris linguæ, aut ex rei ignoratione funduntur. Nam ex Euagrio, Nicephoro & Liberato Diacono ſcimus Acacium Felicis Papæ temporibus extremum diem obiiſſe, à quo Felice tertius ordine ponitur Anaſtaſius, quomodo igitur mortui manes conſecrare aut reſtituere potuiſſet? Contrarium potius exploratum nobis eſt cum in Epiſtola quam ad Anaſtaſium Imperatorem ſcribit, idem Pontifex Anaſtaſius rogat ne vlla in Eccleſia mentio fiat Acacii, quem merito in communi luce qui ante ipſum Eccleſiæ gubernacula tenuerat, ſacrorum omnium communione priuaſſet. Quod vero ad Photinum ſpectat, nullam dicti rationem proferunt, ſed tametſi id verum eſſet, vbinam illi curioſi homines repererunt, non poſſe Papam niſi de Concilii ſententia vllum hæreticum abſoluere? aut Anaſtaſium Pontificem horribili quodam lethi genere vitam poſuiſſe? Cæci nimirum & ſpecie falſa decepti labuntur & fœde ruunt, nam Pontificem Anaſtaſium loco Anaſtaſii Imperatoris capiunt, qui cum fulmina Eccleſiæ minaſque rideret, tandem tonitru exanimatus concidit, teſte Beda, Cedreno, Zonara, & Paulo Diacono in eius vita. Sed quid iſtis hominib. facies? Semper mutans variaq; reciprocatio, ſemper implexæ fraudes & tortuoſæ, ſemper calumniæ atque mendacia, diuerticula, flexiones, mæandri illis arrident, qui occupatos, hominum animos non tam ſtudent in regiam viam veritatis, quam in ſemitam nouitatis inducere.

20. Sed ſplendidior eſt vigeſima obiectio aduerſus Papam Vigilium: Nam Liberatus probatiſſimus ſcriptor antiquitatis, eius vnius Epiſtolæ meminit, ſcriptæ ad Auguſtam Theodoram, alioſque religionis hoſtes, vbi hæreſim Eutychetis confirmat, & anathema illis denunciat qui duas naturas in Chriſto Domino aſſeruiſſent. Sed facilis in hac quidem quæſtione eſt reſponſio; iſta enim Vigilius ſcripſit, cum adhuc vita frueretur Syluerius verus & legitimus Pontifex, quæ quidem eo fine moliebatur, vt ad ſupremam in Eccleſia dignitatem perueniret, vt ex eodem Liberato intelligimus. Quare pudore ſuffuſus quod contra fidem propriamque mentem iſta effutiret, abditas eſſe literas eas iubet & arcanas, vſque ad tempus, inquit, ſuum. Sic igitur ſe res habuit: Poſt Aga-

piti Pōtificis ab hac vita migrationem, qui Anthemium de gradu deiecerat deque Sede Constantinopolitana, quod se volens in hæresim ingurgitauisset, idem ipse Anthemius turba septus familiarium, infimis precibus ab Augusta Theodora popoſcerat, suam vt gratiam & auctoritatem interponeret, & à Sylucrio Agapiti successore restitutionem sui gradus & dignitatis impetraret. Frustra id fuit, Syluerius enim id præcise negauit. sed qui tum erat Archidiaconus Vigilius, cum honoris splendore caperetur, haud obscure significauit, se in omnibus obtemperaturum Augustæ, si ad Maximi Pontificis solium eueheretur. Theodora dat euestigio literas ad Belisarium, trudi in exilium Syluerium iubet, in eius locum Vigilium subrogari. Factum vt ambitiosa mulier imperarat, quo tempore Vigilius Antipapa quæ superius dicebamus scripsit. Cum vero post paulo Syluerius è lutea corporis domo euolauisset, Cleri vniuersi comprobatione & populi Romani cōsensu Vigilius ei successit: Ex quo non modo nihil à Catholica fide alienum perfecit, aut à Petri munere & dignitate, verum & Augustæ Antonii restitutionem negauit constanterque respondit, se pollicendo, scelus antea consciuisse, maius autem atq; atrocius futurum crimen, si exequeretur.

Euagrius l. 4 c. 37. *Vigilius autem per literas consensit concilio, non tamen interesse voluit.* Centuriat. in vita Vigilii. cent. 6 c. 10 pag. 672. Greg. 1. l. 2. epist. 36. ad Episc. Hiberniæ. *Recordandæ memoriæ Vigilius Papa in vrbe regia cōstitutus, contra Theodoram tunc Augustam vel Acephalos dānationis promulgauit sententiam.* Cassiodorus l. de diuinis lectionibus. *Origenem præsenti tempore à Vigilio Papa beatissimo viro cōstat esse damnatum.*

Præterea quintam Synodum generalem confirmauit, qua nefandę hæreseos impietas, cui Theodora tum fauebat, grauissimis Patrum sententiis fuerat confixa: itaq; iussu Augustæ in auxiliū deportatus fuit, vbi miserandum in modum excruciatus & ærumnis oppressus, vsq; ad fatū, continuum animi mœrorem exorbuit, vt recensent Paulus Diaconus in vita Iustiniani, Aimonius l. 2. c. 32. de gest. Franc. & ipsi quoq; Centuriatores cent. 6. c. 10. in vita Vigilii. Id confirmat etiam Liberatus, & Gregorius lib. 2. ep. 36. ad Episc. Hiberniæ eum appellat *recordandæ memoriæ Papam*, aitque contra Theod. tunc Augustam, & contra Acephalos, dānationis promulgauisse sententiam. Cassiodor. lib. de diuin. lect. c. 1. dānatum etiam ab eo Origenem pronunciat. Arator poeta Christianus sui tēporis celeberrimus res gestas Apostolorum vincta numeris oratione cōprehensas eius nomini & religioni dedicauit, & in Pręfatione hos ei honoris titulos attribuit, *Domino sancto, beatißimo Apostolico, & in toto Orbe primo omnium Sacerdotum Papa Vigilio.*

Atq; his quæ hactenus sunt à nobis exposita addi posset, suppositītiā forte illam esse Epistolam, quam Liberatus adducit, & ab Eutychianis excogitatam: nam in Actione 4. sextæ Synodi deprehensæ literæ quædā sunt fictitiæ & spuriæ Vigilii ad Theod. & Iustinianum.

21. Durandus in 4. sent. tela etiam amentata nouarum opinionum studiosis, in persona Gregorii I. subministrat: Concedit enim potestatē Epist. 16. lib. 3. Presbyteris, administrandi Confirmationis sacramenti, quod diuino inquit iure in solos Episcopos quadrat. Sed Durādus dum erroris vult alios arguere, errat ipse ruitque imprudenter: neque enim Concilia Oecumenica duo Florentinum & Tridentinum aliud nobis innuunt, quam ordinarium sacramēti huius ministrum esse Antistitem

Trident. Conc. sess. 13. c. 4.

vnde

Digitized by Google

vnde sequitur extraordinarie & per delegationem, simplicem Sacerdotem posse id conferre. Et tametsi id verum esset quod Durandus ait, neque tamen inde recte colligeretur, errasse Gregorium in eo quod iuris est, sed tantum facti: neq; enim in ea epistola edicit rem esse faciendam, sed concedit modo vti fiat.

22. Bonifacius V. si quam fidem Centuriatores mereantur, in Pontificum errantium turba nõ postremus erit, quasi ad Eduinum Anglorum regem scripsisset, Dei filium nos à solo primæuo originis peccato liberasse: Centuriatores hic benigne de suo addũt vocem *solo*, quæ apud auctorem non reperitur, idque opinor imitatione magni illius Orbis instauratoris Martini Lutheri, qui ad Apostoli sententiam illam, *Iustus ex fide viuit*, vocabulum *sola* non reformidauit adiungere. Cæterum cum Bonifacius hoc loco tantum peccati originis meminit (non excludendo tamen reliqua) causa esse potuit, quod reliquorum omnium sit fons & origo, quod ad illud abstergendum sit maxime Seruatoris cruor effusus: hinc vbi legimus apud Ioannem, *Ecce Agnus, qui tollit peccata mundi*, in textu Græco est τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου in singulari *peccatum mundi*, quod ex omnibus vnum conuenit omnibus, etiam infanti puero, cuius vita sit vnius diei super terram.

Cent. 7. c. 10 col 481. Videatur Beda l. 2. hist. Angl. c. 10. *Rom. 1. 17* Apud Bed. l. 2. hist. Ang. cap 10 Bonif. ad Eduinũ regem: *Accedite ergo ad agnitionẽ eius qui vos creauit, qui in vobis vitæ insufflauit spiritum, qui pro vestra redemptione Filium suum vnigenitum misit, vt nos ab originali peccato eriperet.* Ioan. 1. 29. & 36.

23. Honorius I. vigesimam tertiam inuidorum impressionem sustinet, & obiectionem, quam faciliorem dicere vna possumus & implicatiorem cæteris ad enodandum: faciliorem quidem si fidem illius atque sensum exquisitius peruestigemus, rursus autem difficiliorem, si numerũ & conditionem intueamur eorum qui maculam eius religioni aspergere voluerunt. Omnes vero maledictorum & reprehensionis aculei eo collineant vt Monothelita existimetur, quem eo nomine varia Concilia damnarint.

Cæterum ansam huic opinioni, duæ maxime ipsius Epistolæ præbuerunt, ad Sergium Monothelitarum primipilum scriptæ, quæ positæ reperiuntur in 6. Synodo Act. 12. & 13. in quibus vt ipsi quidem volunt, perspicue docet, non esse existimandũ esse duas in Christo volũtates, aut duas operationes. Sed contrariũ manifestum notumq; est iis, qui illas literas non limis oculis atq; maleuolis perlegunt: Et vt ex angue, quod dicitur, leonem inuestigemus, locũ vnum placet in mediũ adducere ad testificandam eius fidem & illuminandam, Vtrasq; naturas, inquit, in vno Christo vnitate naturali copulatas, cũ alterius communione operantes, atq; operatrices cõfiteri debemus. Et diuinam quidẽ quæ Dei sunt operantẽ, & humanam quæ carnis sunt exequentẽ non diuise neq; confuse aut conuertibiliter Dei naturam in hominem, neq; humanam in Deum conuersam edocentes, sed naturarum differentias integras confitentes. Quod illustrius disertiusque dici potest aduersus Monothelitas, Eutychianos & furiosum Nestorii gregem? Quod si hæc verba clara sunt & ad eius religionem explicandam idonea, cur obscura & tenebricosa rimari libeat, ad reprehendendum tantum virum, & hũc pietatis florem:

Cent 7. c. 10 in vita Honorij & c. 11. col. 513. & 482. Ex ep. Honorii ad Sergiũ. Act 11. 6. Synodi, tom. 3. concil.

Digitized by Google

florem infringendum? Atque vetuit ne quis deinceps ea verba vsurparet, *vnam voluntatem, duas voluntates*. Ita quidem est, & id sane viri sapientis cogitata ratio postulabat. Cyrus enim Alexandrinus iam tum exordiebatur nouo dogmate sibi audientiam facere, & tueri vnicam tantum esse in Christo Seruatore operationem; Sophronius contra Hierosolymitanus duas asserebat: Cyrus arbitrum huius disputationis Sergium esse vult Constantinopolitanum, sed res tandem ad cognitionem Honorii disceptationemque refertur, qui prouidens animo, quod est deinde cõsecutum, metuensque vehementer, ne eâ causâ periculosum in Ecclesia dissidium existeret, in conciliandis iis opinionibus elaborauit, hortatusque est prima Epistola Sergium atq; Sophronium, vt vterentur voce *Vnitatis* parcius, ne fauere Eutychitis impietati, ne item *duarum* vocabulum adhiberent, ne suscepisse Nestorii patrocinium viderentur. Epistola deinde secũda monet vt de Christo potius operante, quam de variis Christi operationibus loquantur, vt nimirum lapidem offensionis si fieri posset tolleret, ad quem minutarum mentium imbecillitas fragilitasq; impingeret.

Idem Honorius actione 12. 6. Synodi. to 3. Conc. *Ne aut duarum operationũ vocabulo offensi Nestorianes sectantes nos vesana sapere arbitrẽtur: aut certe si rursum vnam operationem Domini nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus stultam Eutychianistarum attonitis auribus dementiã fateri putemur.*

Idem vbi supra, sed paulo ante. *Vnde & vnam voluntatem fatemur Domini nostri Iesu Christi, quia profecto à diuinitate profecta est nostra natura, non culpa: illa profecto quæ ante peccatum creata est, non quæ post præuaricationem vitiata.*

Quæ vero iustam in speciem offensionis materiam in ambigua re pepererunt, verba illa sunt, quæ scribens in literis suis posuit, *Vnde & vnam voluntatem fatemur Domini nostri Iesu Christi.* Sed legat ea sane qui volet attente & diligenter: sic reperias, de humana tantum eum natura loqui, atque ostendere mundi Seruatorem cum Adami naturam non culpam exceperit, non more nostro motus habuisse rationi repugnantes, quos in se ipse experiebatur magnus Apostolus, & dolentius reputabat, nominabatque voluntatem carnis & voluntatem spiritus. Et quoniam aiebat Sergius contrarias in Christo voluntates fuisse duas, Honorius respondit id esse falsum, quod nunquam humana cum diuina pugnarit, & in humana ipsa nullum dissidium pugnaq; foret. Quibus verbis duas simul vnamq; voluntatem in Christo agnoscebat, duas in homine Deo, vnam diuinam, alteram humanam: vnam in eodem homine, cum pars inferior nullos haberet turbidiores motus, & superiori non obtemperantes. Quod Maximus grauissimus autor & singulari iudicio præstans qui Honorii ætate floruit expresse confirmat in Dialogo contra Pyrrhũ Sergii successorem, qui in Bibliotheca Vaticana reperitur.

Maximus. Vide 2. tom conc. pag 1031. *Sane quod vnam Domini nostri volũtatem diximus non est accipiendum, quasi de duab. diuina & humana natura dictum voluntatibus, sed de humana tãtum. Cum enim Sergius scripsisset prædicare quosdam duas esse Christi voluntates contrarias: nos rescripsimus Christum duas contrarias voluntates non habere.*

Est igitur verisimile Honorii nomen collocatum inter eos fuisse, quos sexta Synodus odio & maleuolentia damnauit, cuius rei haud leuia nobis argumenta suppetunt: Anastasius enim Bibliothecarius id in historia sua magnam partem ex Theophane desumpta ponit. Præterea hæsisse labem illam in moribus Græcorum scimus, vt scripta Commentariosque deprauarent, vt constat ex Actione 12. & 14. eiusdem Synodi, vbi multæ huiusmodi deprauationes in quinta præcedente animaduersæ notatæque dicuntur. Et S. Leo epist. 83. de Palestinis queritur, quod se viuo, literas à se datas ad Flauianum incredibili audacia corrupissent. Sanctus item Gregorius Epistol. 14. lib. 5. Narseti libere significat, Constantino-

stantinopolitanos sine dubio Chalcedonense Concilium deprauasse, & simile vero videri Ephesinum ab iisdem fuisse tentatum: addit autem Codices Romanos esse fideliores, quoniam inquit, *Romani sicut non acumina ita nec imposturas habent*. Vnum autem maxime persuadet fuisse fraudem in Codicibus versatam & deprauationem, quod nimirum si hoc non esset, Concilium sibi ipsi repugnaret. Nam in Agathonis Summi Pontificis Epistola, quæ lecta fuit sessione quarta, cum sanctissimus ille Pater dixisset Petri sedem labi, decipi, & errare non posse, propter certas atque ratas filii Dei pollicitationes, id exemplis & perenni omnium ætatum continuatione firmauit, ostendens neminem è decessoribus aliquando lapsum in asserenda religione titubasse. Atqui Honorius longissimo temporis interuallo Agathonem ipsum antecesserat, hæc vero eiusdem Epistola vna Concilii voce atque nutu comprobata fuit Actio. 8. & 18. vbi dictum fuit, non tam Agathonem, quam principem & coryphæum Petrum fuisse locutum. Notandumque etiam est ibidem celeberrimos quosque Monothelitas nominari, Cyrum, Sergium, Paulum, Petrum, Theodorum, nulla facta Honorii mentione. Enimuero tametsi à Patribus eius Cõcilii, vna cum cæteris, nominatus fuisset Honorius, Turrecremata, nonne facti error fuisset, è fraude & totius negotii ignoratione generatus, cum vt sæpe dictum est alias, euenire queat, vt Summus Pontifex quatenus priuatus Doctor & humano iudicio vtens labatur.

Gregor. l. 5 epist. 14.

Ioan. Turrec. l. 2. de Eccles. cap. 93.

Obiici in contrarium aliquot testimonia & perscriptæ auctoritates possunt, sed illæ omnes sextæ Synodi fundamento nituntur, aut eiusmodi non sunt vel numero aut pondere, quin facile iis cedant quæ à Sandero, Genebrardo, Baronio & Bellarmino adferuntur.

24. Centuriatores deinde culpam erroris atque flagitii in Martinum primum, Ecclesiæ Romanæ ducem conferunt, quod ad Amandum scripserit nullam esse dandam veniam Presbyteris & Diaconis, qui post suam consecrationem indignum aliquod facinus susceperunt. Sed certum est quod respondeamus, minime id sapere Nouati barbariẽ & acerbitatem, quod non de absolutione à peccatis loquatur, sed de restitutione in integrum munerumque functionem, quod variorum Cõciliorum auctoritate, videamus sanctum & decretum fuisse.

Cent. 7 1. col. 486.

25. Vigesimo quinto loco Gregorii III. nomen inimici appetunt, quem inducunt iterum consecrantem eos, qui iam Sacris Ordinibus initiati, à legatis sanctæ Sedis fuissent, & matrimonio iunctis permittentem, vti nouas nuptias contrahant, si forte pars altera connubii muneribus deficit. Sed aut inscitia Literarum impediat oportet, ne eius Epistolæ ad Bonifacium duæ legantur, aut si legantur fatendum est, eum in prima loqui de iis tantum, qui à falsis fictisque Episcopis ordinati fuerant, quique ipsi potestate carerent; & in secunda solum agere de impedimẽto perpetuæ impotentiæ & infirmitatis, quod minime ambiguum & controuersum existimatur.

Cent. 8. c. 10. in vita Greg III. col. 690.

Digitized by Google

26. Nicolaus quoque primus vexatur, quod ex Can. *A quodam Iudæo. de consecr. dist.* 4. Baptismum solo Christi nomine collatum non minus comprobare videatur, quam qui nomine Trinitatis è formula administratur. Responsio clara est, quod id quidem ibi leuissime & tãtum obiter attigit Pontifex: Primariæ autem difficultati respondet, qua quærebatur, an baptismus probus & legitimus foret à Iudæo vel Gentili collatus, ait igitur sanctissimus Pater & affirmat, modo Christi Iesu aut supremæ Triadis nomine conferatur: quam ille disiunctionem vt priuatus Doctor pro arbitrio animi sui posuit, non vt rem iure & auctoritate definire videretur. Quanquam & præcise respondere licet, id nondum ab Ecclesia definite constitutum & decisum esse, cum multi doctissimi Patres in ea opinione sint versati: Imprimis D. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. Concilium Anglicanum quod in contrarium adducitur, non extat, quod si fuit aliquando, certe Oecumenicum non fuit, & si eius testimonio vtitur Zacharias, id casu potius factum est, quam vt expresse id confirmaret. Sed quomodo Venerabilis Beda illud ignorauisset, qui iisdem cum Zacharia temporibus viuebat? aut quomodo repudiauisset suis in Acta Commentariis, si Diui Ambrosii opinionem esse putabat, quod etiam Diuus Bernardus perspicue significat epistol. 340.

Amb li. de Spiritu sancto cap. 3. tom. 4.

Sicut qui benedicitur in Christo benedicitur in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, quia vnum nomen, potestas vna: ita etiam vbi operatio aliqua diuina, aut Patris, aut Filij, aut Spiritus designatur, non solum ad sanctum Spiritum, sed etiam ad Patrem refertur & Filium: nec solum ad Patrem, sed etiam ad Filiũ refertur & Spiritum. Denique & Æthiops Eunuchus Candacis Reginæ baptizatus in Christo plenum mysterium consecutus est

V. Beda in cap. 10 Act in illa verba: Hoc autem factum est per ter. tom 2.

Quia per quatuor partes orbis terrarum mysterium sanctæ Trinitatis à duodecim Apostolis prædicandum erat, ideo quatuor lineæ, tertia vice de cœlo demissa sunt. Siue vt B. Ambrosius interpretatur, tertio repetita figura operationem Trinitatis expressit.

Bernard. epist. 340. *Legimus in Act. Apostol non modo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, verum & in nomine Domini Iesu Christi aliquos baptizatos.*

Cent. 9. c. 20. & cent. 10. c. 10. in vita Stephani VI. Ioan. IX. & Sergij III.

27. Stephanus VI. & Sergius III. sannis quoque in eadem caussa obiiciuntur. Nam vt curiose notant Centuriatores, Summus Pontifex decessoris sui Formosi Acta rescidit, & eos iterum consecrandos cẽsuit qui ab eodem sacris Ordinibus erant initiati. Ioannes deinde IX. quæ à Stephano constituta fuerant abrogauit, acta vero Formosi sua sententia & auctoritate defendit: Iterum post paulo, Sergius III. quæ Formosus decreuisset omnia, iudicio suo infirmauit, & proinde Acta etiam Ioannis IX. & Stephani VI. In hac iudiciorum varietate sanctionumque dissidio, fatemur Stephanum VI. & Sergium III. aberrauisse, non conditione iuris sed facti, & inuidioso potius exemplo, quam peruersa doctrina. Id etiam melius è monumentis historiæ licet intelligere, ex qua pauca rei illustrandæ libemus. Ioannes enim VIII. Cardinalem Formosum, Episcopum Portuensem in ordinem iratus coegit, & dignitate omni spoliauit, qui ea re incredibiliter offensus, stomacho & iracundia efferuescens Roma digreditur, & se nunquam rediturum iureiurando se obstringit. Non multo post Ioannes VIII. extremæ vitæ diem.

Digitized by Google

tæ diem morte conficit: qui ei successit Martinus II. e uestigio Formosum iureiurando absoluit, qui postliminio rediens, ordini & pristinæ dignitati restituitur, & exiguo temporis interiecto spatio Pontifex Maximus eligitur, quinque annos Ecclesiam administrat. Eius morientis dignitatem excepit Stephanus VI. qui nescius aut nescire se fingens, an Formosus iurisiurandi obligatione solutus iure fuisset, contendit inauspicatam eius electionem & minime legitimã fuisse, ipsius Acta rescidit, eos quib. manus imposuisset iterum initiari voluit. Tota res displicuit fere omnib. & præsertim tribus Romanis Põtificibus, qui proximum religionis clauum moderati sunt, Romano I. Theodoro II. & imprimis Ioãni IX. qui ea causa Episcoporum Cõcilium aduocauit, quo decernitur Formosum verum & legitimum fuisse Pontificem, & proinde Ioannis VI. iudicium atq; sententiam infirmat. Sergius III. post Ecclesiæ habenas regẽdas suscepit, qui cum sibi Ioannis VI. partes tuendas putauisset, Formosum legitime delectum negauit. Itaq; hic omnis animorum motus, & iudiciorum varietas atq; pugna, tantum in facti quæstione versata est, in quo sine vlla dubitatione Pontifex & Concilia ipsa labi possunt; vt cum etiam ordinibus initiatos nouis ceremoniis & religionibus consecrari iterum iussit, id potius insolenti quodam æstu iracundiæ, atq; animi perturbatione factum, quam vt quicquam certa ratione definiret.

29. Centuriatores exclamant & feruido quodam motu ebullientes Lunã ipsam testẽ appellant, aduersus Ioan. XIII. vel vt aliis placet XIV. propter campanarum baptismum, quem impietatis sacrilegiiq; nomine accersunt. Sed dum speciem pietatis obtendunt, falluntur, atque alios veteratorie in fraudem agunt, nam vel ipsa re, vel duntaxat nomine offenduntur: si re, à quo tandem habent sacramentum esse Campanarum baptismum? quis perscripsit aliquando? quis ex omni Catholicorũ cœtu credidit? Si vero baptismi appellatio delicatas aures offendit, quis nescit purificationes Iudæorum & lustrationes appellatas eodem nomine fuisse? quis ignorat Christum ipsum mundi Seruatorem cruoris sui effusionem appellauisse baptismum? quis deniq; à Græcis Doctorib. non didicit, baptizare & tingere siue irrigare idem esse? Si igitur aqua lustrali asperguntur & lustrantur Campanæ, si quo dignosci facilius queant certa appellatione donantur, si Ecclesia docta diuinitus contra aerias potestates Dei præsidium opemque implorat, si omnes illæ ceremoniæ quib. ara pio ministerio destinãtur, plenæ sunt eximiæ sanctitatis & mysteriorum, quid causæ fuit cur Centuriatores magno illo impetu atq; furibũdo in Ioannem XIII. incurrerent. *Cent. 10. c. 6. col. 194.*

30. Syluester II. in dedecoris & cõtumeliç theatrũ à Martino Polono Cẽturiatoribusq; inducitur, tãta prauitate deformis, vt illi Magi personã & perditissimi hominis accõmodẽt: benigne etiam beneuoleq; addunt, multifariam illum discerptũ, & à turba infandorum Geniorũ abductum fuisse, idque in loco sacro & augusto, nimirum in templo S. Crucis Hierosolymitanæ. Nugæ istæ germanæ sunt atque liræ anilium fabellarum

simillimæ, quibus occasionem aliquam dedit mirificum Syluestri ingenium, rerum Mathematicarum, & præsertim Geometriæ præstans & diuina cognitio, in eo sæculo quo doctrina fere omnis iacuit, ingeniis mira quadam ignoratione bonorum literarum infuscatis, id sæculum nonum fuit à Christo nato vt etiam annotationibus suis in Platinam Onuphrius animaduertit: proinde quicunque tum aliqua eruditione inter bardos illius temporis plumbeosque homines præcellerent, ii Magi & pręstigiis implicati existimabantur. Sed pręclara quidem Magia illa Syluestri fuit & exquisita sapientia, vt constat ex Epitaphio, quod illi condidit Sergius IV. vir magnus & præstabili insigniq; virtute ornatus, qui minor quinque tantum annis fuit Syluestro: Epitaphium & monumentum etiamnum visuntur ad D. Ioannis Lateranensis delubrum, vti mirifice commendatur & Pontifex doctus & pius, & excellentium virtutum choro circumseptus.

Cent. 10. c 10. col. 547. Tileman. l. 1. c. 9 de eccl.

31. Nunquam impudentiæ & contumeliarum vis maior efferbuit, quam aduersum Gregorium VII. quem Centuriatores & Tilmanus cõtaminatissimum depingunt, & non modo Summorum Pontificum, sed omnium etiam hominum nequissimum, turbulentum hominem & seditiosum, hæreticum, necromãtiæ & Symonię labe pollutum, adulterũ, flagitiosum, denique non Gregorium sed Gog & Magog, non *Hildebrandum*, sed *Hellebrandum*, hoc est, *Inferorum titionem*. Atq; hic mihi notandum admirandumque videtur haud obscurum Dei vindicis iudicium, in eos, qui nefarie se ab Ecclesiæ communione secreuerunt. Nam vt in diuina veritate peruestiganda & intelligentia oraculorũ cœlestium, vnius male sani capitis iamiam in fraudem impietatemq; prolapsi iudicium præferunt, omnium hominũ sententiæ, qui sunt aut omnium sæculorũ ætate fuerunt; ita cum de humana veritate agitur, plus fidei homini plano & præstigiatori tribuunt, quam optimorum & sapientissimorum virorum testimoniis, nimium quantum ad excipiendum mendacium procliues, tam morosi tamque difficiles in recognoscenda veritate. Cuius rei subiicienda probatio est. Solus Bonno Pseudocardinalis à Clemente III. Antipapa falso dignitatis choragio insignitus, Gregorii VII. vitam felle potius quam atramento delineauit, tam turbido tamque furioso animi motu & perturbatione, vt in humani generis prodigio atq; portento & pestilentissima vomica religionis describenda elaborare velle videatur: idque ob eam causam, quod Gregorius illius foret æmulus & aduersarius, à quo fuerat in purpuratorum Patrum ordinem & dignitatem adscitus. Ex illa tamen colluuione, impuroque fonte, hauserunt Scriptores illi omnes, qui maledictorum insolenti licentia Gregorii nomen & dignitatem violarunt, nec animaduertunt alios vniuersos etiam eos qui Romanæ Sedi perspicuas inimicitias denunciãt alia omnia & sentire & loqui; quos inter Leo Ostiensis qui eadẽ ætate florebat l. 3. historię Cassinens. non vulgarẽ modo Apictatẽ, sed incredibilem eius vitæ atq; morũ sanctimoniam pręedicat. Quod idem facit Marianus Scot. l. 3. Chron. Lãbertus

S. Anselmus Episcopus Lucensis in Epistola ad Gubertum, qui in schis-

bertus Schaffnaburgensis in historia Germ. sub finem. S. Anselmus Cantuariensis epist. 8. & initio lib. de Azimo. S. Anselmus Episcopus Lucensis in epistola ad Guibertum, Bernardus Corbeiensis in Apologia pro Gregorio, vt habet Trithemius de Script. Guitmundus l. 1. & 3. de Sacramento Eucharistiæ, omnes denique qui eius causam defenderunt aduersus vim immanemq; vexationem Henrici IV. Imperatoris, è quibus duo eâ causâ in exilium pulsi indigne fuerunt, vt Bauarici Annales memoriæ prodiderunt: Et notandum est hos omnes Gregorii temporibus ætatem egisse. Ipse quoque Sigebertus qui Imperatoris causam & factionem tuebatur, è vitiis atq; sceleribus nullum attigit, quibus inuidi illum onerauerunt. Alii Scriptores numero viginti commemorabili omnes fide & autoritate, & inter eos D. Thomas Aquinas, S. Antoninus, Sabellicus, & Thomas Vvaldensis, proferuntur à Bellarmino, qui vniuersi contrariis sententiis atq; dictis, Benonis ementiti Cardinalis insolentissimas calumnias & maledicta confutant. Locus Platinæ vnus quē Autorem Romanæ Sedis aduersarii identidem obtrudunt, fidem faciet: hæc autem propria eius verba sunt ipsam formulam Electionis Gregorii VII. adferentis, quæ diuina prouidentia notata & excepta esse voluit ab eo Scriptore ad lacerandam calumniam penitusque profligandam, Nos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici, Ædyti, Subdiaconi, Presbyteri, præsentibus Episcopis, Abbatibus, multisq; tum ecclesiastici tum laici ordinis eligimus hodie x. Cal. Maii in Basilica S. Petri ad vincula anno salutis M. LXXIII. in verum Christi Vicarium Hildebrandum Archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis, modestum, sobrium, continentem, &c.

mate fuit Antipapa, nuncupatus Clemens III.

Vt ergo de B. Gregorio Patre nostro dicam, quod de Cornelio scripsit B. Cyprianus: factus est Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de clericorū pene omniū & vt verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis quæ tunc aderat suffragio de Sacerdotū antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, id est, cum locus Petri & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret.

Hanc epistolā refert Abbas Vrspergēsis in Chronico. Idemq; ait Anselmum hūc viuum & mortuū miraculis claruisse.

Paulus Bernrietēsis & Gerochus Reicherspergēsis pro Gregorio scripserūt, & propterea exterres facti sunt. Apud Auentinum libro 5. Annalium Boiorum.

D. Th. 22. q. 12. art. 2 Citat Gregorium VII. vt habetur q. 15. can. Nos sanctorum. S. Anton. 2. parte summæ tit. 16 tit. 1. 21. Sabellicus Enneade 9. lib. 3. Thom. Vvald. tomo 2. c. 43.

Hæc & similia nos in eam opinionem inducunt, vt putemus, eam ob causam fuisse exagitatum, quod cum esset tantum Archidiaconus, & Apostolicæ Sedis legatus, in Concilio Turonensi Berengarium damnarit, vt autor est Guitmundus, qui postea creatus Pontifex consimili sententia eundē confixit in Romano Concil. anno 6. sui Pontificatus vt ostendit Thomas Vvaldensis to. 2. de Sacrament. c. 43. vbi integram sententiā exscribit, quam in eundem Berengarium dixit Gregorius Septimus.

Guitmundus lib. 3. de Eucharistia, longe post medium.

Ipsa Ecclesia, per Beatum Leonem Papam hæc Berengariana figmenta mox suo exortu damnauit. Deinde per hunc ipsum, qui nunc præest B. Gregorium Papā, tunc Archidiaconum eiusdem Romanæ Sedis, in Concilio Turonensi conuicit, ipsumq; Berengarium vt videbatur, correctum ac propria manus sacramento satisfaciendum clementer suscepit: reuersumq; aliquanto post ad vomitum suum, agente sanctæ Sedis Nicolao Papa in general. Concil o Romæ iterum confutauit

32. Sequuntur octo Pontifices, quos in crimen hæreseos vocant, quorum primus in albo reorum collocatur Alexander III. cap. *Cum esset. de Testamentis.* vbi decernit testamenta rata firmaque deinceps fore, quæ testes omnino tres obsignarint, quamuis è iure septē requirātur. Et Cap. *De sponsa duorum*, scribit sententiam suam differre plurimum & à decessoribus suis dissidere, de matrimonio, quod per verba de præsenti contractum fuit, nondum verò consummatum: idque solui & irritum

 fieri

fieri posse alio subsequente, cui consummatio tanquam cumulus accesserit. Primo respondetur Papam Alexandrum subditis suis legem condidisse non in spiritalibus modo rebus, verum etiam & in temporariis, proinde à iure communi potuisse discedere: aut certè eum locutum in fauorem causarum piarum, in quibus vltimæ voluntatis dispositio priuilegii gratia munitur. Quod autem ad matrimonium non consummatum attinet, nec ipse neque decessores iis in locis de eo egerant definitè, sed tantum è priuata opinione.

A Castro l. 1. de hæresi c. 4. citatur à Bellarm. l. 4. c. 14 de Rom. Pontif.

Ex iure Canonico. *Impedimētū hæreseos soluit matrimonium quo ad thorum & habitationem, tunc maximè cum alter alterū in suam hæresim conatur inducere. Cap. de illa Extr. de diuortiis, neq; requiritur alia sententia iudicis præter iam latam, ab ipso iure, ca. vlt. Extr. de hæret.*

Tridentinū ses 24. can. 5 *Si quis dixerit propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam à coniuge dissolui posse matrimonii vinculum, anathema sit.*

33. Cœlestinus III. in eadem naui collocatus, nam secundum Alphonsum à Castro existimauit propter crimen hæresis matrimonium solui dissoluiq; posse, citat cap. *Venerabilem. de conuersione infideliū.* & tametsi id caput nusquam extet, ait tamen Alphonsus se legisse. Id si ita est, & nisi de communi domicilio tantum loquatur Cœlestinus, lapsus quidem ea in re dicetur, nam contrarium continuo Ecclesiæ vsu celebratur, vt patet ex Cap. *Quanto. de diuortiis*, & Concilio Tridentino Can. 5. session. 24. sed negamus Pontificiam eam fuisse definitionem, cum exploratum sit, non quidquid in Decretalibus ponitur, id subitò Apostolicum esse decretum, sæpe etenim Maximi Pontifices in similibus Epistolis nihil aliud declarare cupiebant, quàm vt propositam difficultatem probabili responsione dissoluerent.

34. Innocentius III. inquiunt aliqui, In Cap. *Per venerabilem. Qui sunt legitimi.* docet antiquam legem non esse omni ex parte abrogatam, quod tamen asserit D. Petrus Actor. 15. Respondetur non eam esse mentem Innocentii, vt lex vetus renouetur, aut ad eam quenquam obligare, sed hoc vult significare, Deuteronomium ex vi verbi *secundam legem* appellatum esse, quod in figura plurima contineat, quæ in Euangelica lege tanquam in prototypo & exemplari perficiuntur.

Nicolaus 4. c. exiit de verb. signif.
Ioann. 22 c. ad conditorem, ext. eod.
Matt 20.
Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet.
Luc. 8. 3.
Ioan 13. 19.

35. Nonnulli Papam Nicolaum IV. cum Ioanne XXII. committunt propter varias & differentes opiniones de paupertate, & præsertim earum rerum vsu quæ vulgo absumuntur. Sed in hac opinionum varietate, si quæ verba tralatitia edicti & decreti definire quidpiam videantur, non versantur in materia fidei, vt expresse animaduertit Ioannes XXII. in Extrauagante *quia quorundam*. Et quod ad voluntariam paupertatem attinet, à Christo Seruatore tum reipsa tum etiam oratione descriptam & commendatam (quod ad Capita fidei reuocatur) nulla est inter vtrunq; Pontificem sententiarum opinionumq; dissensio: Nicolaus enim IV. ait Christum Dominum certis temporibus perfectissimā illam & exquisitissimam paupertatem adhibuisse, cum proprium haberet nihil, neq; priuatim neq; in communi, & cum Apostolis collatitia ex stipe vitam toleraret, vt Matthæus atq; Lucas Cap. 8. prodiderunt: alias verò, quædam in communi cum Apostolis habuisse, de quibus inopia laborantibus benignè faceret, vt clarissimo in loco D. Ioannis memoratur. Quare Ioannes XXII. definit hæreticum esse, asserere Christū Iesum nihil vnquā habuisse, vel in cōmuni vel in particulari, cuius ad

eum pro-

Digitized by Google

eum proprietas non spectaret. In quo nihil aduersum contrariumque est Nicolai Papæ opinioni.

36. Audent etiam Ochamus & Adrianus Ioannem XXII. fœdæ hæreseos nomine inuidiose criminari: Addit Erasmus Palinodiam eum cecinisse tum Sorbonæ iudicio impulsum, tum Philippi Longi autoritate. Caluinus qui infestiori quodam odio quàm quisquam alius Romanam Sedem persequitur, vberiori etiam audacia illum ait animorum immortalitatem negauisse, neq; vllum fuisse Cardinalium qui iis erroribus se opponeret, Regem autem Philippum ab eius se cõmunione subduxisse, tandem coactũ Pontificem errorem abiurasse: neq; vllam eius rei probationem adfert, quàm Gersonis nomen, qui illis temporibus, inquit, viuebat.

In hac obiectione haud plures versiculi sunt, quàm mendacia, & effrænati animi calumniæ. Imprimis n. hæc de animarũ custodia opinio, hæretica non fuit vsq; ad definitionem Ecclesiæ, quæ post obitũ Ioannis XXII. contigit. Secundo ipse Ioannes fato functus est, cum res erat in quæstione, vt testatur Benedictus XII. qui illi successit in Extrauagante. cuius initium est Benedictus Deus. Tertio purpuratibus Patribus aliisque Doctoribus edixerat, vt liberè & candidè ex animi sui sententia, de re tota pronunciarent, numine plus animi demissione precibusque propitiato, perpensis quoque diligenter in vtramque partem, tum Scripturæ Sacræ testimoniis, tum doctissimorũ Patrum autoritatib: quod Benedictus XII. qui post eum Ecclesiæ præfuit eodẽ in loco testatur. 4. Ioannes Villanus qui tum floruit c. vlt. lib. 10. hist. scribit Cardinales haud paucos sese huic sentẽtiæ opposuisse, etiã tum cum Ioannes XXII. vita & cõmuni spiritu frueretur. 5. Nullus Auctor scribit, ratio nulla persuadet Philippum Regem ei Sacris interdixisse. 6. Cogi non potuit vt Palinodiam caneret, cum res nondum esset Ecclesiæ iudicio damnata, de qua proinde solutũ cuiq; fuit liberumq; sentire, vt constat ex D. Augustino & S. Thoma, qui mox laudabuntur. 7. Ioannes Villanus lib. 11. hist. cap. 19. refert, opinionẽ minimè suam reuocasse, nisi pridie quàm è vita migraret: quo tempore palam testificatus est, non se aliam habuisse vnquã fidem, quàm totius Ecclesiæ cõmunem, nec in eo negotio aliud spectasse, quàm vt agitata in vtramq; partem quæstione veritas exquireretur, nunc verò quod ad se quidem attineret, mutare opinionem, & aientem partem amplecti, nisi Ecclesia & qui post eum principatum Ecclesiæ obtinerent aliud definirent, quę liberi animi cõfessio directè obiectis mendaciis calumniisq; opponitur. Itaq; nullum autorẽ proferunt Okamus, Adrianus, Erasmus, Caluinus, vno excepto Gersone, quem hic ait eodẽ tempore cum Ioanne XXII. vixisse, sed ea quidem oppido illustris impudensq; impostura, qua superiores fraudes obsignauit. Nam vna ex parte ex omnium historiarum monumentis perspicuè intelligitur, Ioannem XXII. anno 1334. obiisse: Gersonẽ autẽ Trithemio autore natũ esse anno 1363. vnde cõstat annis octo & viginti post Ioãnis XXII. occasum, nondũ

Gersonem

Okam in opere 93. dierum.
Adrianus in quæst. de confirmatione.
Erasmus in præfatione ad lib. 5 Irenæi.
Coactus opera Theologorũ Parisiensium ad Palinodiã coram Galliarũ Rege Philippo non sine buccina.
Caluin. l. 4. Insti. c. 7 § 28.
Atqui si priuilegium quod obtendũt ratum esse velim; expungant ex numero Pontificũ oportet Ioannẽ XXII. qui palam asseruit animas esse mortales vnaq; cũ corporibus interire vsq; ad diẽ resurrectionis. Atq; vt videas totã sedẽ cũ præcipuis suis fulturis tunc prorsus concidisse, nemo Cardinalium huic se tantæ insaniæ opposuit: Sed Schola Parisiensis Regem Galliæ impulit, vt ad Palinodiam hominem cogeret. Rex eius cõmunionem suis interdixit, nisi mox resipisceret, idq; de more publicauit per præconem. Hac necessitate adductus, ille errorem abiurauit.

Et en marge
Teste Ioanne Gerson qui tunc viuebat.
Totam rem refert Extrauagans Benedicti XII. Alphonsus à Castro l. 9 contra hæreses, verbo Beatitudo. &c.

Trithemius de viris illustribus.
Gerson ser. de Paschate. to. 4. ad illa verba, Pax vobis.

Digitized by Google

Gersonem in luminis auras venisse. Ex alia verò parte nihil de immortalitate animæ apud eundem Gersonem reperitur, nihil de Sorbona, de Cardinalibus, de Philippo Rege, de Palinodia, in quibus Caluini hæret vehementius & bacchatur oratio: & omnino aliud nihil dicit Gerson quàm hæc pauca, quæ in operum eius 4. Tomo reperiuntur, *Hoc fecit latroni qui verisimiliter nondum compleuerat pœnitentiam pro omnibus peccatis suis, qui fuit illa propria hora beatificatus, & vidit Deum facie ad faciem, sicut Sancti in Paradiso, propter quod insuper apparet falsitas doctrinæ Papæ Ioannis XXII.* Quibus in verbis nihil est quod Caluini in excogitando atrocitatē impotentiamque animi redoleat. Sed res quidem ita se habebat, vt nil posset Pontifici obiicere quod ipse non defenderet, nisi quidpiam Gersoni adiungeret & impertiretur, cum eius proprium hoc sit dogma atq; persuasio, mortuorum animas in secluso loco, & veluti quadam in specula consistere vsque ad extremum iudicii diem: Cum igitur nihil in Papa esse videretur quod morderet, quem tamen cruentare cupiebat, ad arcem asylumque suum confugit, fraudis officinam, mendaciorum plenum & refertum armamentarium. Quod autem Caluinus existimarit nondum Sanctos Dei conspectu iucundissimo perfrui, diserta eius verba significant, quæ ex tribus Institutionum locis proferentur. Primus est l. 3. cap. & sect. 20. vbi docet solum Christum IESVM ingressum esse in Sanctuarium, alios autem procul & tanquam in atrio præstolari. Secundus est eodem cap. sect. 24. vbi monet Sanctos nobiscum iunctos & sociatos esse non modo caritate, verum etiam & fide. Quis autem nescit fidem & beatitatem res esse plane contrarias & discrepantes, quæq; simul in eodem esse nequeunt, non minus quàm spem & felicem Dei possessionem? Tertius locus est in Cap. 25. Sect. 6. vbi hæc omnino ponit, *Valde se torquent multi disputando quem locum occupent & an cœlesti gloria fruantur, necne: atqui stultum & temerariū est de rebus incognitis altius inquirere quàm Deus nobis scire permittat.* Vbi Lector animaduertet eum paucis post versiculis sui immemorem, & eorum quæ dixisset oblitum, fidenter more suo, negantem partem definire hoc modo, *Interea cum Scriptura vbique iubeat pendere ab expectatione aduentus Christi & gloriæ coronam eo vsque differat, contenti simus his finibus diuinitus nobis præscriptis, animas piorum militiæ labore perfunctas in beatam quietem concedere, vbi cum felici lætitia fruitionem promissæ gloriæ expectant: atque ita omnia teneri suspensa donec Christus appareat Redemptor.* Et deinde proxime vt à damnatis & improbissimis dæmonibus nōnullam gratiam ineat, vinclis tantum & numellis astringat his verbis, *Reprobis verò eandem esse sortem, dubium non est quam Iudas diabolis assignat, vinctos catenis teneri donec ad supplicium, cui addicti sunt, trahantur.*

Calu l. 3. Instit. c. 20. §. 10. *Sic tamen & sanctuarium cæli ingressus, ad cōsummationem vsq; seculorū, SOLVS populi eminus in atrio residentis vota ad Deū referat.*

§. 24. *Quod si quis causetur fieri non posse, quin eandem erga nos charitatem retineant, vt sunt vnà nobiscum fide coniuncti.*

Et ne quis forte è Caluini gregalibus & laternariis eundem excusent, quemadmodum nos de Ioanne XXII. fecimus, ex eo quod multi & clarissimi Patres, tum Græci tum Latini, in ea aliquando opinione fuissent: hic ostendamus Ecclesiam quæ nondum Ioannis XXII. æuo quæstionem illam controuersiamque decideràt, eandem perspicuis edictis decretisque

Digitized by Google

cretisque suis terminasse, multis ante annis, quam hic nouus humani generis perturbator ominoso partu enasceretur.

Benedictus XII. cum proxime Ioanni XXII. successisset an. Do. 1334. nihil habuit antiquius, quam vt quantum celerrime fieri posset, controuersiam eam dirimeret, à suo Decessore propositam & vocatam in disquisitionem, paulo ante quam abiret è vita. fortunauit tam honestam cupiditatem Deus Opt. Max. remque ex animi sententia confecit, de cõsilio sapientum & eruditissimorum hominum comprobatione, vt videre est in Extrauagante cuius initium est *Benedictus* apud Alfonsum à Castro lib. 3. contra hæreses, verb. *Beatitudo*. Et quoniam in re tanti momenti, forte plurimi ad fidem suam non quidem vehemẽtius stabiliendam, sed magis tamen illustrandam, alicuius Oecumenici Concilii definitionem poposcissent, Eugenius Papa IV. Ferrariam id conuocauit, quod postea fuit nominatum Florentinum, quod ibidem continuatum fuit deinceps & perfectum. Et hæc quidem ipsa quæstio tum agitata perquam accurate fuit & strenue, Latinos inter atque Grecos, & post seriam atq; diuturnam disputationem, ad extremum decretum fuit, esse posthac fidei dogma atque articulum existimandum, nimirum animas à corporibus separatas ab omni scelerum contaminatione puras aut purgatas, cõtinuo Dei conspectu immortali gaudio frui. Hæc Synodus Oecumenica fuit decima tertia, ex Episcopis conflata centum quadraginta & vno contra errores Græcorum an. 1438 absolutaq; fuit & conclusa anno consequẽti 1439. Secutum est Concilium Tridentinum quod sess. 25. Decreto de inuocatione Sanctorum iubet vt omnes credant & profiteãtur Sanctos qui cum Christo regnant nos precibus suis iuuare: & paulo post diris & anathemate eos prosequitur qui negant Sanctos æterna felicitate in cœlo fruentes inuocari posse, consentanee id sane & congruenter Patrum sententiis & diuinarum literarum oraculis, & maxime D. Paulo 2. Cor. c. 5. vbi sic ait per fidem ambulamus & non per speciem, audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad Dominum & 1. ad Cor. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et ad Phil. 1. Cupio dissolui & esse cũ Christo. In quem locum ita D. Gregorius, Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam in cœlo esse negat. Et longe ante D. Ioannes Chrysostomus homil. 3. in eandem Epistol. vbi è diametro pugnans cum Caluino iustos ait in æterno beatorum domicilio Deum videre non iam per fidem, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον sed facie ad faciem: quæ verba repetit homil. in c. 5. Sapientiæ Iustorum animæ in manu Dei sunt. Qui plures huius rei probationes expetierit, caput decimumquartum addat libri superioris. Nunc ad Papam Ioannem XXIII. veniamus, qui inter vitiosos Pontifices dubiæq; fidei reponitur.

Concil. Florent. Sess. vlt. in decreto vnionis, to. 4. Conc.

Conc. Trid. sess. 25 Decreto de inuocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum. *Fideles diligenter instruãt doctes eos, Sanctos vnà cum Christo regnãtes, orationes suas pro hominibus Deo offerre.*

Et infra: *Illos vero, qui negant Sanctos, æterna felicitate in cœlo fruentes, inuocandos esse: aut qui asserunt, vel illos pro hominib. non orare, vel eorum, vt pro nobis singulis orent, inuocationem esse idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduersarique honori vnius mediatoris Dei, & hominũ Iesu Christi: vel stultum esse, in cœlo regnantibus voce, vel mente supplicare, impie sentire.*

37. In nullum opinor Pontificem tam atroces dictæ sunt iratorum hominum sententiæ, quam in hunc Ioannem XXIII. Nam in Anna-

2.*Cor* 5.7 8.
1.*Cor.* 13.12.
Ad Philipp. 1 23.
Greg l.4. Dialog. cap.25. in digressione morali.
Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam in cœlo esse negat.
Chrys. hom 3 in epist. ad Philip. *Peccatores, inquit, vbi fuerint procul à Rege sunt, atque ideo digni qui fleantur: Iusti vero, siue hic siue in futuro sæculo fuerint, cum Rege sunt, illic tamen magis, & propius non per ingressum ac fidem, sed facie ad faciem.*
οἱ δὲ δίκαιοι αὐτοῦ ἐνταῦθα ὄντες κἀκεῖ, μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσί· κἀκεῖ μᾶλλον, καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ εἰσόδου, οὐ διὰ πίστεως, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.
Sapientiæ 3.
Iustorum animæ in manu Dei sunt.

lium monumentis effingitur vt damnatus Concilio Constantiensi, & orbis terræ iudicio conuictus, quasi duos Symboli articulos abnegasset: *Carnis resurrectionem, & vitam æternam*. Respondeo primum id nusquam in Concilio fuisse probatum: tres enim & quinquaginta duntaxat articuli qui mores & contaminatam eius vitam spectabant, locupletum testium autoritate obsignati fuerunt: qui autem ad fidem pertinebant in quibus hic etiam continetur, nullius testificatione firmati corroboratiq; sunt, & tamen firmissimi esse videbantur ad eum abdicandum, quo mens & consilium aduersariorũ collimabat. Sed admittamus, si ita placet, quidquid in maledictis contumeliose positum esse voluerũt, certe hypothesis & definita controuersia derogare minime debet vniuersi generis q̃stioni & propositæ Consultationi: agitur de infallibili & nusquam aberrante iudicio, non hominis, sed Papæ, neq; Papæ in secluso cubiculo, sed in publico suggestu, non in Doctoris priuati sede, sed in solio D. Petri, neq; de facto quærentis, sed de iure, ac ne quidem de priuato iure sed cõmuni atq; vniuerso. Deniq; vt Ioannes XXIII. aberrauisset iis omnib. modis, q̃ probari nunquam potuit, id minime causæ noceret, quod turbulentissimis illis temporibus quibus dissidia religionis integritatẽ violabant, tres simul essent qui se Pontifices Maximos dicerent. Greg. XII. Benedictus XIII. Ioannes XXIII. quos viri docti & illustri autoritate sequebantur.

38. Propter eandem rationem, minime nos tangit dicta in Benedictum XIII. eius competitorem sententia, in sessione 32. eiusdem Concilii, cum Clementi VII. successerit, qui Vrbano adhuc vigente vero ac legitimo Pontifice, in Apostolicam sedem inuaserat.

39. Quod etiam è Basileensi Concilio profertur, è sessione 24. promptum, vanitatis fallaciæq; arguitur, cum id Concilium inchoatum Basileæ anno 1432. & post aliquod tempus Lausanæ continuatum vsque ad annum 1449. acta sua prima antiquauerit. Eodem vero ipso tempore tũ Concilium, tum Amedeus Antipapa, nominatus Felix V. vi & fraude lectus, vltro Nicolao se quinto dediderunt. Notandum vero est ex omni illo Concilio nil fuisse Ecclesię autoritate & iudicio comprobatum, exceptis pauculis, quæ ad beneficia Ecclesiastica pertinebant, quæque Nicolaus propter communem pacem & tranquillitatem rata esse voluit.

40. Restat Innocentius VIII. quem reprehendunt q̃ Noruegis permiserit propter vini inopiam, vt sub vna tantum panis specie diuinã rem celebrarent: Volaterranus hoc posteritati scriptis suis commendauit l. 7. Geographię. Huic obiectioni breuissime respondeo, aut nil peccatum in ea concessione fuisse, aut errorem tm̃ facti non iuris existimãdum, cũ permiserit tantum, non autẽ iuridice & summo iudicio constituerit, vt sub vna tantum specie sacrificaretur. Sæpe autem iam monuimus, posse Papam in iis quæ facti sunt labi & errare, imo etiam & in quæstionibus de iure, quatenus vt priuatus Doctor humano consilio rem decideret, sed nunquam in iis controuersiis quæ ad mores fidemq; spectant dum è firmo

Digitized by Google

firmo stabiliq; solio veritatis agit, tum propter diuinam pollicitationem illi factum in persona D. Petri, tum propter cœlestis munificētiæ pignus Ecclesiæ diuinitus concessum, *Ipse* (S. Spiritus) *docebit vos omnem veritatem.* Vnde sequitur, quicquid tandem immurmurent aduersarii in doctrina de moribus illam sanctam esse vt symbolum Apostolorum nominat, quod ad fidem autem pertinet, *sine ruga & macula*, vt Paulus cœlestium arcanorum interpres significat.

DE FABVLOSA ET EMENTITA IOANNA QVAM PAPISSAM VOCANT.

CAPVT XIV.

LVCIANVS Apellem scribit vnum omnium in pingendi arte facile principem, cum falso apud Regem Ptolomeum perfidiosæ coniurationis accusaretur, quo innocentiam suam honesto artificio defenderet, Calumniam viuis coloribus expressam bono in lumine collocauisse. Virum imprimis sedentem expressit maximis auribus & vt ita loquar decumanis quales Midæ poetæ attribuunt, mulieribus duabus circunseptum putidis & insignibus ad deformitatem, quarum alteri nomen est Ἄγνοια *Ignorantia*, alteri Ὑπόληψις *suspicio*. Tendit autem ille vir manus ad venientem *Calumniam* mulierculam externo cultu & specie venustam atque elegantem, nisi quod in ore atque vultu iracundiæ vis & ardor animi inuidentis exæstuat, quæ sinistra manu facem præfert obscuro igne fumantem, dextra iuuenem cincinnis prehensum incredibili violentia rapit, manus in cœlum tendentem obtestantemq; omnes Deos. Ante ipsam vadebat homuncio pallido vultu atq; fœdissimo, qualis solet iis vulgo esse, qui diuturno morbo contabuerunt, Lynceis alioquin oculis, quem *Liuorem* nuncupabant. Hinc inde progrediebantur & aliæ duæ, impudenti ore atq; meretricio, quæ Calumniam varia paratura subornarent, quarum hæc ἐπιβουλὴ dicta, hoc est *Insidia*, illa vero Ἀπάτη *Fraus* & fallacia. A tergo sequebatur Μετάνοια, *Pœnitentia*, Leucophæata vel potius puella veste laceraque induta, quæ conuersa retro & pudore suffusa, venientem excellenti forma Virginem & velut vnam de numero cœlestium Ἀλήθειαν, veritatem, non sine lacrymis & mœrore contuebatur.

Lucianus. tom. 1. c. initio. Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.
Ὁ δὲ Ἀπελλῆς τοιᾷδέ τινι εἰκόνι ἠμύνατο τὴν διαβολήν. ἐν δεξιᾷ τις ἀνὴρ κάθηται τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων, μικροῦ δεῖν τοῖς τοῦ Μίδου προσεοικότα, τὴν χεῖρα προτείνων πόρρωθεν ἔτι προσιούσῃ τῇ διαβολῇ. περὶ δὲ αὐτὸν ἑστᾶσι δύο γυναῖκες, ἄγνοιά μοι δοκεῖ, καὶ ὑπόληψις. ἑτέρωθεν δὲ προσέρχεται ἡ διαβολή, γύναιον ἐς ὑπερβολὴν πάγκαλον. ὑπόθερμον δὲ καὶ παρακεκινημένον, οἷον δὴ τὴν λύτταν. καὶ τὴν ὀργὴν δεικνύουσα, τῇ μὲν ἀριστερᾷ δᾷδα καιομένην ἔχουσα, τῇ ἑτέρᾳ δὲ νεανίαν τινὰ τῶν τριχῶν σύρουσα, τὰς χεῖρας ὀρέγοντα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ μαρτυρόμενον τοὺς θεούς. ἡγεῖται δὲ ἀνὴρ ὠχρὸς, καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δεδορκὼς καὶ ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. τοῦτον οὖν εἶναι τὸν φθόνον ἄν τις

Digitized by Google

εἰκάζεται. καὶ μὴν, καὶ ἄλλαι τινὲς δύο παρομαρτοῦσι προτρέπουσαι, καὶ περιστέλλουσαι καὶ κατακοσμοῦσαι τὴν διαβολὴν, ὡς δέ μοι καὶ ταύτας ἐμήνυσεν ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνος, ἡ μὲν ἐπιβουλή τις ἦν, ἡ δὲ ἀπάτη, κατόπιν δὲ ἠκολούθει πάνυ πενθικῶς τις ἐσκευασμένη μελανείμων καὶ κατεσπαραγμένη μετάνοια δὲ καὶ αὕτη ἐλέγετο. ἐπεστρέφετο γοῦν ἐς τοὐπίσω δακρύουσα, καὶ μετ' αἰδοῦς, πάνυ τὴν ἀλήθειαν προσιοῦσαν ὑπέβλεπεν.

Hac Apelles exquisita pictura cum innocentiam suam in omnium oculis posuisset, à magno & sapiente Rege obtinuit, vt æmulus & conuiciator peracerbus Antiphilus, cuius impia machinatione affligebatur, imminutum famæ honorem merito præconio restitueret: quin & ipsius Ptolomæi splendidissima & regali penitus munificentia centum talentis hoc est sexaginta millibus aureorum donatus fuit. Fecisset vtinam bonus Deus, vt in hac temporum labe, tam facile explicari possent & ante omnium oculos poni veteratoriæ eorum hominum fraudes atque impudentissimæ calumniæ, qui in Romana Sede omnibus contumeliis oneranda, curam, studium, & industriam omnem suam posuerunt.

Homo ille longis & patulis auribus est *Hæreticus*, qui *Malitia ignorantiaque* septus, auide rumusculos omnes excipit atque maledicta, quæ inaudita furiosorum hominum libidine, in Ecclesiam Catholicam vel dicuntur vel insanis Commentariis produntur. Tendit ille manus ad *Calumniam*, quæ lectissimæ quidem fœminæ vultum præ se ferens ad eum accedit, sed intimo in animo fel, virus, rabiem & acerbitatem occultat. Pusio quem coma prehensum rapit, est *Innocentia*, fax ardens quam intentat atque iniecturam minatur est *impudens criminatio*. Monstrum hominis quod illi viam sternit est *Mēdacium*, quod hinc inde septum & munitum est *fraude* atque *Insidiis*. Et procedunt læte illa quidem & triumphant primum, insultantque Virtuti, sed ad extremum succedit *Pœnitentia* in morem languidi mancipii, oppleta lachrymis & comploratione, manus tendens ad augustā nobilissimamq; matronā *Veritatem*, Tēporis filiā & Reginā sæculorū. Quod si fuit aliquando tempus quo Emblema istud locū habuerit, nunquā certe potuit illustrius accommodatiusque videri, quā ad illā fraudem impudensq; mendaciū explicandū ad ꝙ aggredimur, de muliere quadā Ioanna quā Papissam vocāt, de qua id sane dici potest, ꝙ de Hæresi Tertull. protulit, illam tm̄ ante oculos posuisse, refutasse est: & qui velū & integumentū illi abstulerit, eo ipso infelices Mimos ꝓbro, dedecore infamiaq; operiet, qui in hominū illā theatrum inducunt. Fabella igitur illa mirifica, quā historiæ nomine insigniunt, ita habet. Puella quædā obscuris nata parentib. & humili conditione, è Germania vel vt quidā volunt Anglia, Gilberta nomine, cū pudore & castimonia spoliata fuisset à flagitioso quodā Monacho Fuldensis Monasterii in Germania, lustratis pluribus Academiis & regionib. peragratis, cū sexū suum occultasset, nomen ēt commutasset suum, vt Ioannes Anglus diceretur, in amasii sui gratiā è Britannia oriūdi, tandē illo Monacho demortuo Athenis Romā venit, ibiq; tres annos publice docuit sūma hominū frequētia, laude, cōprobatione, ꝓp insignē illius eruditionē atque doctrinā. Populus simul & sacrorū hōum ordo, sic demētati & in fraudē impulsi magno illo splēdore fuerūt, vt eā post Leonē IV. ad amplissimū sacerdotium & Pontificię Sedis authoritatem eueherent. Illa vero tantū artificio simulationis valuit, in sexu & conditione sua tegenda, vt nullius curiosi hominis arte atq; via, res patefieri vnquā potuit, donec tandē cuidam

cuidam Cardinali nequiter sociata, grauidaq; facta, mox peperit in publica supplicatione, luce palam, medio in vico, quo eodem in loco vitam exhalauit. Hæc est breuis ementitæ historiæ comprehensio, de qua, rei magis illustrãdæ, scholastico pœne more differemus, D. Thomæ subtilissimi atq; Summi Doctoris imitatione, primo loco argumenta ponẽtes, quæ aientem partem confirment, tum ea, quæ negantem astruant, deniq; obiectiones contrarias dilucide breuiterque soluemus.

Rationes in speciem probabiles eorum, qui non tam elaborant in dicendo quam maledicendo, quinque numerantur: Prima nititur scriptorum autoritate, qui bellam eam narrationem monumentis suis reliquerunt, quorum omnium antiquissimus est Marian. Scotus, qui ann. 1086. viuebat. Eum secutus Martinus Polonus eandem cramben reposuit anno 1320. Mox Rodolphus Higeden anno 1342. in quorum deinde vestigia recentiores aliquot nullo consilio iuerunt Bocacius Florentin⁹, Ioann. Baleus Anglus, Iacobus Curio, Sabellicus, Centuriatores, Annales Aquitaniæ, Theodor. Zuingerus, Fulgosus, Sebastian. Francus, & Conradus Clauserus, qui ad Calcondylę historiam hunc videlicet purpureũ pannum attexuit, aususque est comminisci Papissam illam partum effudisse dum in templo solenne sacrum celebraret: sic alij quidam Sigeberti historiam deprauarant, vt eiusdem rei meminisse videretur. Secunda ratio ducitur ex eo, quod in Templo Senẽsi, vbi sunt Maximi Pontif. effecti & expressi, statua etiamnum visitur huius Papissæ inter Leonẽ IV. & Benedictum. III. quod vt verissimile est tolerare minime potuisset cũ Romanæ sedis perspicua infamia atque dedecore, in Cardinalium oculis, in luce populi, nisi res omnium consensione certa & testata foret.

Tertia ex eo colligitur, quod Pontifex, cum ex ædibus Vaticanis ad S. Ioannis Lateranensis templum se confert, à directa via de more secedat, ne, vt aiunt, incidat in eum vicum, vbi Papissa sobolem effudit: & ambitu quodam longiore per viam S. Clementis procedat.

Quarta sumitur ex eo, quod in extremo eo vico matris & filij statuæ etiamnum visantur.

Quinta ad extremum ex perenni consuetudine petitur, quam ab illa publica orbis terræ offensione celebrari obseruarique aiunt, vt eo die, quo publica vrbis lætitia Pontifex coronatur, in sella familiari iubentur considere ad sexum experiundum (vide quo impudens & impunita in excogitando audacia progrediatur) & tentandum an sint vere viri.

Quæ vero in contrarium argumenta ad stabiliendam veritatem proponuntur, hæc sunt. Primum, quod autores huius fabellæ suis se compungunt acuminibus, & repugnanter loquuntur, non diuersa modo sed etiam aduersa contrariaq; dicunt, idq; non tantum pauculis in reb⁹, sed in omnibus fere circumstantijs. Atqui tam exigua nulla quæstio est, & controuersia, quin duorum saltem aut trium poscat testimonia, qui in locis, temporibus, personis, atq; in ipso contextu historiæ cõueniant. Quæ sane scriptorum inter se collatio tum requiritur maxime, atq; ad-

hiberi solet, cum non ijsdem temporibus vixerunt, quibus res contigit, quam perpetuæ hominum memoriæ commendant. Quod in hac re, de qua agimus, locum habet (cum eorum omnium antiquissimus, qui narrationem hanc attigerunt, post ducētos annos viguerit, ab eo tempore, in quo fuisse mirabilem illam Ioannam confingunt. Veritas. a. cum sibi vbiq; atque omni ratione similis sit, mendacium contra vagum & incōstans, semper variū, dissimili cōtrarietate discerptum; id fabulæ architectis euenisse mihi videtur, q̄ olim turris Babel ædificatoribus, vt nimirū in eam styli & animi confusionem, in tantam futilis scriptionis perturbationem repugnantiamq; inciderent, vt conuenire nunq̄ inter se potuerint atq; congruere, neq; in patria natalibusq; proferendis Papissæ, neq; in nomine, neq; educatione, non in studijs, moribus, atque fama, non in forma atque pompa electionis, nō in tempore, quo cœpit res administrare, aut quo ipsum magistratum gessit, non in eo, qui flagitiose cum ea copulatus est, non in partu, non in modo, quo fraus patefacta fuit, non deniq; in extremo eius fato & occasu.

Fulgosus, Ioannes Hus, & Francus aiūt, nominatam fuisse Agnetem, Zwingerus & Baleus Gilbertam, Germani quidam nominant Isabellā, alij Margaretam, nonnulli Iuttam, quidam etiam Dorotheam. Deinde cum ad Ecclesiæ principatum electa fuit, Fulgosus, Sabellicus, Francus, & Iacobus Curio scribunt, nuncupatam fuisse Ioannem VII. Baleus & alij vocant Ioannem VIII. Quod ad solum natale spectat Fulgosus, Frācus & Annales Aquitaniæ, ex Anglia oriundam prædicant, Zwingerus, Boccacius, & Baleus è Germania. Boccacius & Zuingerus doctrinarum studijs & eruditioni dedisse operam volunt in maiori Britannia & Romæ: Scorembergus Lutetiæ Parisiorum Philosophiæ baccas laureamq; decerpsisse. Martinus Polonus alijque potius Athenis id euenisse confirmant. Zuingerus eam virtutum omnium splendore claram & illustrē & præstātem sanctitate fuisse monet, vt etiam & Boccacius, qui propter vitę innocentiam laudatosq; mores ad Pontificiam dignitatem electam ait: Martinus Polonus, Fulgosus, Baleus, & Francus è paterna domo extorrem atque fugitiuam; Baleus à Monaho Britanno corruptam in Fuldensi Monasterio delitescente, à quo postea ducta fuerit Athenas Græciæ lumen atq; emporium humanitatis: Boccacius ab adolescente poti⁹ studioso literarum ad nequitiam abductam vult, qui mox eam in Angliā transportarit. Francus Magam fuisse opinatur, & mali dæmonis cōmercio infamem. Zuingerus, Boccatius, Baleus & Scoremberg⁹ successisse proxime aiunt Leoni V. Martinus Polonus alijque Leoni IV. nonnulli Martino I. Quidam Benedicto III. Annales Aquitaniæ proxime ante Nicolaum I. collocant. Balleus alijq; consueuisse illam cum certo quodam Cardinali flagitiose ꝓdit, qui vn sexum eius & naturę cognitionem agnouerat: Annales ijdem Aquitaniæ domestici famuli consortio ad libidinem vsam testantur. Sunt qui eius Pōtificatus initium in annum 854. conferant, alij ad annum potius referunt 857. quidā vero 904.

Maria-

Digitized by Google

Marianus & Martinus egisse volunt in Ecclesiæ procuratione annos 2. menses 5. & dies 4. nonnulli duos annos cum dimidio: duos tantum annos quidam; alij annum vnum, 5. menses, & dies 3. Aliqui etiam 4. tantũ menses. Chronica variorum Autorum collecta à Germanis & quatuor voluminibus comprehensa, scelus à Dæmone patefactum fuisse ferunt, qui pleno & referto Consistorio clara voce pronunciarit.

Papa Pater Patrum, Papissæ pandito partum.

Alij de beatis spiritibus vnũ fuisse malunt, qui ẽt optionẽ illi cõcessit vt aut clam & occulte pareret, & scelerum pœnas apud Inferos diuino iudicio meritas dependeret; aut palam in omnium luce atque in medio foro sine obstetrice partum ederet, eoque dedecore tanquam salutari pœnitentia eluta, euolaret recta in cœlum & cœtum beatorum: Illam autem elegisse hoc vltimum: Cui tamẽ repugnat Polonus, qui ignaram partus sui facit, eamq; vult ex inopinato genuisse in via media & publica supplicatione, idque vt aiunt Sazonius & Balleus festo die Christi corpori consecrato: Annales Aquitaniæ peperisse narrant, cum per vrbem equitaret, Boccacius cum diuinis rebus operaretur; Clauserus deprauãs, vt superius dictum fuit Chalcondylam cum sanctissima in Templo mysteria celebraret: Scorembergus in aula id euenisse memorat, cum solio insideret. Martinus & Baleus subita morte vitam exhalantem describunt in medio vico, Aquitaniæ Annales inequitantem, Boccacius à partu etiam vitam propagauisse contendit, & deinde coniectam in Tullianum. Quid in historia dici potest varium magis minusque probabile, quod tam inconstans & incertum excogitari: Quod quidem præiudiciũ est certissimum eorum mendaciorum, quæ ex abditis illis fraudis & fallaciæ latebris iamiam in lucem proferentur.

Paucæ omnino sunt in hac tota narratione circumstantiæ, quæ non aperte primo statim obtutu impiam hominum fraudem patefaciant: quod Lector studiosus cupidusq; veritatis diligentissime animaduertere debet, & primum in nomine, duos enim Pontifices Romanos faciunt Ioannis nomine insignes, vnum hanc Papissam, quam inter Leonem IV. & Benedictum III. collocant: alterum Ioannem VII. longe à Leone IV. seiunctum, quod Pontificiam sedem tenuisse dicatur anno 705. Dici vero non potest istam Papissam fuisse Ioannem Octauum, nam alius reperitur, qui proxime post Adrianum II. anno 872. electus fuit dictus Ioannes Octauus, cuius Epistolæ sunt in manibus, quique Trecis in Gallia Synodum coegit anno octingentesimo septuagesimo octauo.

Secũdo manifestæ falsitatis historia ipsa conuincitur, cum mirificam illam depingit Nymphã ex Anglia ortam, siue Germania, nam ex omni numero Pontificum, qui Ioannis nomen tulerunt, numero 24. nullus Britannus aut Germanus perhibetur, sed Italus aut Græcus, Gallus, Lusitanus, Illyrius, aut Antiochenus: nimirum septemdecim Itali, inter quos est Ioannes VIII. Romanus, tres Græci, inter quos numeratur.

hiberi solet, cum non ijsdem temporibus vixerunt, quibus res contigit, quam perpetuæ hominum memoriæ commendant. Quod in hac re, de qua agimus, locum habet (cum eorum omnium antiquissimus, qui narrationem hanc attigerunt, post ducẽtos annos viguerit, ab eo tempore, in quo fuisse mirabilem illam Ioannam confingunt. Veritas. a. cum sibi vbiq; atque omni ratione similis sit, mendacium contra vagum & incõstans, semper variũ, dissimili cõtrarietate discerptum; id fabulæ architectis euenisse mihi videtur, ꝙ olim turris Babel ædificatoribus, vt nimirũ in eam styli & animi confusionem, in tantam futilis scriptionis pturbationem repugnantiamq; inciderent, vt conuenire nunq̃ inter se potuerint atq; congruere, neq; in patria natalibusq; proferendis Papissæ, neq; in nomine, neq; educatione, non in studijs, moribus, atque fama, non in forma atque pompa electionis, nõ in tempore, quo cœpit res administrare, aut quo ipsum magistratum gessit, non in eo, qui flagitiose cum ea copulatus est, non in partu, non in modo, quo fraus patefacta fuit, non deniq; in extremo eius fato & occasu.

Fulgosus, Ioannes Hus, & Francus aiũt, nominatam fuisse Agnetem, Zwingerus & Baleus Gilbertam, Germani quidam nominant Isabellã, alij Margaretam, nonnulli Iuttam, quidam etiam Dorotheam. Deinde cum ad Ecclesiæ principatum electa fuit, Fulgosus, Sabellicus, Francus, & Iacobus Curio scribunt, nuncupatam fuisse Ioannem VII. Baleus & alij vocant Ioannem VIII. Quod ad solum natale spectat Fulgosus, Frãcus & Annales Aquitaniæ, ex Anglia oriundam prædicant, Zwingerus, Boccacius, & Baleus è Germania. Boccacius & Zuingerus doctrinarum studijs & eruditioni dedisse operam volunt in maiori Britannia & Romæ: Scorembergus Lutetiæ Parisiorum Philosophiæ baccas laureamq; decerpsisse. Martinus Polonus alijque potius Athenis id euenisse confirmant. Zuingerus eam virtutum omnium splendore claram & illustrẽ & præstãtem sanctitate fuisse monet, vt etiam & Boccacius, qui propter vitę innocentiam laudatosq; mores ad Pontificiam dignitatem electam ait: Martinus Polonus, Fulgosus, Baleus, & Francus è paterna domo extorrem atque fugitiuam; Baleus à Monaho Britanno corruptam in Fuldensi Monasterio delitescente, à quo postea ducta fuerit Athenas Græciæ lumen atq; emporium humanitatis: Boccacius ab adolescente potiꝰ studioso literarum ad nequitiam abductam vult, qui mox eam in Angliã transportarit. Francus Magam fuisse opinatur, & mali dæmonis cõmercio infamem. Zuingerus, Boccatius, Baleus & Scorembergꝰ successisse proxime aiunt Leoni V. Martinus Polonus alijque Leoni IV. nonnulli Martino I. Quidam Benedicto III. Annales Aquitaniæ proxime ante Nicolaum I. collocant. Balleus alijq; consueuisse illam cum certo quodam Cardinali flagitiose ꝓdit, qui vn[illegible] sexum eius & naturę cognitionem agnouerat: Annales ijdem Aquitaniæ domestici famuli consortio ad libidinem vsam testantur. Sunt qui eius Põtificatus initium in annum 854. conferant, alij ad annum potius referunt 857. quidã vero 904.

Maria-

Marianus & Martinus egisse volunt in Ecclesiæ procuratione annos 2. menses 5. & dies 4. nonnulli duos annos cum dimidio: duos tantum annos quidam; alij annum vnum, 5. menses, & dies 3. Aliqui etiam 4. tantũ menses. Chronica variorum Autorum collecta à Germanis & quatuor voluminibus comprehensa, scelus à Dæmone patefactum fuisse ferunt, qui pleno & referto Consistorio clara voce pronunciarit.

Papa Pater Patrum, Papissæ pandito partum.

Alij de beatis spiritibus vnũ fuisse malunt, qui et optionẽ illi cõcessit vt aut clam & occulte pareret, & scelerum pœnas apud Inferos diuino iudicio meritas dependeret; aut palam in omnium luce atque in medio foro sine obstetrice partum ederet, eoque dedecore tanquam salutari pœnitentia eluta, euolaret recta in cœlum & cœtum beatorum: Illam autem elegisse hoc vltimum: Cui tamẽ repugnat Polonus, qui ignaram partus sui facit, eamq; vult ex inopinato genuisse in via media & publica supplicatione, idque vt aiunt Sazonius & Balleus festo die Christi corpori consecrato: Annales Aquitaniæ peperisse narrant, cum per vrbem equitaret, Boccacius cum diuinis rebus operaretur; Clauserus deprauãs, vt superius dictum fuit Chalcondylam cum sanctissima in Templo mysteria celebraret: Scorembergus in aula id euenisse memorat, cum solio insideret. Martinus & Baleus subita morte vitam exhalantem describunt in medio vico, Aquitaniæ Annales inequitantem, Boccacius à partu etiam vitam propagauisse contendit, & deinde coniectam in Tullianum. Quid in historia dici potest varium magis minusque probabile, quod tam inconstans & incertum excogitari: Quod quidem præiudiciũ est certissimum eorum mendaciorum, quæ ex abditis illis fraudis & fallaciæ latebris iamiam in lucem proferentur.

Paucæ omnino sunt in hac tota narratione circumstantiæ, quæ non aperte primo statim obtutu impiam hominum fraudem patefaciant: quod Lector studiosus cupidusq; veritatis diligentissime animaduertere debet, & primum in nomine, duos enim Pontifices Romanos faciunt Ioannis nomine insignes, vnum hanc Papissam, quam inter Leonem IV. & Benedictum III. collocant: alterum Ioannem VII. longe à Leone IV. seiunctum, quod Pontificiam sedem tenuisse dicatur anno 705. Dici vero non potest istam Papissam fuisse Ioannem Octauum, nam alius reperitur, qui proxime post Adrianum II. anno 872. electus fuit dictus Ioannes Octauus, cuius Epistolæ sunt in manibus, quique Trecis in Gallia Synodum coegit anno octingentesimo septuagesimo octauo.

Secũdo manifestæ falsitatis historia ipsa conuincitur, cum mirificam illam depingit Nymphã ex Anglia ortam, siue Germania, nam ex omni numero Pontificum, qui Ioannis nomen tulerunt, numero 24. nullus Britannus aut Germanus perhibetur, sed Italus aut Græcus, Gallus, Lusitanus, Illyrius, aut Antiochenus: nimirum septemdecim Itali, inter quos est Ioannes VIII. Romanus, tres Græci, inter quos numeratur.

ratur Ioannes VII. Gallus vnus, Lusitanus vnus, vnus Illyrius, vnus item Antiochenus.

Synesius in epistola vltima ad fratrem scribit, suo tempore nihil fuisse Athenas, neq; vsquam alibi in Græcia fuisse vlla Gymnasia literaria fuit autem Synesius paulo post tempora Basilij & Nazianzeni. Cedrenus & Zonaras restituta testãtur à Barda Cæsare tempore Nicolai I. qui successit Benedicto III.

Verba Synesij sunt hæc: quæst.136.

Οὐδὲν ἔχουσιν αἱ Ἀθῆναι σεμνὸν, ἀλλ' ἢ τὰ κλεινὰ τῶν χωρίων ὀνόματα· καὶ ὥσπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου· οὕτως ἐνθένδε φιλοσοφίας ἐξῳκισμένης, λείπεται περινοστοῦντα θαυμάζειν τὴν Ἀκαδημίαν τε καὶ τὸ Λύκειον, καὶ νὴ Δία, τὴν ποικίλην στοάν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην.

Zonaras 3 tom Annal.

Οὐδὲν δὲ οἱ εἴργαστο ἀγαθὸν ἢ τῆς τῶν λόγων φροντίδος διὰ πολλοῦ.

Nam philosophia neglecta iacebat, ac prope omnino extincta erat, vt ne scintilla quidem eius superesset in causa fuerat Imperatorum inscitia. Sed hic, Bardas scientiæq; disciplinæ scholas constituit, & doctores designauit, & singulis publica stipendia decreuit, & omnib' magnum, & communem Doctorem præfecit Leonem Philosophum, cuius doctrinæ inclyta fama erat, etiã ab Imperatore Theophilo honoratum.

Tertia falsitas & commentum apparet in loco, vbi studuisse humanitati grauioribusque studijs fertur. Omnes enim exceptis Boccacio, Zwingero, & Scorembergo communi conspiratione tradunt illam Athenis studuisse. Atqui illis temporibus dirutæ Athenæ prostratæque iacebant, neque in ijs studia literarum celebrari cœperunt ante Michaelis principatum, qui imperabat anno Domini 856. vt Zonaras Cedren. Synesius animaduertunt.

Quartum mendacium æque manifestum est, quod eam publice Romæ docuisse aiũt: nam eo sæculo, quo Romanam sedem hanc Ioannam administrasse aiunt nimirum anno 800. ea publice prælegendi consuetudo nondum Romæ inchoata fuerat, vt constat ex Onuphrio quæst.8.

Quinta falsitas in ea apparet, quod eandem è docendi munere ad summam in Ecclesia dignitatem, & ex laico profanoq; statu ad Pontificatum maximum subito electam & euectam scribunt, quod fictum atq; falsum perspicue ostenditur, cum ante Formosum Pontificem, cuius electio incidit in annum 890. nullus pontificiam dignitatem obtinuerit, qui non prius in Ecclesia gradum aliquem dignitatis fuisset consequutus, & quinquagesimum ætatis annum attigisset, quo tempore barbam ferre homines solent, quique non habent id omnino dissimulare aut tegere non possunt. Adde quod ante Leonem VIII. qui floruit ann. 903. nullus subito & primo veluti gradu ad Rom. sedis fastigium ascenderat. Certum est aũt ad aliquam in Ecclesia dignitatẽ obtinendam, sacris ordinibus initiatum esse oportere, quorum ianuam atque introitum aperit tonsura prima, quæ vulgo tribui nemini consueuit, qui non prius se ingenuum, honestis parentibus legitime natum, locum, patriam, suamq; diœcesim probarit: quod sine vlla dubitatione accuratius & subtilius inuestigari in ijs solet, qui ad sublime D. Petri solium adsciscuntur. Quare videmus eos, qui Summorum Pontificum indices summa diligentia confecerunt, hactenus circumstantias omnes, nisi in huius Ioannæ Papissæ vita historiaque notauisse.

Onuph. Annot. in Plat. in vitam Ioan 8.

Duo hic suffarcinat mẽdacia, primũ eam tum bonas

Sexta fraus inanitatis plena aperitur, cum dicunt occupasse illam sedem, Leonem inter nomine IV. & Benedictum III. cum ex Anastasio bibliothecario contrarium plane constet: qui Summorum Pontificum memoriam oratione prosequens vsq; ad centum & decem, se plurium inaugurationi interfuisse ait, & pompam coronationis spectasse, nimirũ Sergij II. Leonis IV. Benedicti III. Nicolai I. Adriani II. & Ioannis VIII. *Sanctissimus*, inquit, *Leo Papa IV. obdormiuit in Domino 16. Cal. August. sepultus ad S. Petrum, & cessauit Episcopatus dies 50. Quo mortuo mox omnis Clerus Romanæ sedis, vniuersi proceres, cunctusq; populus ac Senatus congregati sunt Domini clementiam exorantes, vt beatissimum illis in omnibus demonstrare, dignaretur Pastorẽ, qui Apostolatus culmen regere valuisset tranquille. Qui diuinitus æthereoque lumine inflammati vno consensu, vno conamine Benedictum pro æetatis, quibus pollebat, sacris*

operibus

operibus pontificem promulgauerunt. Ado Archiepisc. Viennensis, Ademar᷒, Paulus Æmilius, Anglicana historia, Valerianus Westmonstariensis, Abbas Vspergensis, & Lupus Abbas idem quod Anastasius plane dicũt, nullumq; Pontificem collocant inter Leonem IV. & Benedictum III.

literas publice in vrbe professam esse, quod omnino falsum est; cum huius temporis hominib. nihil minus cura esset, quam vt in vrbe quispiam doceret: quod ex historiarum contextu facile liquet, &c.

Septima, ex eo facile conuincitur, quod eius partum in extremam senectutem differant, cum verissimile non sit, quæ primis ineuntis adolescentiæ temporibus sterilis fuerit, à Monacho, aut scholastico adolescẽte libidinibus inflammato diutissime adamata, eam iam ætate prouectã sobolem genuisse. Quibus addendum hoc etiam est, eos qui hoc flagitiũ vni de Cardinalibus attribuũt, alias negare Cardinalium institutionem tam antiquam esse, vt ad id tempus, quod huic Papissæ concedunt, pertinere queat. Sed de ea quidem re nos alio in loco agemus.

Idem paulo ante. *Nemo legitimus vnquam Roma Pontifex creatus fuit, per annos plus minus nongetos à S. Petro Apostolo vsq; ad Formosum Papam, qui ab ineunte ætate Romana in Ecclesia educatus non esset, & per omnium ecclesiasticorum ordinum gradus ad diaconatum ad minus vel sacerdotium saltem non ascendisset.*

Sed longe omnium illustrius est, quod de eius partu octauum est mẽdacium, quem euenisse in publica supplicatione volunt sanctissimo Sacramento festa & solenni: cum euidens sit & luce clarius hanc diei festi celebritatem sub Vrbano IV. Summo Pontifice in Ecclesiæ consuetudinem inductam, quadringentis post fictitiam illam Papissam annis, nimirum anno 1264.

Neq; minus nota nobilisq; est noua falsitas, cum peperisse eam dicũt è Vaticano in S. Ioannis Lateranensis delubrum abeuntem, cum testib᷒ Platina & Onuphrio lib. de septem Eccles. nondum illi religionis moderatores in Vaticano habitarent, sed tantum ad S. Ioann. Lateranensem, neque ibidem rerum suarum domicilium posuerunt ante annum 1350.

Sed quoniam ex textu ipso historiæ & fabellæ compositione, euertimus id Papissæ inauditum portentum, nunc res postulat, vt ad idipsum conficiendum rationes in medium proferamus certas, splendidas, atque firmissimas, quæq; refutari nullo modo possint.

Tertio igitur loco hæc conuinci & refutari falsitas potest historicorum omnium silentio, qui illa tempestate viuebant, cum minime probabile sit, rem eos tam inauditam, tamq; plenam inusitati prodigij prætermissuros fuisse, & omnium sermonibus iactatam dissimulaturos. Imprimis sane haud siluisset Anastasius S.R.E. Bibliothecarius, qui vt superius dicebamus Pontificum vitas vsque ad Benedictum III. posteritati mandauit, quiq; de se ipse testatur, electioni se interfuisse Sergij II. Leonis IV. Benedicti III. Nicolai I. Adriani II. & Ioannis VIII. qui Pontifices aut præcesserunt, aut proxime consequuti sunt id tempus, quo meretricula illa scenam tenuisse dicitur, nimirum circa annum Dom. 850.

Eo tempore Anastas. S. R. E. Bibliothecarius, qui vitas Romanorum Pontificũ vsq; ad Benedict. III. successorẽ Nicolaum scripsit, viuebat, & creationib. Sergij II. Leonis IV. Benedict. III. Nicolai I. Hadriani II. Ioan. IIX. vt ipsemet refert, interfuit. Is non solum nullam biennalis põtificatus Ioannis fœm. na mentionem facit, verum et Leone mortuo non Ioannem Romanam sedem, post Leonis IV obitum, dies tantum quindecim vacasse scribit, subijcitq; aliquem, sed Benedictum ipsum Tertium statim suffectum.

Ado Episc. Viennensis, qui tum etiam vita fruebatur, non modo non fabellæ istius meminit, sed expresse quoque dicit inter Papam Leonem IV. & Benedictum III. nullum penitus intercessisse. Rhegino similiter, Lambertus, Hermannus Contractus, alijq; suppares Anastasio nullam mentionem fecerunt. Nec est vllum istius rei vestigium ante Martinum Polo-

Ado Viennens. in Chron. anni 865. *Pontifex Roman. Gregorius moritur: atque eius loco Sergius ordinatur, illo defuncto succedit Leo. Quo obeunte Benedictus in*

Digitized by Google

sede Apostolica substituitur habetur inter auctores historiæ Christianæ.

Onuphrius annotatione in Platinam, de Ioan. 8.

Porro vt quis hic Martinus qui hanc rem primus scripsit fuerit, quantaque illi fides adhibenda sit, intelligamus, scitu dignum, hunc authorem eum esse, ex quo mirabilium vrbis Romæ liber manauit, qui scripsit. Primus successor Romuli Pompilius pater Numæ, secundus Romanorum regis ponitur, eodem libro Vergilius. Numa Pompilius Romæ tribunus plebis. Qui portas Ostiensem, Catenam & prope arcem sancti Angeli collinam vocat. Qui Pantheon Agrippæ, Sibeles ædificat. Qui templum beatorum templum fore fuisse tradit. Statuam M. Aurelii æneam equestrem Rusticum Tiburtinum cum bubone, equos Quirinales à Philosophis factos, templum pacis nocte natalis Christi corruisse, & multa alia huiusmodi primus scripsit. Ab hoc igitur haud multum occupato, sed potius simplici scriptore Ioannis fœminæ fabulam, omnes quotquot post eum scripserunt, hausere.

Polonum, non eum dico Martinum Cromerum doctum & peritum historiæ scriptorem, sed Martinum Cisterciensem Monachum bardum & nugatorem cuius pueriles ineptias Onuphrius in Notationibus suis patefecit. Et notandum maxime est eos omnes qui anilem hanc narrationem vulgarunt, magnam partem ab hoc simplici nulliusq; iudicii Polono hausisse, qui viuebat anno 1250. hoc est annis omnino quadringentis post illius Papissæ ætatem.

Existimare quis forte posset metu factum aut etiam veneratione fuisse vt Bibliothecarius cæteriq; scriptores laudati plenum inuidiæ offensionisque negotium tacito silentio prætereierint. Sed omnes sciunt, veritatis studiosum historicum & amantem existimationis, minime iis cogitatis auocari à recto cursu atq; filo, præsertim cum res sunt notissimæ & trito omnium sermone communes. Ipsi etiam Pontifices hanc cuiq; opinionem ademissent, si vera sunt quæ de statua marmorea feruntur, deque porphyretica sella familiari, cum vtrumque sit accommodatius ad perennem facinoris memoriam cõtinuandam, quam stylus erratica descriptione ludens. Adde quod istiusmodi formido habere locum in iis scriptoribus non potest, qui minus bene in maximos Pontifices animati fuerunt, qualis fuit Ioannes Rauennas Episcopus, Methodius Illyricus, Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, Vltramus Episcopus Norembergensis & Rupertus Antistes Britannus quibus Romana sedes sacris interdixerat. Sed multo minus in Græcis historicis, qui nimium quantũ auide illam ansam arripuissent Occidentales insimulandi propter facinus tam indignum, tam nouum, probri & dedecoris plenissimum; Zonaras quidem vnus inter omnes non omisisset, qui profitetur Summorũ Pontificum memoriam pertexere, vsq; ad annum millesimum centesimum decimumseptimum; Neq; Nicetas, qui historiam duxit ad annum millesimum ducentesimum vigesimum, neq; pariter Nicephorus Gregoras, qui ad annum 1344. est complexus.

Præterea cum illis temporibus foret in more positum, vti Pontifices Imperatorum voce atque suffragio comprobarentur, vt etiam tum fuerunt Leo 4. & Benedictus 3. nonne etiam oportuit scriptores illos nominare à quibus vsitato ritu & autoritate Ioanna fuerit in eo gradu honoris collocata? Deinde cum nullus tam exigui nominis Pontifex tamque breuis administrationis fuerit, cuius non extant sua merita & commemorabilia facinora, nonne decuit & huius quoque vitam illustrari, resque gestas annalium monumentis mandari? Denique si nequam & libidinosa illa lupa Ecclesiæ præfuisset, quonam modo Nicolaus & Adrianus Romani Pontifices qui proxime eam ætatem exceperunt, vt doctus animaduertit Onuphrius, Lotharium ausi fuissent tanta acerbitate à sacrorum communione arcere, propter effusam indomitamq; libidinem qua cum Valdrada consueuerat, vt annales prodũt? Qua voce Papa Leo nonus qui sæculo consequenti viuebat, Ecclesiæ Constantinopolitanæ obiectasset, quod ad principem illã sedem Nicetas & Ignatius Eunuchi fuissent

Leo 9. in prima Epistola siue libello aduers. hæres. Græcorum, c. 23.

Atqui autem vt velimus

Digitized by Google

fuissent lecti, imo etiam fœdo exemplo mulier vna Pontificia dignitate ornata, contra Ecclesiæ morem & institutum, & maxime Nicæni Concilii decreto pugnante? Nonne ea de re graues & obiurgatorias literas dedit ad Leonem Acridonum & Michaelem Cerularium?

credere quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitana Ecclesiæ contigisse, vt Eunuchos: contra primum S. Concilii Nicæni capitulum passim promouendo, fœminam in sede Pontificum suorum sublimasset aliquando, hoc tam abominabile scelus, & detestabile facinus, etsi enormitas ipsius vel horror fraternaque beneuolentia non permittit nos credere: considerata tamen incuria vestra erga sanctorum censuram canonum, quod Eunuchos, & aliqua parte corporis imminutos, non solum ad Clericatum, sed & ad Pontificatum indifferenter ac solenniter adhuc promouetis, fieri potuisse pensamus.

Nunc reliquum est vt propositas initio quæstiones celeri & dilucida oratione diluamus. Atque imprimis autoritate nixæ rationes triplici responsione soluuntur. 1. Quod eorum autorum nemo sat dignus fide videatur, qui libera voce pronunciant & fatentur eam se historiam texere, quæ ducentos ante annos contigisset, nullumq; tamen laudant scriptorem è cuius certissimis cōmentariis rem eruerint: cum plurimos nos habeamus excellenti eruditione viros nominis opinione clarissimos qui sæculo eodem vixerint qui tamen nullam istius rei mentionem fecerūt. 2. Illi ipsi qui eam historiam produnt, hærent & titubant, & dubia se opinione agitari satis ostendunt: itaq; apud illos crebro illa sunt, *ferunt, aiunt, rumor fuit*. Tertio in antiquis exemplaribus Mariani, istius Papissę vita nullo modo reperitur. Martinus Polonus, classicus autor non est, neque satis probabilis, cuius item historiæ hanc fabellam adtextam fuisse nō abhorret à vero. Platina aperte fatetur rem dubiam & incertam esse, & inter alia hæc scribit, *Hæc quæ dixi vulgo feruntur, incertis tamen & obscuris autoribus*. Et paulo post: *Erremus etiam nos hac in re cum vulgo*. Sabellicus hausit è Platina tantum. Sigebertus proferri hac in re non debet, tum quod fuerit deprauatus & auctus à Roberto à Monte Galfrido Monumetensi, tum etiam quod in manuscripto Gemblacensis Monasterii prope Louanium reliqua historia vniuersa comperiatur, de hac autem fabella nullum verbum. S. Antoninus non affirmat, sed cum merita dubitatione ait, *si quod Martinus scribit, est verum*, Boccacius Balleus & alii non ii sunt qui proferri citarique debeant, tantum abest vt in iis refutandis laborandum esse videatur. Quod attinet ad Templum Senense ante annos ducentos exædificatum, non est mirum, si Pictor vt in vtroque sexu effingendo vim artis experiretur, sit priuilegio vsus communique licentia Poetarum & Hæreticorum, qui pro animi sui arbitrio solent fingere.

Platina in vita Ioann. 8.

Onuphrius ad Platinam.

Cæterum hanc rem ex infectionibus Gelfredi monachi, qui post Martinum vixit, aut Roberti, qui Sigebertum suppleuit, esse, testimonio est, quod in antiquioris & Germanis Sigeberti exemplaribus non extet.

Horat.

...Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Longior autem ille circuitus per viam S. Clementis fieri non solet nisi quando Summus Pontifex frequētissimam & maximam supplicationem ducit propter affluentiam & infinitam pii populi multitudinē quæ angustiori in via contineri facile nequeat, vt ostendit Onuphrius. Nam certum alioquin est aliis temporibus Papam consueto comitatu septum per eam viam solere procedere.

Onuphrius annot. in Platinam, de vita Ioan. 8.

Iam quod ad statuam attinet, & hoc constat, inter ipsam & fictitiam Papissam, in ore, vultu, & positione, nullam similitudinē intercesse. Neq; enim mulieris imago esse videtur, sed potius vt ex veteribus nummis intelligi potest, Flaminis cæremoniisq; præfecti, qui nec claues nec crucem manu ferat, sed palmā in humerū incumbentē. Comes aūt qui ad latus adponitur, nō est infans aliquis puer adhuc in crepundiis, vel ab vberib.

pendens,sed ętate iam robusta adolescens,forte Popa vel Camillus,qui olim sacris & sacrificijs ministrare consueuerunt.

De sella familiari quod scribunt, nemo est nisi putidus & væcors,qui ad vllam veritatis similitudinem id putet accedere. Ne tamen suo aliquo fundamento scripsisse videantur, animaduertendum est humilem quandam sellam fuisse lapideam Romæ,vbi lectus olim Pōtifex collocabatur,vt moneretur,quamuis ad sublime solium D.Petri honorisque fastigium esset euectus, memorem tamen illum esse oportere piæ humilitatis & demissionis, quam ille ipse Apostolorum Coriphæus exhibuit, qui cum esset omnium sine controuersia maximus, minimus omnium esse voluerit. Rituales Commentarij l.1.sect.2.duarum sellarum mētionem faciunt, in quib.successiue lecti Pontifices sapienti instituto ponebantur,adhibita considerata monitione,fore vt tandem vi mortis quasi manu ad terram affligerentur, qui ad supremam inter homines dignitatem omniū votis &communi studio conscendissent.Itaque prima sedes vocabatur *stercoraria*, non quod naturæ exinaniendæ seruiret, sed quod tum Clerus id Symphonia clareq; accineret,quod est l.1.Regum cap.2. suscitat de puluere egenum,& de stercore eleuat pauperem,vt sedeat cū principibus, & solium gloriæ teneat. Propter hanc igitur rationem, & ad futurum documētum in infima illa sella considenti claues tradebantur,mox ad sublimiorem deductus easdem alteri committebat. Sed cur sudant elaborantq; Theologi in eruendis quatuor sensibus diuinarum scripturarum, & illustrium actionum Ecclesiæ, historico nimirum,tropologico, mystico & anagogico, cum Diua Reformatio etiam & quintum vnum,videlicet Diabolicum,agnoscat & sequatur?

Onuphr annot in Platinam de Ioan. 8. *Sed quoniam omnia insignia mēdacia ab aliqua veritate originem habent, hanc fabulā ex Ioannis Papa XII. viri impuri vita manasse crediderim. Is Ioannes per vim, patrui Alberici Rom Principis potentia, adhuc pene adolescens Papa factus,aliquot concubinas, vt Luithprandus Ticinensis illorum temporum scriptor libro 6. cap.6 & 7. tradit, habuit: in his pracipue erant Ioanna, Raineria, & Stephania. Ex Ioanne igitur Papa, & eius item scorto Ioanna, ad cuius forte arbitrium tanquam Papa, omnia Romæ pendebant, Ioannis fœmina Papa fabula manauit, qua*

Huius autem origo fabellæ atq; causa ad vnam de tribus reuocari debet,quę ex bonorum morum perturbatione & cōmuni labe extiterunt, Vel nimirum ad muliebrem Patriarcham inauguratū Constantinopoli, quæ Noua Roma à tempòre Constantini fuit nominata,quæ cōmunio appellationis similitudoq; fecit,vt idipsum antiquæ Romę tribueretur. Vel ex Onuphrij coniectura ad flagitiosam impuramq; vitam Ioan.XII. qui cum vnius spurcæ mulieris nutu atque arbitrio nomine Ioannæ gubernaretur,ansam præbuit offensæ multitudini populoq; Roman. non Papam esse Ioannem,sed Papissam Ioannam, quæ summam rerū administraret. Aut deniq; vt scribit Auentinus,sumpsit originem à Theodora quadam nobili & imperiosa fœmina, socru Alberti Hetruriæ Principis tum Romæ superbe dominante,quæ excogitato artificio perfecit,vt Ioannes,quem habebat in delicijs Papa renunciaretur, vt prius Episc.Bononiensem,mox Rauennatem creari curauerat. Qui quoniam mulierculæ opera atq; præsidio ad eam dignitatem fuisset euectus, cui etiam vt dominę sese mancipauerat,cachinno quodam festiuorum hominū atq; dicaciū Ioanna Papissa dictus fuit,quo eodē nomine donabatur Theodora,quod ea pro libidine omnia Romæ procuraret. Sic nimirum inter cæcos & turbulētos motus incōstātiæ nostræ quotidianæq; temeritatis, diuina

Digitized by Google

diuina prouidentia victricis Ecclesiæ res administrat, è malo bonũ creuit, è rerum confusione mirabilem ordinem, ex ignominia denique nostra proprium decus æternamq; suam gloriam parit. Summi Pontifices omnibus sceleribus cooperti non minus Papæ sunt & Ecclesiæ Catholicæ principes, quam Caiphas fuit verus atque legitimus Pontifex, rerum etiam futurarum prædictionem assecutus, tametsi Pontificiam dignitatem incesta pecunia comparasset cum Anna Socero communem, contra sanctissimas Dei leges, & scelus omnium maximum & inexpiabile consciuisset filium Dei morti addicendo.

processus temporis aucta, in historia authoritatem imperiti alicuius scriptoris opera paulatim irrepsit.

Atq; in hanc rem Tertullianus lib. de præscript. sic aiebat, *Quid enim si Episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr, lapsus à regula fuerit, ideo hæreses veritatem obtinere videbuntur? ex personis probamus fidem an ex fide personas?* S. Augustin. lib. de vnitate Baptismi contra Petilianum c. 16. disserit in eandem sententiam cum sic habet, Prorsus qualescunque fuerint Marcellinus, Marcellus, Syluester, Melchiades, Mensurius Cæcilianus atque alii quibus obiiciunt pro sua defensione quod volunt, nihil præiudicat Ecclesiæ Catholicæ toto terrarum orbe diffusæ: nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur. Si boni fuerunt, in areæ Catholicæ tritura tanquam grana mundati sunt, si mali fuerunt, in areæ Catholicæ tritura tanquam stipulæ comminuti sunt. Intra istam aream boni & mali esse possunt.

Permittamus igitur concedamusq; deinceps illis omnibus hanc fabellam vt historiam verissimam toto animi sinu excipere, qui tam acri mente sunt exquisitoq; iudicio, tam erudito sensu, tam rotundo & limato capite, vt credant imprimis Romanum omnem Clerum, tum Ecclesiã Catholicam vniuersam hoc dedec⁹ suscipere vltro voluisse, in Papissa si non eligenda, saltem comprobanda. 2. Eandem ipsam Papissam fuisse barbatam, aut sine barba quenquam electum ad supremam dignitatem. 3. Grauidam mulierem incesto flagitio & inaudita ad id tempus iniquitate iam nouem menses vterum gestantem, in publicũ atq; in omnium lucem prodire voluisse aut in equo vectam aut in solemni supplicatione. 4. Cognosci mulierem & distingui à viro non potuisse neque sutura cranii capillorumq; discrimine, neq; voce, neq; mente, neq; mamillis, neq; ipsius corporis trunco & constitutione, non denique proprietatibus aliis bene multis quæ in oculos & communem intelligẽtiam incurrunt, 5. Vt infensissimis Ecclesiæ hostibus se ridendos exhiberent meritoq; ludibrio illudendos, Maximos Pontifices retinere consuetudinem eam voluisse, vt eas partes quæ honeste nominari non possunt pertractãdas sinerent atq; tentandas. 6. Eosdem ad perpetuam huius heroici facinoris memoriam perpetua sæculorum omnium duratione constabiliendam, non vulgari è materia sedili fuisse contentos, sed Porphyreticũ delegisse. 7. Ad tacitum mysterium splendidius explicandum eam sellã fuisse nominatam stercorariam. 8. Deniq; quoniam semel tantum in vita nimirum ipso inaugurationis die hunc mimum ludunt, excogitauisse

Conciliatio seu via ad veritatem.

ſtatuam non pictam in exigua tabula, ſed fictam, expreſſam, & eminentem, neque matris modo imaginem ſed & filii nefaria libidine concepti, quæ rei perpetuum teſtimonium redderent omnibus ſæculis præſentibus & futuris & omni hominum generi qui ſunt aut fuerunt aut futuri ſunt aliquando.

Vide tomum 3. concil. p. 1. post finem Concilij Ticinensis. Card. Baron. ann. 853. Bellarm. de Romano Pontif l. 3. c. 23. Floremundum, Remundum. Nicolaum Serrarium in historia Moguntina, & Onuphrium.

Hoc videlicet modo, ęterna ſapientia formidabili iudicio ſuo percellit mentes impias & conſceleratas, vt quemadmodum vltro & maxima ſponte Eccleſiæ fidem repudiant ducis & magiſtræ veritatis, ſic eadem leuitate cœco & temerario impetu, ſeſe in mendacia fabulaſque meras effundant, modo poſſint Eccleſiæ parentis veræ atque legitimæ dignitatem aliqua ratione violare.

DE HONORE QVI SVMMO PONTIFICI DEFERTVR, DEQVE PEDVM OSCVLATIONE.

CAPVT XIV.

OMNIS vltro ſuſcepta animorum offenſio hac quidem in re facile deponeretur, ſi hoſtibus Romanæ Sedis liberet Chriſti ſententiam in memoriam reuocare, beatiſſimo Petro tanquam filio Ionæ hoc eſt priuato dictam, *ſuper hanc petrā ædificabo Eccleſiam meam*, & alio in loco, *Paſce oues meas, paſce agnos meos:* & Lycei principis ſententiam, qui vno eodemque motu ferri mentem ait communemq; ſenſum in prototypum atq; eius ſimilitudinem. Hinc enim intelligere potuiſſent honorem omnem atq; venerationem, qua Catholici Dei Vicarium proſequuntur, non in eo præciſe hærere, ſed directo tendere in Chriſtum Ieſum, neq; ad hominem referri tantum, verum etiam ad diuinitatem, non in membro ſiſtere, ſed progredi porro ad caput, neque ſpectari hunc aut illum hominem ſed ipſius dignitatem, neq; dignitatem fluxam illam & caducam ſed ſpiritalem, ad eum tandem reuocatam, ante quē Magdalena aliæq; pię mulieres proſtratæ iacuerunt Matt. 28. ſed quemadmodum certæ picturæ ſunt eo artificio elaboratæ, vt pro varia collocatione, varias formas ſpecieſq; referant, pp radios, vt Optici dicunt, viſuales refractos. Ita res ſacroſanctæ inuidis oculis & prophanis conſideratæ, ridiculæ nonnunquam videntur pp animi perturbationes quæ in vita hominum quaſi quaſdam immittunt furias & in ſcelere maleficioq; pollutis dominantur. Iſtas maleuolentię ſuffuſiones ſi quo fieri modo

Matth. 28.

modo possit discutiamus, & fontem ipsum atq; originem earum omniũ ceremoniarum inuestigemus: cur vox adorationis sit in vsu, cum fit mẽtio inaugurationis summi Pontificis, cur calceis osculum detur aut cruci potius in iisdem effictæ: cur certis diebus sublimi in sella gestetur.

Quod ad primum attinet animaduertendum est Maximum Pontificem vno de quatuor modis à Cardinalium Collegio eligi consueuisse, Compromisso, scrutinio, accessu, adoratione. Compromissum est quãdo purpurati omnes Patres vni aut paucis à se delectis suffragia sua committunt, & pollicentur se grato & libenti animo excepturos eum, & electionem comprobaturos, quem idoneum administrandæ Ecclesiæ iudicauerint. Hoc electus modo fuit Gregorius X. sanctissimo viro Bonauẽtura impellente, qui multis precibus apud Cardinales egit, vt suffragia omnes sua sex virorum potestati arbitrioq; permitterent.

Scrutinium fit, cum post diuina mysteria celebrata, & S. Spiritus inuocationem, quisq; de iis qui eligendi potestatem habent, arcana in tabella inuolutaq; dat suffragium, in qua notat tum eius nomen cui suffragatur, tum etiam in parte ima proprium, & in ciborium quoddam iniicit vnde cum reliquis deinde educitur à Decano Cardinalium, quinq; aliis sexue comitato, communi consensu in eam rem sepositis: tabellæ vero omnes ad mensam quandam altari finitimam explicantur. Tumq; is Papa renunciatur, qui duos trientes suffragiorum tulerit, & vnũ præterea suffragiũ, secundum Alexandri 3. constitutionẽ: ꝙ si numerus non constet, in sequentẽ diem electio differtur. Quod si ꝑ animorũ & sententiarũ diuortia vel quampiam aliam rõnem, de Purpuratis quispiam clara voce pronunciet præsentem hunc vel absentem dignum videri qui in solio D. Petri consideat, & e uestigio is numerus suffragatorũ quem paulo posuimus illius sententiam cõsequatur, eligendi is modus appellatur Accessio, quæ non valde abhorret ab ea veterum discessione in senatusconsulto faciundo, cum pars Senatorum abiiceret opinionem suam, vt se ad mentem clari & illustris cuiuspiam viri & sentẽtiam accõmodaret.

Vltima ratio nominatur Adoratio, quæ tum fit cum de numero Cardinalium quispiam, aliquẽ ex omni cœtu capit, quem ad Sedem Põtificiam deducit, genu flectit, manum osculatur, & simul ait Eligo te Pontificem. Atque hæc ratio vsurpata fere in omnibus fuit qui sæculo nostro tiara insigniti sunt Iulius 3. Marcell. 2. Paulus 4. Sixtus 5. aliiq; postremi. Appellatur autem Adoratio ad exprimendum cultum & reuerentiam q̃ ipsi defertur summa demissione, totius corporis inclinatione, manuum osculo, ab iis qui legunt. Neq; illa vox offendere quenq̃ debet sicut neq; ipsa actio, nisi forte quis Abrahamũ nominare idololatrã quis velit, cum Hetheam sobolem adorauit: aut Isaacũ ante Esau stratum & abiectũ, aut Iosephũ coram Patre Nabuchodonosorẽ item Danieli augustũ quendã cultũ deferentẽ, Iosue & Balaamũ Angelos adorantes. Nisi ꝓterea lubet dicere Vatẽ Eliseum diuinæ maiestatis violatæ reũ fuisse, cũ Sirnamitidẽ mulierem minime cohibuit aut repulit, quæ ad eius pedes acciderat, aut

Gen. 23.7. *Gen. 33.3.* *Gen 48. 12.* *Num 22 31.* *Iosue 5 15.* *Daniel. 2 46.* *4. Reg. 4. 27.* *Psalm. 5. 8.*

impios

impios idolorum cultores fuisse Hebræos cum ante Propitiatorium sese venerabundi abiiciebant iuxta vim dictionis Hebraicæ ישתחוו yschettachauou hoc est interprete D. Hieronymo coram duobus Cherubinis & Arca: idololatram quoque Dauidem sanctitatis & innocentiæ exemplar, cum permisit vt Abigail ad genua aduolueretur, Abdiam eiusdem sceleris consciũ, cum corã Helia strauit se atq; abiecit: nec minus impios filios Prophetarũ, quãdo ante pedes Helisæi procubuerũt: nefariũ quoque Iaddũ, quem Ioaiadã alij vocant, non prohibentẽ quominus Alexander Magnus eodẽ quoq; modo ipsum adoraret: idololatriæ crimine dãnandos eos oẽs, qui ante Reges de more genu flectunt: aut qui coram Principibus viris atq; nobilissimis, iunctis manib. genibusq; nixi ex lege clientelarum autoramentum ineunt: idololatras item Anglos cũ essedo Principis aut armario in quo regia sigilla continentur cultum exhibent: eadem insania captum Ptolomeum quando humi stratus Demetrium Phalereum versionem septuaginta interpretum deferẽtem excepit. Iam quoq; non dissimili impietate irretitos qui dominis bibentibus è consuetudine faces accendunt, aut qui Dynastas maximosq; dominatores non alio modo quam genibus flexis affantur. Et quoniam de hac tota re iam superiori libro copiose disputatum fuit, ad scrupulum omnem eximendum, autoritates duæ modo sufficient, sacra vna, & prophana altera. Illa est sanctissimi Athanasij sub finem libri de virginitate, cum ait, si quispiam iustitia clarus tuam ad domum accedat, illi obuiam progreditor & cum metu atq; reuerentia humi te abiice atque ad eius pedes aduolue re. Hæc Festi est, cum adorandi vocabulum de quo quærimus explicat, ait enim vi naturaq; sua externam actionem significare, vnde ab adorando id est agẽdo Oratores fuisse dictos qui mãdata populi agerẽt.

Psal 98.9.
1. Reg. 25. 23.
3 Reg. 18. 7.
4 Reg. 2. 15.
Ioseph. lib. 11. Antiq. c. 8.
Zonar. to. 1. Annalium.

Ioseph. l. 12. c. 2.

Athan. tract. de Virginitate to. 1. paulo ante finẽ. Ἐὰν εἰσέλθῃ ἀνὴρ δίκαιος εἰς τὸν οἶκόν σου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἀπαντήσεις αὐτῷ, καὶ προσκυνήσεις ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν. οὐ γὰρ αὐτὸν προσκυνήσεις ἀλλὰ τὸν θεὸν τὸν ἀποστείλαντα αὐτόν.

Sextus Pomp. Festus de verborum signif. *Adorare apud antiquos significat, agere, vnde & legati oratores dicũtur, quia mandata populi agunt.*

Nunc de pedum osculatione tractemus & videamus qua primũ tempestate cultus hic initiũ habuerit quem vocamus Adorationem Diuinæ literæ Act. 5. nos monent consueuisse Christianos nõ modo bona facultatesq; suas ad pedes Apostolorũ abiicere, verũ ẽt & se ipsos. Ita quidem Cẽturio Cornelius fecit & reorũ custodiæ præfectus Stephanus, ille corã D. Petro, hic præsente magno Paulo. Cumq; tum honestæ laudatæq; consuetudines & facile exciperentur & studiose retinerẽtur in Ecclesia, & is honor illis etiam qui Apostolis successissent deferrentur, diuino afflatu Summi Pontifices in calceamentis crucis effigiem collocauerũt, vt quemadmodum D. Petrus Centurionem reprehendit, non pp meritos honores qui deferebãtur, sed ꝓpter menti insitã opinionẽ, quasi ipse de numero beatorũ aut homine augustior diuiniorq; videretur: Sic ipsi nõ quidem iustam venerationem repudiarent, quæ in illis Christo Iesu reddebatur, sed docerent tamen eo insigni religionis & pietatis Hieroglyphico, non ipsis proprie tribui amplissimos eximiosque honores, sed Crucifixo, cuius beneficio eo dignitatis in loco sederẽt. Et quemadmodũ S. Ioan. Baptista non inanes vacuosq; dimittebat eos, qui ad suum baptismũ conuolassent & audiendas conciones, sed eũ tamen adeundum mone-

Act. 10. 25.
Act. 16. 29.

Digitized by Google

monebat, qui in medio illorum erat, & cuius se vocem prædicabat. Ita Summi Pontifices, minimè repellendos eos existimarunt, qui cõgruentes suæ dignitati honores deferrent, modo intelligerent tamen nullum huiusmodi cultũ se sua causa postulare: quare se palam & apertè profitentur Seruos Seruorum eius qui veneranda Cruce exprimitur. Et quoniam honor qui Christi Iesu in terris Vicario conuenit superior esse debet atq; augustior eo, qui Regibus potentissimisq; Dynastis atq; Imperatoribus tribuitur, quos tamẽ vulgo flexis genibus & demississimè homines venerantur, cõmodum visum, & minimè abhorrens atq; alienum à ratione fuit, illas humi abiectiones atq; oscula pedum concedere, quę deinde perpetuo in vsu fuerunt: quibus certè maximi Ecclesiæ duces & Rectores obstitissent, quæ magno animo respuissent, si is cultus in iis tantum hæreret, & non porrò ad mundi Seruatorẽ Christum Iesum referretur. *1. Ioan. 16.*

Quare proceres quiq; opibus & autoritate in regnis prouinciisq; moderandis valuerunt, nunquã hactenus dubitarunt eos hoc modo & hac conditione venerari, cum existimarẽt, nõ modo non se dedecus atq; iniuriam inferre diuinæ maiestati, cuius similitudinẽ ipsi pręferebant, quin potius honore amplissimo vtramq; afficere, si magni Vatis Isaiæ prædictionẽ exequerentur, *Et erunt*, inquit, *Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Et alio in loco, *Et venient ad te, curui filii eorum qui humiliauerunt te & adorabunt vestigia pedum tuorum.* Vbi per vestigia pedum, pedes ipsi debẽt intelligi, quod è gemino loco in Hesteris historia potest intelligi, vbi Mardocheus Numinis causa paratus erat non modo coram infensissimo hoste genu flectere, verum etiam vestigia pedum osculari, πίλματα ποδῶν. *Esai. 49. 1. 23. & 60. 14.*

Hoc se modo gessit Prepedigna quæ ad pedes Cai Pontificis accidit, vt ex Actis antiquissimis & fidelissimis S. Susannæ constat, positis à Baronio in Annalibus Ecclesiasticis. Sic Philippus Imperante Papam Fabianum se illustri nobilique humilitate demisit iam ante mille & quadringentos annos, Clementis Romani exemplo & imitatione, qui in Epistola ad Iacobum fratrem Domini de se memorat, accidisse ad pedes D. Petro. Sic Tiberius Iustiniani filius Constantinopoli egressus aliquando est, purpuratis suis & nobilium turba ingenti comitatus, atque ad octo milliaria processit obuiam Constantino primo, Summo Pontifici, qui rogatu Iustiniani in Orientem abierat, vt Ecclesiæ tempestatẽ componeret & religionis motus excitatos propter Canones & decreta quædam ad Synodum quintam sextamq; adiuncta. Pari veneratione atque cultu Iustinianus secundus Cœlestium Papam excepit Nicomediæ, eiq; honores maximos atque singulares impertiuit, etiam complexus & suauiatus est pedes ipsius, vti referunt Anastasius, Beda, Marianus Scotus, & Platina, cuius postremi verba ad marginem citata referuntur.

Baro. an. Christ. 294. nu 8.
Euseb. l. 6. c. 27.

Platina in vita Constantini Papæ 9. Pontificis. *Iustinianus autem videndi Constantini Pontificis admodum studiosus, hominem rogat vt ad se proficiscatur præmissa classe quo tutius nauigaret. Appropinquanti ergo vrbi regiæ Constantino, Tyberius Iustiniani filius cum regio comitatu & Cyrus Patriarcha cum omni Clero honoris causa ad octauum lapidem obuiam prodeunt, eumq; Camelanto pontificali amictu indutum, solemni pompa vrbẽ ingressi, in regiam perduxere: inde verò Nicomediã proficiscens, quo venturus & Imperator Nicæa erat, non secus quàm Constantinopoli, à Nicomediensibus suscipitur. Iustinianus autẽ non ita multo post vrbẽ ingressus, non solũ Pontificẽ amplectitur, verum etiã eius pedes venerationis causa exosculatur*

Anton. hist. part. 2. tit. 12. § 2. Susceptus est autem ab omni ciuitate Constantinopolitana cum summo honore, &c. Iustinus autem humiliauit se & adorauit pronus in terram Sanctum Ioannem Papam.

Iustinus Senior, vt meminit S. Antoninus, excepit Constantinopoli Ioannē Papam in aditu portæ aureæ, vbi eū venientē præstolabatur & in luce multitudinis hominū pœne infinitæ; ad eius pedes est prouolutus.

Paul Æmil hist de rebus gestis Francorum in vita Pipini Regis 22.

Pontifici in Galliam venienti, officii causa amplissimus ac nobilissimus quisque ad primos fines occurrere, Principe comitatus Carolo adolescentulo, cui sua virtus fœlicitasq; magni postea cognomen indidit. Et Pipinus ad tertium à Carisiaco oppido lapidem obuiam progressus, pedes, vt ferunt, exosculatus, coerceri non potuit, quin in equo sedentem ipse pedibus ad frænū prosecutus in Regiam deduceret

Idem in vita Caroli Magni Regis 23.

Præstolabatur Regem Hadrianus cum sacro cœtu pro gradibus ædis Petri. Ille vbi in congressum venit; prius Pontificis pedes osculo contigit, quàm se illi complectendum daret.

Paulus Æmilius Francorum historiæ lib. 2. prodit quemadmodū Galliæ Rex fortissimus Pipinus obuiam Stephano Papæ honoris causa processerit ad tertium ab vrbe lapidem, ipsius quoq; pedes exosculatus; coerceri verò non potuit quin in equo sedentem ipse pedibus ad frænum prosecutus in Regiam deduceret. Carolus Magnus illi successit nō magis inuicti animi celsitate & inaudita sapientia, quàm pietate & erga Romanam Sedem incredibili studio & obseruantia planè singulari, quod ipse re declarauit tum erga Pontificem Hadrianum, vti recenset Paulus Æmilius, tum erga Papam Stephanum, vt Flodoardus huiusmodi narratione prosequitur, „ Stephanus Papa qui tunc Leoni successerat, legatos suos ad eundem principem destinans, intimauit ei quod libenter „ eum videre vellet in loco vbicunq; ipsi placuisset. Quod audiens Rex „ magno repletus gaudio iussit obuiam missos suos ire Sancto Pontifici „ & seruitia præparare. Post quos & ipse perrexit, obuiaruntq; sibi in „ campo magno Remensi & descendit vterq; ab equo suo. Et princeps „ prostrauit se in terram tertio ante pedes tanti Pontificis, salutaueruntque se inuicem magnifice & amplexantes se deosculati sunt pacificè, „ perrexeruntq; ad Ecclesiam. Vbi cum diu orassent, erexit se Pontifex, „ & excelsa voce eum choro suo fecit regi laudes regales. Postea Pontifex honorauit eum magnis & multis honoribus & reginā pariter Hirmingardim & optimates atq; ministros eorum. Proximaq; die Dominica in Ecclesia ante missarum solennia, coram Clero & omni populo „ consecrauit & vnxit eum in Imperatorem, coronam miræ pulchritudinis auream, pretiosissimis gemmis ornatam, quam secum detulerat, „ imponens super caput eius. Reginam appellauit Augustam, & coronam auream posuit super caput eius. Et quandiu mansit ibi Apostolicus Papa quotidie colloquium habuere de vtilitate Sanctæ Dei Ecclesiæ. At postquam Imperator eum maximis munerauit donis, amplioribus multo quàm suscepisset ab eo, dimisit eum cum Legatis suis Romam reuerti. Quibus præcepit vbique in itinere honestum ei seruitium exhibere.

Platina in Alexandro tertio Pontifice 177.

Conuenerat iam Venetias Alexander, componendæ pacis Italiæ causa, eo & Fredericus accedens in vestibulo S. Marci Pontificis pedes exosculatur.

Genebrardus lib. 4 Chronol. ad annum 1180. lo

De Alexandro III. legimus cum ad pacem Italiæ constituendām Venetias esset profectus, Federicum Imp. ad vestibulum S. Marci veneratū esse Pontificem illiusq; pedes osculatum. Et vt memorat Genebrardus in Chronologia Ludouicus & Henricus II. ille Galliæ Rex, hic Britanniæ, Alexandrum III. honoris causa comitati sunt per vrbem pedites in equo sedentem: quod Federicus Ænobarbus Lutetiæ Parisiorum Octauiano Schismatico fecit. Quin & tanto ante Constantinus Magnus eximiæ nobilitatis lumen, istius religionis exemplum clarissimum reliquerat, vt eius Rescriptum fidem facit in Nomocanone Photii Patriar-

chæ

Digitized by Google

chæ Constantinopolitani laudatum, vbi sic ait, Propter honorem & venerationem D. Petri ad frænum Papam deduximus, & stratoris officio functi sumus. Vsus & consuetudo eius rei tam frequens ab omni antiquitate fuit, vt si quis fortè Rex aut Imperator id præstare per se nequiuerit, studio certè & ingenti voluntate præstiterit: Eorum enim literas videmus ad communes Ecclesiæ Patres Romanæq; religionis gubernatores ita scriptas, iam inde ab Innocentii III. temporibus, vt Papam cõsalutent singulari honoris præfatione, incredibili animi demissione *ad pedum osculum*: vt videre quisq; potest tom. 3. Decretalium Gregorii VII. Atq; mihi quidem verò simillimum videtur hinc antiquum morem fluxisse adiurandi per vestigia tua, quæ formula illi finitima est, qua Presbyteri atq; Antistites adiurabantur *per coronas suas*, de qua nobis alio loco erit dicendum. Et notandum hoc etiam est, non modo ante Maximos Pontifices, verum etiam coram Episcopis & Sacerdotibus, procumbere olim Catholicos atq; humi sterni consueuisse. Quod facile disci potest è Fortunato Pictauorum Episcopo, qui versu panxit Imp. Valentiniani mirabilem modestiam animiq; demissionem qua se ad pedes D. Martini abiecit hominis diuini Galliæq; ornamenti. Ita verò ipse canit

Hinc celer exiliit rapiens se Cæsar & ardens
Martini genua amplectens pedibusque volutans
Sicque superbum hominem se agnoscere culpa coegit
Vilia regna probans & celsa cacumina curuans
Imperiale caput Sancti ad vestigia subdens.

[illegible] *Tomo 3. Concil. par. 2. & lib. 2 epist. Greg. 7. post epist. 55 pa. 698 editionis nouæ. Venant. Fort. de vita S. Martini l. 3.*

Seuerus Sulpitius Martini Sanctissimi discipulus, quiq; eius vitam historiarum monumentis propagauit, testatur Augustam Maximi coniugem fletu & mœrore confectam, sic ad illius præstantissimi Antistitis pedes, quos lacrymis rigabat suis, adhæsisse, vt diuelli nulla posse ratione videretur.

D. Hieronymus Epist. 61. ad Pammachium etiam refert omnes omnium ordinum homines, summos, infimos ad Epiphanium accedere solitos, suauiari pedes, oram & fimbriã vestimenti clam decerpere, tantamq; fuisse hominum affluentiam, vt ne latum ferè vnguẽ sese è vestigio mouere posset. Ioannes Hierosolymitanus ieiuni animi maleuolentia suffusus vnus inter omnes hoc diuini hominis honore lacerabatur cum odio indignaq; inuidia flagraret. S. Ambrosius lib. de digni. Sacer. cap. 2. asseuerat gloriosos huius sæculi Principatus atq; magistratus haud magis cum Episcoporum dignitate componi & comparari posse, quàm cum auro plumbum, quippe, inquit, cum videas regum colla & principum submitti genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum credant se communiri. Eundem etiam venerationis cultũ Monachis olim & Religiosis exhibitũ, vel ex S. Ioan. Chrysostomo

quens de Frederico Imp. & Alexandro 3.

Ad eius pedes procubuit Fredericus Imp. petens absolutionem excommunicationis. Ferunt Ludouicum Francorum & Henricum 2. Angl. reges, pedites ei inseruiisse stratoris officio, ac laua dextraque frænum equi ipsius tenentes eum per Totiacum vrbẽ magna cũ pompa deduxisse: cuius eos pudere non debuit. Nam & magnus ille Constantinus longe potentior & sanctior tantus ad honoris Syluestro Christi Vicario exhibuit.

Auctor. Etsi nullius existimem fidei rescriptum Constantini quod habetur apud Phocium Numocan. tit. 8. c. 1. ne tamẽ ab aliquo desideretur, citandum vtcumque duxi: *Locus autem sic habet,* [illegible]

Seuer. Sulpit. Dialog. 2. c. 7. to. 7. Bibliot. Patrum.

Hiero. ep 61. ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani, loquens de Epiphanio.

Nonne cum de Anastasia pergeretis ad crucem, & ad eum Epiphanium omnis ætatis, & sexus turba confleret, offerẽs paruulos, pedes deosculãs, fimbrias vellens, &c.

Ambros. de dign. Sacerd. c. 2. to. 4. Videas Regũ colla & Principũ submitti genibus Sacerdotum, & exosculatis eorũ dextris, orationib. eorũ credant se communiri.

 con-

Digitized by Google

Chrysost hom. quæ censetur in vetustiorib codicibus 59 ad populũ, vbi agit de beneficio quod à nobis indigentibus exhibetur, & de monachorum vita. to 5. *Ad eos abi, hospitare, accede, sanctos tange pedes Multo namque honestius est, illorum pedes tangere, quàm aliorum caput: Dic enim mihi, si quidam statuarũ pedes apprehendimt, quoniam tantum regiam habent figuram; tu ipsum habentem in se ipso Christum nõ pedibus tenebis & saluus eris? sancti sunt pedes, licet viles sint; inquinatorum verò, neq; caput, venerandum est. Sanctorum certè pedes magna potuerunt, quamobrem & vlciscuntur cum pedibus puluerem excusserint. Tertull. l. de Pœnitent c. 9. Idem cap. 10.*

constat homilia vt citatur vulgo 59. ad populum Antiochenum vbi Auditores suos cohortatur, vt ad eorum pias preces tanquam ad firmum & salutare præsidium confugiant, & inter alia hæc diuine profert, Ad eos abi, hospitare, accede, sanctos tange pedes: Multo namq; honestius est illorum pedes tangere quàm aliorum caput. Tertullianus de pœnitentibus agens, debere illos ait Presbyteris aduolui & caris Dei adgeniculari. Et paulo post, Cum te ad fratrum genua protendis. Christum cõtrectas, Christum exoras. Atqui illi cum super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus Patrem deprecatur, facile impetratur semper quod Filius postulat. Eusebius, Sozomenus, & Nicephorus deinceps describent horum Pœnitentium conditiones atq; ante oculos subiicient, quomodo antiquissimis Ecclesiæ temporibus ad Templorum aditus consistebant sacco & cilicio cooperti, se ad pedes Sacerdotum abiiciebant, eosdem suauiabantur, lacrymis vberrimis complebant, vt veniam peccatorum assequerentur.

Sidon. Apoll l 4. ep. 23. vide ib. Io Sauarum hunc morẽ pluribus testimoniis illustrantem.

Sidonius Apollinaris & antiquitas omnis tum sacra tum prophana de liberis famulisq; sæpe meminit, qui ad Parentum & Dominorũ pedes accidebant: & generatim omnes supplicantes quiq; demisse aliquid postularent γονυπετεῖς à Græcis nominantur, cum vt ait Plutarchus esset communis omnium opinio Genua Misericordiæ consecrari. Quid mirum igitur est si aliquando id summo religionis Antistiti defertur, quod fit omni hominum generi impellente necessitate?

Concilium Florentinum sess. 16. in literis vnionis. circa fin. to. 4. Concil.

Iam verò peculiares quædam rationes propter quas non pietatis modo & honestatis gratia, verum etiam ex officio, Christiani soleant ad pedes Romani Pontificis aduolui, multæ grauesque sunt, & communi iudicio probatæ. Eius imprimis singularis dignitas, quod Dei Filium repræsentet, ad cuius pedes strata quondam peccatrix mulier vim magnã lacrymarum profudit. 2. Successio, quod personam gerat D. Petri, quę causa fuit cur omnis Oriens atque Occidens in Florentino Concilio ista pronunciaret, *Definimus Sanctam Apostolicam Sedem & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput & omnium Christianorum patrem & doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Quæ verba dignissima sunt quæ in mente omniumque memoria hæreant.

Iosephus Stephanus libr. de osculo Rom. Pontificum c 8

Ante pedes procumbendi, & ad genua etiam accidendi, gratia salutandi vel supplicandi, apud exteras

Tertio eiusdem Sanctitas, nam quatenus ipse idem res quædam sancta & consecrata est, non est dubium quin iure eodem illius complecti pedes oscularíq; possimus, quo altarium crepidines, crucem, & diuorũ imagines suauiamur, de qua re post paulo à nobis disputabitur. Adde ꝙ diuinarũ paginarum oraculis monemur, nescio cuius abditæ felicitatis cõpotes & beatos esse pedes euangelizantiũ pacẽ, euangelizantiũ bona.

Quarto

Digitized by Google

Quarto, fuit opportunum in iis nascentis Ecclesiæ primordiis ad extinguendam populi superstitionem, qua Imperatores vt numina quædam adorabat, efficere, vt quemadmodum Ægypti opes atque aurum ad ornatum Tabernaculi fuit accommodatum, ita hominum vsitata illa pietas & veneratio legitime temperata, in Christũ, aut eo absente, in ipsius dominationis Vicarium referretur. Quam ad rem seruit crucis effigies in vestitu pedum expressa, quasi tacite monere videatur Summus Pontifex, eos omnes qui sibi ad pedes accidunt. Illi vni honorem, quem trophæum crucis repræsentat, non sibi deferri. Par facinus egregium excogitauit Laurentius Celsus quinquagesimus octauus Dux Venetorum, qui post obitam Germanicam legationem, cum Delphinus princeps diẽ extremum obiisset, absens in eius locum Dux renunciatus fuit. Obuiam illi prodierunt Senatores, & Bucentauro naui exceptum in Vrbem deduxerunt. Sed cum esset de numero Senatorum eius Pater, qui de more nixus genibus Ducem venerari cum reliquis debuisset, Laurentius summa vir modestia & humanitate, in Ducali pileo crucem adtexi curauit, vt illi potius religiosum cultum Genitor, quam filio tribuisse videretur. Id diuinæ prudentiæ specimen & exemplum visum, in cuius perennem memoriam Ducis omnes qui postea illam politiam administrarunt, in Ducali tiara crucem ferre consueuerunt.

nationes, vsus fuit maximus apud Romanos, cum vrbem Consules habuere, non ita tamẽ crescente paulatim imperio cum honorũ augmento & peregrini mores inferri cœperunt. Profert deinde exempla tum de Caio, Caligula, Nerone, Othone, Traiano, Adriano, Antonio, Diocletiano, qui alios ad oscula genuum & pedũ admiserunt, præsertim vltimus, vt qui idcirco calceamenta ornaret auro & argento, inuidiose ac falso Ioan. Cuspinianus Romanũ Pontif. calumniatur, tyrãnicum sibi pedes exosculãdi morem in cõmunem vsum Christianorum perduxisse. Baptista Egnatius lib. 9. c 5. historiæ Venetorum.

Paulo aliter refert Ant. Sabellicus to. 2. rerum Venetarum decadis 2. lib. 4, circa principium. Nec non Theodorus Zvingerus in theatro vitæ humanæ fol. 1534. eodem tamen recidit res quod ad crucem attinet tiara ducali affixam.

Euseb lib. 1, c. 25. de vita Constantini Socrat. lib. 6 cap. 8 Sozom. l. 8 c 8.

Obiicere hic aliquis posset eam Ducum crucis imaginem celsissimo in loco pictam esse, Summorum autem Pontificum in imo. Sed iam dictum est poni imprimis ibi oportuisse quo venerantium cultus religioq; tendebat, vt causa foret illustrior, atque in promptu & in medio positũ documentum. Et quoniam non modo licitum, verum etiam gloriandũ laudatumque est inter Christianos, crucem pingere in liminibus ianuarũ, vt D. Chrysostomus post paulo nos aureo flumine Orationis docebit: cum eandem effingere liceat in paludamentis palliisque, in peristromatis, armis, nummis, vt experientia doctique scriptores fidem faciunt, cum efformetur in trabeis insignibus Episcoporum, quæ sæpe tamen solum verrunt, cum adumbretur in Pontificio vestitu, pedibus morientiũ, imo etiam & in pecudibus, vt Seuerus vna cum D. Chrysostomo animaduertit. Cur indignum facinus quisquam putet si ad pedes illius effingatur, qui prototypi viua imago est atque simulacrum? Reges nostri in antiquis statuis liliis onerantur etiam in calceis effictis & impressis, vt videre est in Regis Clotarii simulachro qui Suessione monumentum habuit, ergone Summus Pontifex id in cruce præstare non possit, quam Christus Iesus in omni corporis parte gestauit? Atque hoc responsum vir religiosus exquisitæ eruditionis Antonius Posseuinus dedit Ioanni Basilio Magno Duci Moscouiæ, hac eadem de re interrogatus: monuitque, cum

Digitized by Google

que, eum ipsum cuius pedes venerationis ergo homines osculabantur, cumprimis crucem adorare: Eundem ipsum duodecim mēdicorum pedes eluere consueuisse illo die quo Christus se ad pedes Apostolorum demisit, eūdem esse qui seruum se seruorum Christi profiteatur, qui nullum sibi honorem tribui velit, nisi vt filii Dei Vicario, nullū decus, nulla ornamenta dignitatis agnoscere, quæ diuinæ mentis Interpres Isaias septingentis ante Christum annis non prædixisset. Addi etiam potest ferre eum Crucem in ea parte sicut etiam & Episcopos in Pontificiis velamentis ob duas maxime rationes, vt nimirum significaret debere Ecclesiæ Ducem & Rectorem progressiones omnes suas, dicta, facta, consilia, in Crucifixi laudem gloriamque dirigere; deinde vt moneret sibi vni vt D. Petri successori magnificam illam pollicitationem factam: nūquam fore vt extra viam veritatis gradum figeret, neq; sub pedibus crucem haberet aliquando, infanda conscelerata mentis perfidia & impietate, sed eam potius ante oculos positam sequeretur Ducem. Præterea vt doceret, in hac tanta opinionū varietate & colluuie religionū, quæ se nouas & interpolatas, & specioso nomine reformatas aiunt, ne quis fœde & exitiose aberret, in fidei quidē materia tutissimū esse, eius insequi vestigia, & à directo illo cursu illustribus exemplis admonitisq; notato, ne latū quidem vnguem deflectere. Deniq; Romanus Pontifex dicere idem potest, quod Paulus Æmilius Ludouicū Galliæ Regem sapienter protulisse memorat, qui olim in expeditione transmarina cum Dynastā Hungarum sibi ad pedes accedentem excepisset, & à suis impelleretur vt simplicem & abiectum dimitteret, Regiam Gallorum ait Templum, pedes vero Regum, aram videri, cum vellet dicere haud æquum fasque videri supplices & calamitosos ab eo loco repellere quem sibi pro læto præsidio & fortunarum suarum asylo delegissent.

Isa 60. 14.
Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi.

Paul. Æmilius in vita Ludouic. 7 iunioris Reg 40. ante med.
Borichus ad Ludouici pedes supplex procubuerat. Responsum Geisa oratoribus, Regiam, templum, pedes vero Regum, aram videri, vnde supplices abstrahi ad supplicium nefas sit: Tunc Vngarus, adulterinam, inquit, prolem, qua aris (quando aras reges dici placet) bellū intulerit, cum sancta ecclesia nec agnoscat, nec sanctā habeat, Regem Francum tutari qui conuenit?

Concilium Parisiense, quo Meldensis Synodus absoluta est, & illos quos constituerat canones promulgauit. Initio to 3. concil. pag 6 8.

Si quis vero cupit etiam intelligere, ex quo tempore Christiani cœperunt & bene de religione sentientes, Pontificis Romani pedes osculari, legat Anastasium bibliothecarium inaugurationem Leonis IV. oratione prosequētem, quæ in Lateranensi palatio anno Domini octingentesimo quadragesimo septimo facta fuit, & quæ sexcentis prius annis contigit Stephani Papæ, in Actis Hippolyti, Eusebii, aliorumque martyrum sociorum. Quod si huiusmodi auctoritates quæ sunt tamen grauissimæ minus arrident, verba legat aut intelligat, quæ in Meldensi Cōcilio reperiuntur Lutetiæ Parisiorum absoluto anno 846. Papæ Sergii secundi temporibus & Lotharii Imperatoris, cum Leonis IV. vita, mores electioque describuntur, *Tunc omnes pergentes cum gaudio multaque auiditatis lætitia ad Ecclesiam, in qua degebat, beatorum quatuor Coronatorum, eum coactum inuitumque exinde abstrahentes, cum hymnis laudibusque præcipuis ad Lateranense Patriarchium perduxerunt, qui morem conseruantes antiquum omnes osculati sunt*

lati sunt pedes. Quanta autem in eius Pontificali electione concordia vel vnanimitas fuerit nullus breuiter enarrare hominum potest. Hoc testimonio adigitur lector de re cogitans cuius prima initia deprehendi nequeunt, omne spatium antiquitatis fide & religione peragrare.

Reliquum nunc est obiectionibus tribus faciamus satis, quarum duæ vt videtur, nituntur diuinis Scripturis, tertia vero ratione, omnes autem æqua facilitate soluuntur. D. Petrus, inquiunt, Centurionem coram stratum & abiectum excitauit, cum diceret: *Surge, & ego ipse homo sum.* Ita quidem est, sed id fecit vt hominem opinione sua deceptum instrueret, existimabat enim S. Petrum diuinitate quadam præditum & cœleste quoddam Numen, vt animaduertit S. Hieronymus aduersus Vigilantium, vbi factum Centurionis cum ciuium Lycaoniæ superstitione componit, cum D. Paulum vt Mercurium, & S. Barnabam vt Iouem summis & diuinis honoribus prosequi voluerunt. Et quidem verba ipsa id significant, cum ait; *Surge, nam & ego ipse homo sum* quasi dixisset, An putas aliud me esse? aut Deorum maiestate plenum formidandumque ad se accedere? Addit D. Ioannes Chrysostomus homil. 23. in Acta id humilitate animique demissione ab eo factum: quod alias minime repudiauit inter eos qui de fide & religione satis docti institutique fuerant, qui eum probe nouerant, atq; omnem tributum illi honorem, referri in Deum intelligebant. Hinc illa sunt ab illo pronunciata, *Non es mentitus hominibus sed Deo*, cum Ananiam & Saphyram eius coniugem argueret, *quid vtiq; conuenit vobis tentare spiritum Domini?* quasi dixisset, Deum sibi id factum existimare, quod in eius Vicarium esset commissum, atq; in eundem, decus & ignominiam, veritatem & mendacium redundare. Quare vt acerbe, & vero etiam vltimi fati supplicio coercebat eos, qui in vno peccarét, pari etiam ratione aliorum pietatem laude & prædicatione comprobabat. Atque in hanc rem Aurelianus in vita S. Martialis de quodam Lemouicensi principe memorat; qui nudis pedibus sacco & pædore coopertus, sese ad pedes viri Apostolici abiecit, quod etiam energumeni fecerunt Tripoli mali Genii impulsione agitati.

Actor. 14. 11.

Chrysost. homil. 23. in Act. Apost.

Actor. 5. v. 4. 9.

Secunda obiectio ex 9. cap. Apocalypseos desumitur, vbi dicitur reprehensum ab Angelo fuisse D. Ioannem quod ad eius se pedes demisisset D. Augustinus respondet forte Apostolum magno quodam & illustri splendore circumfusum vultu & specie deceptum Angelo diuinitatem tribuisse. S. Gregorius addit id Angelũ prohibuisse honoris causa quo beatæ mentes homines prosequuntur, iam inde à felicissima illa diuini Verbi cum natura nostra copulatione. Dici etiam potest cum eruditissimo Lorino non existimauisse Angelum suam dignitatem Apostolico gradu superiorem, & propterea semel iterumque honorem abiudicauisse quem Ioannes sanctissimus illi habebat.

August. l. 1. quæst. 61. super Genes. tom. 4. Nec moueat quod alio loco in quadam scriptura prohibet; Angelus hominem adorare se, & admonet vt Dominus potius adoretur: talis enim apparuerat Angelus, vt pro Deo posset adorari, & ideo fuerat corrigendus adorator.

Tertia

Et 20. contra Faust. cap. 21. tom. 6. *Hoc sancti vel homines, vel Angeli exhiberi sibi nolunt, quod vni Deo deberi norunt.*

Tertia & vltima obiectio est desumpta ex eo quod Pontifices alte in sella humeris hominum aliquando gestantur. Sed quicunque animum adiiciet ad consuetudinem vniuerso pæne orbi terrarum communem, qua Reges, Principes, Imperatores spectabili in sella aut scutis feruntur, quod Latini *succollare* dixerunt, vt in vita Claudii meminit Suetonius, is sane iure offendi minime poterit, & hanc ceremoniam esse intelliget nec Pontificiæ dignitatis propriam, imo neque regiæ, cum antiquitas Sacerdotibus, Druydibus & Vestalibus eandem cōcesserit. Quin & Romani principes & beatuli illi quondam opibus affluentes succollantibus seruis sublimes in cathedra seu lectica ferebātur, de qua re perspicue Iuuenalis ita canit:

Suetonius idem habet in Claudio Cæsare, c 10. *Ab his lectica impositus: & quia serui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est.*
Vide Herodian. in Gordiano.

—— cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atque patens, ac nuda pæne cathedra
Et multum referens de Mæcenate supino
Signator.

Nostra quoque hac tempestate quotidiana experientia docet esse in Gallia haud paucos Antistites & Archiepiscopos qui primo dignitatis introitu, à Baronibus quatuor totius prouinciæ nobilissimis gestentur, qui vehementer officio isto lætantur, sibique honori ducunt, posse illa actione significare, se non magis torquatos esse Equites armorum gloria nobiles, quam fide & religione Catholica insignes, qui maiorum pietatis æmuli atque beneuolentiæ, Pastores suos & beatæ vitæ Magistros in clientelā suam recipiant demississimæ venerationis plenam. Hac pompa cohonestatur Archiepiscopus Bituricensis, eodem honore fruuntur Antistites Pictauiensis, Turonensis, Aginnensis, aliique multi, neque id decus à quoquam in dubium reuocatur. Cur igitur animo iniquo ferēdum videatur, si consimilis honor atque cultus in maximos Pontifices deriuetur, principes Ecclesiæ parentes, atque omnium Christianorum nutricios, præsertim cum celeberrimis tantum diebus Papa eo more modoque sublimis eat, cum ex officio diuinis mysteriis operatur. Qua quidem in re conditiones quatuor notari possunt quæ cogere videantur vt gestari se curet. 1. est, quod cum sit Pontificiis insignibus & ornatus & oneratus, sine quibus haud satis congruit vt se det in conspectum, atque in lucem populi solenni illo die procedat, quibus etiam instructus nec obequitare conuenienter præsertim augustis religione fanis, nec incedere pedes opportune possit in tanta frequentia & maxima hominum multitudine, necesse fuit vt succollantibus hominibus efferretur, qui sublimem ea etiam gratia attollere consueuerunt, tum vt à turba videri possit, tum vt eidem benedictionem suam impertiat. Ætas quoque in qua vulgo sunt qui Pontificia dignitate ornantur, hoc etiam suo prope iure repetit, cum neque corporis imbecillitas neque valetudo vt alio se modo gerant permittat, tanta nimirum in ea celebritate & ruentis vulgi constipatione pericula inesse solent, qualia tum patuerunt cum Clemens Papa V. egregia pompa Lugdunum est ingressus: Ioannes enim

Platina in Clem. V.

Digitized by Google

enim Britanniæ Dux cum pluribus aliis ruina muri oppressus fuit cum populi incumbentis onere subsedisset. Cæterum qui sic elatus & erectus attollitur, mox cum pauperibus cibum sumit, tenuium & despicatissimorum lauat pedes, inopum turbæ in Prochotrophio inseruit. Nec fuit vnquam notatus vllus Pontifex, qui tametsi graui senio confectus, extra tempora solennium ceremoniarum, alio modo in publicum prodierit, quam in equo aut lectica, sæpe etiam pedes, maxime cum sacra Deo templa inuisit aut religiosas Domos aut Xenodochia.

Quod spectat ad moris antiquitatem, satis opinor esset dicere, præcise fontem atque ipsa veluti incunabula assignari non posse: sed facile tamen adducor vt existimem, tum inchoasse, cum veteris superstitionis impietas è Romana ciuitate fuit explosa, aureo nimirum Constantini Magni sæculo. Quod Luitprandus tantum non aperte pronunciat cum agit de Leonis Papæ consecratione, Delatus inquit fuit cum canticis & prædicatione ex antiquo more. Certe constat anno 752. Romanos Stephanum III. Pontificem elegisse, humerisque suis tametsi renitentem extulisse vsque in basilicam Saluatoris, quæ etiam Constantiniana dicebatur, vt suam aduersus illum beneuolentiam & obseruantiam ostenderent, clamabant autem vna vocum omnium conspiratione, *Tu omnium nostrum pater, parati sumus te defendere.* Itaque Godefridus Bullionius insigni pompa Hierosolymam ingrediens, non tanto applausu atque lætitia procerum purpuratorumque suorum humeris delatus fuit à S. sepulchro vsque ad regium in Vrbe palatium, quanto studio, plausu & clamore omnium hic Pontifex & qui consecuti sunt plurimi in Romanum Patriarchium sunt deducti.

Luitprand. l. 6. c. 11.

Platina in vita Steph. 2. Pontificis. Pontif. 94. *Post hunc vero, cleri ac populi consensu in templo sanctæ sanctæ Dei genitricis ad præsepe, Stephanus II. pontifex creatus, humeris omnium (adeo omnibus erat gratus) in basilicã Saluatoris, &c.*

Iam vero hoc desiderari vnum videretur vt de titulis honoris & excellentiæ quæ Romano Pontifici tribui solent ageremns. Sed cum iam inter nos de palmaria præcipuaque re conuenerit, facile est in vocabulorum significatione cõgruere. Nomen autem & titulus omnium communissimus est Papa, quæ noua sane minime videri debet appellatio, quandoquidem eam Ignatius Apostolorum auditor de Anacleto Diui Petri successore loquens adhibuit his verbis: *Verus est sermo quem audiui Roma de te, apud beatum Papam Anacletum, cui successit beatitudine dignus Clemẽs Petri & Pauli auditor.*

Ignatius ep. ad Mariam Cassabolit.

Cum præterea ipsi etiam Patriarchæ atque Episcopi hoc appellari nomine consueuerint, vt constat ex Epistolis antiquissimorum Patrum, tum Græcorum tum Latinorum, & cumprimis ex literis Ischyriæ, Victoris, & Constantini ad S. Athanasium, & D. Augustini ad B. Hieronymum. Hoc vero nomen tam commune fuit vt rex Galliæ Clodouæus tametsi nondum Christianis sacris initiatus, de sacro ciborio loquens quod infando sacrilegio è Christianorum templo fuerat sublatum, id iussit, vt est apud Gregorium Turonensem, restitui Papæ, hoc est Episcopo. Papa item nihil aliud significat Græce aut Syriace quam Patrem vel auum, καλοῖτο δ' ἂν ὁ μὲν πατρὸς ἢ μητρὸς πατὴρ πάππος ait Iulius Pollux. Vnde

Greg. Turonens. lib. 2. hist. Francorum c. 27.

Iul. Pollux l. 3. Onomast. §. 3.

Idem apud Homer. Odyss. 5.

Tertia & vltima obiectio est desumpta ex eo quod Pontifices alte in sella humeris hominum aliquando gestantur. Sed quicunque animum adiiciet ad consuetudinem vniuerso pæne orbi terrarum communem, qua Reges, Principes, Imperatores spectabili in sella aut scutis feruntur, quod Latini *succollare* dixerunt, vt in vita Claudii meminit Suetonius, is sane iure offendi minime poterit, & hanc ceremoniam esse intelliget nec Pontificiæ dignitatis propriam, imo neque regiæ, cum antiquitas Sacerdotibus, Druydibus & Vestalibus eandem cōcesserit. Quin & Romani principes & beatuli illi quondam opibus affluentes succollantibus seruis sublimes in cathedra seu lectica ferebātur, de qua re perspicue Iuuenalis ita canit:

Suetonius idem habet in Claudio Cæsare, c 10. *Ab his lectica impositus: & quia serui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est.* Vide Herodian. in Gordiano.

—— cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atque patens, ac nuda pæne cathedra
Et multum referens de Mæcenate supino
Signator.

Nostra quoque hac tempestate quotidiana experientia docet esse in Gallia haud paucos Antistites & Archiepiscopos qui primo dignitatis introitu, à Baronibus quatuor totius prouinciæ nobilissimis gestentur, qui vehementer officio isto lætantur, sibique honori ducunt, posse illa actione significare, se non magis torquatos esse Equites armorum gloria nobiles, quam fide & religione Catholica insignes, qui maiorum pietatis æmuli atque beneuolentiæ, Pastores suos & beatæ vitæ Magistros in clientelā suam recipiant demississimæ venerationis plenam. Hac pompa cohonestatur Archiepiscopus Bituricensis, eodem honore fruuntur Antistites Pictauiensis, Turonensis, Aginnensis, aliique multi, neque id decus à quoquam in dubium reuocatur. Cur igitur animo iniquo ferēdum videatur, si consimilis honor atque cultus in maximos Pontifices deriuetur, principes Ecclesiæ parentes, atque omnium Christianorum nutricios, præsertim cum celeberrimis tantum diebus Papa eo more modoque sublimis eat, cum ex officio diuinis mysteriis operatur. Qua quidem in re conditiones quatuor notari possunt quæ cogere videantur vt gestari se curet. 1. est, quod cum sit Pontificiis insignibus & ornatus & oneratus, sine quibus haud satis congruit vt se det in conspectum, atque in lucem populi solenni illo die procedat, quibus etiam instructus nec obequitare conuenienter præsertim augustis religione fanis, nec incedere pedes opportune possit in tanta frequentia & maxima hominum multitudine, necesse fuit vt succollantibus hominibus efferretur, qui sublimem ea etiam gratia attollere consueuerunt, tum vt à turba videri posit, tum vt eidem benedictionem suam impertiat. Ætas quoque in qua vulgo sunt qui Pontificia dignitate ornantur, hoc etiam suo prope iure repetit, cum neque corporis imbecillitas neque valetudo vt alio se modo gerant permittat, tanta nimirum in ea celebritate & ruentis vulgi constipatione pericula inesse solent, qualia tum patuerunt cum Clemens Papa V. egregia pompa Lugdunum est ingressus: Ioannes enim

Platina in Clem. V.

enim Britanniæ Dux cum pluribus aliis ruina muri oppressus fuit cum populi incumbentis onere subsedisset. Cæterum qui sic elatus & erectus attollitur, mox cum pauperibus cibum sumit, tenuium & despicatissimorum lauat pedes, inopum turbæ in Ptochotrophio inseruit. Nec fuit vnquam notatus vllus Pontifex, qui tametsi graui senio confectus, extra tempora solennium ceremoniarum, alio modo in publicum prodierit, quam in equo aut lectica, sæpe etiam pedes, maxime cum sacra Deo templa inuisit aut religiosas Domos aut Xenodochia.

Quod spectat ad moris antiquitatem, satis opinor esset dicere, præcise fontem atque ipsa veluti incunabula assignari non posse: sed facile tamen adducor vt existimem, tum inchoasse, cum veteris superstitionis impietas è Romana ciuitate fuit explosa, aureo nimirum Constantini Magni sæculo. Quod Luitprandus tantum non aperte pronunciat cum agit de Leonis Papæ consecratione, Delatus inquit fuit cum canticis & prædicatione ex antiquo more. Certe constat anno 752. Romanos Stephanum III. Pontificem elegisse, humerisque suis tametsi renitentem extulisse vsque in basilicam Saluatoris, quæ etiam Constantiniana dicebatur, vt suam aduersus illum beneuolentiam & obseruantiam ostenderent, clamabant autem vna vocum omnium conspiratione, *Tu omnium nostrum pater, parati sumus te defendere.* Itaque Godefridus Bullionius insigni pompa Hierosolymam ingrediens, non tanto applausu atque lætitia procerum purpuratorumque suorum humeris delatus fuit à S. sepulchro vsque ad regium in Vrbe palatium, quanto studio, plausu & clamore omnium hic Pontifex & qui consecuti sunt plurimi in Romanum Patriarchium sunt deducti.

Luitprand. l. 6. c. 11.

Platina in vita Steph. 2. Pontificis. Pontif 94. *Post hunc vero, cleri ac populi consensu in templo sanctæ sanctæ Dei genitricis ad præsepe, Stephanus II. pontifex creatus, humeris omnium (adeo omnibus erat gratus) in basilicā Saluatoris, &c.*

Iam vero hoc desiderari vnum videretur vt de titulis honoris & excellentiæ quæ Romano Pontifici tribui solent ageremus. Sed cum iam inter nos de palmaria præcipuaque re conuenerit, facile est in vocabulorum significatione cōgruere. Nomen autem & titulus omnium communissimus est Papa, quæ noua sane minime videri debet appellatio, quandoquidem eam Ignatius Apostolorum auditor de Anacleto Diui Petri successore loquens adhibuit his verbis: *Verus est sermo quem audiui Roma de te, apud beatum Papam Anacletum, cui successit beatitudine dignus Clemēs Petri & Pauli auditor.*

Ignatius ep. ad Mariam Cassabolit.

Cum præterea ipsi etiam Patriarchæ atque Episcopi hoc appellari nomine consueuerint, vt constat ex Epistolis antiquissimorum Patrum, tum Græcorum tum Latinorum, & cumprimis ex literis Ischyriæ, Victoris, & Constantini ad S. Athanasium, & D. Augustini ad B. Hieronymum. Hoc vero nomen tam commune fuit vt rex Galliȩ Clodouæus tametsi nondum Christianis sacris initiatus, de sacro ciborio loquens quod infando sacrilegio è Christianorum templo fuerat sublatum, id iussit, vt est apud Gregorium Turonensem, restitui Papæ, hoc est Episcopo. Papa item nihil aliud significat Græce aut Syriace quam Patrem vel auum, *καλεῖται δ' ὁ μὲν πατρὸς ἢ μητρὸς πατὴρ πάππος* ait Iulius Pollux. Vnde

Greg. Turonens. lib. 2. hist. Francorum c. 17.

Iul. Pollux l. 3. Onomast. §. 3.

Idem apud Homer. Odyss. 5.

ſequitur conuenienter ac meritiſſimo Papam Romanum hoc nomine fuiſſe inſignitum, cum ſit communis Pater Chriſtianorum, ſator educator vniuerſalis, duabus olim his literis expreſſus P. P. quæ ſignificabant Romanæ ſedis adminiſtrum Patrem eſſe Patrum, & omnem Antiſtitum dignitatem pendere, vimque ſuam nanciſci ab autoritate D. Petri, quem vt verbis D. Chryſoſtomi vtar *Chriſtus inthroniſauit Orbis terrarum Magiſtrũ:*

Chryſoſt. in c. 21 Ioan. ad illa verb. Sequere me.

Propter hanc eandem rationem Summus Pontifex & ſupremus, πανεπίσκοπος nuncupatur, quemadmodum apud Hebræos Synagogæ Princeps dicitur כוהן גדול Cohen Gadol. Quod profeſſi ſunt & cõmuni animorum conſenſione exceperunt Orientis ſimul & Occidentis Legati, in ea pactione, quæ in Conſtitutionibus Michaelis Paleologi reperitur: vbi tria maxime comprobata fuerunt ex vſu totius Eccleſiæ & teſtimonio vniuerſæ antiquitatis. I. Vt in precibus communibus Eccleſiæ mentio Papæ fieret & quatuor Patriarcharum. 2. Vt in lite & ambigua controuerſia, prouocari poſſit Romam, tanquam ad aram ſanctiſſimarum legum, & ſupremam Eccleſiæ curiam. 3. Vt Romanæ Sedi principatus in omnibus rebus deferatur.

Exod. 28. 29. & 31. 10 40. 15.
Exod. 30 31.
Num. 31. 6.
1 Reg. 21. 5.
Pſal. 5 8.
Exod. 3. 5.

Eoſdem item appellamus *Sanctos*, non tam propter eam ſanctitatẽ, quæ in vita & moribus ſpectari poteſt, quam propter ſanctitatem vnctionis, miſſionis, atque officii, vel etiam Eccleſiæ cui præſident, & Solii à Chriſto exædificati, in quo D. Petrus conſidet. Qui vero hanc appellationem redarguerit, neceſſe eſt vt ore eodem diuinam Scripturam accuſet, quæ *Sancta* vocat Summi Pontificis indumenta, oleum ſacrum, vaſa ſanctuarii, templum, locum in quo pollens Deus Moyſen affatus eſt, & ſexcenta ſimilia. Inſectetur etiam oportet Concilium Oecumenicum Chalcedonenſe, cum his verbis Romanum Pontificem alloquitur, *Sanctiſſimo & beatiſſimo Patri & conſacerdoti Leoni:* Damnet quoq; Martianum Imperatorem, qui non contentus ſimplici nomine *Sancti*, Archiepiſcopos ſanctiſſimos appellat, & Clerum ipſum *Reuerendiſſimum* in Codice Iuſtiniani. Itaque haud ſecus atque hebdomada quæ vulgo ſancta Crucianſque indigitatur, ex ſe quidem non eſt aliis ſanctior, cum non diſſimili è dierum ratione conſletur, ſed quod rebus magnis & auguſtis atque adeo ſanctiſſimis vota & deſponſa ſit, vt Epiphanius in Compendio fidei Cathol. animaduertit, nimirum ieiuniis, precationibus, mœrori atq; doloribus vltro ſuſceptis, meditationi earum perpeſſionum quas filius Dei exorbuit, Sacramentorum communioni, myſterii omnium ſummi ſalutari memoriæ: ita Romani Pontifices appellantur Sancti, quod officio omni ex parte ſancto & auguſto voti conſecratique ſint, quod illa omnis eorum admirabilis dignitas à loci in quo locantur ſanctitate pendeat, quod Pontificales functiones excellẽti quodam ſanctitatis in gradu conſiſtant, quod eorum vita & mores, & in humanis agendi ratio ſanctiſſima eſſe debeat.

Initio Concilii Chalcedonenſis tom. 2 Conc. *Domino beatiſſimo & Deo amabili Patri Leoni, Flauianus in Deo æternam ſalutem.*
Ibid. *Valentinian. & Martinianus ſemper A A. Impp.* Leoni reuerend epiſcop. glorioſæ ciuitatis Romæ.
Ibid act. 16 circa finem Relatio S. Synodi Chalced ad B. Papam Leonẽ. *Sancta & magna vniuerſalis Synodus, &c. ſanctiſſimo & beatiſſimo Romanorũ Archiepiſcopo Leoni, &c.*
Epipha. in compen doct. de fid. Cath. circa fin. *Porro quadrageſimam ante ſeptem dies ſancti Paſchatis, ſimiliter ſeruare ſolet.*

Rurſus vti Reges certa quadam appellatione aut *Chriſtianiſſimi* aut *Catholici* nominantur; ita Summis Pontificibus *Beatitudinis* nomen attribuitur,

Digitized by Google

buitur, quod imprimis eorum cõditio beatissima esse videatur in Christo seruatore repræsentando. Deinde, quod actiones illorum omnes, quatenus Ecclesiæ moderatores sunt & principes, tendere ad diuinam gloriam & honorem debeant. Ad extremum, quod eis præsertim hæc imposita sit diuinitus prouincia, vt hominum animos ad felicissimum beatorum domicilium deducant.

Atque huiusmodi considerationes *Beatitu'inis* nomen, tum in scriptis, tum in ore totius antiquitatis posuerunt, & præsertim in mente atq; in eruditissimis monumentis D. Hieronymi scribentis ad Damasum Pontificem Maximum: nosque mouere etiam debent atq; inflammare, vt corporis animique sciugationem cupidius appetamus, quam nostræ fidei ab Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ fide separationem. Illa enim vnica est, quam regit & administrat eius verum & natiuum caput atque inuisibile Christus Iesus, beatorum spirituum hominumque moderator & princeps, decus & ornamentum cœli solique: quam etiã vicaria potestate atque munere procurat Papa iurisdictione quadam obnoxia & subalterna, caput visibile diuinitus constitutum; quemadmodum magnos videmus Reges longe positas regiones atque prouincias per Legatos suos gubernare, quorum dignitas & amplitudo tãtum abest vt regiæ maiestatis luminibus obstruat, vt potius splendorem illi mirificum adiungat, cum eorum officii ratio munerumque functiones eo collineent, vt Regum auctoritatem vltro omnes venerentur, & voluntatibus obsecundent. Atque hoc sine vlla dubitatione in animum quisq; suum inducet qui modo inimicus sit petulantis insolentiæ, obedientiæ amicus, studiosus veritatis, appetens concordiæ atque pacis, diuinitatis amans, cupidus Ecclesiæ tranquillitatis & quietis, non negligens suæ salutis.

eadem Ecclesiæ in ieiuniis perseuerant, Dominicis vero omnino non, neq; in ipsa quadragesima. Cæterum per sex dies ipsius Paschatis, omnes populi in siccorũ e'u perseuerant: pane, inquã & sale, & aqua tunc vtentes ad vesper im Sed & pietatis studiosi duplas & tri; las ac quadrup'as transmittunt & aliqui tota hebdomada, v'q; ad gallicinium Dominica illucescentis.

Concil. Later. Consulta. 1. habetur 2. tom Concil. Synodo Lateran habita sub Martino I *Domino sancto & meritis beatissimo totoque orbe Apostolico & vniuersali* Pontifici *Martin: Papa: Maurus seruus seruorum* Dei *Episcop.* Græci in eodem Lateranensi Concilio consultatione secunda.

Percussionem sanctam siue præceptionem diuinitus ira si lentis vobis atque omnibus his præminentis sacerdotis sacerdotum & P*a'ris patrum domini nostri* M*artini ter beatissimi* P*apa, generaliter habitantium in hac prædicta ciuitate Græcorum. Abbatum vel* M*onachorum seruorum vestræ sanctitatis docemus, &c.*

Hieron. ad Damas. ep. 57. to. 1. *Ego nullum primum nisi Christum sequens Beatitudini tuæ, id est, cathedra Petri communione consocior, super illam petram ædificatam ecclesiam scio,*

Martianus Imp l. cum clericis 25 C Iustinian de episc & cler. *Si actor disceptatinem sanctissimi Archiepiscopi noluerit experiri, eminentissima tua sedis examen contra Catholicos, sub viro reuerendissimo Archiepiscopo huius vrbis, clericos constitutos, vel contra reuerendissimũ œconomum tam de suis quam de ecclesiasticis negociis sibi nouerit expetendum.*

Digitized by Google

DE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIBVS.

CAPVT XVI.

Tertull: in Apolog. aduersus gentes c. 16. tom. 1.

TERTVLLIANVS in Apologetico aduersus Gẽtes grauiter & meritissimo queritur, quod qui Iouem Ammonem colerent de ariete cornutum, aut semicapros, faunos atque Satyros, & Eumenidas Tygridum mammis & cerastis horrentes venerarentur, iidem ad Christianam religionẽ contumeliose deformandam, hominis effigiem publica in luce posuissent auribus asininis, altero pede vngulati, librum gestantis, & talari veste induti, cum hac inscriptione *Deus Christianorum Onorychites.*

Tomo 2. operum Lutheri apud haredes Petri Seitz, Witemberga anno 1551 fol. 392.

Eodem iure de Nouatoribus huius æui, expostulare Catholici possunt, qui cum monstrosas impiasque opiniones, quas Satan inconsideratis mentibus inussit, tanquam numina venerentur, omni ope atq; studio contendunt, in hoc dies atque noctes elaborant, vt Romanum Põtificem & Cardinales impudentium hominum sannis obiiciant, tum libellis famosis atque dicteriis, tũ picturis sane maligne & insolenti quadam audacia excogitatis. Talis fuit Papaselli fœda quondam imago à Philippo Melanchthone picta editaque tom. 2. Operum Lutheri cum huiusmodi inscriptione; *Interpretatio duorum horribilium monstrorum Papaselli Roma in Tiberi Anno 1496. inuenti: & Monacho-vituli Friberga in Misnia Anno 1523.* Id monstrum corpus vniuersum habebat squamis coopertũ, asini caput aurésque, brachium dextrum proboscidis Elephanti specie, sinistrum humano simillimum, pes dexter bouis esse videbatur, læuus autem gryphi: Venter & pectus mulieris erant, in extremo vero dorso caput senis eminebat Draconem euomentis.

Luther. tom. 2. pag. 395.
Papasellus per se monstrosa

Philippus Melanchthon omnes ingenii sui neruos contendit vt arcanos huius horrificii monstri significatus nobis exponeret. Lutherus pariter industriam suam contulit ad Monachiouituli formam inuidiosissime

ſiſſime explicandam quæ in Operibus ipſius eodem prope loco ponitur pag. 397. Horum duorum æmulatione qui mirabiliter tamq; ingenioſe penicillum adhibuerant, Lyſippum & Protogenem diceres, Proteſtantes deinde certum nummi genus in hominum manus emiſerunt, tanto artificio ex arte Opticorum perfectum, vt vno aſpectu Papam repræſentaret, commutata verò poſitione dæmonem teterrimum exprimeret cinctum fatuis morionum inſignibus ornatis. Id commentum eam vnam ob cauſam erãt machinati, vt Apoſtolicam Sedem omnibus odioſam, & maximè imperitæ multitudini illudendam deſpiciendamq; obiicerent. Atq; hic mihi æquus rerum æſtimator res duas conſideratione digniſſimas animaduertat: Prima eſt, nouos illos religionis architectos qui Chriſti Seruatoris imagines, qui Sanctiſſimæ Virginis Matris & Apoſtolorum icones nobis adimunt, & in eorum locum ſubſtituere dæmonum laruas & terriculamenta, morionum apparatus, fatuæ mentis commoditata prodigia. Altera, quod iidem ipſi qui oculos nunquam adiiciunt ſuos, ad miſerandam Conſiſtoriorum ſuorum anarchiam & confuſionem, perturbationemq; familiarum, nec intueri propius neq; excipere auribus queunt vel Cardinalium nomen, aut Conclaue, aut ſanctioris Conſiſtorii Romani dignitatem. Feramus igitur ægris hominibus & prope depoſitis medicinam, & præcipua quatuor capita de tota re quàm fieri breuiſſimè poterit exponamus, nimirum inſtitutionem, antiquitatem, officium, & appellationem huius ampliſſimi illuſtriſſimique Senatus.

tetra & horrenda eſt imago, quoque diutius aſpicitur, eo terribilior apparet, &c.

Melanchthon ibid. pag. 393 *Principio caput Aſininum Papam deſcribit: nam Eccleſia eſt ſpirituale corpus, &c.*

Luther ibidem fol. 397. *Propheticam interpretationem huius monacho-vituli relinquam ſpiritui, nõ enim ſum Propheta, &c.*

Quod ad prima duo attinet, quæ diſiungi explicatione non poſſunt, Sacrorum Annalium monumenta, & Scriptorum veterum teſtificationes monent, D. Petrum Apoſtolorum corypheum, cum Antiochenam Eccleſiam ſimul & Hieroſolymitanam incredibili ſapientia & præceptis imbuiſſet, eodem ardore & conſilio animum appuliſſe ad Romanam diuinis monitis & ſanctitudine temperandam. Quam ad rem lectum quondam hominum numerum ſepoſuit, quibus cum manus impoſuiſſet, alios quidem renunciauit Presbyteros, qui tribuendis conficiendiſque Sacramentis præeſſent, Diaconos alios qui orborum, viduarum, inopum curam haberent, & ſacrificanti Præsbytero ſanctiſſimas ad aras ceremoniaſq; adeſſent. Numerus primum in ea naſcentis Eccleſiæ teneritudine fuit exiguus, ſed augeri mox debuit cum fidei noua & iucunda propagatione ſub Cleto Papa, quem aliqui ſine ratione cum Anacleto confundunt, & ſub Euariſto, qui D. Petri munus & dignitatem exceperunt, ille quidem ab eo principe tertius Sacerdotum numerum definiit, primuſque in literis Apoſtolicis ea verba vſurpauit, *Salutem & Apoſtolicam benedictionem*. Euariſtus natione Græcus Anacleto ſucceſſit, à Petro ſextus, qui Presbyteris titulos Vrbis Romæ diuiſit, hoc eſt templa paulo ante vota conſecrataq; Deo, & crucis tropæo inſignia: ſeptem quoque Diaconos inſtituit, quem numerum olim ab Apoſtolis deſcriptum videbat, eorumque muneribus illis primis addidit, vt Epiſcopum ſtiparent:

Actor 6. 5.

rent assiduè & comitarentur, cum in populi concionem prodiret. Id accidit sub finem primi seculi, atque hic ordo sapientissimè institutus ad Hyginium Atheniensem durauit, qui à Schola & pallio ad Pontificiam dignitatem euasit anno Domini 154. oportuit autem ipsum ad Sacerdotum & Diaconorũ numerum quidpiam adiungere, & sub vno eodemque titulo, in eadem Curia multos & parœcia collocare. Hinc factum vt in veteri Synodo apud D. Gregorium l. 4. Registri laudata, obsignationes videamus trium Cardinalium S. Balbinæ, duorum S. Syluestri, duorum item Sanctorum Apostolorum.

Interiecta deinde aliquot annorum intercapedine, S. Fabianus qui decimus nonus ordine post magnum Petrum Ecclesiæ clauum tenuit, secundam quandam partitionem vrbis Romæ instituit, sub annũ Christi 140. parœciarum numerũ congeminans, quas olim appellabant Regiones. Quatuordecim illæ tum fuerunt, atq; in singulis collocati Sacerdotes, qui Sacramentorum ministeriis implicabantur, inopiæ miserorũ subueniebant, dona populi & oblata capiebant, curabantq; vt per Diaconos pauperibus ea tribuerentur, qui Diaconi iam tum *Regionarii* vocati fuerunt moxq; in Romano Concilio sub Syluestro *Cardinales*. Diuina bonitas cum in dies largius cœlestium opum abundantiam in Ecclesiam effunderet, ita longè atque latè propagata fuit pietas, vt Maximus Pontifex Dionysius, qui post S. Petrum vigesimus quintus religionem administrauit anno 260. apud se constituerit Titulorum numerum & parœciarum amplificare; cui etiam facta est deinde accessio, sub Marcello anno 305. & tum quidecim cœptæ numerari, qui numerus in dirissima vexatione & Tyrannorum persecutione, sine vlla mutatione durauit, sed post lætam iucundamque pacem Ecclesiæ redditam haud dubio Numinis beneficio, iterum augendus fuit: Sic à Papa Syluestro Equitii Titulus instituitur, S. Marci à Pontifice Marco, à Iulio S. Mariæ trans Tyberim, & reliqui eodem modo vsque ad viginti octo.

Hæc titulorum 28. descriptio atque summa, quibus totidem Sacerdotes præerant, ad Honorium II. perseuerauit, qui anno 1125. septem Cardinales Episcopos instituit, seu splendoris Ecclesiæ, seu maximarum vtilitatum gratia, & præsertim vt Pontifici in Lateranensi delubro solenni ritu mysteria celebranti adessent. Eorum nomina Titulique iidem olim, qui etiamnum, fuerunt. I. enim appellatur Ostiensis, cuius prærogatiuus honor est Summum Pontificem consecrare, & in ipsa inauguratione *Pallium* ferre. 2. Portuensis. 3. Ruffinæ & Secundæ. 4. S. Sabinæ. 5. Prænestinus. 6. Tusculanus. 7. Albanus. Illo eodem tempore Honorius II. octodecim Cardinales Diaconos pro numero Diaconiarum creauit, qui ad octodecim superiores adiuncti numerum faciunt quinquaginta trium: qui pro temporum varietate commutatus variè fuit. Decreuit sic aliquando vt sub Innocentio II. & Cœlestino II. quadraginta tantum numerarentur, mox triginta quinque, postea viginti, quindecim, decem, denique imminutus ita fuit ad dissidia

Digitized by Google

ſidia voluntatum ſeditioneſque tollendas, vt in Nicolai III. creatione ſeptem modo inter viuos numerarentur, tres Presbyteri, Diaconi quatuor. Atque in hoc tanquam in Solſtitio illa numeri decretio conſtitit: Nam paulo poſt ad viginti progreſſus eſt ſub Bonifacio VIII. tumque præſertim cum Summi Pontifices Auenione rerum ſuarum tabernaculum poſuiſſent. Nunquam tamen triginta exceſſit vſque ad Xyſti IV. æuum, qui nulla habita ratione numeri à Conſtantienſi Concilio definiti, quod præciſe quatuor & viginti eſſe voluerat, promotiones immodicas fecit: qua in re tametſi conſecutus illum eſt Alexander Sextus, neuter tamen antiquum illum numerum quinquaginta trium eſt prætergreſſus.

Vnus Leo decimus anno 1517. primus fuit qui vnis veluti Comitiis triginta & vnum ſimul creauit: quare illa tempeſtate ſexaginta quinque numerati fuerunt: illius deinde imitatione Paulus III. ſexaginta tres habuit: Paulus IV. ſeptuaginta, qui numerus hactenus retinetur, exemplo credo ſeptuaginta Seniorum, quos Moſes ſoceri ſui conſilio aſciuit, aut Septuaginta Interpretum, aut Septuaginta linguarum, quibus inſtructa videbatur Eccleſia, aut Sanhedrin Hebræorum æmulatione, aut quod eſt vero ſimilius, vt eſſet quædam Chriſti Seruatoris Diſcipulorum effigies, qui ſeptuaginta numerantur.

Hic tantus lectiſſimorum hominum cœtus ad vnam de tribus Claſſibus reuocatur, quidam enim Cardinales Diaconi, alii Presbyteri Cardinales, alii denique Epiſcopi Cardinales nominantur, idque ex Titulo primæ inſtitutionis: quos Titulos augeri neceſſariò oportuit ad inſigniendos illuſtrandoſq; eos qui promouerentur. Xyſtus IV. primam adiunctionem fecit anno 1477. nimirum S. Nicolai prope Coloſſeum ſeu Amphitheatrum. Sequutus Leo decimus anno 1517. duodecim vel inſtaurauit vel inuexit. Deinde Paulus IV. S. Mariæ ſupra Mineruam addidit anno 1557. qui Tituli ad veteres 28. additi quadraginta quinque efficiunt.

Inter Presbyteros Cardinales qui primus illa dignitate ornatus fuit nominatur *S. R. E. Archipresbyter Cardinalis*, quique antiquiſſimus eſt inter Epiſcopos, Collegii, Conclauis, aut Conſiſtorii Decanus vocatur.

Vide Hoſtienſem in ca. 2. de offic. Archipresbyteri & in ſumma eod. tit. gl in §. 1. de numero & qualitat. Cardi in pragmatica ſanctione. *Henricus de Seguſio Card. Hoſtienſis lib. 1. ſua ſumma tit de officio Archipresbyteri hæc habet. De iis Cardinalibus prouidere debet Archipresbyter quis, in qua hebdomada ſeruiet, &c.*

Cap. his quæ pro Eccleſia, de maioritate & obedient. cap ex geſtis, de Clericis non reſidentibus. *Decreuimus vt earumdem capellarum presbyteri, & clerici, Cardinali qui nunc eſt in ipſa Eccleſia, & qui fuerint per tempora, manualem obedientiam, & reuerentiam, & honorificentiam omnem exhibeant, &c.*

Illorum munus atque officium in his quæ ſequuntur conſiſtit. 1. in iuriſdictione ſpiritali, qua in Eccleſia quiſque ſua præditus eſt, quæque haud minor eſt Epiſcoporum poteſtate. 2. in commodanda præſentia ſua primario Eccleſiæ capiti, conſilioq; impertiẽdo omnibus diebus &c-

Digitized by Google

bus & momentis, cum necessitas postulauerit, sine sumptu, sine grauamine quod prius eueniebat prouinciarum incommodo, siue Antistitum euocatione, qui vt pastores custodesq; suorum, absque certo communique periculo diu abesse non poterant. Tertio ad eorum etiam prouinciam spectat negotia ea conficere quæ ad Papam diriguntur, cum is solus tantum onus Christiani orbis humeris suis ferre non possit. 4. Adferunt quoque non exiguum decus & splendoris ornamentum primi Ecclesiæ principis Augustissimo palatio. 5. Regna & principatus, in quibus delecti præstantesque huiusmodi viri excipiuntur, ad res tractandas aut consilio informandas, multo melius administrantur, quod illorum dignitatis oppositu hæresi aditus omnis impietatique intercluditur. 6. Spectat ad eosdem in Interregno post occasum Pontificis, Ecclesiam nutu & prouidentia regere. 7. Legationes item obire, quæ sunt momenti grauioris, & Papæ ipsius personam sustinere splendidiori quadã ratione atque munere, quàm ii soleant qui *Legati nati* appellantur & Archiepiscopus Cantuariensis, aut ad tempus in aliquam prouinciam missi, qui dicuntur *Nuncii Apostolici*, quorum sanè longe minor est autoritas, quàm horum, qui proinde *Legati à latere*, quasi Maximi Pontificis assessores nominantur. 8. Partiri inter se innumerabiles casus & negotiorum euentus, qui in tanta Christiani orbis vastitate contingunt, & ad Romanam Curiam referũtur, quibus numerus minor facere satis haud posset, ne si quidem sola familiarũ religiosarum prouisio suscipienda foret, quæ ipsos Protectores & Patronos gloriosos habent. 9. Cauere diligenter ne patrimonium Crucifixi dissipetur, eorum ambitione & cupiditate, qui Pontificem stirpe & cognatione attingunt. 10. Ad cõglutinandas Christianorũ Principum voluntates stabiliendamq; concordiam valent plurimum tales & tanti viri partium Proxenetæ atque Interpretes. 11. Pondus quoddam autoritatis adferunt Synodis, Conciliis, Decretis, Sententiisque Ecclesiæ, quæ nunquam nisi illis consciis adiutoribusque complentur. 12. Cum ex eo cœtu Ecclesiæ Gubernatores Summi legantur, fit vt eodem tempore fundamentum sit publicæ quietis, fons & origo maximarum dignitatum, Summorum Pontificũ seminatium.

(Cap. 1. de officio Legati. *Cum nõ ignoretis Cantuariensem Archiepiscopũ, vobis non solum metropolitico, sed etiam legationis iure præesse.*

Ideo vtuntur insignibus Apostolicæ dignitatis dum legatione funguntur ex statuto Concilii generalis ca. antiqua, de priuilegiis.

Dominica crucis vexillum antè se faciant vbique deferri, &c.

In omnibus prouinciis eorundem iurisdictioni subiectis, ad eos cum necess. fuerit prouocetur, &c.

Cardinales pars corporis Papæ dicti sunt, Can si quis 6 q. 1. Principis pars quoq; corporis eius. Lege quisquis, ff. ad legem Iuliam maiestatis.

Si quis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris etiã scelestam inierit factionẽ, aut factionis ipsius susceperit Sacramentum, vel dederit de nece etiam virorũ illustrium, qui consiliis, & consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sũt) &c.

His cognitis penitusque perspectis, haud difficile operosumque fuerit intelligere, cur nuncupentur Cardinales, aut substantiuè, quod grauium negotiorum pondus, quæ ad Ecclesiam pertinent, illis incumbat; vel adiectiuè, quod principes sint in Clero maximeque illustres.

Non est tamen dissimulandum, eum splendorem dignitatis nõ semper tantum tamque eximium fuisse, quàm nunc est, imo longè communium Pontificum dignitate inferiorem, vsque ad Clementem V. & Ioannem XXII. vel, vt alii volunt, Innocentium IV. hoc est ad annum 1243. qui primus *Pileum roseum* Cardinalibus concessit, permisitque vt per vrbem equo veherentur. Notum etiam est eorum in Codicillis & A-

ctis

Digitized by Google

ctis publicis obsignationes, posteriores Episcoporum nominibus & signatura fuisse, vsque ad annum 1300. sub Bonifacio VIII.

Atque hinc sequitur, Cardinalis nomen, si vis eius prima spectetur, proprie de Ecclesiis dici à quibus Titulum consequebantur, quæ olim fuerunt, vt etiam nunc sunt, aut Episcopali dignitate præcellentes, quales Metropolytanæ, aut Collegiatæ quæ proinde cœtum Presbyterorũ contineant, aut nudæ & simplices Diaconiæ, omnes tamen Cardinales Ecclesiæ nominatæ, quod principes atq; præcipuæ, eo sensu quo ventos Cardinales, aut virtutes Cardinales dicimus. Et hæc appellatio cum exaggerato illo splendore dignitatis coniuncta, propria Cardinalium facta est, præsertim ex eo tempore, quo tacita communiq; Regum & Imperatorum consensione, qui Christianis legibus obtemperant, sacrosancti Magistratus electio eorum sapientię & potestati commissa fuit. Iam tum enim illorum in Ecclesia principatum omnes suspexerunt, & libentissime sunt complexi, & iusta meritaq; priuilegia sunt consequuta.

Quàm igitur insolentis ignorantiæ & temeritatis plena est Caluini obiectio, cum lib. 4. Institut. ca. 7. ait nusquam se nomen Cardinalis inuenisse apud vllum antiquum scriptorem qui sit magno Gregorio vetustior, cum in Romano Concilio reperiatur Syluestri Papæ & Constantini Magni tẽporibus celebrato hoc est trecentis prope annis ante s. Gregorium. Vbi animaduertendum non modo nomen eo in Concilio poni, verum etiam Diaconos septem Cardinales memorari: Ibidem etiam decernitur vt alii duo instituantur ad examinandas parœcias. Et paulo post Can. 7. Syluester Pontifex cum toto Concilii cœtu decernit, vt ordines omnes inferiores vsq; ad Subdiaconũ obnoxii sint Diacono Cardinali Vrbis Romæ. Et iterum Can. 11. perscribitur, sacerdotes omnino triginta summisse pro vno quodam supplicauisse vt Diaconus Cardinalis crearetur. Atq; in hoc tamen nescio an Caluinus aliqua ratione excusandus videatur, quod cum esset ingenii leuitate fretus & ea quæ legisset non probe cognita & tractata haberet, multa interdum in medium protulit, non maiori malitia & improbitate, quam inscitia & totius historiæ ignoratione, vt cum addit Cardinalis nomen Episcopis tantum fuisse tributum Gregorii Magni ætate, temere quidem & inscienter hoc ab illo pronunciatum fuit, cum scilicet ignoraret illum ipsum Gregorium episto. 11. lib. 5. scripta ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum Diaconorum Cardinalium mentionem facere. Sed nefaria prorsus illa est impudentiæq; plenissima sententia quam eodem lib. c. & sect. 27. dicit his verbis, Papa & Cardinales nihil vnquam tenuerunt de Christo, quam quod in schola Luciani didicerunt: Primus eorum Theologiæ articulus est nullum esse Deum: secundus, quicquid scribitur aut prædicatur de Christo, esse mendacium & commentum. Tertius, quæ in scriptura de æterna vita & de carnis resurrectione continentur, esse meras fabulas. Hæc tam insignis inuerecundi hominis falsitas non tam responsionem quam supplicium pœnamq; meretur, quam mendacii satis iã arguerunt tot

Calu. l. 4. Inst. ca 7. § 30. *Quantum ad Cardinales quos vocant attinet, &c. apud superioris saculi scriptores nomen hoc non reperio.*

In Conc. Romano 2. sub Syluestro primo. Const. magno & matre eius Helena, Act. 1. c. 6 to. 1.

Vt diaconi non essent plures per parochiarum examen nisi duo, & Diaconi Cardinales vrbis Roma septem: ita tamen vt Dalmaticis vterentur & linostim laua eorum tegeretur.

Cap. 7 *Ita quoque Syluester voce clara dicebat ad Coepiscopos, vt à Subdiacono vsque ad lectorem omnes subditi essent Diacono Cardinali vrbis Roma, in Ecclesia honorem repræsentantes eidem*

Act. 2 can. 11.

Rogantibus triginta Presbyteris examen vt esset diaconus Cardinalis.

Greg Magnus lib. 5. epist. 11. ad Fortunatum.

Fraternitatem tuam à nobis petiisse recolimus, vt Gratianum Ecclesiæ Benephrana Diaconum sua concederemus Ecclesia Cardi-

Digitized by Google

nandum. Et quoniam nec episcopum cui obsecundare nec propriam habet Ecclesiam, hoste scilicet prohibēte, quo suum debeat ministerium exhibere, petitionē tuam non prauidimus differendum: idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessario duximus concedendū habituro licentiam Diaconum illum nostra interueniente authoritate Ecclesiæ tua Deo propitio constituere Cardinalem.

Trithemius libr. 4. de viris Illust. c. 21.

tot obitæ pro Deo mortes à Summis Pontificibus, tot claræ eximiæque virtutes Cardinalium centum minimum & octoginta ex vna familia D. Benedicti ex Tritemio, plusquam triginta ex ordine Diui Dominici, quadraginta è Sancti Francisci instituto, qui omnes à tempore D. Gregorii floruerunt. Quod si oculos in doctrinam coniiciamus, quis in Theologia maior & diuinior Bonauentura? quis subtilior Caietano? quis Turrecremata doctior? quis optimarum artium studiis atque omni genere literarum instructior, quam illustrissimus Bellarminus, Baronius, Perronius? quis vita moribusque sanctior quam beatissimus Carolus Borromæus, vt nihil dicam de illis multis atque magnis, qui olim atque etiamnum Ecclesiam suo splendore & eximia dignitate illuminant.

Sed belle contigit (ita visum diuinæ menti) vt qui sanctius Cardinalium Consistorium ridentes illudunt, nouum quoddam substituant è sellulariis & plebeia fæce conflatum. Pro Conclaui, ædificium obiiciunt nubilarium & inane, macello similius quam Templo. Pro Collegio illo augusto, inducunt prophanam colluuiem cœno & puluere sordidā. Pro Caietanis, Borromæis, Bellarminis, obtrudunt graues quosdā & barbatos olitores, sutores, sartores quos honoris causa Consistoriales vocant, vbi nonnunquam actuarius quispiam adolescens qui non in mento plus pilorum habeat quam Ioanna Papissa, Senior appellatur illius Ecclesiæ, quæ ipsa prope eiusdem ætatis cum illo est, aut non multo superioris; vbi Diaconus maior est Presbytero hoc est Minister seniore, & Presbyter superior Episcopo, hoc est Senior superintendente. vbi pro modestis peritisque symphoniacis, pro Canonicis, Cantoribus, Organariis, nil auditur aliud quam dissonus quidam cantus vetularum, puellarum, hominum, pusionum, iuuenum balba de nare canentium. Vbi loco Pontificiorum insignium & ornamentorum, proque veteribus & religiosissimis ceremoniis quæ hominum mentes ad diuina prouehebant, comatulus adolescens prodit in medium gladio ab humeris pendente, mitella insignis, inuaditque in suggestum creatus splendidis calcaribus & acutis, vt nimirum in Euangelii campum totis habenis ardens & olata volitet oratio, ardua ceruix micat in rugato collari, candido, ad amussim directo; palliolum in læuam reiicitur quæ chirothecas sustinet, dextra vero barbam mulcet, & à superiore labro duobus digitulis attollit, qui denique in introitu & egressu pulpiti & concionis, minus ceremoniarum adhibet quam cum mane è lectulo suo exurgit aut cum à sponda ad mensam, à toralibus ad mappam, à puluino ad offam & ius consuetum procedit. Maturo iudicio Lector & prudenti optionem hic habet, vt vtrum volet ad salutis viam patefaciendam & instruendos pie mores, Consistorium eligat, & eius effata atque sententias complectatur. Quod si præterea scire velit, ad quem hactenus orbis terræ confugerit in fidei rebus ambiguis & controuersis, & qua demum autoritate Concilia Oecumenica à fundatæ

Ecclesiæ

Digitized by Google

Ecclesiæ temporibus conuocata fuerunt, duo Capita quæ proxime sequuntur perlegat quæ variæ in Romanam Sedem factæ obiectiones in hunc locum reiecerunt: continent autem breuem quandam comprehensionem & veluti summam eorum omnium quæ adhuc de præstanti Pontificiæ dignitatis amplitudine & principatu sunt exposita.

AB OMNI HOMINUM MEMORIA ADITUM FUISSE PONTIFICEM MAXIMUM VT VISIBILE ECCLESIÆ CAPUT TUM AD fidei controuersias terminandas, tum ad mores & Ecclesiastica negotia rite & ordine componenda.

CAPUT XVII.

VT Obedientia est primigenia soboles Humilitatis, sic rebellis animi contumacia est primus fœtus superbiæ. Qui laudata & Christiana demissione ornantur, prompte & facile excellentiam dignitatis superiorem agnoscunt, siue in Regibus potentissimisque Dynastis, siue spiritalem illam successorum D. Petri. Superbi contra animi elatione & arrogantia inflati, cum semen habeāt insolentiæ imperioso quodam fastidio omnia conculcantis, non nisi ægre & repugnanter ferre alterutram possunt, omnemque industriā adhibent ad omne genus dominatus excutiendum, cum à seipsis tantum pendere velint, & sibi tantum suorum omnium rationem reddere, prętere a nemini: quod scelus Angeli perduellis inexpiabile fuit atq; summum. Age vero & experiamur an Veritas sæculorum proles quæ in monumentis annalium late funditur, huic tanto tamque insito morbo medicinam adferre possit. S. Polycarpus D. Ioannis auditor, vt est apud Eusebium, cum turbatam variis opinionibus Ecclesiam videret, propter incertum diem, quo solenne Pascha celebrandum videretur, Romam se contulit, vt super ea re ad Innocentii Papæ mentem atque sententiam vltro & libenter suam adiungeret. Anno 153. post Christum natum Marcion ab Antistite suo gradu & honore spoliatus, vt in integrum restitueretur, ad Romanam Ecclesiam confugit, quod vt minus obtineret fecit opinio-

Euseb. l. 4. hist. c. 13.

Epiph. hær. 42. *Venit Romam Marcion cū mortuus esset Hyginus Episcopus Romanus (hic autem nonus erat à Petro ac Paulo Apo-*

Digitized by Google

stolis) & cum senibus ad huc superstitibus à discipulis Apostolorum congressus, petebat vt in congregationem admitteretur, &c.
Euseb lib. 5. hist. c. 24.

opinionum insolentia atque impietas Victor summus Pontifex sub an Dom. 198. Episcopos omnes Asiæ grauissima sententia à pioru & Ecclesiæ cōmunione seclusit, propter Iudaismum, quem sensim sine sensu induxissent, diei decimiquarti obseruatione ad Pascha celebrandum. Et quamuis S. Irenæus & quidam alii seueriorem hanc censuram existimarent, nunquam tamen ausum eum aliquid dixerunt, quod nō ad munus & autoritatem pertineret. Anno 252. Fortunatus & Felix cum à D. Cypriano in Africa in ordinem coacti fuissent, Romam prouocarunt atque adeo ad illam aram legum se contulerunt, vt ipsius Cypriani testimonio didicimus. Paulo post cum Basilides abdicatus fuisset in Hispania, Stephanum Summum Pontificem appellauit, vt legitur epistola 4. libri 1. Anno 351. cum S. Athanasius Episcoporum Orientis machinatione à dignitate graduq; honoris fuisset deiectus, prouocauit ad Papam Iulium, qui pro autoritate sua illum restituit, vt etiam Paulum Episcopum Constantinopolitanum & Marcellum Aneyræ. Anno 400. S. Ioannes Chrysostomus à Theophilo eiectus & solio exturbatus, Innocentium primū arbitrum innocentiæ suę & disceptatorem esse voluit, vt constat ex duabus illius epistolis ad eundem Innocentium scriptis. Eodem sæculo Flauianus Episcopus Constantinopolitanus tempestate iactatus ad Leonē Papam, tanquam ad portum & perfugium accurrit, teste Liberato. Idem præstitit Theodoretus vt ipsemet scribit ad eundem Leonem, & vt diserte Actione 1. Concilii Chalcedonensis continetur.

Cyprian. ep. 3. l. 1.
Idem l. 1 ep. 4.
Sozom. lib. 3. hist. c. 7.
Chrys. ep 1. ad Pap. Innocen.
Theodoret. epist. ad Leonem Rom. Episc.

Gregor. l. 2. Indict. 11. ep. 6.

Quinto aut sexto Sæculo, Magnus Gregorius ad dies triginta sacrorū communione priuauit Ioannem Græcum Antistitem, quod Adrianum Thebanum Episcopum, tametsi ad Romanam Sedem prouocantē sententia sua afflixisset. Sexaginta vero annis ante Concilium Nicænum, Dionysius Patriarcha Alexandrinus apud Dionysium Romanum Pontificem accusatus fuit, à cuius autoritate nunquam desciuit, vt Sanctissimus Athanas. memorat libro à se composito de sententia contra Dionysium. Maximus Episcopus Antiochenus in gradu & dignitate confirmatus fuit à Leone Pp. vt perscribitur 7. Actione Conc. Chalcedonensis.

Athanas. de sent. cont. Dionys. to. circ. med.
Conc. Chalced. act. 7. to. 2. Concil.
Leo Papa ep. 57. to. 1. Concil.

Idem Leo Anatolium Episcopum Constantinopolitanum in legitimi honoris dignitate imperio suo cōfirmauit, vt ipse scribit epist. 57. ad Imperatorem Marcianum. Et epistol. ad Episcopos Africæ permittit, vt Donatus qui errores impios eiurauerat atque hæresim Nouatianorum, cum populo vniuerso deinceps pristino munere officioq; fungeretur, ea conditione, vt Romam fidei suæ expositionem scripto mitteret.

Greg. lib 4. epist. 34 c. 78.
Salonitana vero ciuitatis episcopus me ac responsali meo nesciente ordinatus est: & facta res est qua sub nullis anterioribus Principibus euenit.
Idem Gregor. l. 4. epist. 54. c. 98. *Idem l. 4. epist. 10. cap. 54. & epist. 51. c 95.*

Queritur D. Gregorius Magnus quod Episcopus Salonitanus sine sua aut Legati sui authoritate Pontificiam dignitatē obtinuerit quæ res inquit sub nullis anterioribus Principibus euenit. Et quod ad illud ornamentum attinet quod *Pallium* vocāt, apparet in eius Epistolis, missum ab eo fuisse plurimis Archiepiscopis Græciæ, Galliæ, Hispaniæ & aliarū prouinciarum, *antiqua consuetudinis ordine*, his enim verbis est vsus.

S. Cy-

Digitized by Google

S. Cyprianus ad Stephanum Papam scribens, rogat vt ad populum Arelatensem det literas, ad nouum quendam fide & virtute ornatum Antistitem constituendum, vtque in ordinē cogat, & pontificijs insignibus spoliet Marcianum, & nefaria peste Nouatianorum cōtaminatum. Agapetus Ecclesiæ moderator autoritate sua perfecit, vt Flauianus Antiochenus Episcopus de solio deturbaretur, vt Theodoretus suis monumentis reliquit. In Actis Sixti Tertij in primo Tomo Conciliorum positis refertur, Maximum illum Pontificem misisse Leonem Archidiaconum, qui postea clauum religionis tenuit, vt Polychronium Episcopum Hierosolymitanum omnibus ornamentis & honore spoliaret. S. Hieronymus, Presbyter Antiochenus, & ætatis suæ oraculum, paulo ante significabat, nihil se velle de voce hypostasis definire, nisi de mēte & sententia Damasi, qui tum habenas reipub. Christianæ regebat. Quid vero his firmis & contestatis probationibus responderi potest? an historiam plenam esse mendaciorum? aut scriptores, qui eandem illam hominum memoriæ & posteritati reliquerunt, minime probandos recipiendosq; videri? an bibliothecas omnes labi nosque in errorem inducere? Si ita est, præferamus igitur Plutarchum D. Gregorio, Titum Liuium S. Cypriano, Herodotum S. Hieronymo: deniq; quod lubet & delectat, credamus, & quidquid non arridet, aspernemur & refutemus.

Cypr. lib. 4. epist 13. *Dirigantur in prouinciam ad plebem Arelate consistentē à te litera, quibus abstento Marciano, alius in locum eius substituatur.*
Theod lib. 5 hist. c. 23.
Hier. ad Damasum episc. 57. tom. 1. *Quamobrem obtestor beatitudinem tuā per crucifixū mundi salutem, per homoousion Trinitatē, vt mihi epistolis tuis siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon detur autoritas.*

EPISCOPVM VRBIS ROMÆ D. *Petri Successorem, sacris Ecclesiæ Comitijs seu Concilijs præesse debere.*

CAPVT XIIX.

HOc Caput breuiarij in morem concinnatum, vnum de multis autoritatis Romanæ sedis luculentum argumentum suppeditabit.

D. Petrus Actorum Apost. cap. 1. in medio Discipulorum princeps surrexit, qui fere centum & viginti vnum in locum conuenerant, vt vnum quempiam ad sacrum numerum Apostolorum perficiendum, vnde Iudas miserabiliter exciderat, votis communibus sententijsque deligerent. Et cap. 15. cum aggregati simul essent Apostoli & Seniores ob excitatum in Ecclesia Antiochena dissidium de Circuncisione & Ceremoniarum vsu inter Iudæos & Gentiles, qui fidē Christianam erant complexi, Coryphæus idem Petrus sese erexit, & Concilium est exorsus tum autoritate sua, tum vero etiam sententiæ dictione, quam deinde S. Iacobus cœtusque omnis est sequutus, & cum qua etiam D. Petrus totum negotium conclusit in hæc verba: *Visum est Spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere nobis oneris.* Niceno primo Concilio

Actor. 1. 15.
Actor. 15. *ver.* 7.
In historia Concilij Sardicensis, quæ velut Concilij præfatio est, habetur in cod Rom. Conc. Græcol. *Hosius, Archidamus, & Philoxenius Iulij nomine præerant.*
Concil. Nicæn. in Catal. Episc. subscribentium, to. 1 Concil. *Hosius Episcopus ciuitatis Cordubensis prouincia Hispania, Victor & Vincētius Presbyteri vrbis Roma pro venerabili viro Papa & Episc. nostro sancto Syluestro subscripsimus, ita*

Digitized by Google

cilio præfuerunt Syluestri Papæ nomine, Osius Episcopus Cordubensis, Vitus & Vincentius Romani Presbyteri, vt facile cognosci potest ex veteri præfatione, quæ Concilio Sardicensi præfigitur: tum etiam ex subscriptionibus eiusdem Concilii Nicæni. Secundum Generale Concilium Constantinopoli coactum fuit, nutu & Imperio & literis Damasi Pontificis: euocatique Patres vna mente se apud illum excusarunt, quod non Romam quemadmodum ille prius edixerat conuenissent. S. Cyrillus Legatus Papæ Cœlestini eiusdem autoritate fretus & nomine, Generali Concilio 3. Ephesino præfuit. Et in 4. Chalcedonensi Paschasinus & Lucentius Episcopi vna cum Bonifacio Romano presbytero prærogatiuam honoris atque loci obtinuerunt, primi disseruerunt, obsignarunt etiam primi vt Legati summi Pontificis Leonis. Nam quod Marcianus quidem Imperator & senatus adesset, id eo consilio fiebat, vt præsentia sua motus annorum turbulentos & seditiones prohiberet, quę improba Dioscori factione in Conciliabulo Ephesino contigerant, non autem vt in Decretis fidei sanciendis vim suam & authoritatem interponerent.

credentes sicut supra scriptum est.
Concil. Constantinop. in Epist, episc. omnium qui Constantinopolim conuenerunt ad Damasum & alios. Habetur in Codice Roman. Concil. Græcol. *Vos, quo fraternam vestram erga nos charitatem declararetis, concilio, voluntate, ac nutu Dei Roma coacto nos velut membra propria per Deo amantissimi imperatoris literas accersiuistis, &c.*
Part 2. Conc. Ephes. Act. 1. Cælestinus dicitur sanctissimus sacratissimusq; Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus.
In Concil. Chalced. Act. 3. in libello ad Leon. Pap. sanctissimo & beatissimo vniuersali Archiepiscopo & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, &c.

Cæterum si quis videre cupit, non iam primum neque huius æui perturbatione Romanum Pontificem *Episcopum vniuersalem totius Ecclesiæ* fuisse prædicatum, sed ab omni hominum memoria, & vltima antiquitate legat eos titulos quos memoratum Concilium Chalcedonense Papæ Leoni & Ecclesiæ Romanæ impertiuit, & in secunda item Actione præterea animaduertet Papæ nomen illi tributum ab Aetio fuisse.

Concludamus igitur quandoquidem Romanæ sedis præstans & eximia dignitas & honoris prærogatiua, nunquam illis sanctissimis in Cōciliis in dubium reuocata fuit; quibus tamen ipse Caluinus vim & numen Spiritus sancti rectionemque attribuit, nemini posthac licitum fore aut iure permissum, eam quæstionem atque vniuersum genus causę in controuersiam adducere, quam videmus orbis terrę iudicio definitis in locis & temporibus comprobatam.

Iam ad scripturam sacram veniamus quæ posterior Ecclesia est non quidem dignitate, sed origine, & ipsa prima editione, quæ causa fuit cur hoc loco de ea disputemus.

DE

Digitized by Google

DE SCRIPTVRA SACRA.

CAPVT XIX.

SCRIPTVRÆ Protocanonicæ, quas iam inde à primis initiis Orthodoxa Ecclesia sine vlla controuersia admisit, hæ sunt.

EX VETERI TESTAMENTO.

Primus Liber Mosis siue Genesis Capitum quinquaginta.

Secundus Mosis siue Exodus.	Cap. 40.
Tertius Mosis siue Leuiticus.	Cap. 27.
Quartus Mosis siue Numeri.	Cap. 36.
Quintus Mosis siue Deuteronomium.	Cap. 34.
Liber Iosue.	Cap. 24.
Liber Iudicum.	Cap. 21.
Liber Ruth.	Cap. 4.
Primus liber Samuelis siue Regum.	Cap. 31.
Secundus Samuelis siue Regum.	Cap. 24.
Tertius Regum.	Cap. 22.
Quartus Regum.	Cap. 25.
Primus liber Paralipomenon.	Cap. 29.
Secundus Paralipomenon.	Cap. 36.
Liber primus Esdræ.	Cap. 10.
Nehemias, siue secundus Esdræ.	Cap. 13.
Iob.	Cap. 42.
Psalmi. Centum quinquaginta.	
Prouerbia Salomonis.	Cap. 31.
Ecclesiastes.	Cap. 12.
Cantica Canticorum.	Cap. 8.
Isaias.	Cap. 66.
Ieremias.	Cap. 52.

Threni seu Lamentationes cum oratione Ieremiæ.	Cap.5.
Ezechiel.	Cap.48.
Daniel.	Cap.12.
Osee.	Cap.14.
Ioel.	Cap.3.
Amos.	Cap.9.
Abdias.	Cap.1.
Ionas.	Cap.4.
Micheas.	Cap.7.
Nahum.	Cap.3.
Habachuc.	Cap.3.
Sophonias.	Cap.3.
Haggeus.	Cap.2.
Zacharias.	Cap.14.
Malachias.	Cap.4.

EX NOVO TESTAMENTO.

Euangelium secundum Matthæum.	Cap.28.
Euangelium secundum Marcum.	Cap.16.
Euangelium secundum Lucam.	Cap.24.
Euangelium secundum Ioannem.	Cap.21.
Acta Apostolorum.	Cap.28.

EPISTOLÆ.

S.Pauli ad Romanos.	Cap.16.
Prima ad Corinthios.	Cap.16.
Secunda ad Corinthios.	Cap.13.
Ad Galatas.	Cap.6.
Ad Ephesios.	Cap.6.
Ad Philippenses.	Cap.4.
Ad Colossenses.	Cap.4.
Prima ad Thessalonicenses.	Cap.5.
Secunda ad Thessalonicenses.	Cap.3.
Prima ad Timotheum.	Cap.6.
Secunda ad Timotheum.	Cap.4.
Ad Titum.	Cap.3.
Ad Philemonem.	Cap.1.
Prima S.Petri.	Cap.5.
Prima S.Ioannis.	Cap.5.

LIBRI

LIBRI DEVTEROCANONICI QVI NON *statim ab initio fuere admißi, sed Canoni pedetentim varijs temporibus adiuncti.*

Esther.	Cap.10.
Tobias.	Cap. 14.
Iudith.	Cap.16.
Sapientia.	Cap.19.
Ecclesiasticus.	Cap.51.
Baruch cum Epistola Ieremiæ.	Cap. 6.
Reliqua Danielis nimirum Canticum trium puerorũ in fornace.	Cap.1.
De Susanna.	Cap.1.
Historia Idoli Bel & Draconis.	Cap.1.
Oratio Manasse.	Cap.1.
Primus liber Machabeorum.	Cap.16.
Secundus Machabeorum.	Cap.15.

EX NOVO TESTAMENTO.

Vltimum Caput D.Marci.	
De Agonia Christi & consolatione facta ab Angelo.	Lucæ 22.
Historia de muliere adultera. Ioan.	Cap.8.
Epistola ad Hebræos.	Cap.13.
Epistola S.Iacobi.	Cap.5.
Secunda D.Petri.	Cap.3.
Secunda D.Ioannis.	Cap.1.
Tertia D.Ioannis.	Cap.1.
Epistola S.Iudæ.	Cap.1.
Apocalypsis S.Ioannis.	Cap.22.

Quod ad Protocanonicos attinet nulla penitus controuersia est. De Deuterocanonicis, Concilium Tridentinum & Caluinisticæ in Gallia Ecclesiæ sane quidem in libris integris noui Testamenti conueniunt. Est igitur de Veteri hoc loco inuestigandum; qua in re D. Augustini viam rationemque sequi peropportunum est, vt nimirum Ecclesiæ vocem audiamus à qua scripturas habemus. Et ne quis error in delectu Ecclesiæ veræ contingat, eam puram, castam, & inuiolatam capiemus, quam Caluinus quinq; priorum sæculorum complexu definiuit.

Concilium tertium Carthaginense anno post Christum 397. habitũ fuit: Capite vero illius 47. sic habetur, Item placuit vt præter scripturas Canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum, sunt autem Canonicæ scripturæ Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Psalterium Dauidicum, Salo-

Concil. Carthag. 3. tempore Siricii Pap. c. 47. to. 1. Conc.

Digitized by Google

„ monis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Isaias, Hieremias, „ Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hester, Esdræ libri duo, Machabęo- „ rum libri duo. Noui autem Testamenti Euangelistarum libri quatuor, „ Actuum Apostolorum liber vnus, Pauli Apostoli Epistolæ tredecim, „ eiusdem ad Hebræos vna, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iu- „ dæ Apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Ioannis liber vnus.

August. l. 2. de doctr. Christiana c. 8. to. 3.

S. Augustinus l. 2. de doctrina Christiana cap. 8. eandem enumerationem habet, nisi quod de Sapientia & Ecclesiastico loquens cursum orationis parenthesi quadam interrumpit de authore vtriusque libri disputans, concluditque à Iesu filio Sirach potius quam à Salomone conscriptos, quamuis similitudinem styli habeant cum Ecclesiaste & Prouerbiorum libro.

Innocent. 1. epistol 3. quæ ad Exuperium c. 7. to. 1. concil.

Innocentius I. qui anno 406. florebat Indicem eundem pertexit in Epistola ad Exuperium Tholosanum Episcopum, quod idem præstat Gelasius Papa vna cum septuaginta Episcopis anno 490. in Decreto de libris Canonicis. Vbi animaduertendum est cum enumerat Machabęorum librum vnum, vtrumque ipsum volumen complecti, quemadmodum paulo ante Esdræ librum vnum posuerat.

Alcimus to 8. Biblioth. PP. in corpo. & Eccles. in versibus de laude Castitatis.
Cassiod. l. 1. de diuinarum Institutione scripturarum. c. 11.
Isidor. etym. l. 6. c. 1.
Raban. de Inst. cler. l. 2. c. 53.

Alcimus Auitus anno 500. eodem modo recenset iis versibus quos ad sororem misit de laudibus Castitatis. Post ipsum Cassiodorus anno 540. Isidorus in Etymologiis anno 620. Rabanus anno 840. Theodulfus etiam carminibus suis quæ initio Bibliorum collocantur anno 850. Smaragdus Abbas anno 950. Yuo Carnatensis anno 1100. Petrus Cluniacensis decimo quarto sæculo, & tandem decimo quinto Concilium Tridentinum Sessione 4. vbi Anathema dirasque iis omnibus denunciat, qui decerpere quidpiam aut imminuere de recensione illa sua atq; syllabo ausus fuerit.

Verum tamen est Melitonem Sardensem, Concilium Laodunesne Can. 60. Cyrillum Hierosolymitanum Catechesi 4. Gregorium Naziãzenum de veris & germanis Scripturæ libris, & D. Hieronymum in Prologo Galeato, non fecisse quorundam mentionem, quos Nouatores inter Apocryphos reposuerunt. Enimuero facilis & expedita est responsio, ex iis quæ ante obiter attigimus, de Protocanonicis & Deuterocanonicis: Primus enim Canon libros eos admittit, qui à primis nascentis Ecclesiæ temporibus recepti & probati fuerunt: secundus autem eos continet qui lapsu temporis & successione, Ecclesiæ autoritate ad priores illos annumerati sunt. Melito, Origenes, Concilium Laodunense, Cyrillus Hierosolymitanus, Gregorius Nazianzenus, & B. Hieronymus de primo loquuntur, quod ante mille ducentos annos inter homines fuerint, cum necdum Ecclesia de secundo Canone quidquam statuisset. Factum autem super ea re decretum fuit anno 397. in tertio Concilio Carthaginensi, è ducentis octodecim Episcopis conflato, inter quos vt etiam memoratum à nobis superius fuit, vnus erat Diuus Augustinus, qui cum attentius exquisitiusque rem considerassent, in fidei regulæ atque

Digitized by Google

atque ordine allatam illam descriptionem collocandam censuerunt, quæ per omnes consequentes sæculorum omnium ætates, communi sensu Ecclesiæ fuit excepta.

Cæterum fallax & captiosum vel potius ineptum & puerile foret hoc argumentum, Licuit aliquando dubitare de libris Hesteris, Baruch, Tobiæ, Iudithæ, Sapientiæ, Ecclesiastici & Machabæorum, licet igitur de iisdem etiamnum ambigere. Nisi quis forte velit pertinaci animo contendere, iam quoque addubitare licere, an circumcidendi sint Ethnici Christianis sacris imbuendi, an Sabbatum, Neomeniæ, aliæque Iudæorum ceremoniæ obseruandæ sint, quod olim efflorescente primum religione in controuersiam & dubium reuocare ista licuit. Præterea si proposita illa argumentatio vim vllam haberet, disputari iam etiam posset atque ambigi de Capite decimo sexto, Diui Marci, de cruento sudore CHRISTI IESV, deque Angelo misso ad consolandum Luc. 22. denique de muliere adultera Ioan. 8. quod tamen nullus hactenus impiarum opinionum Dux & princeps tametsi ad impudentiam proiectus contendit.

Caput vltimum Marci, tempore S. Hieronymi non fuisse ab omnibus receptũ, vt canonicum, patet ex Hieron. epist. ad Hedib. q. 3.

Ob quadam verba Apocrypha inserta à Manichais ex capite 22. Luca quidam in dubium reuocant historiam illam de sudore sanguineo & Angelica apparitione, vt testantur. Hilarius lib. 10. de Trinit & Hieron lib 2. cont. Pelag. *ne Christo infirmitatem & animi dolorem tribuere viderentur.*

Concludamus igitur esse plurima quæ dubia & controuersa esse potuerunt, priusquam Ecclesiæ authoritate atque lege definirentur, vt antiquissimis temporibus de baptismo hæreticorum dubitatum fuit tempore Sancti Cypriani, de gratia & libero arbitrio Pelagianorum tempestate, de animis à corpore communione secretis, an videlicet Dei vultum intueantur, ante Bonifacii VIII. & Concilii Florentini decretum. Sed post ęquam Ecclesiæ decisionem & veluti Magnæ Matris edictum, quod fuit error aut hęsitatio, fit hęresis. Quare nemini iam licet eam sententiam refutare & aspernari, vel opinionem tueri contrariam, ne de numero sit illorum, de quibus ait Seruator, *Qui non est mecum*, (hoc est in Ecclesia corpore meo mystico) *contra me est.*

Erasmus in Annotat. ad c. 8. Io. docere conatur ex Eusebio lib 3. c. 39. historiam adultera non fuisse olim certa fidei: & in Graco textu Eusebii nō habetur nomen adultera, sed περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης.

DE SCRIPTVRÆ SACRÆ IN LINGVAM ALIAM VERSIONE.

Capvt XX.

Epiphan. lib. de mensur.

POst annum centesimum vigesimum quintum ex quo Seruator ad cęlestia domicilia victor euolauerat, Aquila perduellis Christianæ religionis factus, omnem operam industriamq; suam locauit, in versione septuaginta Interpretum illudenda; cum subornatam à se nouam quandam substitueret, in qua plurima, græca & sublesta fide inobscurauerat, quæ de Messiæ vita, morte, atq; natalibus, in effatis Prophetarum continebantur. Viginti quinq; post annis exorti sunt Symmachi & Theodotionis æmuli & consectatores, qui illorum versionem, septuaginta Interpretum labori atq; peritiæ longe anteferebant. Origenes septuaginta aliosque Interpretes aliquot inter se componens, Tetrapla, Hexapla & Octapla summo labore instruxit vt post dicetur.

Euseb. l. 6. c. 12.

Conuenit nobis cum aduersariis in iis quæ sequuntur I. Vetus Testamentum pro autographo habere Hebraicum textum, excepto forte Ecclesiastico & Machabeis, qui Græce tantum in hominum manus peruenerunt, quosq; probabile est fuisse primum scriptos Syriaci, quod vernacula esset ea lingua Hebræis, à tempore Babylonicæ captiuitatis ex Hebræa Chaldæaq; generata.

Epiphan. hæres. 6. Origenianorum *Scripturas bi legunt diuersas veteris ac noui Testamenti. Hieron. in prolog. Galeato, Machabæorum primum librum Hebraicum reperi: secundus Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest.* *Bellarm. de verbo Dei l. 2. c. 4.* *Atha. in synop.* Irenæus lib. 3. c. 1. to. 2. *Ita Matth. in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Euangelii, cum Petrus & Paulus Romæ Euangelizarent, & fundarēt Ecclesiam.* Hier. præf. in Euangeli tomo postremo. *De nouo nunc loquor Testamento; quod Græcum esse, non dubium est excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Christi Hebraicis literis edidit. Epistolam ad Hebræos, scriptam esse primum Hebraicè, tum in Græcum sermonem translatam à Luca, vel à Clemente,* ait Euseb. lib. 3. hist. c. 32. & Clemens Alex. Apud Eusebium libri 6. cap. 11. *Marcum vero latine, primum probat* Adrianus finus l. 6 flagelli Iud. c. 89.

2. Consentiunt omnes Græcum textum fuisse primum propriumque N. Testamenti excepto D. Matthæi Euangelio, forte & D. Marci, & Epistola ad Hebræos, quæ prius in Ecclesia Græce lecta, quam Latine aut Hebraice fuerunt. 3. Est in confesso libros Tobiæ, Iudithæ, atq; Esdrę ex parte regiiq; Vatis, scriptos primum editosq; fuisse Chaldaice, reliquam autem scripturam vniuersam eadem lingua paraphrasi expositam à Rab. Aquila quem Onkelum etiam vocant à R. Ionathan, & R. Iosepho qui paraphrasim suam appellauere *Targum.*

Clemens Alex. lib. 1. Stromat. c. 14. *Plato Phi-*

Grææ autem versiones decem omnino numerantur. 1. illa est, quæ in manus venit Platonis, ante Macedonum institutam dominationem, de qua

qua doctissimus Clemens Alexandrinus l.1.stromatum. Secunda est septuaginta Interpretum Ptolomæi Philadelphi temporibus. Tertia adornata fuit anno duodecimo imperii Adriani ab Aquila Pontico, qui cum Gentilium superstitionem felicissime in Christianam religionem commutasset, ab ea nefarie post desciuit ad Iudæos, ægre ferens se ab Ecclesia fuisse expulsum, propter Astrologiam diuinatoriam, cuius insano amore capiebatur. Quarta fuit Theodotionis sub Commodo Imperatore, qui è sinu & schola Marcionis ad Iudæorum perfidiam se contulit, neque tamen teste Epiphanio tam malitiose quam alii quidam in eo labore versatus est: vnde factum, vt Danielis prædictiones in Ecclesia, ex eius interpretatione legantur, vt animaduertit S. Hieronymus. Quinta est Symmachi, Imperatoris Seueri temporibus, qui Symmachus Ebionis hæretici peste afflatus, vt Athanasius & Epiphanius meminerunt, circuncidi bis sustinuit, impotentius efferatus, quod in Ecclesia dignitatem, quam spe iam animoque deuorauerat, assequi non potuisset. Sexta casu reperta fuit in dolio quodam Hiericuntinæ ciuitatis, anno octauo Imperii Caracallæ, qui Seuero successit. Septima ex Epiphanio Nicopoli Alexandri Imperatoris Mammeæ filii temporibus inuenta. Octaua est Origenis, qui Theodotionis versionem vna cum septuaginta Interpretum editione ita confudit & temperauit, addendo, minuendo, verba etiam aliquando commutando, vt quanquam asteriscos apposuisset, ad Theodotionem à Septuaginta distinguendum, noua tamen à cæteris omnibus discrepans ingeniosi hominis videretur esse traductio. Itaque breuissimo temporis interuallo bibliothecas omnes repleuit, omnium plausu & incredibili comprobatione excepta, deinceps autem appellata fuit communis, vt eruditissimus Hieronymus scribit ad Augustinum, tum etiam in præfatione libri decimi sexti in Isaiam.

losophus à Mose in legibus ferendis adiutus.

Euseb. lib. 6. c. 12.

Epiph lib. de Mensuris sub initium.

Idem Epiph. de Origene.

Hieron ep. 89. quæ est inter alias D. Aug. to. 1. Hieron.

Nona fuit S. Luciani presbyteri & Martyris sub Diocletiano & Maximiano, quam doctus ille vir multiplici eruditione pólitus elaborauit, vt menda plurima quæ vitio exscriptorum atque ignoratione in alias irrepserant, aliqua ratione tolleret. Nicomediæ reperta illa fuit vt meminit sanctissimus Athanasius illius ipsius martyris manu exarata, paulo post quàm pro Christo gloriose vitam & sanguinem profudisset, in acerba Maximini vexatione, qui ad Orientem barbara quadam & immani crudelitate ferociebat, vt author est Eusebius libro 9. cap. 16. Decima Hesychio tribuitur qui rursus Septuaginta Interpretationem summa diligentia emendauit. Excepta vero illa fuit in Ægypto, vt versio Luciani ab vrbe Constantinopoli Antiochiam vsque, & ab Origene instructa inde vsq; in Palestinam. Quæ septuaginta Interpretum est propria, merito omnibus anteferenda semper visa, duas maximè ob causas. Imprimis clara & exquisita linguæ vtriusq; cognitio hic plurimum dominari potuit, propter quam, seni lecti fuerunt ex quaque tribu Hebræorum, & primum id quidem voluntate Ptolomæi Lagi filii, post paulo etiam certo imperio

Athan in synop. vbi agit de versionibus. *Septima & postrema S. Luciani magni religiosi & martyris est, qui & ipse cum in prædictas versiones & Hebraicos libros incidisset & diligenter quæ vel veritati deerant, vel superflua aderãt inspexisset, ac suis quæque locis correxisset versionem hanc Christianis fratribus edidit, &c.*

Eusebius libro quinto historiæ cap. octauo. miraculum sic describit. *Tandem vero cum coram Ptolemæo in vnum conue-*

nissent, & suam quisque cum aliis conferret interpretationem, ὁ μὲν θεὸς ἐδοξάσθη, αἱ δὲ γραφαὶ ὄντως θεῖαι ἐγνώσθησαν, τῶν πάντων τὰ αὐτὰ ταῖς αὐταῖς λέξεσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἑρμηνευσάντων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, ὥστε καὶ τὰ παρόντα ἔθνη γνῶναι, ὅτι κατ' ἐπίπνοιαν τοῦ θεοῦ εἰσὶν ἡρμηνευμέναι αἱ γραφαί.

imperio & mandato eius successoris Philadelphi, rem prouidentissime administrante Demetrio Phalereo. Altera causa petitur è prodigio diuino & mirabili præsidio Spiritus sancti, quo freti consimili numero dierum, quo ipsi fuerunt scriptores, opus suis omnibus numeris absolutum perfecerunt, tam mirifica tamq; incredibili consensione, vt quemadmodum notauit subtilissimus Augustinus, stylus vnus atque os vnum vnicus homo verbis & sententiis par vbique similisque sui fuisse videretur. Res confecta in Insula Pharo prope Alexandriam, Eleazaro summo Pontifice Hierosolymitano, anno ab Vniuerso condito secundum Eusebium quater millesimo nongentesimo vigesimo, secundum D. Athanasium annis triginta & ducentis prius quam Verbum humanum corpus indueret. Hæc versio ab Ecclesia tum Orientis tum Occidentis summa omnium comprobatione fuit recepta, cui accessit Aristeæ viri sapientis testificatio, qui rem oculis ipse suis viderat, & deinde suis monumentis sempiternæ hominum memoriæ mandauit: & post eum plurimi in eadem prodenda veritate curam aliquam posuerunt, Philo Iudæus in vita Mosis, Iosephus in Antiquit. Iudaicis, Iustinus aduersus Gentiles, Irenæus contra hæreses, Clemens Alexandrinus l. 1. stromatum, Origenes, Eusebius, Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius, S. Ioan. Chrysostomus, Theodoretus, Tertullianus, S. Hilarius, & S. Ambrosius, Philastrius, S. Hieronymus, D. Augustinus, aliique Patres tum Græci tum Latini.

Philo de vita Moys. l. 2. c. 9. de sept. interp. Ioseph. antiq. l. 12. c. 2. Iustin. orat. ad Gentiles. Iren. l. 3 c. 25. Orig. hom. 1. in Cant & l. 8. in c. 10. ad Rom. Iust. orat. ad Græcos. Euseb. de præp. Euang. l. 8. c. 1. Ath. in synopsi. Cyril. Catech. 4. Epiph. lib. de ponderibus & mensuris. Ioan. Chrysost. hom. 4. ad cap. 1. Genes. Theod. præfat. in Ps. Tertullian. Apol. cap. 18. Hilarius in Ps. 2. & in prologo in Psalm. Ambr. in Psalm. 43. to. 4. Biblioth. 7. tom. 5. ad Pammach. epi. interpretandi, de doct. Chr.

Addi & hoc præterea debet, magnos Apostolos religionis Duces atque parentes, testimonia scripturæ protulisse ex versione Septuaginta Interpretum, vt notauit Origenes idque probat lib. 8. in cap. 10. Epistolæ ad Romanos. Item in Insula Pharo vbi opus illud eximium patratum fuit, festos dies ad æternam rei memoriam fuisse quotannis celebratos.

Philast. de hæres. c. 90. tom. 4. Biblioth. Patr. Hier. pref. in 4 in Euang. & aduers. Ruff. l. 2. c. cap. 4. tom. 5. August. de Ciuit. Dei l. 15. cap. 14. l. 18. c. 42. tom. 3. epist. 101. de optimo genere l. 2. c. 15.

Conciliationis via.

Tertull lib. 5. contr. Marcionem cap. 4. *Erubescat spongia Marcionis, nisi quod ex abundanti retractio quæ abstulit, cum valide sit illum ex his reuinci quæ seruauit.*

Ambros. lib. 3. de Spirit. sancto c. 11. tom. 4. *Plus vos illa litura prodebat, vos illa litura damnabat.*

S. Hieron. præfat. in Iosue. *Maxime cum apud Latinos tot sint exempla-*

Nunc omnis inter nos controuersia esse potest aut de autoritate Græci autographi Noui Testamenti, aut Latinæ versionis, quam nomine populari *Vulgarem* indigitamus. Facile tamen ad eiusdem sententiæ cōmunionem adiungemur, si duo triaue cum animis nostris reputauerimus. 1. Fraude Hæreticorum atque malitia id Scripturæ nouæ contigisse, quod Veteri olim nota & insigni perfidia Rabbinorum: testis illa spongia Marcionis apud Tertullianum, & Arianorum litura apud S. Ambrosium, & referente S. Hieronymo Interpuncta Iouiniani. 2. Codices Græcos sæpe inter se dissentire, vt constat è Notationibus Theodori Bezæ in nouum Testamentum. 3. In hac multiplici & incerta varietate, antiquam versionem consulendam & merito anteferendam esse aliis omnibus, quæ tam multæ atque tantæ Hieronymi æuo fuerunt,

Digitized by Google

runt, vt prope numerum voluminum æquarent. Hæc autem Vulgaris, communis, & antiqua dicebatur vt videre est apud S. Hieronym. Præfatione in Pentateuchum, apud D. Gregorium in Moralibus & S. Augustinum lib. 2. de doctrina Christia. c. 15. vbi ita scribit, In ipsis autem Interpretationibus Itala cæteris præferatur, nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ.

ria, quot Codices, & vnusquisque pro arbitrio suo, vel addiderit, vel subtraxerit quod ei visum est, & vtiq; non possit verum esse quod dissonat.

D. Hieronymus manum aliquando ad eam admouit, nō vt mutaret, sed vt emendaret, eamque adeo religiose tractauit atque sanctè, vt ne quidem Latini sermonis cōsuetudinem & syntaxim attingeret, vt ipse bona fide exponit Præfatione in Euangelia ad Papam Damasum cuius imperio ad vtilissimum eum laborem erat aggressus, & vt satis intelligere quisque potest qui ad vulgaris ipsius lectionem animum appulerit. Idem in Præfat. ad libros contra Heluidium, & ep. ad Marcell. Recurrendum esse ad fontes Græcos pro nouo Testamento, & ad Hebræos pro veteri, in Commentar. ad c. 8. Zachariæ.

Hieron præfat. in Pentateuchum ad Desideriu. *Emendatiora sunt exemplaria latina, quam græca, & græca quam hebraica.*
Gregorius præf. in libros Moralium ca 5. ad Leandrum episcopum. *Indignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati* : & paulò post.

Nunc nouam, nunc veterem per testimonia assumo, vt quia Sedes Apostolica (cui auctore Deo præsideo) vtraq; vtitur, mei quoque labor studii ex vtraq; fulciatur.

Fatebimur Autographum ipsum Græcum, fontem esse ad quem ratione quidem noui Testamenti sit recurrendum, & Hebræum in controuersiis Antiqui, & cum Canone *Vt veterum distinct. 9.* pronunciabimus, *Vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum veritas Græci sermonis normam desiderat.* Eum vero ad fontem quinque maxime ob causas est confugiendum.

1. Cum in versione librariorum aliquis lapsus errorq; deprehenditur, vt Ecclesiastici 24. vbi habetur Ego quasi fluuius Dorix, loco Dioryx, & vertendum esset Ego sapientia sicut fossa à flumine, ea enim est vis vocabuli Dioryx apud Græcos.

Ecclesiast 24. 41.
ἐγὼ ἡ σοφία ὡς διῶρυξ ἀπὸ ποταμοῦ.
Διῶρυξ est fossa à flumine deducta ad irrigandam terram Theophra.
καταλείπονται τινὲς διώρυχες, δι' ὧν διαπλέουσι.

2. Cum variæ & discrepantes vnius loci versiones reperiuntur, vt Lucæ 1. in quibusdam legitur fecit redemptionem plebis suę, in aliis plebi suæ, secunda melior est quod in Græco τῷ λαῷ αὐτοῦ.

Luc. 1 68.
ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

3. Quando verba ipsa ambigua sunt, vt Genes. 3. vbi Adamum sic affatur Numen, *Maledicta terra in opere tuo*, incertum est an de futuro id capiendum sit, cum ad eam colendam operam suam conferet & laborem, an de præterito, hoc est opere illo nefario Adami siue peccato, propter quod ipsa tellus execratione fuerit deuincta. Sed in Hebręo perspicuum est loqui de præterito: nam Baaburecha בַּעֲבוּרֶךָ quod vertunt *in opere tuo*, significat *propter te*, בַּעֲבוּר הָאָדָם Baabour Haadam propter hominem qui peccauit.

Genes. 3. 7.

4. Cum agitur de notione & proprietate vocabulorum, vt in Exodi cap. primo, vbi mentio fit obstetricum quæ contra Pharaonis edictum, certo fato pueros Hebræorum subducebant, ita scribitur, *DEVS ædificauit eos domos*, vox Hebræa בתים Battim clare ostendit id de fœcunditate intelligendum esse, Deumque illis præmii loco liberorū copiam, & sobolem

Exod 1. 21. 21.

by Google

sobolem vberrimam largiri. Et Psalm.138. vbi legimus *imperfectum meum viderunt oculi tui*, in Hebræo est cum adhuc essem embrio גָלְמִי רָאוּ galmi roau, oculi tui agnouerunt me.

Psalm.138 16.

Ioan.4.24.

5. Si quando de fidei controuersiis disputetur: vt cum quæritur, an Seruator apud D. Ioannem dixerit, *Spiritus est Deus*, quem totum ex Euangelio suo Ariani delebant, vt eis exprobrat D. Ambrosius lib.3. de S. Spiritu, autographum ipsum rem dilucide patefacit. Et cum queritur an Eucharistię panis *viuus* appellari debeat, an *viuificans* Ioan.6. Græcus Codex primum astruit. Et 2. ad Thessalonic. cap.2. num dicendum sit *seruare documenta*, an seruare *traditiones*, secundum in Græco est perspicuum. Et ad Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est*, vtrum intelligatur in Christo & in Ecclesia, aut de ipso Christo & Ecclesia, illud haud dubie in autographo perscribitur. Et Iacobi 5. Si legendum sit vnctionis illius vi & precationum, *alleuiabit eum Dominus*, an *sanabit*, prius illud Græcum euidenter asserit. Hoc de plurimis scripturæ locis dici potest, de quibus Deo propitio copiosius in Geneua plagiaria disputabitur.

Ambr.l.3. de Spiritu Sancto. c.11.
πνεῦμα ὁ θεός.
Ioan.6.51.
ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν.
2. Thessal.2.14.
κρατεῖτε τὰς παραδόσεις.
Ephes.5.v.32
εἰς χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.
Iac.5.15.
καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν κύριος, & alleuabit eum Dominus.

QVA LINGVA DIVINA SCRIPTVRA legi debeat in populi cœtu & concione.

CAPVT XXI.

QVo tempore Esdras rebus gestis nobilitatus floruit, vernacula Iudæorum Syriaca lingua fuit, ex Hebræa Chaldæaque progenita dum Septuaginta annorum interuallo captiui tenerentur. Scriptura tamen iisdem legebatur proponebaturque Hebraice, vt constat ex 2. Esdræ cap.8. & vt eam populus intelligeret Nehemias, Esdras & Leuitæ fuerunt Interpretes. CHRISTI Seruatoris temporibus scriptura itidem eadem ipsa lingua perscribebatur: quæ causa fuit cur Ioannes septimo plebs imperita dicitur legem ignorauisse, vulgaris enim vsitatusque sermo, fuit vt dictum est Syriacus: exempli causa Talitha cumi loco Kamhanaara, Abba pro Abi, Haceldama pro Haschedehadam, Golgotha pro Gulgoleth, Pascha quod neque Hebræum est neque Græcum pro Pesach, & plura alia quæ de nominibus Hebraicis notat Sanctus Hieronymus. Apostoli in omnibus prope orbis vniuersi prouinciis Ecclesias constituerunt, vt cælestium rerum Interpres Apostolus ipse admonuit, & vt aperte Marci vltimo memoratur: nam Ioannes quidem Ephesi

Ioan.7.49.
Marc.5.41.
Marc.1.36.
Matth.27.8.
Syriace Talitha Cumi, & Hebraice חַבְעָה קוּם *Acheldema pro* הַשָּׂדֶה חֵרֶם *Abba, pro* אָבִי *Golgotha, pro* גַּלְגֹּלֶת *Pascha, pro* פֶּסַח
Mar. vlt. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate, &c.

Digitized by Google

Ephesi tabernaculum pietatis instruxit, S. Matthæus in Æthiopia, D. Andreas in Achaia, S. Iacobus Hierosolymis, S. Simon in Ægypto, S. Iudas in Mesopotamia, S. Philippus in Scythia, S. Bartholomęus in Armenia, S. Thomas in Perside & inter Medos, Parthos, & Brachmanas, S. Barnabas in Cypro, S. Marcus Alexandriæ. Et temporibus D. Irenæi qui suppar fuit ætati Apostolorum, aut eorum certè qui principes eos audiissent, iam vera fides dissipata volitabat atque dispersa per Orientem, Libyam, Ægyptum, Galliam, Italiam, Hispaniam, Germaniam. Et tamen nullum Euangelium in manibus tum fuit, neque deinceps in lucem prodiit aut epistola vlla, aut fidei capita monumentis commissa, alio idiomate quàm Hebraico, Græco, aut Latino. Doctor ipse Gentiũ Paulus scribens ad Romanos Græca lingua est vsus. D. Petrus itidemq; Iacobus eadem lingua Hebræos instituerunt, tametsi nonnullis vernacula esset Latina, aliis verò earum Gentium lingua, quarum in oris vrbibusque morabantur. D. Ioannes primam Epistolam suam ad Parthos misit, vt doctissimus Augustinus existimat, quamuis sermonis Græci vsum & consuetudinem non haberent, à quo patria eorum lingua penitus dissentiebat. D. Hieronymus grauis autor asserit æuo suo Græcam Septuaginta versionem toto passim Oriente communem exceptamque fuisse, ab Origene, Luciano, Hesychio diligenter emendatam: & tamen Græca lingua minimè vulgaris & quotidiana fuit in Syria, Ægypto, Ponto, Cappadocia, Asia minore, Phrygia, Pamphylia, aliisque locis, atque adeo ne familiaris quidem Ptolemæo, qui Septuaginta duos Interpretes euocauit. D. Augustinus lib. 2. de doctr. Christ. cap. 13. apertè significat sua tempestate Psalmos Dauidicos in Ecclesia cani Latinè consueuisse, cum animaduertit ex ore populi euelli non potuisse vocabulum *floriet* quo pro *florebit* vtebatur. Deniq; si regula quam ipse aduersus Donatistas exhibet, bona, legitima, probandaque videtur, cum semper vsus & consuetudo fuerit, tum decantandi in Ecclesiis, tum proferendi citandique in Conciliis diuinam Scripturam, vna de tribus linguis explicatam, quis non vltro & maxima voluptate reuocandam rem esse putet, in ipsum fontem & traditionem Apostolorum?

Aug. l. 2. qq. Euangelicarum q. 39. to. 4.

Secundum sententiam hãc etiam illud est, quod dictum est à Ioanne in epistola ad Parthos.

Dilectissimi nũc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus.

Hieron. præf. in Paralip.

Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem Constantinopolis vsque ad Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Media inter has prouincia Palestinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius & Pamphilus vulgauerunt: totusq; orbis hac inter se trifaria varietate comprobat.

Est igitur verissimile dicturos omnes atq; sensuros, aut standum esse tribus illis præcipue linguis, aut tot esse versiones adornandas imperitæ multitudinis gratia, quot linguæ sunt in orbe terrarum differentes, & in quaq; lingua dialecti, quod tamen quam periculosum, quamq; ridiculum foret, omnes vident. Nam hac quidem ratione vt quisque Biblia in sinu habere possit & in vulgo Doctorem agere, instruendæ versiones essent tum Vasconicæ tum etiam Armoricæ, suam item propriam haberent Cantabri, suam & Prouinciales, Petrocorii, Allobroges; Bigerriones & Normanni iactarent suam & eximiè venditarent, quod non modò reliquæ prouinciæ Gallicanæ, verùm etiam Europæ atque Asiæ & totius orbis Christiani incredibili quadam cupiditate aucuparẽtur. Quod sanè cogitari & intelligi nequit sine summa & perspicua imminutione

Conciliato.

autoritatis diuinarum literarum, & pudenda Verbi Dei profanatione. D. Basilius ea gratia Valentis quondam Imperatoris archimagirum sapientèr repressit, & futilem vani hominis temeritatem refutauit, de rebus fidei disputare aggredientis, Tuum est, inquit, iusculorum curare condimenta, nam cum aures habeas oppletas sordibus, Sacrosancta dogmata audire non potes. Et quidem si accuratius in rem ipsam intueamur, quis meritissimo non cum S. Hieronymo queratur ad Paulinũ scribente, quod cum varia sint Collegia opificum atque cœtus iure societati, quorum diuersa munera sint quæ periti profiteantur, sola Scripturarum ars sit quam anus garrula, quam delirus senex, quam Sophista verbosus, truncare, interpolare, explicare & vero etiam docere audeant priusquam didicerint.

Theodoret. eccles. hist. l. 4. c. 17.

Hieron. ep. 103. ad Paulin.

DE FACILITATE AVT DIFFICVLTATE SACRARVM LITERARVM.

CAPVT XXII.

HÆc profligata, mea quidem opinione, deberet esse quæstio & sepulta controuersia, cum Martinus Lutherus & Caluinus toties sint acerrimè questi de illorum hominum audacia & futilitate, qui recondita & abstrusa Vatum oracula, qui diuina mysteria Scripturarum, ad comprehendendum intelligendumque facilia esse voluerunt. Proferam vtriusque verba in eorum gratiam, qui ea auscultanda & suauianda sibi existimant, & deinde pro ipsa veritate consuetas probationes locosque subiiciam.

Lutherus de Psalmis disputans, Nolim, inquit, ab vllo id de me præsumi, quod nullus adhuc præstare potuit sanctissimorum & doctissimorum Patrum, id est Psalterium in omnibus legitimo suo sensu intelligere & docere: sat est aliquos Psalmos, & eosdẽ ex parte intellexisse, multa sibi reseruauit Spiritus, quò nos semper discipulos habeat. Alio verò in loco cum paulo ante supremum vitæ diem testificari orbi vniuerso cuperet quid generatim de facilitate aut difficultate Sacrarum literarum sentiret, anno 1546. sedens ad mensam stylum arripuit & maturo hæc iudicio

Luther. præfat. in Psal. to. 3.

Idem in Colloq. conuiual. tit. de Verb. Dei.

Digitized by Google

iudicio exarauit, *Virgilium in Bucolicis nemo potest intelligere nisi fuerit quinque annis pastor, Virgilium in Georgicis nemo potest intelligere nisi fuerit quinque annis agricola: Ciceronem in Epistolis (sic pracipio) nemo integrè intelligit, nisi viginti annis sit versatus in republica aliqua insigni: Scripturas Sacras sciat se nemo degustasse satis nisi centum annis cum Prophetis, vt Elia & Elisao, Ioanne Baptista, Christo & Apostolis, Ecclesias gubernarit.*

Idem ipse primo libro aduersus Zuinglium & Oecolampadium queritur vehementer de hominum insolentia, qui impudenter in diuinarum paginarum interpretationem inuadunt, aitque si diutius steterit mundus, necessarium fore, vt ad tuendam fidei vnitatem, ad Concilia tandem pro vera Scripturarum intelligentia confugiamus, eaque probemus, cum tot & tantæ reperiantur interpretationes, quas summa licentia & impunitate curiosæ mentes inuehunt. Id ipsum confirmat in Postilla Dominicæ 8. post Trinitatem.

Caluinus eodem vestigio insistit Serm. 1. in primam ad Timotheum, castigatque suos auditores & alios quosdam graui & acerba oratione, qui tantam Commentariorum multitudinem & copiam in lucem prodire in dies stomachabantur, ferre, inquit, nō possunt idque animo æquo pati quod ad intelligentiam Scripturarum prodesse queat & filios Dei iuuare vti melius instituantur. Age illorum querelas iustas & legitimas fuisse doceamus, communem Ecclesiæ sensum proferentes, haustum è Scripturis, Patrum testimoniis, & ratione.

Actorum 8. Philippus ait Eunucho regiæ gazæ præfecto, *Putasne intelligis quæ legis?* Legebat autem Isaiam, & Hieronymo teste, vir erat pius, humilis, aduersus Deum religiosus, & in diuinis paginis peruolutandis assiduus, *quomodo possem,* inquit, *si non aliquis ostenderit mihi?* D. Petrus loquens de magni Pauli Epistolis, in quibus sunt quædam difficilia intellectu quæ indocti & instabiles deprauant sicut & cæteras Scripturas. Et notandum est in textu Græco poni vocem στρεβλοῦσιν, quæ maiorem in significando vim habeat, est enim στρεβλοῦν, hoc est torquent, violenter inflectunt, sumpta è quæstionibus & tormentis loquendi ratione, quasi dicere voluisset huiusmodi mentes male doctas & impotentius sese efferentes, equuleo veluti quodam atq; fidiculis Scripturam torquere, eandem pro libidine sua flectere in contrarium sensum, vt quod ipsi volunt dixisse videatur. Atq; hunc locum profert D. Augustinus lib. de fide ob eandem causam, & inter ea quæ D. Petrus difficilia esse aiebat ad intelligendum, reponit id 1. ad Corinth. cap. 3. vbi agitur de varia exædificatione quæ per ignem probatur.

2 Petr 3 15.
ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν: ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν.

Aug. de fid. & operib. c. 15. to. 4.

Ipse D. Paulus scribens ad Corinthios, Romanos, Ephesios, asserit diuinarū literarum interpretationem, donum esse peculiare diuini Spiritus, quod prudentissimè pro arbitrio suo impertitur; quod quia plurimi scelere & vitiositate penitus extinxerant, dicitur 2. ad Corinth. tametsi passim in Synagogis Moses legeretur, velum tamen menti & intelligentiæ obtendi, eosq; teneri morbo & implicari, quem Acrisian Græci indi-

Rom. 12. 6.
1. Cor 12 10.
Ephes 4. 11.
2 Corin c. 3. v. 15. Ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται-

ται Μωυσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.

Act.7.51. *σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς.*

gitant. Hoc quidem probro iisdem obiecit Stephanus Act.7. *Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis.*

Cleophas vnà cum socio hac mentis inualitudine laborabat, cum Seruator eos nominauit *Stultos & tardos corde ad credendum*, deinde à Moyse principe exorsus, percurrensq; diuinorũ hominum effata, quæ de ipso ferebãtur obscuræ prius & inuolutæ prædictiones, mirabili oratione patefecit. Vnde sequitur ob duas maximè rationes Scripturam esse ad intelligendum difficilẽ & tenebricosam, nimirum propter subiectam materiam, hoc est eam ipsam cœlestia mysteria continentem, tum etiã propter mentium nostrarum & ingeniorum imbecillitatem, quod omnium studiosissimi hominum & virtutis laude clarissimi hactenus præ se tulerunt & libera voce pronunciarunt.

Irenæus l.2.c.47.

S. Irenæus l.2. contra hæres. c. 47. cum multa in natura rerum esse dixisset nobis ignota, vt æstus maritimos tum accedentes tum recedentes, aeris inflammationes, tonitrui vim & efficientiam, Nili incrementa, abitum reditumq; volucrum loca variè mutantium, metallorũ coagmentationẽ, compositionem cœlestium rerum quæ meteora dicimus, plurimaq; alia, quorum obscuræ causæ sunt atq; abditę: ait nihil mirum videri si pollens ille oraculorũ sator, & Scripturarũ architectus, quæ spiritales sunt, quædam inuoluta & abstrusa esse voluerit, quorum diligens & assidua peruestigatio nos discipulos Spiritus S. efficiat. Nullus autẽ iniquè ferre debet, si in sinum se diuinitatis coniiciat, & ab ea tum in hac vita tum in alia longe feliciore doceatur.

Clem. Alex. l.2. Strom.

Clemens Alexandr. l.2. Strom. c 6. ait mundi Seruatorem non adeo crassa Minerua de arcanis mysteriis locutũ, vt à quolibet capi & intelligi queant: quod æterna Numinis prouidentia duas maxime ob causas molita est, vt idem habet cap.7. primum, vt in rerum diuinarum meditatione impensius occuparemur, deinde vt profanum vulgus arceretur à magna diuinorum mysteriorum maiestate.

Origenes idem confirmat tum lib.7. contra Celsum, tum hom.13. & 27. in Numer. & homil.12. in Exod. monet, *vt cœlestem agnum dies & noctes inuocemus, vt librum tot sigillis clausum & obsignatũ aperiat.* Quod secuti consilium sunt Orientis clarissima lumina duo, eximii Doctores Ecclesiæ pręstanti ingenio & natura viri Basilius & Gregorius Nazianz. de quibus accepimus tredecim continuos annos in Monasterio clausos & salutaribus studiis occupatos delituisse, cum perpetuo in fundendis piè precationibus, & sacrosanctis codicib. euoluendis consenescerent. Addit Ruffinus eos sensum atq; earum intelligentiam peruestigasse, non proprio ingenio fretos sibiq; præfidentes, sed eorum scriptis adiutos, qui proximè ad ætatem Apostolorum peruenissent.

Ruffin. l.2. hist. c.9.

Basil. ep.71. ad Neocæsarien.

Itaq; D. Basilius ad ciues Neocæsar. scribens eos reprehendit qui proprio ductu atq; viribus assequi se diuinarum Scripturarum cognitionem posse putant, adfertq; similitudinẽ Symphoniæ & agri, quæ non nisi agricolis & musicis committuntur. D. Gregorius Nazianzenus ad Ne-

mesium

Digitized by Google

mesium sensum esse duplicem ait diuinarum literarum, intimum spiritalem, externum velut cortici inhærentem, hunc specie ipsa difficilem, illum reipsa perobscurum. Et in Apologetico propter hanc maxime rationem fuisse in more positum apud Hebræos animaduertit, vt nō passim & sine discrimine diuinos libros omnibus legendos committerent: nec ad eam cuiquam aditum patuisse, qui non quintum & vigesimum ætatis annum attigisset.

Gregor. Nazian. in Apolog.

Chrysost. hom. 4. in Ioan.

Ioan. 5. 39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς.

S. Ioan. Chrysostomus hom. 40. in D. Ioannem illa verba exponens Seruatoris *Scrutamini Scripturas*, notat non dixisse illum legite; sed scrutamini scripturas, vt ostenderet earum intelligentiam non in medio esse positam omnibusque peruiam, sed thesaurum esse alte defossum. Et in Opere imperf. homil. 44. ait, Scripturam non esse clausam vndiq; & obstructam vt à nemine intelligi queat, sed in latebra obscuritatis positam, vt in ea inuestiganda honestus omnium labor & conatus adhibeatur: & propterea dixisse in Epistola sua magnum Petrum, non sicut homo voluit locutum esse Spiritū, sed sicut Spiritus voluit hominem elocutum.

2. Pet. 1. 20 21.

Tertull. de pall. c. 3.

Tertullianus de scelere Adami loquens & quemadmodum fuit eiectus ex amœnissimo loco delitiis omnibus affluente atque soli culturæ addictus, adiungit *non esse omnium arcana illa & diuina mentis plena cognoscere.* S. Hilarius præfat. in Psalmos ait, prædictiones omnes & vaticinia Prophetarum esse prudentibus huius sæculi instar voluminis obsignati de quo loquitur Esaias. Et D. Ambrosius in Psalm. 118. etiam cum Origine contendit esse confugiendum ad agnum, qui aperiendi libri facultatem habet. Et paulo post regium illum cantorem videns intelligendi vim à Deo postulantem quo mandata illius posset capere, insolentem quorundam hominum arrogantiam insimulat, qui cum vix queant verius vocabuli etymon vimque percipere, cœlestium voluminum sensus tenere se gloriantur. Rursum, epist. 44. *mare esse* ait, *Scripturam diuinam habens in se sensus profundos & altitudinem Propheticorum ænigmatum, in quod mare plurima introierunt flumina.* D. Hieronymus cum trium linguarum esset vberem & prope dicam absolutam agnitionem assecutus, in soluendis tamen nodis difficultatum quæ à Summis illi viris proponebantur, sudabat, & in contraria sæpe opinione versabatur D. Augustino, sed præsertim in Epistola ad Paulinum, de hac ipsa quæstione disserens, ait neminem sine duce & Doctore diuinorum voluminum Sapientiam intelligere posse. Et Præfatione Commentariorum suorum in Epistol. ad Ephesios testatur, se à prima adolescentia peritos, & omnium intelligētium facile principes, interrogationibus suis lacessere consueuisse, vt in adyta tam abstrusa diuinarum literarum, & vt ita dicam virgultis atque dumis obsita penetraret, & ea de causa venisse Alexandriam ad Didymum, à quo dubia & ambigua multa quæsiisset. Et in Epistol. ad Hedibiam diserte notat imprimis Epistolam ad Romanos esse multis atque magnis difficultatibus refertam, & ad eam comprehēdendam eundem esse Spiritum necessarium, qui diuinitus Apostolo dictauisset. Et Præfat. in Eze-

Hilar. proleg. in Psalm.

Ambros. in Psal. 118.

Idem ep. 19. l. 3. tom. 5.

Hieron. epist. ad Paulin. c. 7. Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis potest vel intelligere vel exponere, &c.

Idem præf. in ep. ad Ephes.

Idem ep. ad Hedib. q. 10. 10. 1

Præf. in Ezech. tom. 2.

in Ezechielem etiam animaduertit Hebræos olim prohibuiſſe lectionem exordii Geneſeos, præterea Cantica Canticorum, & Ezechielem, iis omnibus qui Sacerdotii ætatem non attigiſſent, hoc eſt trigeſimum annum iam euolutum, quod obſeruat & in epiſtola ſuperius memorata ad Paulinum.

Aug. de Doctr. Chriſt. l. 2. c. 6. tom. 3.

D. Auguſtinus l. 2. de doctrina Chriſt. pie de more nos admonet, diuinam prouidentiam mirabili conſilio illas difficilium locorum quaſi remoras in diuinis voluminibus reliquiſſe, *ad edomandum labore ſuperbiam, & intellectum à faſtidio reuocandum, cui facile inueſtigata plerunque vileſcunt.* Et l. 12. Confeſſ. c. 14. admiratione obſtupefactus verborum cœleſtium profunditatem ſummo honore & demiſſione veneratur. Præterea ep. 3. de ſe ait, fore vt ſemper in cognitione diuinarum literarum poſſet procedere, *ſi vel eas ſolas ab ineunte pueritia vſq; ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio attingere conatus fuiſſet*, quem totum locum politiſſimo illo animo dignum & ſapientia, Lector ad margine inueniet. Idem præf. in Pſ. 140. ſcribit, *eſſe in Scripturis ſanctis profunda myſteria quæ ad hoc abſconduntur ne vileſcant, ad hoc quæruntur vt exerceant, ad hoc aperiuntur vt paſcant.* Neque tamen exiſtimandum eſt Deum Opt. Max. flexiloquo, dubio, & tortuoſo dicendi genere vſum ad fraudem imperitis faciendam, ſed potius grauiter, magnifice, & diuine locutum. Qua in re animaduertendum eſt Scripturam ſacram tribus maxime modis difficilem operoſamq; videri, vel propter altitudinem myſterii, quale ſanctiſſimæ Triadis inexplicabile myſterium, incarnationis, prædeſtinationis: vel contra propter obiecti tenuitatem & incredibilem paruitatem, qualis apud Philoſophos materia prima, aut ens rationis, quod aiunt eſſe tantum obiectiue in hominis mente & intellectu, aut apud D. Auguſtinum * natura peccati, naturæ penitus exors & inimica, vt quæ nullam habeat cauſam efficientem, ſed deficientem, ſicut & illud ipſum non eſt effectus, ſed defectus: Aut denique oritur ea difficultas ex ambiguitate, homonymia, antinomia, perplexo obſcuroque dicendi modo, oppoſitione, contrarietate quæ in ſacris literis occurrunt, ſiue rem ipſam intueamur, vt cum agitur de hebdomadis, de beſtiæ cornibus, nomine, duratione, & vniuerſim de iis omnibus quæ à cap. 7. vſque ad 12. in Danielis prædictionibus continentur, atque integris viginti duobus capitibus Apocalypſeos: ſiue ſententias ipſas conſideremus, vt cum Exodi 20. Deus ſeſe appellat Zelotem, qui viſitet iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, cum in Ezechiele reperiatur cõtrarium cap. 18. vbi monet pollens Deus filium non portaturum iniquitatem patris, eam tantum animam perituram quæ ſcelus conſciuerit. Nonnunquam verba ipſa perplexa & ambigua ſunt vt Ioann. 8. cum Scribæ Chriſtum interrogant num eſſet Meſſias, reſpondit, Principium qui & loquor vobis, & quidem accuſandi caſu vt eſt in textu Græco, cum nihil aliud ſignificare vellet, quam ſe id eſſe quod iam inde à principio ipſis dixiſſet. Nonnunquam etiam imminutæ ſunt imperfectæque periodi, vt ad Romanos

Idem epiſt. 3. ad Voluſian tom 2.

Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitam ſenectutẽ, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere; nõ quo ad ea quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis perueniatur difficultate, ſed cũ quiſque ibi fidem tenuerit, ſine qua pie recteq; non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca intelligẽda proficientibus reſtant, tantaq; non ſolum in verbis quibus iſta dicta ſunt, verumetiã in rebus quæ intelligendæ ſunt, latet altitudo ſapiẽtiæ, vt annoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimis cupiditate diſcendi, hoc contingat quod eadem ſcriptura quodam loco habet, Eccleſ. 18. v. 6. Cum conſummauerit homo, tunc incipit.

* Auguſt. l. 12 de Ciuit. Dei c. 7 tom 5.

Ezech 18. 1. 3. 4. 18 19. 20.

Ioann. 8. 25.

καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

Vulgata, *Principium qui & loquor vobis.* Stapulẽſis *quod à principio dico vobis*

Digitized by Google

manos 5.vers.12. vbi non apparet princeps verbum ad quod reliqua referantur, cum ait, Propterea, sicut per vnum hominem peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatũ mors, ita & in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Aliquando inuersæ & præposteræ sunt locutiones vt Gen. 10. vbi Moses posteros Sem, Cam, & Iaphet enumerat secundum linguam suam & familias suas: & tamen paulo post c.11. ait, terram fuisse labii vnius & eorũdem sermonũ, h.e. vnam omniũ fuisse linguam & loquendi rationem. Interdum vero quæ vsitatæ sunt apud Hebræos loquendi rationes, impropriæ sunt obscuræ, & vix cohærentes apud Græcos, græce item locutiones minus interdum latinitati sunt conuenientes, vt cum dicitur Psalm.88. Et thronum eius sicut dies cœli, h.e. thronum eius in omnem æternitatem constabiliam. Potest etiam diuinarum Scripturarum difficultas existere ex varietate autographorum & discrepantia, vel etiam propter dissimilitudinem Interpretũ disparemq; intelligentiam. Constat enim Apostolos secutos fuisse in veteris Testamenti locis proferendis septuaginta Interpretum versionem, & quidem in iis quæ à fonte Hebræo dissentiunt, vt animaduertunt D. Ireneus l.3. aduersum hæreses cap.25. & D. Hieronymus in c. 6. Isaiæ vbi quæstionem hanc proponit, cur ipsemet D. Paulus scribens ad Roman. septuaginta sit secutus. Recẽte autem memoria Turrianus societatis nostræ Religiosus, summa copia literarum & doctrinæ varietate excultus, contra Sadeelum hominem hęreticũ disputans, loca omnino quinquaginta in solo Isaia Vate notauit, in quib. Apostoli & Euangelistæ Septuaginta secuti sunt, cũ tamẽ illa Interpretũ expositio lõgissime ab Hebręo recederet. Gilbertus quoq; Genebrardus omniũ fere nostræ ætatis eruditissimus, in quo doctrinam & linguarum exquisitam illam cognitionẽ demirabamur, quam antiquitas in B. Hieronymo suspexit, hoc ipsum Præfatione in Psalmos demonstrauit, vbi in mediũ triginta versus adducit ab Apostolis citatos iuxta hanc eandem versionẽ. Sed tametsi geminæ omniũ forent & simillimę expositiones, quis nescit quam multę sint Metaphoræ, Allegoriæ, Metonymiæ, Hyperbolæ, Ironiæ, Tropi & figuræ per vniuersum Scripturæ diuinæ corpus, vt in prato flosculi, disseminatæ? Et quando alia omnia deessent argumenta ad testificandam hanc difficultatem, si tam facilis & expedita est cœlestium oraculorum explicatio, cur igitur Theologiæ studia Geneuæ celebrata? Cur tot Caluini Commentarii, cur Theodori Bezæ Annotationes insana cura & vigiliis elaboratæ? ad quid istæ lectiones & frequentes in diuinam Scripturam conciones? cur quotãnis Francofurti binis nundinis tot libelli prodeũt, vel potius ingentium voluminum aceruі? cur tot querelæ audiuntur de imperitia Ministrorum? nonne factum satis videretur si Sacramenta ipsi ministrarent, Diaconus vt scitus suauissimusq; præcentor Psalmum inchoaret, alius quispiam præcationem absolueret, quisque vero de cœtu populi atque frequentia librum vitæ apud se legeret, cum viribus ingenii omnes intelligentia consequi & comprehendere eundem possint?

Præterea

Præterea si verum est eo spiritu esse legendam peruolutandamq; Scripturam quo dictata fuit & exarata, quis gloriari iure queat eo spiritu ea fretum & ornatum esse? quod si quis tam sui foret amans sine riuali, tanta animi impotentia gestiens, tam elatus, vt eo se præditum sine vlla dubitatione venditaret, expromat igitur suam illam tam reconditam & eminentem sapientiam, exponat Apocalypsin in qua vt doctissimus & acutissimus Hieronymus prædicauit, *tot magna mysteria sunt, quot verba.*

Quis fidem Arrio homini fanatico adhibebit superbe glorianti, se duo & quadraginta scripturæ loca proferre posse, quibus constaret filiũ Dei non eiusdem esse cum Patre substantiæ? quis Donato credet & Pelagianis qui commentarios suos refterserunt turba sententiarum, quas è penu diuini verbi hauriebant? quis admittet vnquam ducentas inter se discrepantes penitusque differentes expositiones breuissimi illius effati, *Hoc est corpus meum*? Sane Claudius Espenseus abundanti eruditione Antistes in suis Repetitionibus 84. collegit. Quis dabit hoc & concedet Anabaptistis, vt quod sibi arrogantissime tribuunt, Testamenti Dei depositarii & custodes videantur? Cum certissimum sit & contestatum, vt obseruat D. Augustinus tract. 10. in Ioan. & lib. 1. de Trinitat. nuda simpliciaq; diuinę paginę verba, hactenus arma suppeditauisse se omnibus hæresibus, quæ sanctitatem Ecclesiæ nefaria mente oppugnauerunt, quæque numero plusquam trecentæ iam inde à temporibus Apostolorum recensentur.

Aug. tract. 18 in Ioan initio to. 9. *Neque enim nata sunt hæreses & quædam dogmata peruersitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitãtia, nisi dum Scripturæ bonæ intelliguntur non bene: & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter asseritur.* Idem l. 1. de Trin. c. 3. to. 3.

Rursus cum Scriptura quatuor sensus habeat, Historicum sex literalem, Moralem siue Tropologicum, Mysticum & Anagogicum, quis de nobis sese illos omnes ratione & intelligentia tenere iactet? quis propria industria fretus ad sex priora Geneseos capita interpretanda aggrediatur? quis euoluet atq; ex abdito nobis eruet, quales primi sex illi dies fuerunt in agendo & moliendo contriti, qualis primigenia lux ante Solis procreationem? Quis aperta in luce ponet qualis serpens ille fuit loquendi vi præditus, quiq; eo supplicio affectus est, vt perpetuo reperet, & super pectus graderetur, quamuis iam tum serpens esset? Quis ita exponet vt non fauisse Anthropomorphitarum insaniæ videatur, quod de rerum omium Satore Deo dicitur, deambulauisse illum in peramæno & also loco ad meridiem? quis pellem detraxit illis animantibus, vnde profugis velamenta confecta sunt, qualis etiam species animantis illa fuit, è naturæ finibus eiectæ, cæde illa prope dicã immatura, vtpote quæ paulo ante in lucem venisset, neque vt est probabile, genus suum generando propagauisset? qualis ille flammeus ensis, vibrans, & coruscãs ad introitum Edenæi horti? Quis sigillatim oratione percenseat structuram Arcæ mirabili artificio compaginatæ, quæ potuit esse illius magnitudo habita ratione tot animantium quæ spatio trecentorum cubitorum longitudinis, quinquaginta latitudinis, & altitudinis 30. continebantur, cum septenæ, & septenæ cuiuslibet speciei mundæ essent, binæ & binæ immũdæ? Vbi

dæ. Vbi tanta vis pabuli conditiui, quæ vnius anni interuallo quo in Arca fuerunt tot capitibus sufficere potuit? Et quod attinet ad Cantica Canticorum quem ad sensum ea referemus, ne profanis mentibus aut ridicula, aut amantium adolescentium fescennina carmina esse videantur? Quod si Ezechiel sæculorũ omnium ingenia quasi posita illis cruce vexauit, vbi Oedipi illi sagaces & diuini, qui tot Ænigmatum caliginem ingeniorum suorum luce disiicient? Atque hoc loco mihi Caluinus iure queri de auditoribus suis videtur, qui longos & multiplices Commentarios haud animo æquo videbant, ferre inquit non possunt quæ diuinarum Scripturarum intelligentiæ inseruiant, & filios Dei iuuent, quo doctiores & instructiores euadant. Quanquam ille quidem non sat eo loco memor est eorum, quæ alias scriptis mandauit, ait enim Scripturam non minus notam esse nobis, quam ea quæ oculis, aut alio sensu percipiuntur, nec obscuriorem veritatis suæ sensum vltro præ se ferre, quam coloris sui res albas aut nigras, saporis suaues & amaras.

Caluin. Serm. 5. in 1. ad Timoth. c. 1.

Idem l. 1 Inst. c. 7 § 2.

Opus igitur est distinctione, vt & nobis ille errantium Magister & sibi ipse concilietur, tres nimirum esse diuinæ Scripturæ partes, & vnam quidem complecti historiam, vt Genesim, Exodum, Numeros, Iosuę librum & Iudicum, libros item Iudithæ, Regum, Paralipomenon, Esdrã, Tobiam, Estherem, Iobum, Machabeos, Euangelia, Apostolorum Acta. Alteram esse moralem, qua ponuntur in Classe Prouerbia, Ecclesiastes, Sapientia, Ecclesiasticus, Epistolæ S. Pauli, Petri, Iacobi, Ioannis, Iudæ. Tertiam ex parte, aut omnino, esse mysticam, vt Cantica, Psalmos, Vaticinia Prophetarum & Apocalypsin. Distinctio quæ adhibenda videatur hæc est, vt intelligamus primum illud genus vulgo facile atque in medio esse positum, certis tantum in locis difficile & impeditum: Secundum genus non minus operosum quam facile. Tertium autem fere vbique spissum & inuolutum: atque de hoc genere illa imprimis capienda esse diuini Isaiæ verba: *Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati quem cum dederint scienti literas dicent, Lege istum, & respondebit, Non possum, signatus est enim.* Itaque magnus Augustinus animi demissione maximus, Ianuarium alioquin amicum pungit acriter, & orationis conuicio verberat, quod in quadam Epistola sua dixisset, nihil ab Augustino ignorari: hoc igitur laudis acroama his verbis refutat, Tantum absum ab eo quod putasti nihil me latere, vt nihil in epistola tua legerim tristius, quia & apertissime falsum est, & miror quia hoc te latet, quod non solum in aliis immunerabilibus rebus multa me lateant, sed etiam in ipsis sanctis Scripturis multo nesciam plura, quam sciam.

Ad Conciliationem via.

Esa. 29 9.

August. ep. 119 ad Io. c. 21. tom. 2.

Hanc ergo disputationem ita concludamus, vt posthac cum de nouo aut veteri Testamento agetur, nullum pudeat illud vsurpare, quod poetam dixisse ferunt Euripidē de scriptis Heracliti, Quæ intellexi præclara sunt, opinor & quæ non intellexi. Fateamur diuina monumenta

Laert. ἃ μὲν συνῆκα γενναῖα, οἶμαι δ' ἃ μὴ συνῆκα.

 litera-

Digitized by Google

literarum, mentium nostrarum esse lucem ardentemque facem ad salutis viã ineundam, sed hoc quoque existimemus, ab eo qui accendit, eandem fuisse in clarissima Ecclesiæ pharo collocatam, vt iis luceat, qui D. Petri nauigio feruntur, in quo, & extra quod vt sequenti capite ostendetur:

Cui proprius sensus fuerit Cynosura per vndas,
Occidet in medio puppe labante mari.

NON CVIVS LIBET ESSE PRIVATI HOMINIS DIVINAM SCRIPTVRAM E PROPRIO SENSV interpretari.

CAPVT XXIII.

Rom. 14. 5. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω.

2. *Pet.* 1. 20. 21. τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται. οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ᾽ ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

QVONIAM naturæ quodam genio quisque abundat in suo sensu, vt Apostolus diuinæ mentis internũcius asseruit, & vt canit poeta nescio quis.

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

non sine optima ratione Coryphæus Apostolorum huiusmodi oratione nos admonet, hoc primum intelligite quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et D. Paulus prima ad Corinthios sciscitatur, Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nũquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur, nunquid omnes interpretantur? quasi dixisset, non esse omnium nec vniuscuiusq; priuati hominis diuina effata suo sensu arbitrioque exponere, eorum tantum id esse munus atq; prouinciam, quos diuina prouidentia constituisset. Tertullianus consentanee huic normæ libr. de Præscriptionibus docet, ita hæreticos esse diuinis Scripturis oppugnandos, vt ad præsidium hominum Apostolicorum

Tertull. lib. de præscr. c. 32.

eorum confugiatur, quod non eo tantum ait, vt sequēdam traditionem admoneat, verum etiam vt earum intelligentiam consequamur. Eodem sensu D. Hieronymus agens contra Luceferianos, Ne sibi, inquit, blan- *Hieron. aduersus Lucifer.*
diantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicūt, „
cum & diabolus de Scripturis aliqua sit locutus, & Scripturæ non in le- „
gendo consistant, sed in intelligendo. Alioqui si literā sequimur, possu- „
mus & nos quoque nouum nobis dogma componere, vt asseramus in „
Ecclesia non recipiendos, qui calceati sint & duas tunicas habeant. A- *Luc. 3. 16.*
lius forte quispiam dicet cum Iacobitis, eorum frontibus qui lauacro sancto eluuntur, encausticum esse imprimendū, illius vi sententiæ apud Ioan. Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Erunt etiam qui cum Donatistis contendent, iterum baptizandos eos, qui ab hæreticis tincti fuerint, illo dicto freti, *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma.* Quibus D. Augustinus libro quem de ea quæstione contra Donatistas perscripsit, non aliud habet quod respondeat, quam Veteres alio id modo intellexisse, illumq; vsum atque consuetudinem baptismi non iterandi, à traditione Apostolorum manasse. *Ephes. 4. 5.* *August. l. 2. de Baptis. cont. Donat. c. 7. tom. 7.*

Et libro contra Cresconium Grammaticum, eandem materiam persequens ait, quod quamuis diuinæ literæ certum testimonium & expressum non exhibeant, eorum quæ credit Ecclesia, easdem tamen Ecclesiæ auctoritatem clare prodere, quæ sic definiuit, & ad credendum omnibus præposuit. Idem paulo ante nos monebat, omnes hæreses non alio ex fonte, ad humani generis perniciem prodiisse, quā ex eo quod quisq; proprio & priuato sensu exponere diuina oracula velit, qui sensus longe & late serpit in dies magis, & non ex æquo tantum cum regnis, vrbibus, & prouinciis, sed cum singulis fere capitibus multiplicatur. Contra vero mirabilis quædam est veritatis consensio & harmonia, quæ pari & æquabili concentu resonat per omnes oras terrarum, in Gallia modulantibus Irenæis & Hilariis, in Africa Cyprianis & Augustinis concinentibus, Alexandriæ & Hierosolymis Athanasiis & Cyrillis, in Syria & Palæstina Ephremis & Hieronymis: Constantinopoli, Constantiæ, Cæsareæ Chrysostomis, Epiphaniis, & Basiliis, Romæ & Medioliani Ambrosiis & Gregoriis simillimo inflatu modos facientibus. Quod de reliquis dici omnibus debet, qui in Ecclesia floruerunt ab Oriente sole ad Occidentem, à finibus Æthiopiæ ad vltimum Septentrionem. *Idem l. 2. cont. Crescon. c. 33.*

Terra vnius erat labii ante insolentissimam audaciam Gigantum, & Scriptura diuina vnius similisque intelligentiæ priusquam stulta & arrogans hominum confidentia Babelem exædificasset Ecclesiæ, tam infestam & inimicam. Atque hinc sapientissimum illud Theodosii Imperatoris consilium effloruit, quod Sisinnius homo grauis & liberalium doctrinarum copia locupletatus induxerat: *Socrat. l. 5. hist. c. 10.*

nam cum vna ex parte Catholicos Antistites coegisset, ex alia vero Arrianos, Eunomianos, & Macedonianos; Sisinnius vt Sozomenus memorat, Nectario & Agellio dixit, vt peterent ab aduersariis, num doctissimorum Patrum auctoritatem, qui ante eos diuinas literas exposuissent, admitterent, Si enim inquit, illos admittunt, illorũ commentarios proferre sufficiet, ad verissimam opinionem de vnica personarum essentia confirmandam, si reiiciunt & refutant, à suis deserentur atque inter se facile dissentient, quod euenit. Itaque Imperator merito prohibuit clãdestinas illorum coitiones, omnes item eos infames renunciauit, agro & Vrbe indignos, inimicos humanæ societatis, imo vero & communi sensu spoliatos. nam si vt ait D. Augustinus lib. de vtil. cred. vnaquæque disciplina tametsi facilis atque in medio posita, Doctorem & Magistrũ requirit vt percipiatur, quanti supercilii & non ferendæ cõtumaciæ fuerit, diuinorum Sacramentorum libros ab eis nolle cognoscere, qui præstanti olim religione atque sapientia illos exposuerunt? Et quoniam Iulianus Pelagianorum Dux atque Princeps in quem scribit vir admirandus, perennem animi confidentiam insitumque fastidium retinebat, postquam illi auctoritates laudasset S. Irenæi, Cypriani, Basilii, Gregorii Nazianzeni, atque Ambrosii, ita hominem vrget; *Nunc primum perspicis hoc didicisse ac docuisse tot Sanctos, quod & nos didicimus ac docemus: muta iam istam mentem, obliuiscere huius erroris & propemodum furoris.* Idem & nos dicemus Pastoribus & Professoribus Geneuensibus, cum in noua editione Bibliorum anno 1588. ita scribunt: Cõtulimus veterem Gallicam translationem Bibliorum cum præcipuis editionibus Hebræis, Græcis & Latinis, deinde etiam cum varia interpretatione Latina, tam in Canonicis libris quam apocryphis quos quidem reperire potuimus, à quibus vehementer sumus adiuti in iisque animaduertimus præter singularem Interpretum eruditionem, summam quoque eorundem religionem atque fidem: neque tamen vlli versioni nos penitus addiximus, sed *ea in re sancta libertate vsi sumus*, prout diuina mens *spiritum nobis discretionis* largita est. Vbi prudens Lector animaduertet non potuisse illos splendidiori verborum apparatu nobis significare, se proprium sensum & iudicium, in Bibliis interpretandis, arbitriumque sequutos. Sed quonam modo hæc non concessa licentia quam arripuerunt, consentire potest cum Caluini verbis in Harmonia in 3. cap. Lucæ, vbi exponens eum Euangelii locum, *Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto*, ista ponit, *Colligimus hinc nullos esse veros Doctores, nisi quibus iniunctum est à Deo munus, nec sufficit verbum Dei habere, nisi accedat etiam specialis vocatio.* Quale testimonium, aut quod hactenus argumentum protulerunt suæ vocationis? E cuius manu & auctoritate exceperunt eam tanti ponderis & momenti prouinciam, vt sancti Spiritus Interpretes, diuinitatis internuncii & proxenetæ, Oracula Ecclesiæ dicantur? Quod si tales se esse profitentur, vt exorientis modo Ecclesiæ subito enatos

August. l. de vtil. cred. c. 17. tom. 6.

Idem l. 2. cont. Iul. c. 7. to. 7.

Caluin. in Harm. ad c. 3. Luc. v. 2.

Digitized by Google

enatos exortosque Doctores, quomodo obliti sunt aut pro nihilo putauerunt artic. 25. & 26. Confessionis fidei illius ipsius humo emicantis Ecclesiæ, quæ Confessio ad finem Bibliorum Geneuensium & eodem in volumine reperitur, præfixa etiam Epistola seu Præfatione: Articulus autem 25. his ferè verbis concipitur, Stare Ecclesia non potest nisi Pastores sint quibus docendi munus incumbat., quos honorare par est & reuerenter audire cum legitimè vocati sunt & cum fide officio suo funguntur. Et sequenti Articulo, Credimus igitur neminem à communi consortio debere secedere, aut seipso contentum esse, sed requiri vt vnà omnes vnitatem Ecclesiæ conseruent & foueant, seque submittant cõmuni institutioni & doctrinæ & Christi iugo, idque in loco vbi Deus verum Ecclesiæ ordinem instituerit. Quæ si probanda sunt, quò recidet illa sancta libertas? quo spiritus discretionis? qua seueritate vtrumq; punietur, si atrox Catechismi Geneuensis censura adhibeatur, quem ad eadem Biblia anni 1588. adiungunt, quemque Geneuæ singulis Dominicis diebus doceri aiunt, cuius hæc ipsissima verba sunt explicata Latinè. Magister. Nonne oportet vt operam & diligentiam adhibeamus in audienda legendaque doctrina quæ in eo nobis proponitur? (verbum Dei intelligit.) Puer. Sane: & imprimis vt priuatim quisque in ea re elaboret, & præsertim Conciones frequentemus, in quibus Dei verbum in cœtu Christianorum exponitur. Magister. An ais non sufficere vt quisque domi legat, nisi etiam simul omnes communem doctrinã auscultent? Puer. Ita planè aio, quandiu eius rei potestatem concedit Deus. Magister. Quam rationem profers? Puer. Quia nimirum Christus IESVS ordinem hunc in Ecclesia sua esse voluit, non pro duobus aut tribus, sed generatim prò omnibus, atque adeo declarauit vnicum hunc esse modum tum eam exædificandi, tum conseruandi, quare mentes & voluntates eo debemus adiungere, neque plus sapere quàm omnium Magistrum. Magister. Estne igitur necessarium vt sint Pastores? Puer. Est verò, eosque par est audire, & summa animi demissione diuinam doctrinam ex eorum ore excipere, quare qui eos contemnit nec audire vult, Christum repudiat, seque à fidelium communione separat. Magister. Enimuerò an semel duntaxat piam institutionem excepisse ab iisdem sufficit, an porrò continuandum est? Puer. Parum foret inchoauisse nisi in eodem continuo perseueremus, nam vsque ad finem conuenit esse discipulos Christi IESV, qui ministros Ecclesiasticos esse voluit, qui nos ipsius loco & nomine docerent.

E Geneuẽsi Catechismo 45 Dominica. tit. de verbo Dei

Bene habet: his testimoniis aduersariorum freti, sed multo magis grauissimis autoritatibus, quæ superius sunt à nobis collocatæ speramus, nullum deinceps fore tam insolentem & audacem, qui proprium sensum communi Ecclesiæ anteferre velit, cum in quotidianis etiam negotiis minorisque momenti, sapientis consilium sit, ne prudentiæ nostræ innitamur, propter insiti amoris lenocinium, qui cæcos palantesq; reddit. Quod si quis adhuc reperiatur Narcissus, qui suarum notionum

Digitized by Google

impotens & furiosus amator perire velit; sequenti capite docebitur, quid simillimis aliquando euenerit, qui cum essent omnibus naturæ muneribus instructi & ornati, ad eos vanitatis scopulos salutis suæ rationem afflixerunt: nunc obiter D. Augustini sententiam proponam, Tu, inquit, qui tuo sensu proprioq; iudicio niteris, tu es ergo regula veritatis? quidquid contra te fuerit non est verum? Quid si alius simili insania, sed tamen qua tua duritia confringatur, existat, & dicat, imò illud quod pro te sonat, falsum est: hoc autem quod contra te est verum est, quid acturus es? &c. Vides hac in re quid Ecclesiæ Catholicæ valeat autoritas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsq; ad hodiernũ diem succedentium sibimet Episcoporum serie & tot populorum consensione firmatur.

August. l. 11. c. 2.

DE MISERANDO ET HORRIBILI LAPSV TRIVM VIRORVM ILLVSTRIVM, QVOD INGENIO nimis suo opinioniq; tribuerent.

CAPVT XXIV.

APERI Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum, vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis.* Huiusmodi lamenta fuerunt & plenæ mœroris querimoniæ communis Ecclesiæ matris, quæ Vatis Zachariæ orationem mutuata, stillantibus cruore oculis trium liberorum defectionem & miserandum casum deplorat, quos omnium carissimos beneuolentissime olim sinu continuisset. Primus illorum fuit Origenes, de quo ita scribit Vincentius Lirinensis eo in libro mole quidẽ exiguo, sed miranda sapientia referto, quem contra prophanas nouitates elaborauit, Arbitror quod cum multos in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo pæne sit qui Origenis tentationi valeat cõparari, in quo plura adeo præclara, adeo singularia, adeo mira extiterũt, vt inter initia habendã cunctis assertionibus eius fidem, quiuis illi facile iudicaret. Nam si vita facit autoritatem magna illi industria, magna pudicitia, patientia, to-

Zach. 11. 2. 3.

Vincent. Lirinens. c. 23 to. 4. Biblioth Patrum.

Digitized by Google

tia, tolerantia. Si genus vel eruditio, quid eo nobilius? qui primum in ea domo natus est, quæ est illustrata martyrio? Deinde pro Christo nō solum Patre, sed omni facultate priuatus, tantum inter sanctæ paupertatis profecit angustias, vt pro nomine Dominicæ confessionis, sæpius, vt ferunt affligeretur. Neq; verò hæc in illo sola erant, quæ cuncta postea tentationi forent, sed tanta etiam vis ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt omnes pæne multum longeq; superarit, tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia vt pauca forent diuinæ, pęne fortasse nulla humanæ Philosophiæ, quæ non penitus assequeretur. Cuius scientiæ cum Græca cederēt, & Hebræa quoq; elaborata sunt. Eloquentiam verò quid memorem? cuius fuit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, vt mihi ex ore ipsius non tam verba quàm mella quædā fluxisse videantur. Quæ non ille persuasu difficilia disputandi viribus elimauit? &c. Et paulo post, Iam verò quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quāta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religiosior ex vltimis mundi partibus aduolauit? Quis Christianorū non pæne vt Prophetam, quis Philosophorum non vt magistrum veneratus est? Quam autem non solum priuatæ conditioni, sed ipsi quoque reuerendus fuerit imperio, declarant historiæ, quæ eum à matre Alexandri Imp. accitum ferunt, cœlestis vtiq; sapientiæ meritò, cuius & ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiusdem Epistolæ testimonium perhibent, quas ad Philippum Imp. qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterii autoritate conscripsit. De cuius incredibili quadam scientia, si quis referentibus nobis Christianū non accepit testimonium, saltem testificantibus Philosophiis gentilem recipiat cōfessionem. Ait namq; impius ille Porphyrius excitū se fama ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse, ibiq; vidisse iam senem, sed plane talē tantumq; qui arcem totius scientiæ conscendisset. Et infra, Et quid plura? eo res decidit vt tantæ personæ, tanti Doctoris, tanti Prophetæ, non humana aliqua, sed vt exitus docuit, nimium periculosa tentatio plurimos à fidei integritate deduceret. Quamobrem hic Origenes tantus ac talis dum gratia Dei insolētius abutitur, dum ingenio suo nimiū indulget, sibiq; satis credit, cum parui pendit antiquā Christianæ religionis simplicitatē, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum Ecclesiasticas traditiones & veterū magisteria contemnens quædam Scripturarū capitula nouo more interpretatur, meruit vt de se quoq; Ecclesiæ Dei diceretur, Si surrexerit in medio tui Propheta, non audies verba Prophetę illius, quia tentat vos Dominus Deus vester vtrum diligatis eum an non.

Ad secundum iam veniamus de quo idem Vincentius Lirinensis loquitur in hæc verba, Sicut Origenes apud Græcos, ita apud Latinos Tertullianus, nostrorū omnium facile princeps iudicandus est. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atq; humanis rebus exercitatius? nempe omnē Philosophiā & cunctas Philosophorū sectas auctores adsertoresq; sectarum, omnesq; eorū disciplinas, omnes historiarū ac studiorū varieta-

De Tertulliano. Idem Vincent. ibid. c. 24.

» varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio ve-
» rò tam graui ac vehementi excelluit, vt nihil sibi pæne ad expugnan-
» dum proposuerit, quod non aut acumine irruperit aut pondere eliserit?
» Iam porrò orationis suæ laudes quis exequi valeat? quæ tanta nescio
» qua rationum necessitate conserta est, vt ad consensum sui quos suade-
» re non poterat, impellat: cuius quot pæne verba, tot sententiæ sunt:
» quot sensus tot victoriæ. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeæ, Her-
» mogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, cæterique, quorum ille blasphe-
» mias multis ac magnis voluminum suorũ molibus velut quibusdã ful-
» minibus euertit. Et tamen hic quoq; post hæc omnia, hic, inquam Ter-
» tullianus Catholici dogmatis, id est vniuersalis ac vetustæ fidei parum
» tenax, ac disertior multo quàm fidelior, mutata deinceps sententia fecit
» ad extremum quod de eo beatus confessor Hilarius quodam loco scri-
» bit, Sequenti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus autoritatem,
» & fuit ipse quoque in Ecclesia magna tentatio. Adeo verum est illud ef-
fatum, quod omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humilia-
bitur. Quo mihi respexisse vetus ille de Schola Sapientum videtur, cum
ait Ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην

Sequitur superbos vltor à tergo Deus.

Tertius lapis notissimæ offensionis est magnus Osias omnium fama & opinione celebratus, cuius impia & inauspicata defectio, iudicio quidem illustrissimi Baronii, longe aliorũ omnium lapsum etiam Origenis & Tertulliani superauit: Nullus enim tanta temporis intercapedine Ecclesiæ cõmodis inseruierat, tot functiones sacrosanctas obierat, tot publica negotia tanti ponderis ac momenti procurauerat, tot vrbibus, regnis, prouinciis, quas Sol oriens aut occidens videt. Quo enim publico in cœtu & doctissimorũ Patrum concilio non primum honoris locum obtinuit? Nonne præfuit insigni & eximia autoritate Conciliis, Elliborino, Arelatensi, Neocæsariensi, Alexandrino, & Oecumenicis duobus Nicæno & Sardicensi? Quis æque ad serias, graues, & Apostolicas legationes adhibitus vnquã fuit? Osius Constantini Magni doctor & Magister, à cuius latere vix discedebat vnquam, Osius quem Imperator incredibili demissione & affectu plane singulari monitorem appellabat suum & patrem: Osius quem Arriani principem Synodorum indigitabant; Osius cuius sapientia formula fidei in Nicæno Concilio fuerat descripta: Osius qui in ore & in scriptis fuit doctissimorũ & illustrium Scriptorum eius ætatis: Osius nonaginta iam annos natus: Osius comanti & tergemina laurea redimitus, insignibus trophæis & triumphis nobilitatus, quos de hæreticorũ domita perfidia reportauerat: Osius mundi oraculũ, inter homines suæ ætatis Phœnix quidam & diuinum prodigiũ: hic tantus, inquam, Osius superatis tempestatibus & procellis longe omniũ periculosissimis, cum iam victor in portum inueheretur, ô rem funestam & luctuosam! subito atq; irreparabili naufragio est demersus, si tamen irreparabilis dici culpa debet nõ malitia aut mentis prauitate vel errore

Baro to. 3 Annal. an. Christi 357. Liberii Pap. 6. & Constantii Imp. 21.

Digitized by Google

errore commissa, vt D. Athanasius, Socrates, & Sozomenus testantur, sed humana fragilitate, atq; vi tormentorum, quibus Vrsacius & Valens miserandũ senem adegerunt, vt Syrmiensi conciliabulo subscriberet.

Athanas. ad Solitarios, Socrat. l. 2. hist. c. 26. Sozom. l. 4. c. 5.

Proh Deum immortalem! quàm serio pondernnda & expendenda est diuini Apostoli sententia, *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Quanta voluntate excipiendum illud est documentum, quod Mosi Deus proposuit, Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis, vt animam tuam clam dicens, Eamus & seruiamus diis alienis quos ignoras tu & patres tui cunctarum in circuitu gentium, non acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum. Quod Apostolus scribens ad Galatas iisdem pæne verbis monet, Si aliud nos aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus, Anathema sit. Repetit eam monitionem & inculcat, vibratque illud idem anathema in eos qui nouam doctrinam & inauditas opiniones adferunt.

1. Cor. 10. 12.

Deuter. 13. 6. 7. 8.

Ad Galat. c. 1. 8.

Galat 1. 9.
ὡς προειρήκαμεν, ϗ ἄρτι πάλιν λέγω εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

Ex hac vniuersa disputatione tria sunt quæ colligamus, primum est, agnoscendum esse, quàm atrocia, quàm formidabilia sint diuinæ mentis iudicia in mortales, præsertim eos, qui opinionibus inflati, nõ ferenda superbia insolescunt. Nam vt elatarum in sublime rupium altitudo, è profundis earũ præcipitiis cognoscitur, ita ex incõmodorum magnitudine & incredibilium calamitatũ, in quas se ingenio & contumacia efferentes labuntur, diuina prouidentia significat, quantũ illius falsæ existimationis causam nimirum superbiam abominatur. Alterum est, quod quemadmodum Iustitia semper comitẽ veritatem habet, vt Iurisconsulti præstantissimi disputant, & in Platonis eruditissimis monumentis *ἀληθὲς ϗ δίκαιον* pro eodem sumuntur. Sic Hæresis mendacii fœtus, & Iniquitas proles improbæ & flagitiosæ voluntatis, iugo eodem copulãtur, pariterq; procedunt, vt in sua quadam Epistola animaduertit D. Cyprianus: & S. Thomas rationem doctè reddit, quod illa sit huius pœna atq; supplicium. Ita sapienter & diuinè quondam Apostolus aiebat, eos qui bonam conscientiam repulissent, fidei naufragium passos, inter quos Alexandrum & Hymenæum collocabat. Tertium quod iisdem è principiis colligemus est 1. Nullius rei gratia deficiendum esse à fide Catholica, hoc est à communi Ecclesiæ opinione. 2. Esse à nobis ea recipienda omnia, quæ ipsa probat, & quæ auersatur, magno animo & summa cõstantia repudianda. 3. Anathema in eos coniiciendum, qui lacerant Ecclesiæ corpus, & à communi maiorum via deflectentes, nouos & nefarios cœtus ineunt. 4. Non alios admittẽdos esse Doctores, quàm quos illa concesserit. 5. Nec alios audiendos esse Interpretes diuini Verbi, & Ecclesiæ sponsi internuncios, quàm quos illa miserit legitima autoritate instructos ornatosq; potestate. 6. Authenticos esse habendos eos libros, canonicos, hagiophraphos, deniq; apocryphos, quos ea tales definierit. 7. Ad extremũ Caluino similibusq; planis hominibus, qui frau-

Apud Iurisconsultos, id quod verius est perinde est atq; id quod æquius.

Duo coniurata & conspirantia dæmonia mendaciũ & iniqui as

1. ad Tim. 1. 19. 20.

Deuteron. 4. 9.

de & fallaciis peruertere hominum animos niterentur forti & magna voce dicendum, quod Deuteronomii 4. proditur, *Custodi temetipsum & animam tuam sollicite. Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ: Docebis ea filios & nepotes tuos.*

DE LIBRO ESTHERIS.

CAPVT XXV.

De septem tantum Capitibus est controuersia, quæ D. Hieronymus ad calcem adiunxit cum ea in Hebræo non reperisset: sed minimè id quidem impedit, quominus probanda iam sint & excipienda, quemadmodum & reliqua pars libri, quod his rationibus ostenditur.

Concil. Laodic. can. 59. tom. 1. concil.
Concil. Carth. 3 c. 47.
Cyrillus Catech. 4.
διαδεχέτω βίβλος ἡ Ἐσθήρ.
Ruff. in Symbol. August. l. 2. de doctr. in. Christ. c. 8.
Hieron. præfatione in li. Esther.

Imprimis vetera Concilia Laodicenum & Carthaginiense, & antiquissimi Ecclesiæ Patres è Græcia Origenes, Eusebius, Cyrillus, Damascenus, & è Latinis D. Hilarius, Innocentius, Ruffinus, D. Augustinus libros authenticos enumerantes, libros Estheris in eodem ordine constituunt. Certum est autem ex vsu & consuetudine Ecclesiæ, quæ tum vigebat, eos locutos, & quod inde sequi necesse est, de versione intellexisse quam D. Hieronymus in Præfatione eiusdem *Vulgatam* appellat, qua & nos etiamnum vtimur.

Librum Esther variis träslatoribus constat esse vitiatum, quem ego de Archiuis Hebræorum reuelans, verbū è verbo expressius transtuli, quē librum editio vulgata laciniosis hinc inde verborum finibus trahit.

Secundo eadem capita in textu Græco reperiuntur, quem Septuaginta Interpretum esse volunt.

Tertio, ex eodem Patres omnium eruditissimi testimonia sæpe depromunt, & inter alios D. Ioannes Chrysostomus homil. 3. ad pop. Antiochenum. D. Ambrosius in Psal. 36. D. Augustinus epist. 199. & lib. de grat. & liber. arbitr. cap. 21. & ipse D. Hieronymus epist. 8. ad Demetriadem, & in cap. 64. Isaiæ.

Idem Hieron. epist. 103. ad Paulin. c. 7. Esther in Ecclesiæ typo populum liberat de periculo. Vide eundem ad 26. Ezechiel.

Quarto Origenes in Epist. ad Iulium Africanum expresse & diserte significat, docetq; hanc libri Estheris partem, quæ in Hebræis voluminibus non inuenitur, canonicam tamen esse, & Scripturam Sacram appellat, vsitatam in Ecclesia, communiq; vsu receptam, cum æquum & consentaneum, inquit, non sit exemplarium omnium fidem & consensionem respuere, vt Hebræis assentimur.

Et sane qui septemdecim capita suum in locum restituet, nimirum vndecimum & duodecimum in principio libri collocando, decimumtertium 14. 15. & 16. in medio, & decimum in fine, vt exemplaria Græca præferunt, & vt monet D. Hieronymus in c. 19. illā dictorū & rerū oppositionem

sionem cõfusionemque historiæ ex præpostero narrationis ordine natam facile discutiet, & memoriæ antiquitatis directum filum habebit & clarissimam intelligentiam.

D. Hieronymus tamen commodius existimauit ad finem libri seorsim apponere, vt significaret quid ex Hebræo ipse vertisset, quid ex Græco exemplari vulgariq;, cum sit verissimile bis hanc historiam fuisse monumentis proditam, breuiter & concise primum, iterum autem plenius & copiosius, Hebræumq; exemplar secundæ versionis in Græcum factæ à Lysimacho Ptolemæi, Epiphanis & Cleopatræ temporibus intercidisse, primum autem cum secundi versione hominum studio & diligentia, prout iam in manibus est, fuisse conseruatum.

Ad conciliationem via.

Est igitur inanissimi animi, qui contumaciæ sit quàm veritatis amantior, quiq; insolenter intempestiua quadam nouitate delectetur, hac in re à communi omnium sententia velle deflectere. Nam quod attinet ad Melitenem Asianum, de quo Eusebius, D. Athanasium in Synopsi, D. Gregorium Nazianzenum in versibus, & hoc etiam loco D. Hieronymum qui pro contraria opinione proferri solet, nondũ Ecclesia in Conciliis legitime congregata in Canonem eis præscripserat, quem eadem qua alia omnia autoritate post teneri accurateq; defendi ab omnibus suis voluit.

DE LIBRO BARVCH.

CAPVT XXVI.

CLEMENS Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 11. locum in medium proferens sumptum è Baruch, ita scribit, Pulcherrimè alicubi dicit Scriptura ad eos qui sunt sui amantes & arrogãter verba dirigens, Vbi sunt qui gentibus imperãt?

Baruch 3.16. Vbi sunt principes gentium, &c.

Origenes lib. 2. de Princip. Vatem eum appellat, quod & facit D. Athanasius in Epist. quæ reperitur in Decretis Nicæni Concilii.

Origen. l. 2 περ. ἀρχ.

Concilium Laodicenum Can. 59. eodem in gradu quo Isaiam & Ieremiam reponit.

Concil Laodic. to. 1.

Eusebius Cæsariensis cum adduxisset ea verba quæ in 3. cap. eius vaticinii legimus, concludit, nihil *diuinæ voci* esse addendum.

Euseb. Cæs. de Propheticorũ librorum appellationibus.

Cyrillus Alexandrinus *Sanctum Prophetam* nominat, eiusq; testimonio vtitur. Theodoretus librum integrum cõmentariis suis illustrauit, & *Admirabilem* Baruch indigitat. Et dialogo primo cum Eranistes ab Orthodoxo sciscitaretur, Si Vates hic falsum asseruisset, respondet Orthodoxus, Absit, *diuini enim Spiritus sunt illa verba.*

Cyrill. Alexand. homil. cõtra Nestor.
Theodoret. Dial. 1.

D. Ambrosius lib. 1. de fide cap. 2. cum eundem locum protulisset, Hic est Deus noster ex 3. cap. Baruch desumptum, reprehendit se quod in ea disquirenda & examinanda versetur, quæ dicta sit à summo Vate & diuini Spiritus afflatu pronunciata.

Digitized by Google

Cæterum mirandum non est, si antiqua Concilia & de Patribus quidam eundem in Canone minime reposuerunt; nam cum Scriba discipulusq; fuerit Ieremiæ diuini & fatidici, vt constat ex trigesimo sexto capite eius oraculorum, existimatum vulgo fuit, huius opera, ad prædictiones Ieremiæ tanquam partem illarum esse referenda.

Hoc autem ita se habere liquidò hinc cognoscitur, quod doctissimi Patres eum sæpe magistri nomine in medium adduxerunt. S. Irenæus l. 5. cap. 35. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 10. horum verborum autoritate vtentes, Audi Israel mandata vitæ, item horum, Beati sumus Israel, &c. ea tanquam Ieremiæ proferunt, cum tamen apud hunc Vatem reperiantur.

Idem Chrysost. in Ps. 64.
Ioan Cassian. l. 4. de Incar. Verb. c. 2.
August. de Ciuit. Dei. l. 18. c. 33.

D. Cyprianus aduersus Iudæos l. 2. c. 6. & S. Hilarius l. 5. de Trinit. sub finem, idem faciunt. Tertullianus item contra Gnosticos cap. 8. S. Ambrosius l. 1. de pœnitent. cap. 8. & lib. 3. Hexamer. cap. 14. Præstitit idem S. Basilius l. 4. contra Eunomium haud procul à fine, & S. Ioannes Chrysostomus Orat. quod Christus sit Deus, vbi sub nomine Ieremiæ adfert hæc verba deprompta ex 3. cap. Baruch, Hic est Deus noster, non reputabitur alius præter ipsum. S. Augustinus l. 10. de Ciuit. cap. 33. in proferenda eorundem verborum autoritate idem præstat.

Vnde concluditur Baruch reiici refutariq; non posse, quin Ieremias repudietur, neq; hunc laudari, quin iste approbetur; quin & colligi facile potest, eos autores, qui disertè cum Catalogo librorum Canonicorum non inseruerunt, vno Ieremiæ nomine eius quoq; vaticinium comprehendisse.

DE PRECATIONE TRIVM PVERORVM, de qua Danielis cap. 3.

CAPVT XXVII.

Orig. tract. 3. in Matth.

ORIGENES Tractatu 3. in Matthæum, probat animũ & spiritum esse res duas inter se differentes, allato huius Cantici versiculo vno, tanquam sacro & diuinitus inspirato: & in Epistola ad Iulium Africanum de historia Susannæ agens, apertè & dilucidè significat, suo iam æuo in Ecclesiis promi & legi consueuisse Hymnum Ananiæ, Azariæ, & Mizaelis, secundum exemplaria Græca.

Euseb de Proph. librorum appellationibus.

Eusebius tract. de libris Propheticis, Danielem exponens, eiusdē Vatis monumentis attribuit obitam gloriose mortem trium puerorum.

Athanas. in id dictum, Omnia mihi tradita sunt.

S. Athanasius ad diuinum verbum Canticum hoc reuocauit in grauissima quadam oratione, qua sententiam istam exponit, ***Omnia mihi tradita sunt à Patre meo***, vbi ait & ex Daniele probat eum quartum qui in fornace comparuit, filium Dei fuisse.

Epiphan in Ancorato.

Epiphanius scribit diuinum Spiritum in mediis illorum pectoribus conscendisse, atq; iisdem hoc Canticum inspirauisse. S. Cy-

Digitized by Google

S. Cyprianus tract. de Orat. Domin. ait expresse diuinæ Scripturæ fidem declarare quonam modo tres pueri Deo preces obtulerunt. Pacianus idem ait in Exhortatione ad Pœnitent. D. Ambrosius Serm. 2. in Hexameron c. 4. vocat *Hymnum Propheticum*: Et Ruffinus ait cani in Ecclesia quolibet festo & solenni die consueuisse. *Pacian. in Paranesi ad pœnit. tom. 3. Bibl. PP.*

Atque ex hac consuetudine illa profecta est quarti Concilii Toletani querela, quod fuit doctissimorum & illustrium Patrum concione celebratum aduersus quosdam Presbyteros, qui in diuinorum mysteriorum operatione diebus Dominicis, & Martyrum læta & solenni memoria, sacrum hunc hymnum omittebat, vbi magna cõsensione decretum fuit, vti posthac in omnibus Hispaniæ & Galliciæ templis, vbi res diuina fieret, id Canticum accineretur, id qui fugeret & recusaret, dignum videri qui communione priuetur. D. item Hieronymus aduersus Ruffinum scribens à quo vexatus insimulatusque fuerat, quod hoc Canticum & Susannæ historiam inter Scripturas apocryphas reiecerat, perspicue respondet, se non mentem opinionemque suam ea re prodidisse, sed tantum significare voluisse, ea in voluminibus Hebraicis non reperiri, ne in eorum criminationem incurreret, si cum vaticiniis ea Prophetarum, opere vno illigauisset. *Concil. Tolet. 4. c. 13.* *Hier. l. 2. aduers. Ruff. c. 9.*

DE SVSANNÆ HIstoria.

CAPVT XXVIII.

SVPERIVS quidem historiæ huius veritas firmissimis rationum momentis comprobata fuit, nunc testimonia quædam subiungam quæ sacræ Scripturæ fidem ei mirifice concilient.

S. Dionysius de cuius auctoritate iam copiose disputatum fuit cap. 7. de diuinis Nominibus, *Diuinam Scripturam* appellat locum vnum quem ex Susannæ historia desumit Danielis 13. cap. consignatum. *Deus æterne qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant.* *S. Dionys. de diuin. nom.* *Daniel. 13. 42.*

D. Irenæus lib. 4. contra hæres. cap. 44. ita infit, Et audient eas quæ sunt à Daniele Propheta voces, semen Chanaan & non Iuda species seduxit te & concupiscentia euertit cor tuum. *Irenæus l. 4. c. 44.*

Origenes scribens ad Iulium Africanum dedita opera huius historiæ auctoritatem confirmat, nominatque *Sanctam Scripturam*, & inter res diuinas reponit. Respondensque obiectioni è Græcis vocabulis desumptæ quæ similem habere non possunt in Hebræo textu allusionem, ait Danielem propter Senum responsionem, Chaldaica verba quædam *χῖνος χίζειν. πρῖνος πρίζειν.*

selegisse, quæ arboris nomini responderent: quam similitudinem etiam
„ Interpres in lingua sua æmulari voluit. Et homil. 1. in Leuiticum sic ha-
„ bet, Iam tempus est non aduersus improbos presbyteros vti S. Susannæ
„ vocibus, quas illi quidem repudiantes, historiam Susannæ de Catalogo
„ diuinorum voluminum desecarunt: nos autem & suscepimus, & opor-
„ tune contra ipsos proferimus dicentes, Angustiæ mihi sunt vndique.

Euseb. l. 6. hist. c. 24.

Eusebius Cæsariensis lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ, eam disputationem recenset, quæ Originem inter & Iulium Africanum, propter hanc ipsam rem excitata fuerat: aitque Originem satis illius obiectionibus fecisse. Et lib. 6. de præparat. Euang. vt probet diuinam mentem futurorum intelligentiam habere notam & perspectam, Susannæ precationem in medium adducit, vt sacrum diuinæ paginæ testimonium. S. Athanasius in Synopsi exordia notans diuinorum voluminum, & ad Danielem progressus, his verbis inchoari dicit, *Et erat vir habitans in Babylone & nomen ei Ioachim, & accepit vxorem nomine Susannam.*

Idem l. 6. de præpar. c. 9.

S. Ioan. Chrysostomus in Homilia quam de Susanna more suo auro & purpura pertexuit, *diuinas lectiones*, & *sancta oracula Dei*, huius rei commemorationem appellat.

Ruff. Inuect. 2. cont. S. Hier.
Hier. aduers. Ruff. l. 2. c. 9.

Ruffinus reprehendit aliquando S. Hieronymum quod illam historiã ad libros apocryphos retulisset: respondet vir ille magnus nullo scriptorum suorum loco id probari posse, neq; enim quid senserit ipse, sed quid Iudæi contra soleant dicere explicauisse.

Et quandoquidem iam clarissima tot scriptorum testificatione constat, Ecclesiam ab omni sæculorum memoria, historiam hanc & trium puerorum canticum admisisse, quis dubitare iure queat, quin Concilia Laodicenum & Carthaginense cum Danielem approbauerunt, sub ea versione fecerint, quæ in communi omnium vsu hactenus fuit?

DE HISTORIA BELI, DRAconis & Habacuc.

CAP. XXIX.

Iren l. 4 c. 11. vide commẽt
Clem. Alex l. 1. Strom. c. 11
Orig. hom. 1. in diuersos.
Euseb. de Propheticorum librorum appellationibus in Daniele.
Atha. serm. 4. contra Aria. in Synopsi.
Cyrill. Hier. catech. 14.
Basil ho. in diuites auaros.
Nazianz. in præceptis ad Virgines. v. 249.

DVBITARI nulla ratione potest, quin huiusmodi historias grauissimi & eruditissimi Patres, ab omni memoria vetustatis, in suis scriptis momẽtisque protulerint, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius Cæsariensis, Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, S. Basilius, Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, Gregorius Nyssenus, Ioannes Chrysostomus, Palladius; & ex Latinis Anacletus, Tertullianus, Cyprianus, S. Hilarius, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Augustinus, Seuerus Sulpitius, Eucherius, Prosper, Sedulius, S. Gregorius, Isidorus, aliique.

Sed

Digitized by Google

Sed ambigi forte queat, num eas in medium adduxerint, vt à Daniele perscriptas, & quod inde sequi necesse est, vt probatas & canonicas Scripturas.

Quæ proxime subiiciuntur loca & testimonia, vtrumque probāt. Eo sensu & conditione citauit imprimis D. Irenæus lib. 4. ca. 9. aduersus hæreses: & vero fusius atque disertius Eusebius Cæsariensis variis in locis quæ notantur ad marginem: vt & D. Ambrosius qui in eodem ordine veritatis ponit, quod Moyses sicco vestigio per Oceani alueum iter fecerit, quod D. Petrus supra mare ambulauerit, & quod Abacuc sine pennis volauerit. Et in Psalm. 118. ait, Danielem bis in fossam leonum fuisse coniectum: & quidem cap. 6. memoratur Darii Medi iussu demissum illum fuisse, quod contra regium edictum, Deo suo preces obtulisset, sed tum quidem vnius tantum noctis spatio inter feras animantes fuisse: Iterum fuit deiectus à Cyro, quod Draconem admirabili vi sustulisset, quo tempore sex omnino dies in illa fossa posuit vt 14. capite refertur.

D. Hieronymus Epist. 22. ad Eustochium, allato exemplo Danielis, qui messorum prandio fuit à propheta exceptus, addit, Innumerabilia sunt de Scripturis diuinis responsa, quæ gulam damnent, & simplices cibos probent, hæc sufficiant pauca de plurimis.

Seuerus Sulpitius histor. sacræ lib. 2. quod de Belo dicimus, eodem plane modo recenset, quo apud Danielem proditur, notatq; Belam sceptra olim Babyloniorum moderatum fuisse, cuius etiam summus poeta in Æneiade meminerit: & quoniam ipsi populus honoris causa & meritæ beneuolentiæ æneam statuam collocauisset, eā deinde imperita multitudo diuinis honoribus prosecuta est, donec fraudem sacrificulorum nocturnamque popinam ingeniosissimus Daniel aperuisset.

Eucherius homil. 20. de Pasch. memorabile quiddam animaduertit de Dracone, nimirum horribilem illum animantem non modo nostrorum animorum inimicum Dæmonem expressisse, sed ab eo etiam obsessum fuisse, & infando spiritu agitatum ad eum vsque diem, quo Daniel offa obiecta monstro perniciem attulit, ruptoque ventre solo afflixit. Prosper & Sedulius illud idem vt verissimam historiam recensent.

S. Gregorius affirmat celerem illum impetum delati Habacuc per aera, diuinæ Scripturæ auctoritate confirmari, illoque exemplo probat & astruit D. Benedicti ad suos aduētum prodigii plenissimum, qui cum longa intercapedine locorum, à Discipulis suis abesset, eis tamen se videndum exhibuit.

Epip. in vita Abacuc Proph. Nyssenus orat. de pauper amandis. Chrysost. hom 5. in Matth. & oratione 24. in priorem ad Corinth. Anacletus ep 1. Tertull. de Ieiun. c. 7. & de Idolatria c. 18. Cyprianus epist 56. de orat. Dominica & serm. de opere & eleemosynis. Hilar. de Trinit. lib 10. & ad Psalm. 125. Ambros. de Iacob. & vita beata lib. 1. c 8. & l 2 c. 9 & ad Psal. 36. & ad 118. octona. 17. Hieron aduers. Iouin. l. 2. & 41. ad Ruff. Aug serm. 65. de temp. Sulpitius l. 2. sacra hist. Eucher. hom 10. de Pasch. Ambros. enarratione 1. in Genes. ad Horontianum.

Prosp. de promiss. & præd. part. 2. c. 35. Sedul. ad c. 1. Epist. ad Rom.

Greg. 2. Dialog. cap. 22.

DE LIBRO TOBIÆ.

CAPUT XXX.

Cent. 1. c. 4. col. 51.

CENTURIATORES Magdeburgenses nullam diuinæ Scripturæ partem præcipuæ auctoritatis & authenticam esse volunt, quæ non in Canone Hebræorum ponatur: & proinde librum Tobiæ reiiciunt, Iuditam suas sibi res habere iubent, Sapientiam, Ecclesiasticum, & Macchabæos aspernantur. Kemnitius id quidem vult in Examine sessionis 4. Concilii Trident. Consimiliter Brentius in Confessione Witembergensi. Lutherus & Zuinglius in eandem sententiam pedibus eunt in Præfatio. Bibliorum. Caluinus lib. 1. Institutionum librum Sapientiæ mendacii arguit nimis sane insipienter: & libr. 2. ait Ecclesiasticum non sat firmæ solidæque auctoritatis sibi videri. lib. 3. idem iudicium profert de Machabæis: Et in Antidoto Concilii repudiare Tobiam & Iuditam videtur. Pissiaca fidei confessio Caluini vestigio fidenter insistit.

Kemnit. in exam. sess. 4. Concil. Trid.
Brent. in Confess. Witemb. c. de S. Scriptura.
Luth. & Zuing. in praef. Bibliorum à se conuersorum.
Caluin. l. 1. Inst. c. 11. §. 8. lib. 2. c. 5. §. 18. lib. 3. c. 5. § 8. in antid. Concil. Trid. sess. 4.

Contra vero Ecclesia Catholica sacrosanctos habet eos libros, Canonicos, summæ, testatæ & sempiternæ veritatis, idque maxime his argumentis euincit.

Imprimis Concilium Carthaginense 3. eodem in gradu & ordine ponit cum cæteris Canonicis & communi omnium iudicio probatis. Secundo, Summi Pontifices Innocentius I. & Gelasius magna confessione vna cum S. Augustino, Isidoro, Cassiodoro & aliis, vt Dei afflatu exaratam Scripturam in medium proferunt. 3. Idem illud Concilium Carthaginense *libros diuinos* appellat, hoc est, Canonicos. 4. S. Cyprianus Serm. de Eleemos. sic infit, *Loquitur in Scripturis Spiritus S. & dicit Eleemosynis & fide purgantur peccata*: quid dilucidius & expressum magis dici potest? Calixtus I. Epistola 2. locum Tobiæ quendam profert cum hoc Elogio, *Bene sacra*, ait, *Scriptura*. 5. S. Ambrosius lib. 1. de Tobia cap. 2. *Scripturam propheticam* nominat: S. Cyprianus iterum tract. de Oratio. Dom. *Diuinam Scripturam*. S. Augustinus lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8. ad Canonicorum voluminum chorum adiungit Tobiam. Et in lib. cui titulus est Speculum, cum sancte fuisset pollicitus nihil se nisi ex diuinis literis allaturum, statim euestigio profert Tobiam, & alio in loco, laudare quidpiam: 12. Tobiæ aggressus, *Scriptum est*, inquit.

Concil. Carth. 3. can. 47.
Innocentius I. ep. ad Exuperium
Gelasius in Decreto librorũ Ecclesiast.
Cyprianus de opere & eleemosina.
Ambros. lib. de Tobia. to 2. post c. 14.
Lecto prophetico libro qui inscribitur Tobias, &c.
Cyprianus de orat. Dom.
Et ideo Scriptura diuina instruit, dicens, bona est oratio, cum ieiunio & eleemosina.
August. lib. 2. de doct. Crist. c. 8. de quo sup. & ep. 120 de gratia noui Test. c. 29.

Ruffinus in Psalm. 36. aliquanto ante S. Augustinum scripserat, *Æquitas dicuntur diuina eloquia, iuxta id quod scriptum est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Et Chromatius in Matthæum, Si eos qui petunt despiciamus qua fiducia Deum nobis, quod petimus præstare credimus, dicente Scriptura, Vide ne auertas faciem tuam ab vllo paupere, ita fiet vt nec à te auertatur facies Dei.

Chromat. ad c. 5. Matth.

Conclu-

Digitized by Google

Concludamus cum Isidoro l.6.Etymolog. Licet librum Tobiæ in suum Canonem non recipiant, Ecclesia tamen Christi inter diuinos libros, & honorat & prædicat.

Isidor. l.6. Etym. c.1

DE LIBRO JUDITHÆ.

CAPUT XXXI.

QVÆ tandem esse auctoritas potest, quam non facile Concilii Nicæni iudicium multis partibus exuperet? & tamen vt animaduertit S. Hieronymus, grauissima eius Concilii auctoritate hic liber in diuinis Scripturis collocatur, quam ob causam eruditissimus ille vir & copiosus in eo libro vertendo elaborauit.

Hieron. Præf. in lib. Judith.

Origenes homil.27. in Numeros; *Hic ergo, inquit, non recitatur talis aliqua diuinorum voluminum lectio, in qua non videatur aliquid obscurum, libenter accipimus, verbi causa vt est libellus Esther aut Iudith, &c.*

S. Hilarius in Psalm.125. locum depromit ex 16. cap. Iudith. & tanquam è diuina Lege haustum proponit, *Discentes, inquit, hæc omnia à Lege & Prophetis, Euangeliis & Apostolis, & cantantes ex Lege*, Dominus conterens bella, Dominus est nomen illi.

Concilium 3. Carthaginense cap.47. in suo Indice ponit eundem; Scripturæ Canonicæ sunt, Genesis, Exodus, &c. Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith & reliqua. Innocentius I. epist.3. & Gelasius in Decretis suis idem aiunt.

Præterea verba, sententiæ, & illustria quædam loca huius libri citantur à sancto Ignatio, Clemente Alexandrino, Origene, S. Athanasio, S. Ioan. Chrysostomo, Isidoro, Tertulliano, S. Hilario, Lucifero Calaritano, S. Ambrosio, Prudentio, S. Hieronymo, S. Augustino, Prospero, Sidonio Apollinari, Fulgentio, Venerabili Beda, & aliis qui percenseri numerando vix possunt.

Ignatius epist. ad Philadelphenses to.3. Bibl. PP. Clemens Alex. l.4. Strom. c.4. Orig. in lib. Iudic. hom. 9. Athanas. in Synopsi diuinæ Script. de lib. Iudith. Apollinaris lib. de ætatib. hominum. In morum adolescentiæ formatione. *Ioann. Chrys. hom. 10. ex c. Matthæi ex variis. & ho. 60. in Ioan. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 87. Tertull. de Monogam. c.17. & lib. 1. aduersus Marcion. c.7. Hilar. ad Psal. 125. Lucifer Calaritanus de non parcendo, in Deum delinquentibus. Ambros. lib. de viduis & 2. de virginib. & 3. de officiis c.13. Prudent. in Psichomachia. Hier. ep. 9. ad Saluinam, de seruanda viduitate. & epi. 22. ad Eustoch. de custodia virginitatis c.9.*

Obiiciunt quidam, Assyriorum dominatum & Nabuchodonosoris tum fuisse penitus extinctum, cum quæ narrantur hac historia euenerunt, vt Achior cap.5. significat, & tamen cap.2. dicitur Nabuchodonosorem bellum denuntiasse anno imperii sui decimo tertio. Respondemus Achioris verba non esse capienda de atroci & peracerba illa populi captiuitate de qua tot Scriptores meminerunt, sed de multiplici vexatione quæ variis locis atque temporibus euenit Hebræis, & præsertim cum Manasses Rex captus & abductus miserabiliter fuit, & deinde sibi suisque restitutus, qui annos quinque & quinquaginta summam rerum administrauit. Tum enim Diocles, qui in diuina pagina nominatur Arphaxad, Medorum principatum obtinebat, vt superbi

Digitized by Google

perbi Assyriorum dominatores imperii sui domicilium Babylone collocauerant, postquam Niniue solo æquata prostrataque iacuisset.

DE LIBRO SAPIENTIÆ.

CAP. XXXII.

DIVINISSIMVS Apostolus ad Romanos cap. 11. hanc Salomonis sententiam profert, è cap. 9. Sapientiæ desumptam, *Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis eius consiliarius fuit.*

Rom. 11. v. 14.

S. Dionysius Areopagita quem *Magnum* indigitauit Origenes, *illustrissimum & subtilissimum Philosophum* S. Gregorius Nazianz. *Cœli alitem* S. Ioannes Chrysostomus, *Apostolicum dispensatorem rerum diuinarum* Anastasius Patriarcha Antiochenus: *Doctissimum Theologum*, sanctissimum & eximium sublimium rerum examinatorem S. Iones Damascenus: *Præstabilissimum Doctorem* Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus: *Diuinum & excellentem* Theodorus Presbyter: *Antiquum & venerabilem Patrem* D. Gregorius. Hic igitur vir tantus de eodem libro agens sic libro de diuinis nomin. c. 4. loquitur, In primis Scripturarum institutionibus quidam de diuina Sapientia dixit copiosius, Amator factus sum formæ illius. Et cap. 2. Ecclesiasticæ Hierarch. id vsurpat vt diuinæ Scripturæ textum, quod est Sapient. 5. Acuet diram iram in lanceam & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos. Egesippus apud Eusebium lib. 5. historiæ id profert ex 2. cap. Tollamus è medio iustum, quoniam nobis molestiæ est & incommodo. Quem ipsum locum Iustinus Martyr in Dialogo cum Triphone adducit.

Euseb. l. 2. c. 22.

Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, Diuina Sapientia dicit
" de martyribus, Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est affli-
" ctio exitus illorum, & quod à nobis est iter exterminium, illi autem sunt
" in pace.

Origenes homilia 5. in Leuiticum, in eodem honoris gradu ponit cum Vate regio, citans id quod capite primo perscribitur, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Et homilia 12. accommodat Christo quod
" à Salomone iam prædictum olim fuerat, Et cum essem magis bonus,
" veni ad corpus incoinquinatum. Et scribens in Ioannem id quod est
" cap. 10. Per contemptibile lignum iustum gubernans.

Athanas. in Synopsi tom. 1.

Sanctus Athanasius expresse docet Sapientiæ librum non salutares modo monitiones & cœlestia documenta continere, sed eundem quoque esse propheticum & de Seruatore Christo vaticinari: & iterum

exco,

Digitized by Google

ex eo tanquam è sacrosancto penu diuinorum oraculorum testimoniũ promit in Epistola Decretali Nicæni Concilii, illudque adducit, *Ante omnes colles genuit me.*

S. Gregorius Nazianz. lib. de fide citat, quod cap. 7. legitur, In animas sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Et eod. cap. 7. Candor est enim lucis æternæ & speculum sine macula maiestatis Dei & imago bonitatis illius. Quod etiam adferre Apostolus videtur 2. ad Corinth. cap. 4. *Gregor. Nazianz.*

S. Gregorius Nyssenus de perfecta forma Christiani disputans, locum adhibet è cap. primo depromptum, In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quem etiam locum adducit lib. de virginitate cap. 15. Et in delectis testimoniis Veteris Testamenti contra Iudæos cap. de virginitate B. Virginis, disputationem suam illo veluti flosculo distinguit, Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. *Gregor. Nyssen.*

Sanctus Chrysostomus homil. 11. in Genesim, Propter hoc, inquit, diuina Scriptura obstupescens eminentem Sapientiam Dei dicit, qui dedit mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam. Et homilia 43. inter Vatum diuinorum prædictiones ponit, quod est secundo capite & supra fuit à nobis allatum, Circumueniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis & contrarius est operibus nostris. Qui locus etiam profertur à sancto Cyrillo Alexandrino, vt vaticinium, lib. 11. in Ioann. cap. 37.

Imperator Iustinianus in Confessione fidei, Miramur eorum dementiam, qui diuinæ Scripturæ contraria agunt euidenter dicenti, quia æqualiter apud Deum horribilia sunt impius & impietas eius.

Tertullianus telum etiam ex eo sumit aduersus Valentinianos cap. 2. & contra Marcionem l. 3. cap. 22.

S. Cyprianus illius etiam riuulis tanquam à Scripturæ Oceano deriuatis areolas suas aspergit: qui in Exhortatione ad martyres, Spiritui sancto attribuit, quod & repetit in tractatu de Mortalitate. *Cyprian. ep. 62. quæ est in lib. 1. & 52 & in exhort. ad mart.*

S. Hilarius in sanctam Prophetarum choream hunc sapientiæ scriptorem inducit. D. Ambrosius vt ratæ auctoritatis & authenticum Cõmentarium habet l. 3. de Spiritu sancto, cap. 19. *Hilar. in ps. 118.*

Optatus mirabili cursu orationis Parmenianum exagitans, obiicit hunc eundem Auctorem vt diuinum Vatem, quod idem molitur Ruffinus in expositione Symboli. Sanctus Augustinus eodem sensu atque mente eundem laudat libr. primo de Ciuitat. cap. 16. & libr. 13. de Trinitat. cap. 16. locum profert, è 12. Sapientiæ tanquam è cœlestium oraculorum thesauro, sicut & libro 14. cap. primo. Sed multo expressius libr. primo de prædestinatione Sanctorum: ibi etenim disputat aduersum eos qui in dubium reuocabant num Canonicus hic liber esset, aitque fuisse ab omni hominum memoria lectum, etiam ab iis qui proxime ætatem Apostolorum excceperũt, *ea*, inquit, *reuerentia qua illũ* *Optat l. 4. tom. 4. B.d.l.PP.*

auctoritatem decet, quod etiam confirmat libro de bono perseuerantiæ, cap.17.

Et lib.2.de Doctrina Christiana duos, ait, eos libros quorum alter Sapientia dicitur, alter Ecclesiasticus, quoniam auctoritatem meretissimo consecuti sunt, inter libros Prophetarum esse numerandos?

Tom.1.Concil. Quid plura? Concilium Carthaginense 3. c. 47. recensens libros Canonicos sigillatim, libros quinque Salomonis enumerat. Cum hac tanta fortissimorum testium legione, quis prudens aduersa fronte certare ausit?

DE ECCLESIASTICO.

CAPVT XXXIII.

1 Pet.1.24. *Ecclesiast.c.14.18.* APOSTOLORVM Coryphæus momentum dictis suis adhibere voluit ex hoc libro desumptum, cum in priore Epistola sua ita infit, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius flos fœni, exaruit fœnum & flos eius decidit.*

Iacob.1.10. S. Item Iacobus eadem in schola politus cap.1. Quoniam sicut flos fœni transibit. His si ita videtur antiquorum Patrum iudicia iungamus.

Clem. Alex. l.1. Pædag. c.8. Clemens Alexandrinus lib. 1. & 2. Pædagogi absolute *Scripturam* vocat: & lib.5. Stromatum cap.5. Salomoni tribuit. Origenes homil. 1. in lib. Iudicum citans octauum Ecclesiastici caput parili modo *Scripturam* appellat, vt & homil. 9. in Ezechielem in medium adducens quod est in cap.10. Quid superbis terra & cinis. Et homil. 8. in Numeros librum Salomoni vindicat, tametsi à Græcis dicatur sapientia Iesu filii Sirach.

D. Basilius in 8. Isaiæ consimili ratione *Scripturam* indigitat: & in Responsione 104. *diuinas literas.*

D. Gregorius Nazianzen. Orat. 2. cont. Iulian. & D. Chrysostomus homil. 33. ad popul. Antiochenum, & prima Parænesi ad Theodorum absolute nominant *Scripturam*.

D. Cyprianus Epistola 65. Salomon in Spiritu sancto constitutus testatur, & docet quæ sit Sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens, ex tota anima tua time DEVM, & Sacerdotes eius sanctifica. Et tractatu de opere & Eleemosyna, Loquitur in Scripturis diuinis Spiritus sanctus & dicit Eleemosynis & fide delicta purgãtur. Idem denuo dicit, sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum.

Ambr. de bon. mort. c.8. l.1. D. Ambrosius, Illud quoque egregium quod Scriptura, ait, Ante mortem non laudaueris quenquam, vnusquisque enim in nouissimis suis cognoscetur.

Optatus.

Digitized by Google

Optatus contra Donatist. In auxilium enim abduxeras Prophetam, in quo lectum est, Sacrificium peccatoris quasi qui victimat canem.

Optat l 4. contr. Donatist. to.4 Biblioth Patrum.

D. Augustinus identidem citat vt ex thesauro diuinorum oraculorũ, & *Scripturam* etiam κατ' ἐξοχὴν vocat. Et lib. 2. de doctrina Christiana cap. 8. ita loquitur, Illi duo libri, vnus qui Sapientia Salomonis, & alius qui " Ecclesiasticus inscribitur, &c. quoniam in autoritate recipi meruerũt, " inter Propheticos numerandi sunt. Et quod attinet ad S. Hieronymũ " adduci in contrarium non potest, nam Epist. 33. perhonorifico diuinæ Scripturæ testimonio cohonestat. Et in Psalm. 73. ait Christum IESVM qui verissima Sapientia est Salomonis ore locutum, & continuo citat locum è 24. cap. Ecclesiastici depromptum.

Citat. Epist 148. de Genes. ad tit. 7. c. 28. to 3. De cura pro mort. c. 17. to. 4. & ad Oros. contr. Priscill. to. 6.

Cæterum animaduertendum est, quod quemadmodum Ezechiæ Regis Amanuenses Prouerbia Salomonis antea sparsa & dissipata collegerunt, & in ordinem certum reuocarunt, vt eiusdem lib. cap. 25. significatur his verbis, Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ Regis Iuda. Et vt Philo quidam Iudæus [alius ab eo, qui post natum Christum floruit] composuit & certa ratione descripsit Sapientiæ Salomonis sententias, vnde multi, vt notat S. Hieronymus, eas Philoni tribuerunt, ita Iesus filius Sirach cum in volumen vnum coegisset, quæ Salomon variis temporibus diuinè pronunciauerat, quæq; tantum Schedis & Aduersariis & communi hominum memoria asseruabantur, non defuerunt qui eum libri Autorem existimarent. Sed ex sanctissimis eruditissimisque viris Cypriano, Ambrosio, Hieronymo & Gregorio aperte constat, hunc librum proprium esse fœtum Salomonis: quis verò vnquam dubitauit, quin libri Salomonis sint canonici?

Cyprian. l. 3. Ep 9. Ambros in c. 7. 1. ad Corin. Hieron. in c. 10. Ecclesiast. Gregor l. 10 moral. c. 14.

DE PRIMO ET SECVNDO LIBRO *Machabæorum.*

CAPVT XXIV.

SATIS quidem nobis esse deberet, quod Concilium Carthaginense tertium, cui D. Augustinus Ecclesiæ magnum decus & lumen interfuit, anno post natum Seruatorem 397. in ordine ponit Canonicæ diuinæque Scripturæ, illos duos libros qui modo in disquisitionẽ veniunt, cum præsertim hoc Concilium sit, deinde in Trullensi Generali Synodo cõfirmatum anno Domini 428. Sed quoniam res nobis est hac tempestate cum iis hominibus qui fidem omnem penitus repudiant, quàm nõ propriæ mentis intelligentia, naturæque vi, & clara luce argumentorũ perceperint, faciendum nobis est, vt difficultates omnes, quæ contra horum librorum autoritatem obiici possunt, breui opera exhauriantur.

Concil Carth. 3. c. 47 to. 1 Concil. *Placuit vt præter Scripturas canonicas in Ecclesia nihil legatur sub nomine diuinarũ Scripturarum. Sunt autem canonica Scriptura Genesis, Exodus, Leuiticus, &c. Machabæorum libri duo.*

Prima verò est, Quod in Indice Hebræorum eos non reperiunt.

Responsio. Esse verò minimè potuerunt, cum Machabæi trecentis post Esdram annis fuerint, nimirum anno ab ædificato mundo 3838. Siquidem Esdras è peritorum opinione, qui temporis & ætatum rationem accuratè descripserunt anno 3583. floruit, quo tempore de consilio Seniorum qui principes tum fuerunt Synagogæ, Canonem descripsit, quem primum seu veterem nominant, secundum ordinem literarũ Hebraicarum dispositũ, qui viginti duos libros Testamenti veteris complectitur. Alter Canon fuit à Iudæis adornatus multis post annis, cui libri Machabæorum & Ecclesiasticus inseruntur: testis Scriptor Hebræorum nobilissimus Iosephus, qui lib. 2. contra Apionem locum vnum ex eodẽ profert tanquam è lege & Canone promptum, qui ad primum illum Esdræ reuocari non potest, quod eius ætate nondum Ecclesiasticus certorum hominũ industria collectus cõformatusq; fuerat, quod potiori sanè ratione de Machabæorũ libris debet intelligi. 2. *Obiectio.* Machabæorum libri in Septuaginta Interpretum versione non reperiuntur. *Responsio.* Septuaginta illi Interpretes centum ac septemdecim annis Ptolomæum Philadelphum præcesserunt circa annum geniti mundi 3721. vt supra fuit demonstratum. Itaque nondum nati prioris libri cognitionem habere non potuerũt Hebraico stylo explicati, nec posterioris scripti Græcè, duo quippe Scriptores ad rerum gestarum memoriam annaliũ monumentis consignandam animum appulerunt. 3. *Obiectio.* Eorum librorum artifex est anonymus & ignotus. *Responsio.* Haud notior est, qui Paralipomena conscripsit, aut libros Iudicum, vel etiam Regum historiam, quæ tamen Commentaria à nemine repudiantur. 4. *Obiectio.*

Euseb. l. 4. c. 25. Melitonis apud Eusebium Canon, nullam mentionem illorum facit. *Responsio.* Qui adfertur à priuatis hominibus Canon, non est eiusmodi, vt cum eo comparandus esse videatur qui à Conciliis exhibetur, editur, comprobatur. Adde quod Melito ne quidem Estherem nominauit, cuius tamen firmissima autoritas orbis terræ iudicio probata fuit.

Euseb. l. 6. c. 19. 5. *Obiectio.* Origenes in suo quoque apud Eusebium catalogo eosdem silentio prætermittit. *Responsio.* Origenes aliàs eos laudat, vt paulo post demonstrabitur, Origenes vnus de multis scriptor est, Origenes suo nimium iudicio tribuit, Origenes eodem in loco nusquam meminit Epistolæ D. Iacobi neque S. Iudæ, secundam item D. Petri, secundam & tertiam D. Ioannis in dubium reuocauit, num igitur hic audiendus videatur? 6. *Obiectio.* Neque in Concilio Laodicensi eorum extat vlla memoria. *Responsio.* Concilia Oecumenica iam à nobis adducta, quæque deinceps proferentur, Prouincialibus longe præponderant. Adde quod id Concilium etiam Apocalypsin prætermittit, cuius tamen plena semper fuit & minimè dubia autoritas. 7. *Obiectio.* Ruffinus in Symbolo suo vt ignotos præterit. *Responsio.* Ruffinus Origenis sectator fuit nouarum opinionum anceps & patronus, qui multis in rebus fœdè aberrauit, vt meritissimo D. Hieronymus illi obiicit.

8. *Obiectio.* D. Gregorius Nazianzenus, S. Cyrillus & Amphilochius in recen-

in recensione sua non collocant. *Responsio.* Sanctissimi illi viri non alios libros recensuerunt quàm qui extra omnem controuersiam & dubitationem erant, omiseruntq; eos de quibus ambigebatur, expectantes Ecclesiæ vocem, quæ rem opinionum varietate obscuram, pro nota & incredibili sua autoritate illuminaret, quod etiam deinde perfectum est, vt & de Cantico trium puerorum, de Tobia, de Iuditha, de Apocalypsi, de Epistola S. Pauli ad Hebræos, aliisque supra memoratis, qui libri disceptantis Ecclesiæ iudicio Canoni inserti sunt, quique à Græcis Deuterocanonici nominati reperiuntur. 9. *Obiectio.* D. Hieronymus in Catalog. Scriptor. & libr. 2. aduersus Pelagium, asserit Iosephum horum esse librorum autorem: nullum autem Iosephi Commentarium Canonicum esse dicendum constans est omnium sententia. *Responsio.* Hoc quidem falso & perfricta fronte Vuitacherus imponit magno Hieronymo: nam in vtroque loco præstans ille diuinusq; Doctor significat Iosephum librum edidisse de pollente dominanteq; Ratione, quæ nimios animi motus & furiosas appetitiones cohibeat, quo in libro gloriosum Machabæorum fatum exquisito orationis colore pinxisset. 10. *Obiectio.* D. Gregorius in Moralibus lib. 19. cap. 17. minimè Canonicos hos libros putat. *Responsio.* More Doctorum, qui nascente Ecclesia viguerunt loquitur, qui vix audebant priuato illos iudicio admittere, quos Vetus Canon minimè tum capiebat, quoadusque rem Ecclesia decidisset. Vrgent, secundi libri Machabæorum Scriptorem, Iasonis Cyrenæi profani autoris historiam in Epitomen redigere. *Responsio.* Veritas omnis è perenni & augusto fonte diuinitatis manat. D. Paulus testimonia Vatum prophanorum nonnunquam interserit, & muliercularum specula olim ad Tabernaculi sanctitatem accommodabantur. Quod ad librum Descriptionum Ieremiæ eodem libro laudatũ attinet, cuius iam quidem nec vola est nec vestigium: argumento id est, non omnes nos Ieremiæ prædictiones commentariosque habere, testis locus ille 27. Matthæi qui Ieremiæ tribuitur, Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati quem appretiauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. 11. *Obiectio.* Libro 1. cap. 16. perscribitur furentem illum Antiochum crudelissimumque populi vexatorem in lectulo suo Babylone mortem oppetiisse: At secundo libro dicitur eundem in Templo incredibiliter excruciatum vitam posuisse. *Responsio.* In primo agitur de Antiocho Epiphane: posteriore verò de Antiocho filio Demetrii maioris: Quanquam & primum caput secundi libri loquitur potius de eo qui copias Antiochi ductauit, atque illum lapidibus appetitum in Templo occubuisse. 12. *Obiectio.* Capite 9. primi libri dicitur Iudas vitam cum morte commutasse anno Seleucidarum 152. & tamen 2. libro, capite primo Iudas idem scribit literas ad Aristobulum Ptolemæi Doctorem anno 188. triginta videlicet sex annis post mortem. *Responsio.* Error est in Iudæ nomine, nam tum quidem illustrari hoc nomine

Hieron in catalog. Scriptorum agens de Iosepho histor. *Alius quoq; liber eius qui inscribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo & Machabæorum sunt digesta martyria.*

Idem aduers. Pelagian. l. 2 *Cui sententiæ omnis Scriptura sancta consentit autoritas. Vnde & Iosephus, Machabæorum scriptor historiæ, frangi & regi posse dixit perturbationes animi, non eradicari.*

Tit. 1. 12. ex Epimenide. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Actor 17. 28. ex Arato. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Exod. 38. 8.

Ioseph. antiq. Iudaic. l. 20 c 18.

nomine & gloriari multi cupiebant, vt inter alios Aristobulus Hircani filius apud Iosephum libro 20. extremo. 13. *Obiectio.* Capite 16. prioris libri Antiochus Babylone moritur. Capite autem 9. l. 2. peregre in montibus miserando fato extinctus est. *Responsio.* Moritur in montibus quod lethali morbo ibidem fuerit correptus, *ita vt de corpore impii vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur, & qui paulo ante sydera cœli contingere se arbitrabatur, cum nemo poterat propter intemperantiam fœtoris portare.* Sed is tandem Babylone animam efflauit, vt ostendunt literæ quas dedit ad Iudæos, in quibus significat, cupere se Antiochum filium insignibus imperii ornare, quod deinde Babylone perfectum est opera Philippi vnius de purpuratis gratiosissimi, adiutore quoque Lysia, qui puerum Antiochum educauerat, nominaueratque Eupatorem. 14 *Obiectio.* Templi lustratio expiatioque solennis ante mortem Antiochi perficitur primo lib. cap. 4. at ex 2. cap. 10. post eius interitum. *Responsio.* Templum quidem restauratum ante obitum Antiochi fuit, postquam iam duos annos funestatum prophanatumque fuisset, idque non obseruato rerum gestarum temporumque ordine secundi libri Scriptor memorauit, postquam iam de fato Antiochi meminisset. quod Pentateuchus, Paralipomena, & Euangelia ipsa, non rarò facere consueuerunt, vt prius ostendimus. 15. *Obiectio.* In priore libro cap. 8. ita scribit de Romanis, Committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia neq; zelus inter eos, quod vt videtur ipsi historiæ & reipublicæ consuetudini aduersatur, cum duos semper Consules haberent, qui summam rerũ singulis annis administrarent. *Responsio.* De Duce & Imperatore bellico agit, cuius auspiciis negotia gererentur, vel etiam forte de Dictatore, penes quem vnum imperii summa potestas sine prouocatione fuit. Quanquam de Consule intelligi quoq; posset, nam cum alternis rem vniuersam procurarent, verum fuit vnius iudicio & prouidentiæ reip. clauum committi. Dici etiam posset autorem loqui ex communi fama, quæ tum per Iudæam late increbuerat. Quod verò de Lysia quidam obiiciunt, futile est, potuit enim ille diuersis temporibus & sub diuersis Principibus rerum habenas tenuisse. 16. *Obiectio.* Excusat se Autor veniamque petit, quod in eam scriptionem cadere non potest quæ à Spiritu Sancto profecta sit. *Responsio.* De dictione loquitur, quam elegantiorem & politam magis esse voluisset. Neque verò Spiritus Sanctus fama & auditione ad scribendum impellitur, & præfatione opus habet & Lectoris captatione, qua vsum tamen videmus Sanctum Lucam in Euangelii sui exordio: nequam amplificationem aut hyperbolica rerum exaggeratione indiget, neque anceps in asserendo hæsitat, aitque *vt mihi quidem videtur*, & similia, quod fecisse videmus D. Ioannem sub finem historiæ Euangelicæ, cum ita loquitur, *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi*

2. Macchab. 9.

Liuius lib. 2 ab vrb cond. initio. *Id modo cautum est ne si ambo fasces haberent duplicatus terror videretur.*

Luc. 1.

Ioan 21 25.

Digitized by Google

scribendi sunt libros. Sed nec Spiritus Sanctus sermonis imperitiam infantiamque suam excusat, quod præstitit Apostolus 2. ad Corinthios, Nam etsi inquit imperitus sermone sed non scientia. *2. Cor. 11. 6. εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.* E quibus tamen colligi non potest, has scripturas minime sacrosanctas, diuinas, Canonicas, & diuino instinctu exaratas fuisse: sed potius dicimus, quod quemadmodum Verbum diuinum æqualis cum æterno Patre substantiæ, diuinitatem omni ex parte infinitam nullo modo imminuit ex naturæ suæ coniugatione cum hac nostra imbecillitate & mortalitate communi: ita Spiritus sanctus vim veritatis semper integram & illibatam seruauit earum rerum quas hominibus singulari beneuolẽtia aperire dignatus est, in mediis humanæ vitæ tenebris & scriptorum infirmitate, quibus sermones suos commisit. Sermones inquam externos patefacit Ecclesiæ suæ & tuetur quamuis tanta sit imbecillitas fragilitasq; humani generis, quemadmodum Verbum intimum summi Genitoris se mũdo exhibuit, cum tam vilis & abiecta foret hominum conditio. Rursum vt naturæ humanæ ratio in omnium sæculorum æternitatem subsistet cum hypostasi diuini Verbi copulata, ita sermonum cælestium veritas Spiritus S. efflatu Ecclesiæ cõmunicata spatio temporum infinito durabit. 17. Obiectio. *August. l. 1. contra Gauden. c. 31.* D. Augustinus scribens aduersus Gaudentium ait considerate & prudenter legendos esse Machabæorum libros, non sunt igitur Canonici. Responsio. Si id sufficit, prima igitur Geneseos capita, totus Ezechiel & Apocalypsis ex Canone eiicientur, nam iudicio & considerate legi debent totius antiquitatis testificatione. Id vero imprimis D. Augustinus dixit, propter Raziæ facinus plenum horroris immanisq; naturæ *2. Machab. c. 14. 46.* potius, quam dignum imitatione, nam cum præfractum animum obduruisset, Ethnicorum propria inanitate impioq; furore elatus, mortem sibi consciscere maluit, quam in manus inimicorum incidere. 18. Obiectio. Est manifesta circumstantiarum dissimilitudo atque disparitas si exquisite & diligenter expendantur prout in vtroque libro sunt positæ. Responsio. Iosephus Scaliger lib. 5. de Emendatione temp. huic difficultati satisfecit, ait enim primi libri autorem secutum esse Iudæorum vsum & consuetudinem in numerandis Seleucidarum annis, qui sic fuerunt appellati à Seleuco Rege, is autem Syriam & Babyloniam moderari summo imperio cœpit anno post Alexandri mortem duodecimo. At secundi libri scriptor secutus potius est Chaldæorum fastos numerandique modum, qui à modo Hebræorum aliquot mensium interuallo secernitur, aliudque habet numerandi initium & descriptionem plane differentem, vnde non mirum si in narrando & eloquendo seiungantur, cum re ipsa omnino conueniant.

19. Obiectio. Ex initio primi libri Alexander Magnus vitam adhuc *Machab. 1. 6. 7. 8. 9.* & spiritum ducens, cum se mortalem reputaret, imperium suum quatuor è familiarissimis dispertiuit, cum profana omnis historia id non nisi post Alexandri fatum euenisse memoret. Responsio. Descriptio quidem illa atque partitio facta fuit ab Alexandro ante dissolutionem vltimum-

que occasum, vel significata potius summis Ducibus & purpuratis, qui tandem post eius mortem splendidum illud imperium lacerauerunt discerpseruntq; in partes, sic tamen vt supremam fortissimi Regis voluntatem atq; iudicium sequendum existimarent. 20. Obiectio. Primum libri scriptor iam inde à limine offendit, ait enim Alexandrum Philippi filiũ primum fuisse qui regnarit in Græcia: quod manifeste falsum est, cum Philippus ipse aliiq; bene multi amplo in Græcia dominatu potiti fuerint. Responsio. Loquitur de illius imperio qui vniuersis Græcis summa potestate præfuerit, nam reuera totius Orientis dominus fuso prostratoque Dario, & primus vniuersæ Græciæ moderator factus est Alexander, quod Græcum autographum liquidius & clarius longe explicat. 21. Obiectio. Capite 1. lib. 2. ita scribitur, Cum in Persidem ducerentur Patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores Dei erant acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, &c. Atqui non in Persidem sed Babyloně ducti in captiuitatem fuerunt. Responsio. Vtriusq; loci vicinitas & confinium cum loquẽdi modum expressit peperitq;, est enim in ipso veluti capite Persidisq; limitibus Babylon, ab eaq; potius quam ab hac vrbe augusti honoris nomen & dominationis Reges capiebant. His adde q̃ pars Iudæorum vere in Persidem fuerit abducta, licet maxima multitudo Babylone hæserit.

Guillielmus Vvitacherus *in disputatione de Sacra scriptura, agens de libris Machabaeorum.*
Iren lib. 5 extremo.
Iren. aduers. hæres. l. 5. c. 30.

Vltima nunc Witacheri restaret Obiectio cuius roboatu cœli vertex & vterq; polus clare personat: exclamat enim Canone 84. Apostolorum fieri mentionem tertii libri Machabæorum. Vt breui dicam, spurius est & suppositius Canon, vt apparet ex eo quod præterea apocryphos libros enumerat & in ordine Canonicorum ponit, nimirum Epistolas & Constitutiones Clementis: Rursum qui Canonici vere sunt deiicit de gradu & exturbat, vt Apocalypsin S. Ioannis, quam non fuisse tum in lucem editam nemo iure dicat, cum sub finem imperii Domitiani scripta fuerit, vt ex S. Irenæo constat. Clemens autem collector Canonum Apostolicorum non nisi tertio Imperii Traiani anno supremum vitę diem confecit, teste Hieronymo, ex æquo igitur illius meminisse debuit cum Euangelio, præsertim cum ex D. Athanasio & Epiphanio S. Ioannes nonaginta annos natus, post reditum è Pathmo Insula Euangelium suum conscripserit, & proxime deinde Apocalypsin. Zephyrinus item qui decimus quintus fuit à D. Petro, Epistola sua prima meminit tantum septuaginta Canonum Apostolicorum, nothus autem hic Canon est octogesimus quartus hoc est decimus quartus post finem.

Vid. Hieron. de vir. illust. in Clemen. Athanas. in synop. vbi de libris quibus contradicitur. Epiphanium hær 51

Concludamus igitur 1. nullam esse rationem veram aut verisimilem, propter quam horum librorum autoritatem repudiare debeamus. Fateamur 2. D. Dionysium indicia memorantem atq; signa quibus Angeli sese hominibus patefecerunt, secundo c. cœlestis Hierarchiæ obiectam speciem recensere Equitis magno armorum splendore lucentis, qui sacrilegium & importunam Heliodori temeritatem punitus est tertio ca. 2. Machabæorum descriptam. 3. Confiteamur Originem Machabæorũ libros

*Origen l. 2. de Princip. c. 1
Cyprian epist. 53.*

libros absolute sub nomine scripturæ laudasse, Luciferum item Calaritanum sacram scripturam nominasse. 4. Idem quoq; fecisse Eusebium, D. Basilium, Ephrem, Gregorium Nazianzen. Ioan. Chrysostomum, Isidorum Pelusiotam, aliosque plurimos à Græcis adductos, & ex Latinis Tertullianum, Sanctos Cyprianum, Hilarium, Ambrosium, Optatum, Prudentium, Hieronymum, Innocentium I. Alcimum, Auitum, Isidorum Hispalensem, & vniuersim probatos fere omnes classicosq; scriptores. 5. Profiteamur D. Augustinum nullum dubitandi locum de Machabæis reliquisse, cum ita loquitur lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 36. Libros Machabæorum non Iudæi sed Ecclesia pro Canonicis habet: & quod inde sequi necesse est, aut ad aliam nos quam D. Augustini Ecclesiam pertinere; aut illos probandos admittendosq; esse, præsertim vero cum capite 1. libri de cura pro mort. haben. hæc addat, In Machabæorum libris " legimus oblatum pro mortuis sacrificium: sed etsi nusquam in scriptu-" ris veteribus omnino legeretur, non parua est Ecclesiæ, quæ in hac cō-" suetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ Deo ad eius " altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorū. " 6. Denique agnoscamus & præ nobis feramus, perperam & inique agere confessionem Geneuensem, quod ad libros Canonicos discernendos & ab Apocryphis distinguendos, nullam aliam regulam esse velit, quam intimum Spiritus S. testimonium, quod quisq; in seipso videtur percipere: atq; id ipsum priuati sensus testimonium pluris faciēdum esse putet, quam totius Ecclesiæ consensionem. Quod dogma puræ putæ fidei incredibile videretur & ad fucum faciendum sic à nobis excogitatum, si verba ipsa tacito silentio præteriremus, quod lubet hic proferre ex Articulo 4. Geneuæ cuso sub insigni fœderis anno 1588. ita vero se habent, Agnoscimus hos libros esse Canonicos & certissimam fidei nostræ regulam non tam propter communem Ecclesiæ cōsensum, quam propter testimonium & internam persuasionem Spiritus S. qua secreuimus illos à cæteris libris Ecclesiasticis, in quibus tametsi vtilissimis, nullus fidei articulus fundari potest.

Lucifer Calaritan. lib. de non parc. in Deum delinq.
Euseb. de præparat. Euang. l. 12 c. 1. & de demonstr. Euang. l. 10. c. 1.
Basil in Constitut. Monast. c. 19.
Ephrem Paraenes. 25.
Nazianz. or. 20.
Chrysost. hom. 37. in Matth. & de verb. Isaiæ Vidi Dom. hom. 4.
Isidor. Pelus. l. 3. epist. 4.
Tertull. aduers. Iudæos c. 4.
Cyprian. ep. 35
Hilarius ad Ps. 125.
Ambros. 2 de offic. c. 29. & 4.
Optatus l. 7. contra Parm. tom. 4 Biblioth. Pp.
Prudent. hym. de S. Vincen.
Hieron. ad c. 23. Isai & 12. Daniel.
Innocent. 1. ep. 3. ad Exuperium to. 1. Concil.
Alcimus Auit. l. 3. de castit. laude.
August. l. 18. de Ciuit Dei, c. 36. 20. 5.

Omnino necesse est longissime à diuina mente & via veritatis eos peregrinari, communi sensu atq; iudicio spoliatos esse, infesto & impotenti animo in Rationem ferri, notas quoq; habere inustas sempiternæ damnationis, qui væcordi atq; furioso impetu se in profundum erroris gurgitem ita proiiciunt. Illa nimirum sunt horrenda præcipitia, in quæ deuius & perturbatus ruit animus, qui se à Christi Seruatoris corpore voluntario diuortio seiunxit, ἀιών ἀιωνι σοφὸς ἱμωγμένη.

Digitized by Google

DE TRADITIONIBVS.

CAPVT XXXV.

QVANDO nobis nulla suppeteret alia ratio probandarum Traditionum, quàm quod eas ab omni hominum memoria, hæreticorum factiones improbarunt, id ipsum satis opinor argueret, admittendas recipiendasque videri, cum præsertim accedit perpetuus quidam vsus, atque consentiens Ecclesiæ vniuersæ. Quod vero impiarum opinionum duces satoresq; hæreseon omnes, post homines natos, præ se tulerint, & palam semper testificati sint, nihil se velle, quod non foret scriptis consignatum, facile ostendi potest.

Ioseph. lib. 13. Antiq. c. 18.

Eufeb. lib. 7 hist. ca. 24. de Paulo Samosateno.

Athanasius, Hieronym. Theodoretus *Passim vbi de Arrianis.*

Basilius. *libro de Spiritu S. c. 25 & lib. 1. contra Eunomium.*

Epiphanius hæresi. 23. *At vero coessentialis vocem penitus reuciunt, nimirum velut alienam à diuina scriptura.*

Augustinus lib 1. contra Maximinum Arrianorũ Episcopum to. 6. initio. *Ha vero voces quæ extra scripturam sunt nullo casu à nobis suscipiuntur.*

Sadducæi inquit Iosephus nihil præter Moysi libros admittebant: Paulus Samosatenus tam plenus erat fastidii & arrogantiæ, vt ægerrime eos audiret qui de maiorum fide deque iis qui superioribus sæculis aliquo genere laudis floruissent, loquerentur: atque adeo vt Eusebius notat petulanti oratione in eos inuehebatur, qui prius diuina oracula sapienter exposuissent. Sanctus Athanasius memorat Arrianos fidei perduelles vocem ὁμοούσιον repudiauisse, quod nusquam in diuinis paginis reperiretur. Quam eandem ob causam ait Diuus Basilius Eunomiani eundem Spiritui sancto cultum & honorem eandemque venerationem quam Patri & filio nolebant deferre. Semiarriani ne pudentiores aliis fore viderentur, consubstantialis nomen incredibili contentione refutabant, vt refert Epiphanius, cum locum peterent diuinarum Scripturarum, vbi id vocabulum esset expressum. Maximinus de Arii schola veterator maximus itemque Antistes, non modo rem ipsam sed verba etiam atque sententias respuebat, quæ distincte in vtroque Testamento aut alterutro non continerentur, & illo dicto Seruatoris se tuebatur, *Sine causa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum*: ita Magnus Augustinus memoriæ prodidit. Pascentius eadem se inanitate pascebat, cuius temeritatem D. August. repressit epist. 174. alioq; in loco Pelagianis obiicit commune ipsorum acroama, *Credamus igitur quod legimus, & quod non l gimus*

legimus nefas credamus astruere. Nestoriani summa contentione pernegabãt nominandam esse Diuam Virginem *θεοτόκον* Dei Matrem, quod ea vox à diuinis Commentariis abesset, quodque in Euangelio appellata sit tantum mater Iesu, cui etiam hypostasin tribuebant, à subsistentia Verbi differentem, vt constat ex Actis Conc. Ephesini, & Actione prima Chalcedonensis, quibus item è locis facile percipitur, consueuisse Eutychen sciscitari, quo scripturæ in loco duarum in Christo naturarum significaretur distinctio.

Iacobitæ ex Nicephoro, Patres omnes pro nihilo habebant: Henric⁹ Tholosan. & Petrus Abaillardus, vt suis scriptis religiosissimus Bernard. prodit, Ecclesiæ Traditiones contemnebant: Lollardi genus hominum superbum & arrogans, doctorum interpretationes constanter & aperte abiiciebant, & vt leues & inanes ducebant, quidquid vero scriptum nõ esset, opinabantur blasphemiam, Wiclefus autem hæresim.

Martinus Lutherus aduersus Britannum Regem scribens clare de se pronunciat, quidquid obstrepant atq; immurmurẽt Patres, Angeli, hões magnifice se de Papistis, Thomistis, Henricistis, deq; omni mortalium natione triumphaturum, facile se dicta illorum omnia & consuetudines illusurum: nihili facere mille Augustinos & mille Tertullianos; Cyprianum & Augustinum, vt mortales alios, labi & errare potuisse, & reapse in fraudem fuisse inductos: sua dogmata æterna stabilitate duratura, Papam autem ruiturum. Wolfangus Musculus in locis Cõmunibus vltro & sponte profitetur à se neminem stare Patrum antiquorum neque eorum autoritati atq; iudicio mancipari velle, væcordium esse vel hebetũ ad eam confugere. Petrus Martyr diserte ait futuros semper homines errori obnoxios, quandiu Patrum & Conciliorum sententiam sequentur. Laurentius Humfredus in vita Iuelli insolenter ita scribit, *Quid rei nobis cum Patribus, cum carne & sanguine? aut quid ad nos attinet quod Episcoporũ Pseudosynodi constituunt?* Ioannes Sommerus, *Antiquitas in qua nos damnari obiectant, nihil habet ponderis.*

Scriptura tamen diuinitus inspirata quam vnam audiendam esse volunt, docet plane & iubet contraria. Est imprimis id Deuteronomii effatum, *Interroga patrem tuum & annũciabit tibi, maiores tuos & dicẽt tibi.* Et alias, *Audi fili mi disciplinam patris tui & ne dimittas legem matris tuæ.* Et fideles oẽs Regii vatis ore respondent, *Deus auribus nostris audiuimus, Patres nostri annũciauerunt nobis, opus quod operatus es in diebus antiquis.* Et apud Isaiam, *Pater filiis notam faciet veritatem tuam.* Quod vero id non modo salutare consilium sit verum etiam Dei iubentis imperium, Ieremias ostendit, cum sic inquit, *State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Quamobrem sapienter Ecclesiasticus, *Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum,*

 Præterea

Idem August. epist. 174. ad Pascentium contra Arrianos. to 2.

Acta Conc. Ephes. Cyrillus Socrates, & cætera vbi de Nestor.

Niceph lib. 18. c. 52. S. Bernard. *de Petro Abailardo epist.* 190. *& de Henricianis epist.* 240.

Thom. Waldensis. *tom. 1. doctrina* 3.

Martin. Luth. aduers. Regem Angliæ. *Ego aduersus dicta Patrum, hominum, Angelorum, dæmonum pono non antiquum cõsensum non multitudinem hominum, sed vnius maiestatis æterna verbum, Euangeliũ, quod ipsimet coguntur probare, hic sto, hic sedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho, hic insulto Papistis, Thomistis, Henricistis, & omnibus portis inferi, ne dũ dictis hominum quantumlibet sanctorum, aut consuetudini fallaci: Dei verbum est super omnia, diuina maiestas mecum facit vt nihil curem si mille Augustini, mille Tertulliani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent, &c. Muscul. in loc. Comm. cap. de Script. Sacr.*

Ioann. Sommerus contr. Petr. Carolum l. 1. c. 1.

Deut. 32. 7.

Prouerb. 1. 8.

Psalm. 43. 1.

Isai. 38. 19.

Ierem. 6. 16.

Eccles. 8. 11.

Præterea videamus, si à suscepta à diuina mente humani generis natura, cum pollenti filio Dei placuit, exaggeratos & splendidissimos cœli honores, ad infirmitatis nostræ conditionem demittere, nos inuisere, nos affari, & lætissimo hominibus nuntio dicere *Ecce adsum*: videamus inquam, si ad alium nos quempiam remittit, quam ad suum Verbum tātum, intueamur quid ea de re magni Apostoli docuerint, quid efflorescens deinde Ecclesia sit secuta.

Ioan.16.

Salutis nostræ parens & vindex Christus Ioan.16. ita eos affatur, *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso sed quæcunque audiet loquetur & quæ ventura sunt annunciabit vobis: ille me clarificabit quia de meo accipiet & annunciabit vobis.* Et cum turbæ discipulisq; suis loqueretur Matth.23. *super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi*, non edicit, *Omnia ergo quæcunque legent vel è scripturis commemorabunt, sed quæcunq; dixerint vobis seruate & facite, opera vero eorum nolite facere*, D. Hilarius hoc eodem sensu locum hunc adducit in Psalm.2. atque adeo animaduertit quod tametsi Moyses scriptam legem Hebræis reliquisset, eum tamen clam & priuatim arcana multa magnaq; mysteria Testamenti docuisse septuaginta Seniores, qui postea de manu quod aiunt in manum plurima in omnem posteritatem propagarunt, eorum opera, qui in Cathedra Moysis legitimi successores sedissent: proinde Christum Dominum statuisse vt mos illis gereretur, quæcunque tandem ex officio imperarent. Sed quid super ea re senserint fecerintue Apostoli videamus.

Matth. 23.2.3.

Hilarius Psalm. 2.
Erat iam à Mose antea institutum, in omni synagoga septuaginta esse Doctores Nam idem Moses, quamuis veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamē separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat, cuius doctrinæ etiam Dominus in Euangeliis meminit, dicens super Cathedram, &c. Doctrina ergo horum in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc sensorum & numero & officio conseruata est.

Cum Paulus & Silas lustrarent Ecclesias vt à D.Luca perscribitur, iubebant imprimis Apostolorum iussa & monita Seniorum seruare, φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων. Et cum Apostolus ipse diuinæ mentis internuntius prædicatione ornare vult fidem & virtutem Corinthiorum, *Laudo vos fratres*, inquit, *quòd per omnia memores mei estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea* παραδόσεις, *Traditiones seruatis.* Traditiones autem illæ de quibus loquitur erant quibus modis orandū & supplicandum esset, aut sanctissima Eucharistia suscipienda, quæ rationes nullis in monumentis & commentariis erant perscriptæ vt docet Epiphanius, & S.Ioan.Chrysostom. Vbi etiam obseruabit Lector Græcam vocem κατέχειν signare curam & industriam maximam, qua in seruandis Traditionibus vtebantur.

Act 15.4 & 16.4.
1 Corinth 11 2.
τὰς παραδόσεις κατέχετε.
Epiphanius hæresi 61.
Chrys in eum locum prima ad Corint & in 2. ad Thessalon. orat. 4.

Adhæc perspicuum est & expressum recipiendarum Traditionum præceptum in 2. ad Thessalonicenses cap.2. vbi sic habetur, *State & tenete Traditiones quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram.* Quo ex loco octaua Synodus Action. vltim. Canon. 1. Traditiones & ius non scriptum probat.

Theod Bezæ Annot. in 1. ad Cor. 11. v 2.
Retinetis κατέχετε, *id est, summo studio obseruatis: Is enim declarat præpositio* κατ. *Quædam vulgatæ editionis exemplaria legunt, Tenete, imperandi modo.*
2. Thess. 2.15.

Neque vero à mente Apostolorum, veterum Patrum & Doctorum sensus opinioq; dissentit, quorum necesse est distincte & explicate sententias hic proferamus.

S.Dionysius Areopagita cap.1. cœlestis Hierarchiæ de Apostolis verba fa-

ba faciens, quos sacrosancti muneris Duces appellat, ait illos nobis reliquisse supremarum cælestiumq; rerum documenta, partim scriptis, partim non scriptis institutionibus. D. Irenæus lib. 3. contra hæreses cap. 4. copiosissime disputat de vtilitate & necessitate Traditionum, ostenditque multas fuisse nationes, in media Barbaria positas, quæ sine charta & atramento, Christi Seruatoris legem obseruarent, intimo in animo salutem circumferentes, custodientesque summa cura atque studio Traditionibus antiquis.

Ἄγε ἐμοῦ ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν.

Clemens Alexandrinus lib. 5. stromat. c. 4. cum Apostoli locum attulisset Romanis præsentiam suam pollicentis, ad recondita quædam explicanda, quæ literis inquit aperte commendari non poterāt, subdit, cognitio ipsa est quę per successionem ad paucos ab Apostolis absque scripto tradita peruenit. Et c. 9 lib 7. asserit, quod quemadmodum olim homines Circæo poculo fiebant animantes & belluæ, ita spreta Ecclesiæ Traditione superbi homines & opinionibus inflati in laruas & monstra hæreseon commutantur.

Clemens Alexander l. 5. Strom. c. 2. *Cognitionis adiſi tum in epiſt. l. quoque ad Romanos tacite significans inquit,* Desidero enim videre vos, vt aliquod vobis donum impertiar spiritale, vt vos confirmemini. *Non poterant aperte literis scribi euiusmodi dona, ipsa est, quæ per successionem*

καὶ γνῶσιν παραδοῦναι μεταδοῦναι τοῖς παροῦσι αὐτοῖ διὰ ἐπιστολῆς. tum subdit, *cognitio ad paucos ab Apostolis, absque scripto tradita peruenit.*

Origenes homil. 5. in Numeros orationem pandit suam, & excurrit ad ea explicanda, quæ sine testimonio vllo diuinæ scripturæ, & expresso imperio, in Ecclesiæ vsu retinentur: quale est flexis genibus preces Deo fundere, spectare ad Orientem, rite ministrare & Christiano more excipere Eucharistiam, piis ceremoniis baptismum impertiri, aliisq; honestis laudatisq; consuetudinibus inseruire: *Omnia hæc inquit vel velata portamus super humeros nostros cum ita implemus eos & exequimur, vt à magno Pontifice atque eius filiis tradita & commendata suscepimus.* Et Tract. 29. in Matth. *Non in illis credere debemus nec exire à prima & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesia Dei tradiderunt nobis.* Et in c. 6. epist. ad Romanos speciatim animaduertit tingendorum puerorum consuetudinem, ab instituto & disciplina Apostolorum manasse. Et rursum li. de Principiis, hanc regulam omnibus sæculis commemorandam exhibet, *Cum multi sint qui se putent sentire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur vero Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita vsque ad præsens in Ecclesiis permanens: Illa sola credenda est veritas quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.* Totidem ille verbis eximie ratiocinatur.

Eusebius Cæsariensis ad Marcellum scribens Episcopum Ancyranū, ait Ecclesiam ad extremas vsque oras terrarum, fidem confirmare, testimoniis partim scriptis, partim non scripta traditione.

Eusebius Cæsariensis cōtra Marcellum episc. Ancyr. *Ecclesia à finibus terræ vsque ad fines extenditur, & ex diuinis scripturis testimonia ex non scripta traditione confirmat.*

S. Athanasius vetat alia responderi Nouatoribus, quam quod ea quæ in dies comminiscuntur Ecclesiæ non conueniant, quodque Patres paria non senserint. D. Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 27. dogmata Ecclesiæ monet ad nos peruenisse, tum traditis maiorum institutis, tum prodita monumentis doctrina, vtrumque vero æqua vi pollere, ad animos nostros pmouēdos, tuendamq; religionē: repudiari à nemine posse, nisi

Athanasius epistola ad Epictetum. *Hoc solummodo respondere ad ea sufficit, quod ista non*

Digitized by Google

nisi ab eo, qui iura Ecclesiæ nesciat: nam alioqui si liberum & solutum esset cuique, non scriptas consuetudines abiicere, ruituram illico prædicationem Euangelii, nihilque nobis præter nomen relictum iri. Necesse quoq; futurum, vt quæ sunt ad salutem opportuna, vel necessaria damnemus, & vel ipsum crucis trophæum è naturæ finibus exterminemus, cum signum crucis nulla scriptura vel imperet vel suadeat, tam eximium tamen & illustre, tamque vsitatum in pio ceremoniarum choragio, quibus Christum veneramur. Disputans autem aduersus Eunomiũ lib. 1. *Quid tu inquit narras? non dabimus plus antiquitati? non reuerebimur Christianorum multitudinem tam eorum qui sunt quam eorum qui fuerunt, ex quo Euangelium prædicatum est? nullam rationem dignitatis eorum faciemus qui omni spirituali gratia claruerunt?* Et homilia contra Sabellium, Arrium & Anomæos, nullum firmius habet argumentum quam vt eos reuocet ad traditionem, quam nominat κυριακὴν παράδοσιν, *Dominus*, inquit, *ita docuit, Apostoli prædicarunt, Patres obseruarunt, Martyres confirmarunt, satis tibi sit vt dicas quemadmodum edoctus es.* Et epist. 61. mœrens hæc ait, *Dogmata Patrum contemnuntur, Apostolicæ traditiones annihilantur, recentiorum hominum inuenta Ecclesiis inseruntur.*

sint Catholicæ Ecclesiæ, neque ista patres nostri senserunt

Basilius magnus de Spiritu S. c 27.

Dogmata quæ in Ecclesia prædicantur quædam habemus è doctrina scripto prodita, quædam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio: id est in occulto tradita recipimus, quorum vtraque parem vim habẽt ad pietatem, &c.

S. Cyrillus Hierosolym. Catech. 5. *Videte inquit fratres vt seruetis traditiones quas nũc accepistis, & in latudine cordis ea describite, vt cũ pietate eas custodiatis.*

Βλέπετε οὖν ἀδελφοὶ καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς νῦν παραλαμβάνετε, καὶ ἀπογράψασθε αὐτὰς εἰς τὸ πλάτος τῆς καρδίας ὑμῶν τηρήσαντες μετ᾽ εὐλαβείας, &c.

Epiphanius hæresi 55. *Termini nobis positi sunt & fundamenta & ædificatio fidei & Apostolorum traditiones & scripturæ sanctæ, & successiones doctrinæ & vndiquaq; veritas Dei munita est: & nemo decipiatur nouis fabulis. Et hæresi 61 Oportet autem & traditione vti. Non enim omnia à diuina scriptura possunt accipi: quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione S. Apostoli tradid. runt, quemadmodũ dicit S. Apostolus.* Sicut tradidi vobis, *& alibi*, sic doceo, & sic tradidi in Ecclesiis. Et hæres. 69. Respondete nobis Arrii discipuli, *ingenitum* dicimus omnes simul Patrem & *increatum*, & admirabilis est dictio scilicet, vbi itaque est dictio hæc scripta? ostendite dixit locum: neq; enim lex dicit, neq; Prophetæ, neq; Euangelium, neq; Apostoli: si itaq; pie dicimus dictionem non scriptã, estq; recepta dum pro gloria Dei dicitur, quis nos reprehenderit etiamsi non esset vox coessentialis scripta? Et hæres. 75. agens de precibus Deo fusis mortuorum causa, Ecclesia inquit necessario hoc perficit traditione à Patribus accepta, quis autem poterit statutũ matris dissoluere aut legem Patris? velut Salomon dicit, *Audi fili sermonẽ Patris tui & ne repudies statuta matris tuæ.* Ostẽdens per hoc, quod & in scriptis, & sine scripto, docuit Pater hoc est Deus & vnigenitus, & Spiritus sanctus, mater autem nostra Ecclesia habet in se posita indissolubilia.

Sanctus Ioannes Chrysostomus Oratione quarta in 2 ad Thessalonicenses illam diuini Apostoli sententiam exponens, *state, & tenete traditiones, Hinc est*, inquit, *perspicuum quod non omnia per epistolam tradiderunt, sed multa etiam sine scriptis, & ea quoque sunt fide digna, quamobrem Ecclesiæ quoque traditionem censeamus esse fide dignam, EST TRADITIO, nihil quæras amplius.*

Cyrillus

Cyrillus Alexandrinus homil.8. heortastica, *Traditionem Ecclesiæ quasi thesaurum quendam in penetrali cordis recondens amplectere, occupationes Deo gratas.* Et in Apologetico ait proprium esse illorum qui ingenuo liberaliq; sunt animo, iudicium facile suum accommodare ad communem Sanctorum Patrum sensum, qui tanquam armaria quædam fuerunt Spiritus Sancti, & mundi lumina. Ioannes Episcopus Antiochenus scribens ad Nestorium, grauissimo dicto, Græcorũ Patrum testimonia in hac quæstione concludit, sic ergo inquit, *Nulli nos periculo exponimus si ea sentimus & loquimur quæ Doctores in Ecclesia Dei celeberrimos sensisse & docuisse certo nouimus.*

Ioan. Episcopus ep. ad Nestor. in Concil Ephes. p. 197. edition. Rom.

Tertullianus lib. de coron. milit. capita multa cõsumit in explicandis vtilitatibus maximis, & necessitate Traditionum, cumq; secundo capite fontem & originem peruestigasset variarum ceremoniarum Baptismi, oblationũ pro mortuis, & signi crucis, hæc addit cap.3. *Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules Scripturam nullam inuenies, traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix & fides obseruatrix.*

Tertull. de coron. cap. 2. 3. & 4.

D. Cyprianus refractarios & contentiosos homines ad eum amandat, qui dixit, Qui vos audit, me audit, S. Ambrosius lib.3. de fide cap.7. *Seruemus præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula ausi rudi temeritate violemus.* Et serm.3. de Quadragesima, non eandem esse rationem quadragesimæ ait & quinquagesimæ, quod neque diuinis literis iubeatur, neque traditione confirmetur.

D. Hieronymus Luciferianos orationis vi exagitans cap.4. perspicue illis ostendit, communem Ecclesiæ consensum vim præcepti obtinere, nec minus Christianorum mentes astringere, quàm quæ scriptis produntur, talem fuisse cõsuetudinem ter in aquam mergendi illius caput, qui lauacro salutari tingeretur: eidem post lac & mel prælibandũ concedere, die Dominico & per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere, & multa huiusmodi, quæ diuinarum literarum monumentis non commendantur. Et in Epist.28. ad Lucinium, *Traditiones*, inquit, *Ecclesiasticæ, quæ fidei non officiunt, ita obseruãdæ vt à maioribus traditæ sunt.*

Hieronymus aduers. Luciferianos c 4. *Etiamsi Scripturæ auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partẽ consensus instar præcepti obtineret. Nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis vsurparunt: velut lauacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ significationem die Dominico, & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere, multaq; alia quæ scripta non sunt, rationalis sibi obseruatio vindicauit.*

D. August. lib.1. aduers. Cresconium Grammaticũ, de baptismo hæreticorũ disputans, dilucide probat, omnem Ecclesię consuetudinẽ, quę generatim apud Christianos in vsu est, tametsi nullo Scripturæ loco definiatur, Scripturæ tamen autoritate niti, quæ iubet vt Ecclesiæ præcipienti obsecundemus. Et vt cognosci facilius queat, vtrum aliqua Traditio ab institutione Apostolorum manet, an aliunde proficiscatur, hanc certissimam regulam profert lib.4. contra Donatistas cap.24. *Quod vniuersa*, inquit, *tenet Ecclesia nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, nõ nisi autoritate Apostolica traditum rectissimè creditur.* Et lib.7. c.53. memorabilem hanc sententiam pronunciat, *Nobis tutum est in eo non progredi aliqua temeritate sententia quæ nullo in Catholico Regionali Concilio cœpta, nullo plenario Concilio*

August lib.1 contra Cresconium Grammaticum c.33. loquẽs de baptismate hæreticorum. *Quamuis huius rei certũ de Scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen Scripturarum etiam in hac re, à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarũ Scripturarum commendat auctoritas.*

cilio terminata sunt, id autem fiducia securæ vocis asserere quod in gubernatione Domini Dei nostri & Saluatoris Iesu Christi vniuersalis Ecclesiæ consensione roboratum est. Et contra Iulianum Pelagianum, *Oportet vt populi Christiani eloquia Sanctorum vestris prophanis nouitatibus anteponant, eisque potius eligant adhærere quàm vobis.* Et lib. 1. cap. 1. ad inquisit. Ianuar. *Illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel à plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas commendata atque statuta retineri.* Et Epist. 86. ad Casulanum, *In his rebus, de quibus nihil certi statuit Scriptura, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt.*

Vincent. Lirinens. aduersus hæres. cap. 3.

Vincentius Lirinensis colophonem imponit huic testimoniorũ recensioni, quæ Patrum Latinorũ autoritate sumuntur. Eius verba plena Spiritus maximiq; ponderis hæc sunt, In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est vt id teneamus quod ab omnibus creditum est. Hoc est enim propriè vereq; Catholicũ, quod ipsa vis nominis ratioq; declarat, quæ omnia verè vniuersaliter cõprehendit, sed hoc ita demum fit, si sequamur vniuersitatẽ, antiquitatem & consensionem. Sequemur autẽ vniuersitatẽ hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per terrarum orbem cõfitetur Ecclesia. Antiquitatem verò si ab his nullatenus sensibus recedamus quos Sanctos Maiores ac Patres nostros celebrasse manifestum est. Consensionem quoq; itidem si in ipsa vetustate omnium Sacerdotũ pariter & magistrorũ definitiones sententiasq; sectemur. Quod si licet aliquando sacris testimoniis profanas quoq; Sapientum autoritates coniungere, quod sine dubio licet, quandoquidẽ, vt alio loco dictũ est, veritas omnis à Spiritu S. tanquam à proprio fonte fluit, Lycei princeps lib. 3. Politic. c. 11. clarissimè edicit bene moratã ciuitatem administrare debere partim bonis legib. partim sapientia clarissimi alicuius viri. Et lib. 5. Ethic. c. 4. Magistratum, ius animatum vocat, opinor significãs, ius scriptum quasi exangue atq; emortuum esse, quod autem consuetudinis est morisq; firmari, vigere semper & efflorescere. Itaq; politias omnes videmus, communesq; res bene institutas, Spartanorũ, Atheniensium, Romanorum, tum scriptis, tum etiam moribus regi consueuisse, & in portum illum otii & felicitatis prouehi. *Hoc ius nostrum,* inquit Vlp. *constat aut scripto aut non scripto, vt apud Græcos* τῶν νόμων, οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι quod Budæus interpretans, τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ νομικὸν dixit, & apud virum sapientissimũ Græciæ longeq; doctissimum Platonẽ lib. 6. de leg. ἄγραφα νόμιμα. Cum verò istæ non scriptæ consuetudines ad religionem pertinerent, à Latinis, autore Festo, mos dicebantur, vnde istæ loquendi rationes manarunt, in more positum, agere more maiorum, aliæq; similes.

Vlp. l. 6. D. de inst. & iure.

Festus de verb. signific. *Mos est institutum patriũ, pertinens ad religionẽ moresque maiorum.*

Et quidem si ea tantum facienda hominibus essent quę monumentis sunt literarũ cõsignata, quid tandem præstare Ecclesia debuisset, iam inde ab Adamo vsq; ad Mosen, bis mille sexcentis & sexaginta nouem annis? quę fuissent eius in religione functiones, à Mose vsq; ad Christum mundi

mundi Seruatorem? quot fuere virtute præstantes & eximia sanctitate, extra populũ Hebræorum, sine diuinis vllis Commentariis, vt animaduertit S. Augustinus? Et post legem codicillis cõprehensam, quis Iudęos ignorat traditionib. vsos & patrio more fuisse? quis tam hospes & peregrinus est in veteri memoria qui nesciat, Scripturam S. priusquã Esdras in lucem venisset, nondũ in certa volumina redactam, nondũ libris distractam & dispositam, vt haberi cõmode posset? itaq; sæpe eueniebat vt reperiri vix posset, vt constat ex Lib.4. Reg.c.22. Cui non lectum aut inauditum est huiusmodi Traditiones, siue non scriptas consuetudines & instituta, nominari ab antiquis solere δευτερώσεις, vt videre est apud D. Hieronymum in 8. caput Isaiæ, & in Epist. ad Algasiam. Hoc præterea notũ est atq; certũ, à Christi Domini temporibus, diutissimè Ecclesiam sine scriptis floruisse, teste S. Ireneo, quem paulo ante asserentẽ audiebamus, sua tempestate plurimas fuisse nationes, Christianis moribus imbutas, quæ à diuinarum literarum voluminibus desertæ, in solis Maiorum institutis conquiescebant.

Sed vt iis respondeamus, qui obstinato animo defendũt, Scripturam omnia complecti ad felicitatẽ & beatam vitam necessaria, & seipsa contentam esse, sine ope & subsidio Traditionũ, aut loquuntur illi de vnoquoq; libro separatim, aut de Canonis vniuersa comprehensione: si primum, sequitur necessariò fidei nostræ intelligentiam cuiuscunq; tandẽ libri terminis definiri, quod manifestè falsum est, nam D. Ioannes nihil de suscepta à Christo humana natura, nihil de natalitiis eiusdẽ, nihil de adoratione Magorum, de fuga in Ægyptum, deq; omni pueritia Seruatoris memorauit. Si de Canone vniuerso intelligunt, etiam consequitur res multas ad salutẽ necessarias nobis deesse, plurimi enim desiderantur libri authentici, vt tanto ante aureo flumine orationis monuit D. Ioan. Chrysostomus, vt & facile probari etiam posset, è 3. libro Reg. vbi mentio fit trium millium parabolarũ, & quinq; millium versuum Salomonis, & ex 1. libro Paralipom. vbi Nathani Vatis libri, & Gadi Videntis volumina citantur. Item ex 2. libro Paralipom. vbi in medium proferũtur verba eiusdem Nathani, libri quoq; Ahiæ Silonitæ vnà cum visione Addonis; præterea ex Epist. ad Coloss. vbi Apostolus iubet epistolam suam ad Laodicenses legi Rhodiis, nisi quis velit dicere, eam Laodicẽsium ad S. Paulum, non huius ad illos fuisse Epistolam.

August lib 2. de pecc.
Origen cap.24. & lib.18. de Ciuit. Dei cap 47.
Exod 13. v.14.
Deut.31 46.
4 Reg c 22.13.

Hieron in Isai cap.8. *Summa igitur & Hillel nõ multo prius quàm Dominus nasceretur orti sunt in Iudæa: quorum prior dissipator, interpretatur: sequens verò profanus: eo quod per traditiones & δευτερώσεις suas, legis præcepta dissipauerint.*

Idem Hieron epi ad Algasiam q. 10. *Quantæ traditiones Pharisæorum sint, quas hodie vocãt δευτερώσεις, & quàm aniles fabulæ, euoluere nequeo: neq; enim libri patitur magnitudo: & pleraq; tam turpia sunt, vt erubescam dicere.*

Lib 3 c 4.

Ioan Chrys hom 7. in c. 2 epist. 1 ad Corint. *Magna librorũ copia periit & pauca ex priore captiuitate volumina extiterunt, quod ex reliquis captiuitatibus planè constat. Etenim, inquit Apostolus, quod à Samuele, & qui secuti sunt Prophetæ, omnes locuti sunt de eo, quæ tamẽ nõ certo feruntur. Paulum autẽ vtpote legisperitum, & à Spiritu locutum, credibile est omnia proculdubio cognouisse. Et quid ego captiuitatem memoro? Nam etiam ante captiuitatem multa abolita sunt librorũ volumina cum Iudæi in vltimam prolapsi sunt impietatem. Quod in calce quarti Reg. manifestè deprehenditur: Liber enim Deuteronomii vix maiorum nostrorum temporibus inuentus est in luto obrutus.* Citat Epiphanius epistolam Pauli ad Laodicenses, scribens aduersus Marcionitas, vt fatetur Beza in Annotation. ad vltim. capitis vlt. epistolæ ad Coloss.

Adhæc, nullũ est in diuinis literis imperiũ, nullum admonitum, quo Deus quatuor Euangelistas animũ ad scriptionem appellere suum præscripserit: quin potius Sacra historia testatur, inuitos & pęne coactos, & arrepta subito occasione id præstitisse. S. Matth. vt refert Euseb. aggressus id est, vt eorum quæ docuisset, monumentũ Hebræis & certum pignus relinqueret, tum cum peregrè abiturus esset ad barbaras natio-

Digitized by Google

nes illuminandas, quod quidem multis annis post occasum Seruatori contigit. D.Marcus, vt idem ait Eusebius, in scriptionem incubuit, non tam ex propria mentis inductione, aut D.Petri imperio, quam quod Romani id diuturnis precibus efflagitassent. Et agens de S.Luca, testatur religiosissimũ hunc virum ad scribendam historiam impulsum, quod tum multi monumentis quædam proderent, quæ ignorarent ipsi, quæ forent penitus à veritate aliena. Et quod ad D.Ioannem attinet, iam didicimus, non nisi admodum senem & pæne iam ætate confectum, ad texenda rerum gestarum monumenta, operam suam contulisse, ad id autem fuisse compulsum, Episcoporum totius Asiæ precibus & obtestatione, vt grassantem Ebionitarum hæresim impiasq; opiniones confutaret.

Eusebius lib 3 histor. c.18. *Solus Matthæus & Ioannes nobis quadam monumenta literis prodita post se reliquerunt: Quos etiam fama est necessitate quadam adductos, se ad scribendũ contulisse.*

Idem paulo post. *Lucas quoq; in ipso sui Euangelii principio causam, cur illud contexere sit aggressus, proponit, &c.*

Rursum si diuina Scriptura omnia ad salutem necessaria persequitur, vbinam agit de remedio peccati originis, tum pro fœminis Veteris Testamenti, tum pro maribus qui non percepta circuncisione supremum vitæ diem morte conficerent? Vbi Scripturæ monitiones de salute Ethnicorũ Mosaicæ legis temporibus? Denique, vbi scriptura, quæ Scripturam authenticam pronunciet? vbi vox diuinarum literarum, quæ quatuor Euangelia nostra discriminet ab Euangeliis Thomæ, Bartholomæi & Nicodemi, cum illi aut Apostoli Christi fuerint, aut discipuli, quod neque de S.Marco dici potest, neque de S.Luca?

Quam tu mihi Scripturam proferes, quæ doceat, præferendam esse Epistolam ad Rom. illi quæ ad Laodicenses scripta fuerat, cum D.Paulus scribens ad Colossenses, huius mentionẽ faciat, illius autem nusquam? Quis locus diuinarum literarum Caluino persuasit, D.Iacobi Epistolam vere Canonicam esse, vt impotentem Lutheri temeritatem coerceat, qui stylo furiali stramineam eam nominauit?

Mart.Lutherus præfat. in nouum Test. quæ extat in Germanica versione editionis primæ. *D Iacobi verè straminea est Epistola, si ad alias comparetur: non enim habet Euangelicum genium.*

Quid plura? an est quisquam tam imperitus, tamq; insolens consuetudinis atq; vitæ, qui nõ videat planeq; sentiat, multa esse, quæ tametsi scripta nõ sint, firma tamen persuasione credamus? Exempli gratia, Exorcistæ quondam fuerunt, qui genios infandos ab hominũ corporibus exigerent, vt ex Actis Apostolorũ constat, vbinam verò eorum institutio reperietur? In quo Mosis volumine, quibus sacrorũ Vatum prædictionibus, quo Veteris Testam. in loco, cõsuetudo Hebræorũ illa notata est, qua in Paschate vnum de facinorosis liberabant? qua fœderis antiqui pagina continetur, in eo ipso fœdere celebrando cum aqua sanguinem permiscendum esse ad populũ aspergendum? quem sanè ritum D.Paulus cap.9. Epist. ad Hebræos, æternæ hominum memoriæ propagatã esse voluit. Iam si Nouum Testam. intueamur, vbinam Apostoli symbolum fidei mirabili breuitate & diuino iudicio struxerunt, priusquam ad suam quisque prouinciam, desponsumque munus obiret, vt expresse aiunt Sanctissimi Patres Clemens, Irenæus, Augustinus, vt innuit D.Ambrosius, vt Ecclesia omnis nullo dubio profitetur? Quo in loco reperimus S.Sanctum à Patre & filio vt ab vno principio procedere? aut eo die qui proximè Sabbatum consequitur, quemque Dominicum appellamus,

Hebræorum 9.v.7.

D.Clemens epist 1. ad Iacobum fratrẽ Domini. *Christo resurgente, & ascendente in cœlum, misso S.Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, Symbolum quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisq; quod sensit, dicẽdo, condiderunt, vt discedentes ab inuicem hanc regulam per omnes gẽtes prædicarent.*

Irenæus lib. 1. aduer hær. ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καί περ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως

mus, augusto ritu sacrificādum esse? vbi etiam explicatur licite cruorem edere, tum auium, tum aliarum animantium quæ suffocantur? cum tamen in naturæ lege id prohiberetur Genes. 9. Mosis item iure scripto Leuit. 17. Et in Euangelica disciplina Actor. 15. Quis euincit diuinæ paginæ auctoritate Baptismi formam apud nos vsitatam, aut vnicam esse, aut certe omnium optimam, cum Apostolorum coryphęus diserte Actor. 2. præcipiat, ***Baptisetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi.*** & cap. 8. vbi dicitur Samaritanos hac eadem forma fuisse tinctos. & 19. plurimos cum Paulum diuine loquentem audiuissent in nomine Iesu fuisse baptismi vnda elutos? Quis Spiritus sancti Amanuensis scriptum reliquit, à ieiunis sacram esse mensam ineundam, mane ad Eucharistiam accedendū, ante vsum rationis infantes pueros Ecclesiæ fonte purgandos, imponēda iisdem nomina, & fideiussores in baptismo capiendos? Quare cum Scripturam Apostolus prædicat 2. ad Timoth. non ait illius complexu omnia contineri, aut eam solam ad salutem esse necessariam, sed esse ὠφέλιμον, vtilem & commodam, cuius ipsa verba operæpretium est vt in medium proferamus, ita vero habet; ***Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.*** Vbi Lector animaduertet paucis verbis quatuor illustres contineri probationes, contra errores impios huius æui, vtilitatem Scripturæ distinctam à necessitate absoluta, bona opera, diuinorum mandatorum facilitatem & Christianæ perfectionis, cum gratiæ & verbi Dei ope atque præsidio.

περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη παρὰ δὲ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα.

Gen. 9 4.

Leuit. 17 v. 10.

Actor 15. v 29.

Act 2. v. 38.

Act. 8. v 14. 15.

Act 19. v. 5.

2. Tim. 3. 16.

πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ.

V. 17. ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

Hæc cognita penitus animoque pertractata, spem quandam in animum inducent, futuræ partiū conciliationis, vt ego opinor, haud exiguam. Imprimis enim vltro admittent omnes Traditionem in diuinis literis habere fundamentum. Secundo, Traditionem seruare nihil aliud videri, quam Scripturam ipsam in vsum actionemque reuocare. Tertio quidquid fidei aptum & consentaneum est, id recipiendum & probandum. Quarto. Illud vero cognosci & intelligi posse, cum nihil in Traditione continetur, quod Scripturæ diuinæ repugnet. Deniq; summa animorum conspiratione cum D. Augustino concludemus, Insolentissimæ esse insaniæ contra ea disputare velle quę vniuersa obseruat Ecclesia per omnem orbem terrarum: qualia sunt inter alia pia & honesta religionis officia, quadragesimæ solennis obseruatio, certis diebus à carne abstinentia, peruigilia, & alia quæ spectant ad ieiunium Ecclesiasticum, de quibus iam instituta ratio monet vt agamus, & rem ipsam ante oculos ponamus, quo ægris mentibus quantum consequi fas & æquum est, fiat satis, cum ex effato magni Apostoli omni hominum generi debitores simus.

Ad Conciliationem via.

Ad Rom. 1. 14.

σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί.

Digitized by Google

DE QVADRAGESIMA, QVATVOR TEMPORIBVS, PERVIGILIIS, ABſtinentia diei Veneris atque Sabbati, deque aliis Eccleſiæ ieiuniis.

Capvt XXXVI.

PRo ieiunio verno dierum quadraginta, quod vnum obſeruamus, quodque delicati nimium hæretici & cuticulam ſuam curantes aſpernantur, Montaniſtæ tria inducebant, in gratiam trium Seruatorum, quos vaniſſime ſibi animo & opinione depingebant: adeo verum eſt, errorem atque vitium moderationis limites ſuperare, & progredi ſemper ad extrema. Manichæi ridiculi magis in eo genere & inepti fuerunt: nam cum omnia totius anni ieiunia ſepulta eſſe vellent, & incredibili audacia tollerent, Dominico die abſtinebant. Eorum deinde veſtigia ſecutus eſt Euſtathius, vt Socrates lib. 2. hiſtoriæ memorat. Aerius Ponticus liberam cuique ſolutamque eſſe cupiebat, illam in cibo & potione temperantiam: igitur quadragintadiale ieiunium aliaſque eſuriales ferias ab Eccleſia indictas repudiabat, cũ tritum illud adferret, *Non enim ſumus ſub lege.* Mahometes, ſolenne quadraginta dierum ieiunium in menſtruum commutauit, quod Lunare appellant.

Hieron. ad Marcellam.

Epiphanius, Auguſtinus & Damaſcen. de Aerianis.

Waldenſes omnem illam ſponte ſuſceptam ieiunitatem reſpuebant, damnabantque ſigillatim. Flagellantes vnum tantum exceperunt priuilegium Natalitiorum, & alterum quod diem Aſſumptæ virgini ſacrum antecedit.

Qui rationis ſunt atque iudicii compotes, ſequuntur vſum & conſuetudinem Eccleſiæ, ab omni hominum memoria ſtabilitam. Nicænum Concilium omnium ſententiis & opinione firmatum, ſolennis ieiunii

Concil. Nicen. 1 Can. 5.

Digitized by Google

iunii meminit, vt etiam & Laodicenum, S. Ignatius in Epistola ad Philippenses, S. Irenæus, Origenes, Tertullianus, S. Cyrillus Hierosolymitanus, S. Athanasius, S. Basilius, S. Gregorius Nyssenus, S. Ioannes Chrysostomus, Epiphanius, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Gregorius, S. Bernardus, omnis deniq; antiquitas, à qua docemur quinque præcipuas ob causas id fuisse institutum. 1. Vt illius temporis interuallo cum Deo versemur, exemplo Mosis atque Heliæ, imo & ipsius Seruatoris. 2. Vt attentius cum animis nostris reputemus, Redemptionis nostræ clarissimum & maximum beneficium, eodem ipso tempore humano generi tributum. 3. Vt exquisitos Seruatoris nostri cruciatus, suscepta vltro afflictatione comitemur. 4. Vt ad solennes Paschæ dies celebrandos, animos instruamus, & puriores ad diuinam mensam accedamus. 5. Vt fortius cum hostibus belligeremus, perditosque eorum conatus frangamus, cum præsertim Dæmones quidam sint in hominum perniciem armati, qui non nisi oratione & ieiunio vinci & domari possint.

Proferamus hic partite atque disposite quorundam Patrum sententias, quibus intelligamus quanti semper hoc fecerint quo de agimus Quadragesimæ ieiunium.

S. Athanasius in Epistola ad Orthodoxos grauiter & meritissimo queritur de Arrianorum insolentia, qui pulsatos & verberibus affectos Sacerdotes in carcerem coniecerant, Virgines Deo consecratas vexarāt, multisque aliis in rebus exprompserant crudelitatem. Illud autem tam immane sacrilegium ex eo maxime dicendo amplificat, quod Quadragesimæ tempore, paulo ante Christi à mortuis excitati memoriam esset patratum. D. Basilius homil. de ieiunio, præsertim secunda, ait legem & institutum quadragesimæ in vniuerso terrarum orbe, & vel media armatorum in acie promulgari. S. Ioannes Chrysostomus illis ipsis verni ieiunii diebus, doctas & pias in Genesin commentationes pro concione explicauit. D. Ambrosius serm. 23. de hac ipsa materia, huius institutionis rationem reddit: & serm. 36. cum ad eorum dierum obseruationem cohortaretur, ita infit, *Non leue peccatum est fidelibus indictum quadragesimam à Domino violare & ieiunia consecrata ventris voracitate dissoluere. Scriptum est qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Si vis ergo Christianus esse, debes quod Christus fecit facere. Ille qui peccatum non habebat quadragesimam ieiunauit, tu non vis quadragesimam ieiunare qui peccas? Ille inquam peccatum non habebat, sed pro nostris ieiunauit peccatis. Qualis ergo apud conscientiam tuam Chri ianus es cum Christo pro te esuriente tu prandes? cum Saluatore pro te ieiunante tu reficeris? Non igitur sicut dixi leue peccatum est indictum vi lare ieiunium.*

Sanctus Hieronymus Epistol. decima quarta ad Marcellam, paucis id quidem verbis, sed memorabilibus dicit, *Nos vnam*, inquit, *quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus.*

Quid.

Concilia vero cel. ... ... v... um quidem ante Quadragesimam Paschæ, ... omni dissentione sublata, munus offeratur Deo purissimum, secundum vero circa tempus Autumni.

Concil. Laodicenum c. 50. Non oportet in quadragesima quintam feriam vltima hebdomada ieiunium dissolui, & totam quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare, & esse in abstinentia conuenientibus, id est, aridioribus, vti.

Iren. epist. ad Victorem apud Eusebium l. 5. c. 24.

Orig. homil. 10. in Leuiticū.

Tertull. lib. de ieiunio ca. 2. & 13.

Cyrill. epist. 1. & 18. Athanas. epist. ad Orthodoxos.

Basil. orat. 2. de ieiunio.

Nyssenus orat. de ieiunio.

Chrysost. hom. 1. in Genesim. & 73. ad populum.

Epiph. in compen. doctrina.

Ambros. libr. 1. de Noe & arca, c. 13.

Hieron. in 18. Isaia in epist. ad Latam, de instit. filiæ, & in epist. ad Marcell. contra errores Montani.

August. epist. 119. ca. 15. & in Psal. 110.

Greg. Magn. homil. 16. in euang.

Bernard. sermone de quadragesima.

Matth. 17. 21.

Basil. homil. 2. de laudib. ieiunii. *Nec vlla est insula nec vlla terra continens, nō ciuitas, non gens vlla, non extremus mundi angulus, vbi non sit auditum ieiunii edictum: quia & exercitus, & viatores & nautæ, & negociatores, omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt.*

Leg quadraginta C de feriis *Quadraginta diebus qui auspicio cerimoniarum Paschale tempus anticipat. omnis cognitio inhibeatur criminalium quæstionum.* L. de feriis. *Prouinciarum præsides moneantur, vt in quæstionibus latronum, & maxime Isaurorum, nullum quadragesimale tempus nec venerabilem Pascha diem existiment excipiendum.*

Quid dicemus de Leg. *Quadraginta diebus* Cod. *de feriis*, qua Valens & Gratianus Imperatores Christianis Iudicibus prohibent, ne quadragesimæ tempore reum vllum mortis supplicio afficiant. Hæc pietatis plena fuit Constitutio, sed impietas & facinorosorum hominum multitudo, qui per vias grassabantur effecit, vt eā coacti Honorius & Theodosius abrogarent, qui permiserunt Iudicibus, vt iis diebus possent etiam de latronibus, atque sicariis, qui scelere & maleficio pascuntur, pro suo munere cognoscere, cum non raro eueniat, vt quod est diuinitus institutum, Dei causa relinquendum videatur.

Aug. l. 4. de baptis. c. 24. *Quod vniuersa tenet ecclesia, nec conciliis institutum: sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.*

Atque huiusmodi probationes cum perenni Ecclesiæ Catholicæ vsu coniunctæ, facile persuadent, solennis ieiunii obseruationem potius quam eiusdem comprobationem, difficilem & laboriosam futuram. Et tametsi nos aliæ rationes omnes deficerent, cum sit communis totius Ecclesiæ consuetudo, certe vt Apostolorum Institutum atque traditio admitti debet, ex regula superius allata D. Augustini, ex eo nimirum cōsuetudinem aliquam à traditione Apostolorum manare colligi, cum & totius Ecclesiæ consensione seruatur, & ea de re nullius Concilii decretum, & expressa monumentis auctoritas reperitur. Quis autem non videt huiusmodi esse, tam salutaris tamque honesti moris institutionem?

De Vigiliis.

D. Augustinus habet serm. 1. in vigilia S. Ioan. Bapt. etiam in vigilia SS. Petri & Pauli.
D. Bern. habet sermo. in vigilia natiuitatis Domini, in vigilia SS. Petri & Pauli. in vigilia S. Andreæ.

Quod attinet ad ea ieiunia quæ ad peruigilia dierum festorum adhibentur, intelligi etiam facile potest à tempore Apostolorum qui religionem suis omnibus partibus dispositam & ornatam reliquerunt, in vsu fuisse, tum ex eadem ipsa Regula iam explicata, tum etiam è Menologiis Græcorum & Romanorum Martyrologiis, & ex Homiliis sanctorum Patrum, quas ad populum in Peruigiliis habuerunt, ita nominatis, quod noctem omnem quæ sacrum diem præcederet, vigilando consumerent, precando, legēdo, hymnos cantando & alia pietatis munera obeundo quæ ieiunio comitabantur. Illi autem sancti & religiosi Christianorum cætus fiebant in locis Deo cōsecratis, quæ illi Oratoria, Memorias, Limina, Templaque dicebant.

De 4. Temporibus.

Zach. 8. 19. *Ieiunium quarti, & ieiuniū quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, lætitiam, & in solennitates præclaras*
Exod. 32 19.
Dan 12. 11.
ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ.
4 Reg. 25. 9. 10.

Fiunt & quatuor anni tempestatibus ieiunia, de quibus sciunt imprimis omnes, olim apud Hebræos celeberrima huiusmodi quatuor fuisse, Ieiunium 4. 5. 7. & 10. mensis.

Ieiunium quarti fiebat decimo septimo Iunii quem Tammuz nominabant institutum ad fractarum legis tabularum memoriam conseruandam, quod præterea iis temporibus continuum sacrificium interruptum fuit, Epistemon legis commētarios in flammas iniecit, Idolum in Templo collocatum fuit.

Ieiunium quinti 9. Iulii obseruabatur, quod eo die vrbs Hierosolymitana & augustissimum templum nefario igne conflagrarant, Chaldæis primum, deinde Romanis malleolos iniicientibus, qui Betheram quoq; ciuitatem funditus euerterūt. Item quod illo ipso die Mosi denūciatum fuit, neminem eorum qui cum ipso ab Ægypto erant egressi, in beata promissionis terra pedē positurū, duob. exceptis Iosue & Calebo.

Ieiunium

Digitized by Google

Ieiunium septimi alias Godoliæ dictum, fiebat die tertio Tizri, eam maxime ob causam, quod tum Godolias filius Ahicæ & Saphami nepos vna cum suis comitibus interfectus in Maspha occubuit. Id contigit mẽse Septembri, qui primus anni fuit ex antiqua numerandi consuetudine, quod vt Rabbini docent, sub Autumnum mundus conditus, & iisdem temporibus, Noe generis humani reparator ex arca egressus est. Ratione tamen Neomeniarum festorumque celebrium, & variarũ obseruationum quæ spectabant ad religionem, mensis Nisan, hoc est Martius, primum in Calendario locum obtinebat ex diuino imperio, quod 12. Exod. repetitur.

Ieiunium decimi in decimum diem mẽsis pariter decimi incidebat, qui mensis Hebræis Teuet, hoc est, December fuit; In eo ieiunabatur, quod tum Babylonius Rex superbissimo delectu comparasset copias ad Ierosolymam obsidendam. Habebant & aliud die 2. eiusdem mensis in gratam septuaginta Interpretum memoriam Philone teste in vita Mosis. Atque de hoc ieiunio decimi mensis intelligendus est D. Lucas Act. 27. ita scribens; *Cum iam non esset tuta nauigatio eo quod ieiunium iam præteriisset*, hoc est, hyems iam adulta esset, cum iam in Capricorno sol domicilium suum haberet.

Est autem verisimile quatuor temporum ieiunia eodem mense initium habuisse, quod tum Ordines sacri conferrentur, fuit autem consuetudo, vt ante manuum impositionem, illa cibi vacuitas assumeretur, mox addita ea, quæ Veris æstatis & Autumni sunt propria, vt eo modo principes anni partes illi consecrentur, cuius arbitrio vniuersæ vitæ momenta fluunt, & à quo firmam & immutabilem æternitatem speramus. S. Athanasius in Apologia de fug. facit mentionem ieiunii Pentecostes, quod è quatuor numeratis vnum est. S. Leo sermon. 8. de ieiunio decimi mensis eam cõsuetudinem ad Traditionem reuocat Apostolorum, quæ sane reiici & refutari non debet, ab iis, qui Martis bellorumque ieiunia cupide exhauriunt, quę variis temporibus à Synodis & graui cœtu Consistorianorum indicuntur.

De abstinentia diei Veneris & Sabbati.

Quod attinet ad hebdomadariam abstinentiam, consentiunt omnes, Veneris diem, ad Seruatoris nostri mortẽ, & afflictationes in memoriam reuocandas pie destinari, & vt eo ipso ad redemptionis nostræ singulare beneficium cognoscendum inuitemur. Reliquum nunc est vt ex veteri quopiam auctore ostendamus, id etiam in Mercurii & Sabbati diebus obseruatum fuisse.

Epiphanius inter Græcos in Compendio doctr. sic ait; *Quarto vero & Prosabbato ieiunium statutum est vsq. ad horam nonam.* Et Tertull. scribens cõtra Psychicos lib. de ieiun. c. 4. *Cur stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus & ieiunii parasceuen.*

De Sabbato interrogatus S. Hieronymus à Licinio Boetico, an eo die ieiunos esse oporteret, & an quotidie communicandum esse videretur, respondit Epist. 28. quod ad primum quidem attinet, traditam ab

 Apostο-

DE ABSTINENTIA, QVOD ATTINET AD CIBORVM DELECTVM & qualitatem.

CAPVT XXXVII.

NICOLAITÆ & Valentiniani tam longe & late proferebant libertatem Euangelicam, & lintei illius laciniam quod cœlitus D. Petro fuit patefactum, vt sine scrupulo animique religione, Idolothyta, hoc est, fictitiis Ethnicorum Diis oblata comederent. Aerius nunquam tam cibi potionisque fuit appetens, quam cum ieiunium indiceretur, neque tantis cupediis fruebatur & exquisito mensæ apparatu, quam cum pio & communi more Catholici esurirent. Iouinianus grauis nimirum auctor & arcanum nescio quid redolens, ieiunium nullius esse meriti aiebat. Faustus autem Manichæus tam proiectus in asseuerando fuit, vt doctrinam mali Dæmonis esse diceret, è Stygia schola haustam & libatam, à certis cibis abstinere.

Iren lib. 1. c. 1 & 27.

Epiph. de Aerianis hær. 75.
Hieron. lib. 1. contra Iouinianum
August. 1 de hæresibus ad Quodvult-Deum hær. 82.
Idem lib. 3. cap. 3 & 4. contra Faustum.
Guido de Valdensibus errore 22.
Trithemius in Chronica Hirsaugiensi de an. 1315.
Lutherus serm. partim de simulachris, & p. de ciborum delectu. Ecce quia tu carnis esū mihi interdicis & ex libertate mea præceptum facere conaris, ob eam maxime rem, & vt tibi deleat, iam vescar carne.

Waldenses cum frontem perfricuissent, interrogabant, quo tandem in loco vindex hominum Christus & liberator, ciborum vsum prohibuisset. Lollardi omni tempore carne vescebantur, etiam die Veneris sancto. Lutherus certis illis diebus abstinentiæ Christianæ dicatis, & præsertim in Quadragesima, dedita opera ingurgitare se cupit, tum vt libertatem retineat suam, tum vt Papa disrumpatur. Ecclesia tamen in ea re nihil iubet quod non sit & diuinis oraculis consentiens, & Patrum institutis communique omnium nationum consensu, atq; ratione ipsa probatum.

Gen. 2. 16.

Primus ciborum delectus atque discrimen, quod quidem in hac rerum vniuersitate notatum fuit, ab ipso Numinis ore manauit, cum Adamo sic infit, *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo morte morieris.* Iterum ipse

S.Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 4.sic ait, Ieiunamus à vino " & à carnibus abstinentes, non quod oderimus hæc tanquam abomina- " tiones, sed quod præmium expectamus vt sensibilia despicientes, spiri- " tuali deinceps & intellectuali mensa fruamur, & nunc seminantes in la- " crymis, in futuro sæculo cum exultatione metamus. Epiphanius hæresi " 75. citat Apostolorum constitutionem iisdem prope verbis quibus eam lib.5.legimus cap.19. vbi dies ascribuntur, quibus nihil omnino edendum est, alii verò notantur dies, quibus aqua, Sal, panis assumi queunt: diebus autem Veneris excolẽdum ita esse ieiunium, vt exceptis Paschatis & Pentecostes diebus tantum aqua, panis, & herbæ adhibeantur. Aliàs idem Epiphanius cum fore dixisset vt pro laboris ratione quisque præmium reportaret, adiungit, quosdam ita ieiunare, vt à volatilibus & omni animantium genere sibi temperent, imò neq; ouis & lacte vtantur: alios verò illustriori quadam sanctitate, qui nec pisces nec coctum aliquid esitent: seueriores etiam quosdam qui nec ipsum panem attingant fructibus arborum contenti.

Idem Epiphan. in compend. doctrina.

Theophilus Alexandrinus qui 3.sæculo florebat, homil.3.in Pasch.ita loquitur, Ne in procinctu & prælio, vbi labor & sudor est, necessarius, carnium edulio delectemur. D.Ioan.Chrysostomus hom.2.in Genesim quam in solenni verni temporis ieiunio habuit, nusquam ait se videre tumultus & lasciuientium clamores, vel carnium concisiones, vel coquorum discursus, ciuitatem autem imitari honestam, continentem, sobriamq; Matronam. Et Serm.1.de Ieiunio, *Cuius, inquit, gratia occisi sunt filii Aaron sacerdotes? nonne quia in ministerio vinum gustarunt? qua erat lex Nazaræorum? nonne abstinere à vino & omnibus quæ inebriabant?* Deinde cum exemplum attulisset Danielis qui se à carne vinoq; abstinebat, adiungit, Ita nimirum ieiunat Ecclesia: videsne in Veteribus Christianæ vitæ modum? Et hom.6.ad populum Antiochen.quid pia & laudata consuetudo possit in eo maximè animaduertit, quod Christiani exquisita supplicia potius & dirissimos cruciatus, mortemq; ipsam perpeterentur, quàm vt vetitos cibos in Quadragesima attingerent.

Tom.3. Biblioth. Patrum.

Chrys. hom. 6. ad populũ Antiochen. *Ἀλλ' ὅμως, ὅτως συνήθεια δυνατὸν πρᾶγμα, καὶ δύσκολον, ὥστε παραγενομένης τῆς νηστείας, κἂν μυριάκις παρακαλῇ, κἂν μυρία ἀνάγκη, καὶ βιάζηται, ὥστε μεταλαβεῖν οἰνοποσίας ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν μὴ νενομισμένων ἀπογεύσασθαι, πάντα αἱρεῖται παθεῖν τις, ἢ τῆς κεκωλυμένης ἅψασθαι τροφῆς.*

S.Cyrillus Alexandrinus perfidiosum Iulianum arguens, illum monet id non fieri, quod cum Pythagoræis existimemus, è variis corporibus migrare animas, sed vt corporis lasciuiam coerceamus, domemus appetitiones aduersus rationem excitatas, & vt liberius in diuinis rebus contemplandis versemur. Theodoretus in Epitome diuin.Decret. cap.de Abstinent. notat quæ sit inter abstinentiam hæreticorum, & Ecclesiæ differentia, illos enim opinari cibos natura sua immundos esse Catholicos autem duci pietate & religione, idq; diuinæ menti perquam gratum & acceptum videri, si præsertim ex voto fiat.

Cyrillus Alexand. contra Iulianum lib. 7. *Abstinuerunt autem à nonnullis, vt dixi, mensis, ad deteriora propensionem remorantes, & carnis lasciuiam compescentes, ita vt & mentis oculũ magis subtilem haberent, quo fide contemplari certius possent, quid inculpate habeat, & à sacris legibus non abducat.*

Idem Scriptor quiddam in eam rem memorat prodigii simillimum,

libidini & petulantiæ continentiam. Atq; hoc idem cōmutatis verbis D. Augustinus respondit lib. 30. contra Faustum, cap. 5. docet autem nō ideo abstinere à cibis Catholicos, vt damnandos abominandosq; velint: sed vt corporis viuidam vim & gestientes motus coerceant, solutoq; animo piæ precationi dent operam. Et Tractat. in Ioan. Apostoli sententiam exponens, *Quia omnis natura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarū actione percipitur*, sic intelligendam esse ait, vt procreatę res omnes in se quidem bonæ sint, modo in vsu ipso neq; Deus, neq; proximus offendantur. Et paulo post addit, vt cognoscamus nō creaturam ex se malam nos reos & maculatos efficere, sed potius effrænatam cupiditatem atq; inobedientiam, animaduertendū, inquit, est non propter adipatum porcū, sed pomi frustum, à primo parente deriuatū in omnem posteritatem fatum mortis & interitum, neq; Esau fartæ gallinæ causa, sed exiguæ lenticulæ, primogeniti iure spoliatū. Idem Serm. 64. de Temp. moneri omnes ait in Quadragesima ab iis abstinentes quæ alioqui licita forent, vt diligentius ab illicitis sibi temperent. S. Fulgentius paria cum D. Hieronymo & Augustino geminaq; scribit disertè significans locum illum Apostoli nullo modo cum Ecclesiæ vsu pugnare, quod abstinentia non tam pollutos cibos reformidemus, quam vitæ puritatem castimoniamque appetamus: quod etiam luculentius repetit cap. 42. eiusdem libri, vt Lector ad marginem, si lubet, videbit.

Fulgentius Ruspensis Episc. de fide ad Petrum cap. 3. circa finem.

Vnicum exemplum Antiquorum in hoc genere pietatem & religionem comprobabit. Constantinopolitani vnius anni curriculo summa caritate & omnium rerum inopia fuerunt vexati: cumq; solennis ieiunii tempus appeteret, quod de more continuos dies quadraginta complectebatur, & fames vrgeret: Imperator Iustinianus in ea panis tanta penuria, carnes in foro venales proponendas edixit, sed frustra, vt memorat Nicephorus, nullus enim in tanta populi frequentia & multitudine repertus est, qui vel emeret, vel ederet, cum incredibili ardore pietatis mortem potius sibi oppetendam existimarent. Causæ verò huius tam late patentis religionis, communisq; in Ecclesia pietatis, duodecim omnino numerantur, è Patribus omnes depromptæ.

Nicephorus l. 17. c. 32.

Imprimis quadragintadiale ieiunium, vt supra copiosius fuit expositum, iuuat maximè, vt ad festos Paschæ dies celebrandos comparemur, & quantum tenuitas nostra patitur, Seruatoris ieiuniū imitemur, Mosis quondam atq; Heliæ ieiunio adumbratum. 2. Diei Veneris seu ieiuniū siue abstinentia, Christi Domini mortē & afflictiones in mentem reuocat, & æternū illud diuinumq; beneficium, quo miserabiliter addictos in libertatem vindicauit. 3. Eadem est diei Sabbati ratio, dum subiicitur ante oculos filii Dei sepultura, descensusq; ad inferos, item S. Virginis grauis & acerba corporis animiq; afflictio, fuga deniq; & Apostolorum formido. Et quoniam Mercurii die consilium initum fuit, de necando eo, qui morte sua vitam nobis immortalem peperit, etiam eo die, vt paulo ante D. Augustinus docuit, ieiunium in Oriente seruabatur,

quod

Digitized by Google

tum modo, hoc est huiusmodi actiones illius legibus aduersari, quæ vt Dei Sponsa & communis omnium nostrum parens, diuinitus potestatem iusque accepit, nos mandatis suis obligandi.

DE CINERVM CEREMONIA DEQVE LVCE EIDEM REI CONSECRATA.

CAPVT XXXVIII.

ELIPHAS Themanites, Baldat Suites, & Sophar Naamathites, vt est in diuinis oraculis, condixerant, vt venientes amicum suum Iobum consolarentur: *Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suũ in cælum.* Esther cum Amani importunam crudelitatem Iudæorum ceruicibus imminentem vellet auertere, incredibiliter afflicta, *regias vestes deposuit*, vt Sacræ historiæ verbis vtar, *fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis: omniaque loca in quibus antea lætari consueuerat crinium laceratione impleuit.* *Iob 2. 11.12.13.* *Esther 14 2.*

Cum Ieremias quoque vellet Hierosolymitanorum animos excitare ad deplorandam vrbis suæ vastationem, quam animo iam diripiendam euertendamque prouiderat, sic aiebat, *Filia populi mei accingere cilicio & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super nos.* *Ierem. 6. 26.*

His testimoniis & antiquo vsu admoniti, qui temporibus Tertulliani in communi omnium luce pœnitentiam agerent, è nota Ecclesiæ institutione & præscripto, cilicio & sordibus obtegebantur, cineri incubabant, corpus illuuie inobscurabant, deformabant ora atque vultus, plangore & lamentis complebant omnia, dies & noctes lacrymabantur se lapsos, bonorum omnium opem implorabant, denique accidebant ad genua Episcoporum & Presbyterorũ, & incredibili animi demissione scelerum suorum veniam petebant.

Tertull lib de pœnit c 9. *Itaque Exomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiæ illicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœrorib. deiicere, illa quæ peccauit tristi tractatione mutare, cæterũ pastum & potũ &c.*

D. Cyprianus tractatu *de lapsis* elegantissime ostendit esse maximè cõsentaneum, vt comæ & cincinni qui signum veluti quoddam ad libidinem extulerunt, sine ornamentis iaceant & cineribus oppleantur, oculi

qui penicilli ductu lineamenta exceperunt lacrymis immadeant, os & venter qui sese auide in cibos ingurgitauit, dometur ieiunio, vt quæ diuini Spiritus pulcherrimo instructu ornatuq; spoliata sit, splendida monilia elaborataq; deponat, qui vestem caritatis atq; innocentiæ paludamentum abiecit, sacco & cilicio deformetur, qui diuinæ menti displicuit, deinceps placere hominibus ne vehementer exoptet. D. Ambrosius haud absimili oratione vtitur scribens ad virginem lapsam, quam monet iisdem modis esse diuinæ iustitiæ faciẽdum satis, quibus immensam & interminatam illam bonitatem offenderat, & videri sanè æquissimum, vt corpus quod Spiritui faces ad improbitatem admouerat, sit deinceps diuini Spiritus instrumentum, ad perficiendam innocentiam animiq; sanctitatem: cum Deus ambidexter esse videatur, hoc est tam potens ad expromendam seueritatem, & eos meritis suppliciis coercendos, qui scelus non agnoscunt suum, quam liberalis, comis, & humanus, ad eos inexplicabilibus bonis cohonestandos, qui à malitia cupiunt emergere.

Ambros. tract. ad virginẽ lapsam c. 8. *Deinde lugubris tibi accipienda est vestis, & mens ac membra singula digna castigatione punienda. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstiterunt: defluant oculis lachrymæ, qui masculum non simpliciter aspexerũt. Pallescat facies, quæ quondam viruit impudice. Denique totum corpus iniuriis & ieiuniis maceretur, cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, &c.*

Conciliũ Agathense sub Symmacho 3. ca 15. refertur canon pœnitentes 63 Dist 50. *Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuũ & cilicium super caput à sacerdote (sicut vbiq; constitutum est) consequuntur: Si autem comas non deposuerint aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur. Et nisi digne pœnituerint, non recipiantur.*

Canon in capite Dist 50 refertur tanquã ex Concilio Agathensi à Burchardo, Iuone & Rhebaldo Cardinali. *In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu & vultu protestantes, &c.*

Concilium Agathense in *Canon. Pœnitentes* citatum, *Distinct.* 50. statuit & describit quæ & quales deberent esse corporis vexationes & pœnitẽtiæ ante absolutionem susceptæ: & Canone sequenti docemur in more fuisse positum vt primo die Quadragesimæ deducerentur ad Episcopũ illi omnes qui publicam obire pœnitentiam debebant hoc qui sequitur modo. Si vir fuit, barba illi radebatur, attondebantur comæ, vili centone induebatur, nudis pedibus, cilicio opertus, capite demisso languidoque vultu, ad Ecclesiæ fores Episcopo sistebatur. Si fœmina, veste amiciebatur minimè pretiosa, maculosa potius & famulari, certe iis non absimili quas Nonnæ ferunt, cilicio horrens, pedibus etiam nudis, prono in terram vultu: Antistes Sacrorum hominum choro septus illos excipiebat, aqua lustrali aspergebat, cinerem iniiciebat in capita, quamquam essent obituri pœnitentiam significabat. Tum è vestigio ab Ecclesia eiiciebantur in vicinum locum, quem à fletu & mœrore Græci πρόσκλαυσιν nominauerunt: neque fas erat in templum eis introire, nisi tempore concionis, ad diuinas monitiones audiendas, idque etiam seducto loco & separato, vna cum Catechumenis fiebat; quem locum dicebant Ἀκρόασιν; Porrò continuus ille mœror fuit atque vexatio toto Quadragesimæ tempore, vsque ad Sacram Domini cœnam, quo die & absolutionem percipiebant, & in ore atque luce populi cum Ecclesia reconciliabantur.

Quis igitur reprehendat, si cum Ecclesia graues ob causas atq; iustas publicam pœnitentiam remouerit; Christiani omnes veteris illius instituti memores & religione excitati, solennis ieiunii exordio, saltem cineres

Digitized by Google

neres Presbyteri manibus excipiant, vt exterior illa actio, intimi sit doloris argumentum, quem propter numen offensum sentiunt, & acerbæ necis gratia, quam Christo omnium Seruatori intulerunt? nam id quidem filii Dei immortale beneficium, quod nulla dies inobscurare debet, iis maximè temporibus ad cogitandum cognoscendumque proponitur.

DE CEREMONIIS GENERATIM.

CAP. XXXIX.

DVRA sanè & calamitosa est eorum parentum conditio, quibus liberi obtemperare minimè volunt, nisi prius cur vnumquodque imperetur audiuerint. Ecclesia bona omniũ parens in acerbam eam fortunam adducitur, in hac temporum iniquitate, & superbarum mentium insolentia: Sed quoniam innatam sibi retinet comitatem facilitatemque singularem, qua sobolis diuinitus generatæ curiositati se fragilitatique accommodat; age videamus, an fastidiosi arrogantiusque elati iis rationibus velint acquiescere, quas illa pro Ceremoniarum vsu proferre solet.

Atque imprimis quod Ecclesia vniuersa, sponso absente, queat non modo leges & iura condere, quæ obligent, sed nouas item ceremonias, ad diuinum cultum pertinentes inducere: ille solus ambiget aut in controuersiam reuocabit, qui Scripturam sacram non intelligit, aut de illa ipsa dubitat.

Cap. 28. Geneseos, Iacob nullo diuino imperio excitatus lapidem tulit quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper, appellauitque nomen vrbis Bethel, hoc est Domus Dei. *Gen. 28. 18.*

In Estheris Commentario Synagoga nouum quoddam festum de consilio Mardochei instituit quod singulis annis celebrabatur 14. & 15. die mensis Veadar, qui noster est Februarius. In Actis etiam Apostoli decernunt vt Gentiles Christiano more lauacro abluti, à sanguine & suffocatis abstinerent, quod tamen non nisi Iudæis erat præscriptum, quorum leges filii Dei morte iam irritæ abrogatæque fuerant. Eodem in libro cap. 1. sorte Matthiam elegerunt, cum nullo Scripturæ testimonio, quod notari quidem possit, ad id tentandum aggrediendumq; impellerentur. Et cap. 4. 5. & 6. bona in commune veniunt, Ananiam & *Esther c. 9. 18 19 & 21. Act. 20 21. 25. Abstineant se à contaminationibus simulachrorum & fornicatione, & suffocatis & sanguine. Act. 1. 26.*

 Sapphi-

Sapphiram D. Petrus fato extremo addicit, Diaconos septem Apostolī renunciant. Sabbatum item cuius sanctissimam quietem rerum omniū parens Deus Exodi 20. præceperat, in Dominicum diem solius Ecclesiæ autoritate mutatur. Nouæ item atque nothæ religionis homines plures habent ceremonias in verbi Dei administratione, in cantu atque symphonia, in impertiendis Sacramentis, quæ nunquam visæ aut in vsu fuerunt, priusquam Geneuensis Catechismus & mirabilia illa Decreta in lucem venissent.

Exod. 20. 9. 10. *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo.*

Act. 8. 16. *Baptizati tantum erant in nomine Iesu.*

Matth. 28. 19. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Matth. 5. 17.

Act. 15. 19. 28. 29. *Visum est Spiritui Sancto & nobis, &c.*

Facile igitur omnes consentient, Ecclesiam hanc habere potestatem, modo vt supra dictum est, Scripturis diuinis nihil repugnet: quæ tamen conditio superflua videri possit, ob constantem & perpetuam coniunctionem Ecclesiæ veræ cum Scriptura sacra. Et si quando repugnare illi videatur in re obscura atque ambigua, fateantur omnes necesse est, non cuiuslibet esse illam arguere aut insimulare, præsertim cum nascente Ecclesia videamus, satores religionis Apostolos in nomine Iesu baptizasse, quod tamen perspicuæ Christi Domini sententiæ aduersabatur, vt paulo ante fuit à nobis significatum: & cum Seruator hominum dixisset, *Non veni absoluere legem, sed adimplere*, in primo Concilio Apostolorum decretum fuit, Mosaicam legem neminem deinceps obligare. Præterea cum aduersus legalem ciborum differentiam Christus pronunciasset, *In eadem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt*, nihilo minus deinde Apostoli edixerunt, à certis cibis abstinendum esse. Si consimiles beatis mentibus & æquales omnino essemus, vt suauissimè D. Ioannes Chrysostomus disputat, & animo tantum atque intelligentia constaremus, cultus & obseruātia quam supremo omnium Pontifici Deo tribuimus, abdita & intima in animo gestiens penitusque spiritalis esse deberet: sed cum ex animo simul & corpore simus conglutinati, vtraque pars ad Deū colendum honorandumque adhibenda est, quod sanè fieri commodè nequit, sine agresti & inepta quadam agendi ratione, nisi communes sint in Ecclesia ceremoniæ, conspiranti omnium iudicio, certo, vniuerso, non fallaci, definitæ sapienterque moderatæ.

Chrysost. ho. 83. in Matt. *Si tu incorporeus esses: nuda ipsa dona incorporea tradidisset tibi: quoniam verò corpori cōiuncta est anima tua, insensibilibus intelligenda tibi traduntur.*

DE SI-

DE SIGNO CRVCIS, QVOD MOTIONE DEXTRÆ MANVS EFFINGITVR.

CAPVT XL.

SINGVLARIS Doctor Gentium ſcribens ad Philippenſes, oculis lacrymantibus & mœrore plenus obteſtatur, ne cum iis commercium vllum habeant, qui infeſto animo crucem perſequuntur, *quorum finis*, inquit, *interitus, quorum Deus venter eſt & gloria in confuſione eorum*.

Philip 3.18.19.

Talis fuit Christianæ religionis deſertor Iulianus, qui ſanctiſſimo Cyrillo teſte, Chriſtianis exprobrabat, quod tonitru Iouis contempto Crucem venerarentur, in frontibus exprimerent, pingerent in parietibus, in domorum liminibus & propylæis delinearent. Tales Pauliciani apud Euthymium, qui morbis debilitati & afflicti crucem adhibebant, ſed vbi conualuiſſent, illam pedibus ſingulari dementia proterebant. Haud abſimiles Armenii, qui nullum eidem honorem deferebant niſi prius baptiſmo conſecratæ, cum in medio clauum victimæ cruore ſtillantem defigerent. Pares ſtultitia & impietate Bogomili qui Dæmonem aiebant noſtri generis inimicum nimium quantum hoc ſigno delectari, & vt eo nos quoque afficiamur, fingere conſueſſe Crucem ſe vehementer perhorreſcere. Tales itẽ Petrobruſiani, qui vetitæ Magiæ characterem eſſe aiebant. Tales denique Magdeburgenſes, qui ad Montaniſtarum inſaniam id ſignum referunt. Sed horum omnium dicta impia & nefariam opinionem, Scripturæ vox, Patrum auctoritas ratioque confutant.

Cyrillus Alexandr. lib.6. contra Iulian.
Euthym. in Panop. part. 2. tit.21.
Nicephor. l.18.c.53.
Euthym. part. 2. tit. 23. c. 14. & 15.
Petrus Cluniacenſis, ep. 1.
Magdeb. Cent. 3 cap. 10. in Tertull.

Gen. 48. Patriarcha Iacob cum Ioſephi liberis impertiri benedictionem ſuã vellet dedita opera cõſilioq; certo manus decuſſauit, & Ephraimo dextrã, Manaſſæ vero ſiniſtrã impoſuit, cumq, Ioſephus impedire id vellet, ita fieri oportere reſpondit, myſterium Crucis futurum præſignificans, ait Iſidorus.

Gen. 48.14.17.19. Scio, fili mi ſcio, & iſte quidem erit in populos & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo.
Iſid Peluſ. li 1 *epiſt. 362.*
ἡ γὰρ ἐναλλαγὴ τῶν χειρῶν, τὸν σωτήριον προδηλοῖ σταυρόν.

Digitized by Google

Plena itidem arcani mysterii magni Mosis fuit actio, Exod.6.& 10. cap.consignata, cum extentu bracchiorum, & signi huius efformatione, Iesu filio Naue lætissimæ victoriæ fructum donauit, qui hoc præsidio fretus, Amalecitas fudit & fugauit, incredibili animi robore septus ad Solis occasum vsque belligerans. Quam figuram huc reuocauit Iustinus Martyr cum Triphone disputans, ostenditque tot fortia patrata facinora fuisse, nō tam eius precationis ea ratione perfectæ, quam vi Crucis nominisque Iesu, quod etiam D. Cyprianus Iudæos oratione sua vrgens animaduertit.

Iustin. cum Tryph circa medium.

Non enim propterea quod Moyses ita orabat populus in prælio superior erat: sed quod nomine Iesu in prima acie versante ipse signum crucis designabat.

Cypria. Testimoniorum lib 2.aduers. Iudæos, c 21.

Hoc signo crucis & Amalech victus est ab Iesu per Moysen.

Ezech. 9 5 6.

Quod ad signum Tau attinet, clarissimum est sanctissimorum Patrum multis & perspicuis testimoniis, crucis fuisse adumbrationem & figuram. Diuina apud Ezechielem verba sunt eiusmodi, *Transi per mediā ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius, & illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum & percutite: non parcat oculus vester nec misereamini, &c.*

Hic locus in Bibliis Geneuensibus septimum caput innuit Apocalypseos vers. 3. vbi Angelus qui ab Oriente ascendebat habebatque signum Dei viui, voce magna clamauit quatuor Angelis quibus datū est nocere terræ & mari, dicens, *Nolite nocere terræ & mari quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.*

* Orig. ho. 8 in diuersos

Illius crux, nostra victoria est: illius patibulum noster triumphus. Gaudentes leuemus hoc signum, in humeris nostris victoriarum vexilla portemus. Immortale lauacrum portemus in frontibus nostris. Cum dæmones viderint, contremiscent, &c.

*Origenes hom. 8. in diuersa loca Euangel. Christianos cohortatur vt sæpe se diuino hoc signo muniant, idque in frontibus inurant suis, *nam qui*, inquit, *aurata Capitolia non timent, crucem timent*, malos dæmones intelligit, addit vero è vaticinio Ezechielis, eos tantum à furentis Angeli exitio & præsenti peste fuisse seruatos, qui signo Tau, hoc est, cruce insigniti fuissent.

Athanas. de incarnat. verbi Dei. eiusque corporali ad nos aduentu, sub fin.

Adeat qui velit & spectet insignia virtutis in Christi virginibus, & adolescentibus pudicitiam consecratā ac immortalitatis fidē adstructam in tanto martyrū choro. Veniat qui istorum dictorum experimentum capere velit, & in ipsis præstigiis dæmonum, & imposturis vaticiniorum & in miraculis Magiæ, vtatur signo crucis ab ipsis deriso nomenque Christi inuocet, & videbit quomodo eius metu dæmones fugiant,

Eusebius Cæsariensis lib. 3. de vita Constantini cap. 2. refert solitum eum maximum Imperatorem signum crucis sibi in fronte depingere. Rationes reddit D. Athanasius lib. de incarnat. Verbi, quod hoc signo tentationes superamus, Dæmonum præstigias, fraudes, conatus, ludificationes diiiicimus, idolis vocem eripimus, infandas Satanæ cohortes fugamus, quidquid denique est, quod Magiæ miraculum dicitur, obterimus & expugnamus. Quod idem alias certis documentis & exemplō D. Antonii confirmat, qui cum inanis Philosophiæ principes adessent, palam in omnium conspectu miseros homines improbi Genii vexatione afflictos sanabat, expresso in eis Crucis signo, & Iesu nomine inuocato. Idem ipse vir eximius solitudinisque lumen maximum, cum apud suos auditores aliquando disputaret, de Satanæ fraudibus, qui se in Angelum lucis haud raro commutat, monebat, ad eos probe cognoscendos & excutiendam fallaciam, nihil præsentius nihil salutarius cruce videri, *quia*, inquit, *metuunt illud trophæum, in quo Saluator aerias expolians potestates eas fecit ostentui.*

vaticinia conticescant, magia & veneficia irrita iaceant.

Idem in vita S. Antonii.

S. Basi-

S. Basilius memorat Gordium Martyrem signo crucis armatum ad supplicium iisse vultu læto, nulla coloris immutatione, admirabili animi constantia. Et quod est notandum maxime, idem lib. de Spiritu sancto c. 27. de non scriptis Ecclesiæ consuetudinibus agens, inter primas & principes Traditiones, consuetum signum Crucis reponit.

Basil hom. 9. in Gordium martyrem. *Hæc vbi dixit Christum illis, crucis se signo communit, &c.*

S. Cyrillus primis fidei rudimentis Christianum imbuendo sic ait, Crucem in fronte inure, vt dæmones regium characterem animaduertentes, & horrore debilitati fugiant, fac id signum edendo, bibendo, cũ stas, sedes, ambulas, in negotiis denique vniuersis. Et catechesi 13. Non pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus crux fiat, &c. Magna est hæc custodia quæ propter pauperes gratis datur sine labore propter infirmos. Vt vero facilitatem cum vtilitate iungamus, S. Ephrem lib. *de armatura spirituali*, non modo ad hoc signum manu conficiendum nos hortatur, sed vel etiam ipsa mente animoque pingendum.

Cyrillus Hierosol. cate. 4. ποίει δὲ τοῦτο τὸ σημεῖον, ἐσθίων καὶ πίνων, καθήμενος, κοιταζόμενος, ἐξανιστάμενος, λαλῶν, περιπατῶν, ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πράγματι.

S. Ephrem de armatura spirituali, ad monachos religiosos. *Neque vero sola manu te signes, sed etiam animo, & studia tua & ingressum tuum, & exitũ tuum in omni tempore, sessionem quoque tuam, & resurrectionem tuam, & lectulum tuum, & quacunq; pertransis, signa primum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: validissima quippe eiusmodi armatura est, nullusque vnquam tibi nocere poterit si ea munitus fueris.*

S. Gregorius Nazianzen. Orat. 3. contra Iulian. Parabatam historiã profert, quam Theodoretus post paulo memorabit. Et Orat. 19. de parentis laudibus agens, matrem ægram vidisse aliquando per quietem ait venientem ad se carissimum filium Gregorium, canistrum ferentem cãdidissimum, plenum panibus à se benedictis, & de more cruce insignitis, quos illa cum degustasset subito conualuerit. Epiphanius hæresi 30. contra Ebionitas, Iudæum narrat Iosephum nomine, cum Christianæ fidei lucem excepisset, nationis suæ incantamenta & impios conatus, aqua exigua dissipauisse, cui signum crucis fuisset impressum.

D. Gregorius Nyssenus recenset diuina in omnem partem admirabilia Prodigia, quæ S. Gregorius Thaumaturgus signo Crucis edidisset. Et de S. Macrina sorore sua loquens, sæpe illam ait oculis, ori, cordi, crucis signum apposuisse. Theodosius & Valentinianus Imperatores circa annum Domini 400. maximis suppliciis propositis vetuerunt, ne quis Seruatoris signum humi vel in silice, marmore, aliaue re vlla, aut insculperet, aut pingeret, neue sub pedibus esse pateretur.

Greg Nyss. in vita S Gregorii Tauma. c 8 & c. 20. *Ille signaculo crucis se muniens, & Christi nomen inuocans domos peruasit illæsus.*

De sorore Macrina cap. 8. *Hæc dicens oculis, & ori, & cordi crucis signũ apposuit.*

Theod. & Valent AA. l vnica c. nemini.

D. Ioannes Chrysostomus aduersus Gentiles summa Dei prouidentia perfectum ait, vt quod erat dedecoris & contumeliæ signum, id actionibus nostris honori esset & ornamento.

Chrysostomus aduersus Gentiles, quod Christus sit Dominus. *Hoc extremi supplicij Symbolum, crux diadematibus & coronis clarius factum est.*

Sozomenus & Theodoretus narrant, ingressum aliquando Iulianũ fidei perduellem in diram speluncam, ad Dæmones consulendos, eliciendosque

Sozom. lib. 5. c. 2. *(Iulianus) se ipsum signo*

Digitized by Google

Christi consignauit: quo facto spectra è vestigio euanuerunt, & conatus vatis impeditus est.

Idem libro septimo, cap.25.

Signum crucis aduersus ipsum aeri digitis inscripsit, & illi in faciem expuit: Draco sputo in os accepto, statim expirauit.

endasque rerum futurarum prædictiones, cum ecce tibi horribiles laruę formidandæque se obiiciunt, barbaro quodam fremitu sonoque permagno: ille timore fractus crucem pingit, & euestigio omnis ille Dæmonum apparatus vanescit. Idem Sozomenus lib. 7. refert Donatum innocentia vitæ singularem præstantemq; Episcopum, interemisse Draconem immanem atq; ferum, cum obiecto signo Crucis, in eius fauces magno animo excreasset.

Tertull. de cor mil. c.3.

Lanctant 4. Inst. diuin. c. 27. *Nec responsa potest cō̄sultus reddere vates: & hæc sæpe causa præcipua iustitiam persequendi malis regibus fuit.*

Ambros. de Isaac & anima c 8. *Signaculum Christi in fronte est, &c.*

Tertullianus libr. de corona militis Christianum omnem asserit *ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra & mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, & quæcunq; conuersatio exerceat, frontem crucis signaculo terere.* Addit si forte quis originem earum rerum similiumque inquirat, esse respondendum, *Traditio mihi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix*: quæ tria tam formidanda sunt Dæmonibus, vt Lactantius lib. 4. Instit. significet, grauissimas olim ab Ethnicis tempestates in Ecclesiam fuisse excitatas, quod Dæmon edere oracula non posset, si quis è turba atq; frequentia signum crucis edidisset.

S. Ambrosius inurere nos hoc signum ait in fronte, corde, brachio; in fronte vt audenter Christum Iesum confiteamur, in corde vt eandem semper diligamus, in brachio vt eius causa operemur.

D. Hieronymus in vita Hilarionis, scribit magnum illum bellatorem & Athletam Christi, cum se de nocte aliquando septum vidisset & inclusum, ferocientium grege Dæmonum, qui varias formas easq; horribiles præferebant, in fronte crucem effinxisse, & aduersum iisse animo magno & exaggerato. Et in vita D. Pauli primi solitudinis cultoris, Antonium ait vt primum Hippocentaurum animaduertisset, in celsissima oris parte crucem descripsisse, tum abiecto omni metu interrogasse, vbi sedes esset hominis Dei. Et ad Demetriadem scribens hortatur, *vt cubiculum pectoris claudat, & frontem muniat signo Crucis.*

D. Augustinus tract. 118. in Ioan. sic habet, *Quid est signum Christi nisi crux Christi? quod signum nisi adhibeatur in frontibus credentium, siue ipsi aqua ex qua regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.* Et alias de eadem ipsa re disputans, *Hoc signo crucis consecratur corpus Domini, sanctificatur fons baptismatis, initiantur presbyteri, & omnia quæcunque sanctificantur hoc signo dominicæ crucis consecrantur.*

Seuer. Sulpitius in vita S. Martini, c.10 *Iam cadenti & super se ruenti, eleuata protinus obuiam manu, salutis signum opposuit.*

S. Martinus vt Seuerus Sulpitius prodidit, non aliud teli genus quærebat, ad confertos globos hostium perrumpendos: Et vt fidem altius nostris pectoribus insereret, quam de filio Dei hominum Seruatore habere par est, ingenti arbori iamiam cadenti se obiecit, cum se cruce tanquam firmissimo præsidio texisset.

In antiquis Liturgiis D. Petri, D. Iacobi, D. Marci, Æthiopum, S. Basilii, S. Chrysostomi, nihil hoc beato signo frequentius.

D. Gre-

Digitized by Google

D. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 3. cum improbi quidam maleuolentia & impietate ieiuni, vas D. Benedicto obtulissent veneno plenum, sanctissimum virum ait more suo id benedixisse, ruptum igitur subito vas est & imminutum, non secus ac si vehementissimi lapidis instar signum crucis illud obtriuisset. Et lib. 3. cap. 7. Iudalus quidam Christi nomen & religionem suscepit, quod crucis vi atque numine, è furiosi Dæmonis faucibus esset ereptus, cum in vetus Apollinis templum concubia nocte diuertisset. Quid plura? qui postremam Anglicanæ fidei confessionem leget, signum videbit crucis commendatum, & salutarem illius vsum splendida Apologia vindicatum.

Quis ergo modo dicere audeat, illo vti minime licere? quis non eo quo par est cultu & veneratione adhibeat, ad Seruatoris nostri mortē in memoriam reuocandam? quis negabit, quin sit expressum monumentum reparati humani generis & restitutæ salutis? quin fidei character? quin testimonium luculentum, & tacita quædam professio quod Christiani simus? Quis non vltro & incredibili voluntate Anathema illis pronunciet, qui appellare audēt actionem magicam, ad abigendas muscas accommodatam? quæ incesti oris contumelia immanis sane est penitusque non ferenda, nisi Magiæ nomine veram Sapientiam intelligunt, & Muscarum appellatione Beelzebub impiamq; eius cohortem. Sed signum Crucis varia in materia efformatum iam consideremus.

Ad Conciliationem via.

DE SIGNO CRVCIS VARIA IN materia illigato & expresso.

CAPVT XLI.

SERPENS æneus quem diuino imperio Moses in solitudine erexit, signum fuit adumbratioque illius, qui de seipso ita infit, *Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum.* Et rursum, *sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Quare si vetus & tenuis illa præstantissimæ rei imago, tam vtiliter culta fuit, vt ad illius aspectum, pestiferi morsus igneique sanarentur, multo magis id rei veritas atque prototypum ipsum poterit efficere, cum inde medicinam & perfectam salutem hauriamus, tum primi morsus, tum vulnerum sequentium, quæ stygius nobis Cerastes infligit.

Num. 21. 9.
Ioan 3. 14.
Num. 21 9 Fecit ergo Moses serpentem æneum & posuit eum pro signo quem cũ percussi aspicerent sanabantur.
Genes. 49 17.
Coluber in via, cerastes in semita.

Idem ipse Dominus testis, actor, & disceptator actionum naturarum, cum tanto ante futuri iudicii diem præsignificaret cap. 24. Matth. *Sol, inquit, obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebũtur: & tunc parebit signum filii hominis in cælo.* Quæ verba sanctissimi Patres Ioann. Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Euthymius,

Matth 24. 29 30.
Hieron in 24 Matth.
Signum hic, aut crucis intelligamus, vt videant (iuxta Zachariam & Ioan.) Iudæi quem compunxerunt aut vexillum victoriæ triumphantis.

didymius, & Theophylactus in eum locum de signo Crucis intelligunt, quod sapientissimum illum atque seuerissimum Iudicem viuorum atq; mortuorum, in omnium luce & conspectu antecedit, quo tempore, vt idem, ait, mundi Seruator, *plangent omnes tribus terræ.*

Origenes Homil. 6. in Epist. ad Rom. cum recenset magnas & mirabiles vtilitates, quæ ex signo Crucis in humanum genus deriuantur, tantam eius vim esse ait, vt si ante oculos ponatur & mente fideliter retineatur, nulla tanta sit libido luxuriæ, nulla tam gestiens & titillans appetitio voluptatis, inuidia nulla, aut huiusmodi effusæ animi perturbationes rationis inimicæ, quę non facile superentur: sed & continuo inquit, *ad eius præsentiam totus ille carnis & peccati fugatur exercitus.*

Eusebi. lib. 1. c. 22. ἐν τούτῳ νίκα.

Euseb. lib. 1. de vita Constantini cap. 22. memorat hæc inuicto & inclyto Imperatori, sub meridiem apparuisse crucem mirabili splendore collucentem, cum hac inscriptione, *In hoc vince.* Et cap. 24. ait Imperatorem ipsum rem purpuratis suis atque familiaribus exposuisse, aurifices deinde appellandos curauisse atque gemmarios, quibus imperauit vt similem illi quam viderat crucem, ex auro & pretiosis lapidibus conficerent, quam se vidisse testatur Eusebius. Apostolus sancte & pie optabat, vt Ephesii vna cum viris Deo caris eximiaque sanctitate, possent cognoscere, quæ sint crucis dimensiones. Diuus autem Gregorius Nyssen. orat. 1. de Resurrect. diuine illas declarat, aitque huius signi altitudinem cœlestes orbes indicare vi crucis patefactos, imam partem significare inferos spoliatos superatum Dæmonem, latitudinem denique innuere late patentem humani generis liberationem, per omnem orbem terrarum diffusam.

Ephes. 3. 18.

Chrysost. homil. 2. ad pop. Quid vero diceret aliquis de his qui carminibus & ligaturis vtuntur, &c. An ignoras quanta crux perfecit &c.

Idem Chrysost. hom. 13 in epist. ad Corinth c. 4.

Idem Chrysost. ibidem. Demonstratione aduers. Gentil. quod Christus sit Deus.

Hanc vbique celebrari, videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in viis, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari in nauigiis, in insulis, in lectis, in vestibus, in armis, in thalamis, in symposiis, in vasis argenteis, &c.

D. Ioan. Chrysost. hom. 21. ad populum Antioch. eloquentię copias omnes explicat in iis reprehendendis, qui ad res felicius conficiendas, sagas adhibent aniculas improbas & veratrices, quæ nefandis dæmonũ artibus & præstigiis abutuntur, aut qui Alexandri Magni imagines ferunt bonæ Sceuæ gratia, cum crucem habeamus mirabilium rerum effectricem. Et homil. 12. in 1. Epist. ad Corinth. illos arguit qui Sanctorum nominibus prætermissis, liberos suos ab iis hominibus appellabant qui diutissime vixissent: Rursum acriter eos insimulat qui contra fortunæ casus infestos atq; iniurias, filiis suis coccineum stamen & bracteas illigabant: quibus omnibus in locis vim crucis mirificam prædicat, & imprimis docere Christianos ait, vt hoc signum salutare præsidium sibi asciscant. Alio in loco refert quanto honore suis temporibus excipi crux, & coli consueuisset, quodque fuerit adumbrata in parietibus, inusta in ianuis, cœlata in vasis, in armis expressa, inscripta in voluminibus, in marmoribus insculpta, erecta in foris & theatris, sparsa prope vbique & disseminata.

Idem sanctissimus Patriarcha vt narrat Sozomenus & à nobis etiam post dicetur vberius, signum crucis incensis funalibus comitatum, in publica supplicatione deferri curabat. Et Iustinianus Imperator in Authen-

Iustinian. Imp. Authen.

Authentica de sanctissimis Episcopis cap. 32. in huius signi veneratio-nem & honorem tria quædam statuit. 1. Vt crux honorato in loco statuatur. 2. Vt in solenni tantum supplicatione gestari possit. 3. Vt in eam rem certi homines legantur, neque id fiat nisi præsente Episcopo & Clero. Quod ad eas Crucis effigies attinet, quæ in mediis templis collocari solent, Lactantius suauissimo quodam versu & maxime pio declarat, quam vetus illa sit religio, & laudatus vsus, dum inducit loquentem Christum in Cruce fixum, eosque affantem qui in templum ingrediuntur, Ita vero carmen incipit:

Quisquis ades mediique subis ad lumina templi
Siste parum insontemque tuo pro crimine passum
Respice me, me conde animo, me in pectore serua.

Crucis vero plena diuinorum prodigiorum inuentio, quæ à nobis hactenus sunt memorata, confirmat. Et sane operæpretium est totius rei historiam hic pertexere, quod Centuriatores Magdeburgenses eo sint temeritatis progressi, vt rem seculorum omnium iudicio contestatam, in dubium reuocauerent. Eam enim Eusebius Cæsariensis admittit, & S. Cyrillus Hierosolymitanus, Socrates item, Sozomenus, Theodoretus, Iustinianus, Imperator, D. Ambrosius, Ruffinus, Seuerus Sulpitius, S. Paulinus, Gregorius Turonensis, Gregorius Magnus, & alij.

Sozomen. Eccles. hist lib 2 cap 1. Theod. Eccles hist lib 1 cap. 18 Iustinianus Helenopolis. Ambros. oratione funebri de obitu Theodosii, Ruffinus Eccles hist. lib. 1. cap. 7. Seuerus Sulpit. sacræ hist lib 2.

Constantinus Imperator cum vi Crucis pulcherrimam & gloriosissimam victoriam de Maxentio retulisset, haud obscuro nec tacito pietatis ardore inflammatus animum appulit ad diuinissimum hoc signum & hieroglyphicum salutis cohonestandum. Quare cum aquilas è legionibus suis abiecisset, labarum instituit cruce insigne militibus venerandum, in nummis etiam Crucis effigiem sculpi iurique voluit: Pictorib. statuariisq; imperauit vt ipsum fingerent pingerentq; dextra manu globum tenentem, cruce in globum inserta, vt innueret salutari hoc signo domitum fuisse mundum atque imperio subiunctum: Nonnunquam etiam eandem ob causam se ita pingi curabat, vt alte crux in fronte emineret. Helena Augusta eius parens fœmina lectissima, consimili tuendæ religionis & ornandæ cupiditate flagrans, & diuino etiam viso incitata, cum primum Nicænum Concilium fuit absolutum, Hierosolymam cōtendit, vt loca Seruatoris vestigiis impressa consecrataq; inuiseret, Crucemque eius olim sanguine rubefactam inuestigaret. Sed vt eas oras attigit temporū iniuria deformatas, anceps animo dubiaque hæsit, quod Adonidis simulachrum in Beethleemitico delubro inuenisset, Veneris autem marmoreā imaginem in Caluariæ monte, in sepulchro Iouis effigiem, neq; vllum erat loci vestigiū quo in loco crux defossa olim fuisset.

Marginal notes:

Authentica de sanctiss. episc. c. 32. *Sed & ipsas honorandas cruces, cum quibus & in Litaniis egrediuntur non a ibi, nisi in venerabilibus locis repone, & si quando opus vocauerit, ad Litanias celebrandas, tunc solū ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuete portare solent, & cum Episcopo & Clericis Litanias celebrare, &c.*

Eusebius in Chronico Anno 315. Cyrillus, Hierosol. epist. ad Constantiū. Aug. de signo crucis in cœlo apparente Socrat. Eccles hist lib 1. cap 13.

Ex Sozom l. 2 c 1. histor. Eccles Socrat. l 1 c. 13. Theodoret ol 1. c. 18. Ambr orat. fun. de obitu Theodosii Imp. post medium fuisse me.

Digitized by Google

At quoniam in more positum fuit vt cum damnatis suppliciorũ instrumenta sepelirentur quibus excruciati animam efflauissent, à Iudæis iam ætate prouectis, qui rem à suis de manu quod aiunt in manũ accepissent studiosissime inquisiuit, vbi nam Christi sepulchrũ esse didicissent. Demonstratum ab iis locum subito effodi, in summam altitudinem iubet, & incredibili primũ gaudio in tres cruces incidit, atq; titulum, sed disiectum atque separatum, sic vt sciri non posset ad quam de crucibus pertineret. Mœror igitur pium animum iterum inuasit in ea obiecta difficultate, sed Macarius Patriarcha solatus Augustam est, qui cum prius Deũ precibus caste veneratus diuinæ sapientiæ lumẽ poposcisset, ad trophęũ Seruatoris hominum Dei cognoscendum, admouendas censuit cruces ad depositam iam mulierem, quæ media in morte tenebatur. Id cum fieret, tertiæ Crucis attactu? vestigio conualuit, & vires vi morbi debilitatas perfectamq; sanitatem recuperauit: quo etiam tempore vt Ruffinus, S. Paulinus, atq; Nicephorus memorant, homo exanimis parili beneficio in vitam rediit. Vix dici potest quanta animi voluptate, quamq; liquida lętitia perfusa fuerit nobilis fœmina, in eo Dei Optimi Maximi dono atque munere; cumq; haud minorem sua pietate angustioremq; liberalitatem esse vellet, magnificentissimum ibi templum instruendũ curauit, & Crucis partem in eodẽ loco reposuit egregie ornatã, auro & gemmis collucentem, partẽ autem simul cum infixis clauis, quos item repererat, ad filium Cõstantinum misit, à quo fuerunt in Ecclesia S. Crucis Romæ collocata, quę à re nomen obtinuit, vt deinceps S. Crucis in Hierusalem diceretur. Idem etiã pius & triumphator Augustus edixit, ne in posterũ crux ad reorum supplicium adhiberetur, sed potius honestissimis in locis atque sanctissimis reponeretur, vt Regum decus venerandumq; diadema, & clypeus reipub. Christianæ. D. Ambrosius in hanc rem diuini Zachariæ vaticinationem profert, atq; historiã in hũc fieri modum attexit. Augusta Imperatoris mater in ipsius galea partẽ clauorum artificiosissime inseruit, vt præsidio esset principali capiti, neue peti hostium iaculis, aut ferri acie vulnerari posset, partem fręno immiscuit, tum ad filiũ in mediis periculis tuendum, tum ad explendam Zachariæ prædictionem, *nilla d erit quod supra frænum equi est sanctum Domino.* Quod autem ad Crucem Seruatoris attinet, partem in Palatio Constantini posuit, reliquum in grandem argenteam thecam inclusit, quam cum loci Episcopo relinqueret pie cohortata est ad illud pignus & salutis nostræ monumentum ad posterorum omnium memoriam conseruandum.

Zach. 14. 20.

Ad Conciliationem via.

Quare cum D. August. Tract. 16. in Ioan. concludamus & frequenti sermone id vsurpemus, *Quid seruat fideli seruo qui talẽ honorẽ dat supplicio suo?* Dicamus etiã cum eodem sanctissimo viro Crucẽ esse clauem cœli, scalam Paradisi, & sapientiæ sedem: illiusq; profunditatem fidẽ significare, altitudinem spem, latitudinem caritatem, lõgitudinem perseuerãtiam. Cõmuni omnium voce fateamur, arborem esse vitæ, quę à scelerum nos morte vindicat, Virgam Aaronis qua sicco pede turbulentissimos huius vitæ

Ephes. 3. 18.
Gen. 2. 10.
Exod. 7. & 9.
Num. 20. 12.
Exod. 40. 10.
Num. 21. 8. 9.

Digitized by Google

ius vitę fluctus transmittimus: Virgam quæ vndam lacrymarum ex oculis nostris non sine miraculo elicit; Altare holocaustorum, vbi mentes animique nostri sese Deo in sacrificium offerunt: serpentem in deserto elatum huius mundi, quo lethalia vulnera curantur. Arcam Noe, qua diuinæ iræ vitamus eluuionem, & securi in media tempestate versamur, & tandem in perfectionis monte conquiescimus: Arcam fœderis incorruptibili è ligno compaginatam, quæ Deum hominibus conciliat. Virgam Iacob qua torrentem incommodorum & asperitatum huius vitæ traiicimus: securis manubrium ligneum, quo ferrum obstinatæ voluntatis in pœnitentiæ fluctu natat. Lignum Cypressinum ad expiationem necessarium, Terebinthum vnde lacrymæ salutares exudant. Iuniperum, in cuius vmbra simul cum Helia beatorum mentium singulari beneuolentia pascimur: Dauidis cytharam quæ furentes animi perturbationes tranquillat: Iobi stateram in qua ponderamur: Isaiæ Torcular, vnde eximiæ suauitatis vinum stillat, quo animi nostri diuina caritate inebriantur: Ezechielis Tau quo destinati ad sempiternam gloriam potiundam signantur: Iacobi sceptrum à quo dominatum in excitatos animi motus accipimus: Clauem Dauidis quæ cœlorum nobis aditum patefacit: Lectulum in quo Numinis magni Sponsa placidè quiescit: Currum triumphalem in quo sedens humani generis reparator ad soliũ diuinitatis conscendit, vt cerneret hæreditatem quam pretio cruoris sui & vitæ periculo nobis comparauit.

Gen 8.4. *Exod.25.10.* *Gen.32.10.* *4.Reg.c.6.5.6.* *Leuit.6.14.* *Ecclesiast.34.22.* *3.Reg.14.4.5.* *1.Reg.16.23.* *Iob 6.2.* *Isa 5.2.* *Ezech.9.4.* *Isa.22.22.* *Ezech.23.41.*

Verissimum tamen est eas omnes proprietates communibus & vsitatis crucibus eatenus tantum conuenire, quatenus ad eam quæ vindicem libertatis nostræ Christum sustinuit, referuntur. Verum item, Crucis vim omnem à Crucifixo manare, & redundare in eundem. Hoc si probe ab omnibus consideraretur, spes est fore, vt deinceps Cruces neque impetantur, neque furiosa cuiusquam audacia euertantur, sed potius omnes laudabilem earum vsum commendent. Neque enim periculum idololatriæ esse vllum potest, quandoquidem omnis illa Crucis veneratio ad Christum refertur: neque locum hic habere potest exemplum Ezechiæ, qui serpentem quondam æneum euertit: & si forte quispiam abusus superstitioque irrepat, non cuiusuis est ea de re iudicare, & autoritate definire, sed vnius Ecclesiæ, cuius proprium est, in rebus ambiguis & obscuritate inuolutis lucem adferre, & nodos in religione dissoluere.

4.Reg.19.4. *4 Reg.19.4.*

Cæterum disputationes de Quadragesima, de Cineribus, Ceremoniis, & Cruce, non magis ad Ecclesiæ Traditionem, communemq; sensum pertineant, quàm cultus, qui sanctissimo nomini IESV defertur, agedum etiam tanti nominis excellentiam & præstabilem dignitatem hic ostendamus, *nec enim*, vt princeps Apostolorum diuinitus olim asseruit, *aliud nomen est sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.*

Actor.4.12.

Digitized by Google

DE SANCTISSIMO IESV NOMINE, DEQVE HONORE QVI ILLI TRIBVITVR.

Cap. XLII.

Genes. 32. 29.
Psalm. 8. 1.
Iudic. 13. 18.
Matth. 1. 20.

Philip. 19.
ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.

NOMEN *hoc cœli decus est solique,*
Nomen æterni Emanuelis aureum,
Quod pius magni Genitoris Ales
Detulit Orbi.
Nomen hoc nostrum genus è cruentis
Faucibus nigri rapuit Tyranni
Quod triumphales humilis coronas
Extulit astris.
Quidquid arcani caua templa cœli,
Quidquid vndosum mare, & alma tellus,
Continent, sacra pietate diuum hoc
Nomen honorat.

Hi postremi versiculi lapidem offensionis nescio quem adumbratum cõtinere videntur, in quem temere quorundam imbecillium mentes hac tempestate impegerunt, qui æquo animo pati eum honorem & probare nõ possunt, quem Catholici, quum pronunciatur, illi tribuunt, neque sine impatientis animi significatione eam venerationem intueri, quam eidem adhibent Religiosi quidem viri, quorum cœtus atque societas illius nominis splendore insignitur. Vt vtrique hominum generi satisfaciamus, exponenda imprimis est nominum IESV & Christi significatio, breuiterque examinandum quod inter filii Dei nomina sit discrimen.

IESVS nomen est Verbi inter homines generati, Christus est cognomen: IESVS nomen proprium, Christus appellatiuum: IESVS illius qui agit nomen est, Christus illius qui recipit: IESVS nomen impositionis, Christus electionis: IESVS id quod est aliis notat, Christus quod

quod sibi ipsi. IESVS quia *ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum*, ait Angelus, Christus quod sit *vnctus prae consortibus suis*, vt Regius Vates canit: IESVS refertur ad suppositum, vt Petri & Pauli nomen, Christus potestatem dominationemque spectat: IESV nomine filius Dei appellatur vt suis olim propriis nominibus Moses, Helias, Abrahamus; Christus arcani est mysterii appellatio, vt Propheta, vt Pontifex, vt Sacerdos. IESVS quia sit compos diuinitatis: Christus quod sit caput omnium Electorum etiam vt homo: IESVS cruoris sui effusione, Christus gratiae communicatione. Quae distinctio etiam melius intelligetur, si vtriusq; nominis significationem sigillatim enucleemus.

Matth. 1. 21.
Psalm. 44. 8.
Gregor. Nazianz. orat. 4. De Theologia circa initium, censetur autem in noua editione 36. [illegible] Et circa finem eiusdem orationis Χριστὸς [illegible]

August. tractat. 3 in primam Ioannis, circa initium, ad illa verba: Quis est mendax, nisi is qui negat quod Iesus non sit Christus. *Aliam significationem habet IESVS, aliam habet CHRISTVS, &c.*

Christus Graecè idem significat quod Hebraicè Messias, & Latinè dicitur Vnctus, ait Lactantius: alterum à Graeco χρίω deriuatur, alterum à verbo משח massach, hoc est vngo, & hoc cognomen Regibus & Pontificibus tribuitur, nonnunquã etiam in diuina Scriptura Prophetis. *Propitius sit mihi Dominus*, ait Dauid de Saule loquens 1. Reg. cap. 24. *ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.* Et Psal. 17. v. 50. de seipso, *Magnificans salutes eius & faciens misericordiam Christo suo Dauid.* Apud Isaiam cap. 45. *Haec dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes.* Id autem factum vel quod oleo trito & communi vncti essent, vt verisimiliter de Saule & Dauide credi potest, quos Samuel inunxit 1. Reg. c. 10. & 16. aut oleo consecrato, cuius memoratur compositio Exod. cap. 30. ex myrrha videlicet, cinnamomo, & casia, quod Salomoni adhibitum fuit à Sadoch 3. Reg. cap. 1. quo in loco perspicue dicitur oleum quo inunctus fuit sumptum è tabernaculo, nec abhorret à vero eo ipso delibutum fuisse Dauidem, tum cum secundo super Tribum Iuda constitutus Rex fuit 2. Reg. cap. 2. tum etiam cum tertio super vniuersum Israelem 2. Reg. 5. Quod ad Prophetas & Pontifices Leuiticos attinet, prima institutio atque vsus Exod. 29. describuntur, & Leuitici 8. *Et oleum vnctionis fundes super caput eius.* Et rursum, *Quod fundens super caput Aaron vnxit eum & consecrauit.*

De Prophetis autem quemadmodum vngerentur, locus vnus fidem facit 3. Reg. cap. 19. vbi Deus Heliam sic affatur, *Iehu filium Namsi vnges regem super Israel, Elisaeum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, vnges Prophetam pro te.*

Lactant. lib. 4. de vera sapientia cap. 7. *Sed quamuis nomen eius, quod ei à principio Pater summus imposuit, nullus alius praeter ipsum sciat; habet tamen & inter Angelos aliud vocabulum & inter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominatur. Nam Christus non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis & regni: sic enim & Iudaei Reges suos appellabant, &c.*
Verum quoniam Graeci veteres χρίεσθαι dicebant vngi quod nunc ἀλείφεσθαι; sicut indicat Homeri versus ille,
Αὐτὰς δὲ δμωαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.
Ob hanc rationem nos eum Christum nuncupamus, id est vnctum, qui Hebraicè Messias dicitur, vnde in quibusdam Graecis scripturis, quae male de Hebraicis interpretata sunt ἠλειμμένος, id est vngendo curatus, scriptum inuenitur, [illegible] sed tamen vtrolibet nomine rex significatur. Lyranus ait vnctionem appellari Pallii iniectionem, vide in 3. Reg. 19. 16.

Haec omnia, vt praeclarè disputat Apostolus, in figura contingebant illis, vt eum adumbrarent qui angularis est petra in ea quondam praesigni-

1. Corinth. 10. 6.
August. enarrat in Psal. 44. *Vnctus est nobis Deus, &c.*

missus est nobis, & ipse Deus vt vngeretur, homo erat. sed ita homo erat vt Deus esset: ita Deus erat vt homo esse non dedignaretur. Verus homo, verus Deus, in nullo fallax, in nullo falsus: quia vbiq; verax, vbiq; veritas. Deus ergo homo, & ideo vnctus Deus: quia homo Deus, & factus est Christus. Hoc figurabatur in eo quod Iacob lapidē sibi ad caput posuerat & dormierat, &c.

Psal. 44 9.

Cantic 2 & 3.

gnificata ex mente S. Augustini, in quam Iacob oleum effudit 28. Genes. nam cum esset Rex Regum inter Pontifices maximus, in Prophetis summus, gente ex tribu Iuda, cognatione è tribu Leui, *vnctus fuit*, vt Vates eximius prædicat, *oleo lætitiæ præ consortibus suis*, quare ex illius vestimentis myrrha, aloe & casia stillant & in Ecclesiæ corpus vniuersum funduntur, atque ob hanc causam κατ' ἐξοχὴν nominatur Christus, vt de se ipse pronunciauit aliquando in Synagoga, cum aperto Isaiæ volumine ita clara voce dixit, *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, &c.*

Sponsa quoque diuina hoc ipsum intelligebat cum Sponsum ita suū affatur in Cantico Canticorum, *Oleum effusum nomen tuum, trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Et scite quidem *effusum* dixit, vt nimirum significaret, quod quemadmodum Aaronis vnguentum mirabili suauitate conditum, è capite large in oras vestimenti fluebat, sic diuini Spiritus vnctio è Christi capite in omnes Ecclesiæ partes, quæ mysticum est illius corpus redundaret. Quæ causa fuit, cur magnus Apostolus 2. Corinth. 2. illa scriberet, *Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Discipulus ille hominum Seruatori carissimus, huius considerationis tacita quadam & liquida voluptate ita perfundebatur, vt identidem ore & scripris vnctionis nomen vsurparet, *Sed vos vnctionem habetis à Sancto & nostis omnia*, inquit ille Epistolæ 1. cap. 2. quod D. Augustinus de Spiritu Sancto interpretatur & de Christo qui omnium Sanctorum est Sanctissimus. Et infra, *Vnctionem quam habetis ab eo maneat in vobis.* Et iterum, *Sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus*: In quam sententiam idem ipse D. Augustinus ait vnctionem quæ in nobis est, Spiritum Sanctum existimari oportere, qui nobis vnà cum caritate donatus sit, in cordibus nostris diffusa, ex oraculo magni Apostoli ad Romanos scribentis, capite quinto. Theodoretus verò gratiam esse vult à Christo nobis cōparatam, eiusdemq; meritis & vi diuini cruoris impertitam, cuius sanguinis efficientia salutare IESV nomen Christo accommodauit, de quo iam opportunè tractabitur, si prius quod est scriptum à Nicephoro animaduerterimus lib. 17. histor. cap. 3. Antiochenam ciuitatem fuisse olim nominatam Θεούπολιν, quod à terræ motu quodam horribili, quo funditus eruenda videbatur, liberata fuisset, cum vnius sanctissimi viri admonitu pauca hæc pro foribus omnes inscripsissent *Christus nobiscū, state.*

1 Ioan. 1. 20. *ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου καὶ οἴδατε πάντα.*

August. ad illa verba, Vnctionē habetis à Sancto. *Vnctio spiritalis ipse Spiritus S. est, cuius sacramentū est in vnctione visibili. Hanc vnctionē Christi qui habent, dicit omnes cognoscere bonos & malos.*

De nomine IESV.

Cum autem è diuini Platonis doctrina, nominis impositio, quam ὀνοματοθεσίαν ille appellat, vnius maximè diuinitatis sit propria, nominis IESV præstabilis dignitas & excellentia, non aliunde, quàm ab eo qui imposuit, hoc est beato Numine sumenda est, & æterno Patre, qui principis vnius Angeli ore nominauit, prout tanto ante Isaiæ vaticinio præsignificatum erat c. 62. *Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominauit.* Secundo peti etiam debet ex significatu, qui anima veluti quædam est ipsius nominis, &

Isai 62 2.

Digitized by Google

nis, & mirabile diuinitatis opus repræsentat, hoc est mundi iam depositi & afflicti liberationem. Quare vt olim Imperatores nominari se cupiebant Asiaticos, Africanos, Gotticos, Germanicos, Britannicos, pro ratione earũ gentium & populorũ, quos ferro & armis domuissent, proq; illius stragis magnitudine, quam mortaliũ internecione attulissent. Sic contra Dei filius, IESVS appellari cupit glorioſoq; titulo insigniri, tum pro ratione salutis, quam sempiternam hominibus impertiuit, tum pro fuso cruore, non hostium, sed suo, quem eo ipso die largiter cœpit emittere, quo IESV nomen diuinitus allatum ferre cœpit. Tertio eius nominis vis & amplitudo cognosci potest, comparatione & dissimilitudine explicata, cum nomine quod Hebræi dicunt שם מפרש schem mephorasch, Græci ἄῤῥητον, ἀνεκλάλητον, εἰ μὴ τῷ φθέγγεσθαι, Latini inenarrabile, & vt cum vulgo loquar, ineffabile. Nomen IESV cum nomine Iehouah in eo conuenit, quod vtrumq; quatuor literis constat, quod à Græcis τετραγράμματον dicitur: hoc quidem ex Iod, He, Vau, He, illud autem ex Iod, Sin, Vau, Ain: quod Sybilla mente prouiderat, vt Reuchlinus animaduertit. Sed radicibus ipsis differunt, quod Iehouah deriuetur à verbo substantiuo Haiach, quod sonat, *esse*, Iesuah autem, deducatur ab Iasach, quod seruare significat. 2. In eo conueniunt, quod quemadmodum expressa vis atque emphasis nominis Iehouah, omnia diuinitatis nomina perfectione exuperat, respondet enim ex æquo nomini, quod sibi ipse attribuit, cum Mose loquens Exodi 3. *Ego sum qui sum*, & iterum, *Sic dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos*. Ita nominis Iesu efficientia in eo maximè posita est vt nobis exprimat, tum Hebræorum litera Sin, tum geminatũ sigma Græcorum, (quæ sunt elementa seruilia) eum ea gratia in has terras delapsum vt seruus fieret, corpusque simul animamque manciparet, ad homines è terra horribiliq; seruitute vindicandos. Quemadmodum quòd illud ipsum sit Iesu Naue communicatum, perspicue declarat præstantem illum Ducem & imperatorem fuisse, cuius auspiciis in felicissimè terræ possessionem mittemur. In eo verò quod Iesu filio Iosedeci summi Sacerdotis fuit tributum, haud obscure significatur, eum Sacerdotem esse nostrum, imò ipsam victimam ex ritu Aaronis, in cruce oblatam, & secundum ordinem Melchisedecis in diuinorum mysteriorum institutione. Ex eo denique quod Iesu filio Sirach, quem Ecclesiasticum nominãt, impositũ fuit, satis intelligimus, Doctorem eum esse nostrum & mystagogum, qui omnium mentes diuinissimè erudiat. 3. Quemadmodum nomen Iehouah significat vnitatem, simplicitatem, immutabilitatem æuumq; sempiternum, quarum rerum notiones ad intimam essentiam diuinitatis pertinent: Ita IESV nomen, quod Græca numerandi ratione numerum efficit 888. illo triplici octonario quietem nobis exprimit omnibus suis numeris absolutam & beatissimam, quæ in triplici Sabbatismo consistit naturæ, gratiæ & gloriæ.

Reuchlinus lib 3 c 15. apud Xistum Senensem lib 2.

τέσσαρα γὰρ φωνήεντα φέρει τὸ δ' ἄφωνον ἐν αὐτῷ quatuor ergo ferens vocales consonat vna.

Ecclesiastici 46 *Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in Prophetis.*

Zach 3 *Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem, & audi Iesus Sacerdos magne.*

Ecclesiastici 50. *Doctrinam sapientiæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach.*

Primus 31. reges deuicit, Iosue cap. 12. & filios Israel in terram promissionis introduxit. Secundus templũ reædificauit. Tertius renouauit sapientiam in corde suo. Eccles 50. *Sic Christus bellator fuit in passione, Sacerdos in Eucharistia institutione, Doctor in Sancti Spiritus largitione.* August. lib. 16. de ciuitate Dei c. 26. *Quid aliud quàm Christum significat octauus dies qui hebdomada completa, hoc est, post sabbatum resurrexit.* Idem Psalm. 6.

Deniq; vt nomen Iehouah non nisi certo & solenni die pronunciari potuit, à summo Sacerdote consuetis velamentis induto, cum interim populus vniuersus, stratus & abiectus piè numen deprecaretur: cumque fortè in diuinis libris peruolutandis occurreret, qui quot sabbatis in Synagoga prælegebantur, in eius locum alia Dei nomina Lector substituebat vt Adonai, Sadai, Elohim & similia. Sic nomen IESV à piis & attentis hominibus nunquam pronunciatur sine summa omnium Christianorum, qui audiunt, veneratione, tum propter monentem Apostolum, tum propter eam ipsam rationem qua inductus id protulit *In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Prout etiam ab Isaia fuerat ante prouisum cap. 45. his verbis, *In memetipso iuraui egredietur de ore meo iustitia verbum & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu & iurabit omnis lingua.*

Philip 1. 7 8 9.
V. 10.
ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.

Prima ratio cur hoc nomen summa gloria prædicetur explicata fuit à Doctore gentium in hæc verba, *Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo: humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomen.* Secunda ex eo deducitur quod alia Dei nomina, de quibus est à nobis dictum superius, vnam modo diuinitatem explicent, hoc etiam & humanitatem. Tertia, quod alia nomina vel absoluta sunt, vt quæ ad Deum solum referantur, qualia Patris, Filii, Spiritus Sancti, Triadis, Dei: vel respectũ ad aliquid habent, vt Procreatoris, Conseruatoris, Domini, Magistri, Ducis, Pastoris. Absoluta Deum prout in se est referunt, quæ autem nominantur Relatiua, quid ipse nobis sit explicant, sed vtrumq; inferiori longe gradu quàm quod illustre Iesu nomen importat, quod imprimis Seruatorẽ significans ob oculos ponit, & quod in seipso est, & quod nobis, idq; singulari & præstanti quadam ratione: nam vt homo labores & cõmunes vitæ miserias tolerauit, vt Deus nos in libertatem asseruit; quo vtroq; modo est Seruator noster. Nam quemadmodũ si naturæ humanæ non fuisset particeps, pati minime potuisset, neq; satisfacere nisi diuinitate præditus, vtramq; simul copulari naturam oportuit, & θεάνθρωπον fieri, vt Iesu, hoc est Seruatoris titulo exornaretur. Quare hoc nomine summum omnium quæ collata nobis sunt diuinitus, beneficium exprimitur, nimirum à sempiterna calamitate redemptio, quæ tantum procreationis bonũ munusq; exuperat, quantum naturam gratia, & præsentis vitæ conditionem interminata beatorum gloria præcellit. Quod pius idemq; elegantissimus in dicendo Bernardus suauissimè in hunc modum explicauit libro de diligendo Deo, *Quod si totum me debeo pro me facto, quid addam iam pro me refecto & refecto hoc modo? Nec enim tam facile refectus quàm factus. Siquidem non solum de me, sed de omni quoque quod factum est, scriptũ est, dixit & facta sunt. At verò qui me tantum & semel dicendo fecit, in reficiendo profecto & dixit multa & gessit mira, & pertulit dura, nec tantum dura, sed & in-*

Bernard. tract. de diligendo Deo, sub medium.

& indigna. Quid ergo retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit, in secundo se. Et vbi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus me pro me debeo & bis debeo. Quid Deo retribuam pro se? Nam etiamsi me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum? Quæ causa maximè nos impellit, vt pro tantis tamq; immensis beneficiis grates acturi, quantas hominum imbecillitas reddere potest, huic nomini cultum & reuerentiam potius, quam aliis nominibus, quæ non eam excellentiam præferant, singulari quadā pietate impertiamur. Vnde sequitur, minimè nos honorare vocē sonantesq; syllabas dictionis, sed potius significatum ipsum vocis, quæ natura sua refertur ad aliud. Atq; his addi etiam potest, quod cum crucis mysterium offensionē Iudæis pepererit, Gentilibus autem ludibriū, necesse fuit nascentis Ecclesiæ primordiis, inter ipsas fœdæ mortis contumelias, prædicare diuinitatem & contestatam relinquere; quare primi Christiani nunquā auribus hoc nomen excipiebant, quin corporis animiq; religionem, & demississimū cultum exhiberent: cumq; patrarent magna illa mundo admirabilia, in quibus homines exhorrescebant, id non nisi vi huius nominis perficiebatur. *Argentum & aurum*, inquit D. Petrus, *non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.* Cumq; Annas summus Sacerdos, cum Caiphas, Ioannes, Alexander, aliiq; religionis principes, ab eodem & Euangelista Ioanne petierunt, qua tandem potestate, & quo nomine mirandū id facinus edidissent, ita responderunt, *Notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, qui in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus, Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.* Cumq; Apostoli huius causa grauissimis contumeliis appeterentur, *ibant gaudentes*, inquit rerum gestarū memoria, *à conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati.* Diuus quoq; Paulus in simili vexatione magnum quoddam & eximiū decus ponebat, cum sciret, suæ ad Deum conuersionis hanc causam & conditionē fuisse his verbis Ananiæ patefactam, *Vade quoniam vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel: Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Atq; id nomen tam sæpe in ore atq; stylo habuit, vt clarissimè testaretur, quod animaduertit S. Ioan. Chrysostomus, illius suauitate colliquefactum habere pectus, & viuam illius memoriam alte in animo impressam & inustam fuisse.

Actor. 3. 6.

Actor. 4. 10. 11.

Act. 5. 41.

Act. 9. 15. 16.

Chrys. in c. 1. ad Corin. 1. *Tu autē considera, quo pacto Paulus Christi nomen, auditorū cordibus frequenter affigat, & semper eum quem desiderat, nominet.* *Abdias lib. 5. hist. Apost. Refert Ioannē Apostolum aliquando baptizasse in nomine Domini nostri Iesu Christi, Patrisq; eius omnipotentis, & illuminatoris Spiritus Sancti.*

Propter hanc eandem rationem, quæ diuinitatem Filii Dei perspicuo testimonio comprobat capite 5. Actorum Apostolorum perscribitur D. Ioannem Iesu nomen adhibuisse in formula, qua mysticis vndis Christiani abluebantur. Quod & alii quoque religionis magistri faciebant, vt ex eodem ipso libro constat cap. 2. vbi Diuus Petrus Neophytos

atque recens initiatos sic affatur, *Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus Sancti.* Et cap. 8. refert D. Lucas Samaritas baptizatos fuisse in nomine Domini Iesu. Quod D. Ambrosius in hunc modũ exponit, *Qui vnum dixerit, Trinitatem signauit, si Christum dicas, & Deum Patrem à quo vnctus est Filius, & ipsum, qui vnctus est, Filium, & Spiritum quo vnctus est, designasti.* Cum tres personæ Trinitatis (addunt S. Irenæus & D. Basilius) in vnaquaq; comprehendantur, quod Theologi Circuminsessionem, Græci περιχώρησιν nominant. Atq; hinc factum vt Pictores, præsertim à Senensis Bernardi viri sanctissimi temporibus, Solis effigie nomen hoc adumbrarent radiis in orbem illuminatum quibus diuinitas effingitur, non minus quam in summi quondam Sacerdotis Rationali nomen Iehouah splendidissimè coruscabat: quanquam & hanc rem quidam referunt ad eam Christi manifestationem, qua splendore gloriæ suæ Paulum abiectum perterrefecit cum illa vox audita est, *Ego sum Iesus quem tu persequeris*, Act. 9.

S. Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto c. 3.

Iren. lib. 3. de fide c. 20.

Basil. lib. de Spiritu S. cap. 12.

Communior tamen sententia Theologorum est essentialem Christi baptismi formã fuisse semper cum expressis nominibus trium personarũ: ita vt in nomine Christi, idem sit quod nominando Christum, tum quia Christus non tantũ præceptum dedit Matth. 28. v. 19. baptizandi, In nomine Patris & Filii, & Spiritus S. verum etiam necessarium & essentialẽ instituit ritum: tum quia explicata fides S. Trinitatis necessaria est tanquam primarii obiecti ac fundamenti ac principalis causæ tam baptismi mysteriorum nouæ legis, idcirco Hieronymus Epist. ad Marcellam baptismum vocat *Trinitatis mysterium.* Basilius l. 2. contra Eunomium, dogma Christianæ religionis

Cæterum modus quo per compendia literarum scribi aut pingi solet, à Græcorum consuetudine manauit, qui cum volunt dictionẽ contrahere, duas priores illius literas & postremam sumunt: vt pro Δημοσθένης ponunt ΔΗ̄Σ. Ita cum lubet paucarum literarũ comprehensione Seruatoris nomen scribere, loco Ἰησοῦς, ponitur ΙΗ̄Σ, & pro Χριστὸς ΧΡ̄Σ, quod cũ esset imperitæ multitudini ignotum, indocta cõsuetudine factum est vt Η Græcum in Latinam aspirationem migraret, & maiusculum Ρ rho, in P Latinũ propter similitudinẽ degeneraret, vnde fraus errorq; profluxit.

Illi igitur ab illustrissimi & gloriosissimi nominis IESV cultu & honore deinceps abhorrebunt, aut qui crucem infestis odiis persequentur vt barbari & infideles, aut eius diuinitatis ignari, vt Heluidiani, Ebionitæ & Valentiniani, aut eius humanitatis veritatẽ abnegantes vt Marcionistæ & Manichei, aut in eius immortalia beneficia ingrati & præsertim Redemptionis, vt reprobi qui sempiternis inferorũ flammis addicũtur.

Caluin Harm. in c. 1. Luc. 6. 31.

Caluinus eos omnes sententia sua cõfutabat, si eius verba capiantur, quæ in primum D. Lucæ caput apposuit, vbi maximè Hebræos Catholicæ religionis hostes pungit, Quod Rabini, inquit, scribunt vbiq; IESV, cõstat maligne ab iis fieri, ne Christum honorifice appellent: negant venerandũ esse ac tremendum nomen IESV, coram quo omne genu flecti oporteat, nisi vnicè competat in filium Dei. Subdit verò Caluinus haud magis eos homines audiendos, quàm si vilis de via canicula oblattaret. Similia etiam & verò illustriora ponit in Matth. 1. cap. v. 23.

Neq; desperatorum illorum hominum sensum Religiosi qui Iesuitæ nominantur vllo modo sequendũ & ferendum existimant: nam vbiq; nomen hoc imprimunt, quanto fieri honore potest, in hominũ cordib. & religione; ferunt ab Austro in Septentrionem & in vltimas oras terrarum vel summo vitæ suæ periculo, atq; remotæ Barbariæ feris & incultis regioni-

regionibus cõmendant, inst llantq; in omnes eius incredibilem suauitatem. Sed quoniam eorũ societas hoc etiã nomine decorata est, quod pleriq; in inuidiam & offensionem vocarunt, accedamus ad hanc controuersiam & æmulorum obiectiones ea gratia factas expendamus.

Prima Obiectio ex eo ducitur, quod cum Iesu nomen tantam maiestatem, tam incredibilem sanctitatem & religionem importet, nemo vt apparet sibi vindicare id potest, sine impudentiæ, impietatis & sacrilegii suspicione. Secunda, quod iam inde à tempestate Apostolorum, nullus fuit hominum cœtus qui tentaret, quod Iesuitæ sunt ausi. Tertia, quod tametsi communicari id nomen posset, non ferenda tamen videretur Iesuitarum ambitio, qui in id primi inuolauerunt. Quarta, quod non duntaxat eorum ordo, sed totius Ecclesiæ communitas, societatem Iesu efficiat. Quinta, quod æquo nimirum iure familiæ religiosæ omnes sanctissimorum capitum Basilii, Benedicti, Augustini, Francisci, Dominici in eiusdem nominis communionem venire possint. Huic ergo tralatitiæ querelæ satisfaciendum est, & veritas clara in luce ponenda.

Quod ad primam obiectionem attinet, licere nomini Iesu nomen vsurpare: supponenda prius est Varronis elegantissimi viri doctrina lib. 7. de lingua Latina, vbi ostendit duobus modis posse nomen considerari, in recto, & in obliquo. Primo illo vtimur cum rem ipsam notare placet, secundo vero cum eiusdem participationem declarare. In diuinis etiam commentariis res perspicua. Apostolus, verbi gratia, scribens ad Timotheum, vocat *hominem Dei*, D. autem Ioannes de verbo loquens ait, quod Deus erat Verbum, & ipsum Verbum Deus. Quæ tam nota vtriusque differentia est, tamque perspicua, vt nulla sit opus interpretatione, sed vt tantum ad propositam rem accommodetur. Est enim respondendum quod licet ante humanitatẽ à filio Dei sumptam, Iesu nomen in recto Iosue filio Naue tributũ fuerit, sicut & Iesu filio Iosedeci, item Iesu filio Sirach vt superius dicebamus, aliisque item non paucis, vt Galatinus animaduertit lib. 1. Arcanorum fidei cap. 7. tamen post naturam nostram Verbi copulatione locupletatam, nemo hactenus tam proiectæ audaciæ repertus fuit tamque temerarius, vt sanctissimum hoc nomen vsurparet in recto, hoc est, qui nominari Iesus vellet. In obliquo vero quis negare potest, quin vel in ipso Euangelio nominata sit Maria mater Iesu? Quin ibidem mentio fiat fratrum IESV? & discipulorum IESV? Quis dubitauit aliquando nominare D. Petrum, D. Andream, S. Ioannem, & S. Iacobum Apostolos Iesu? Nathanaelem, Cleopham, Gamalielem, Nicodemum Discipulos Iesu? qui impedire eundem voluerunt ne se morti & acerbo fato obiiceret Marci 3. cognatos & amicos Iesu? Cum Ecclesiæ (ita enim noui homines loquuntur) Palatino Consistorio suos libellos atque postulata deferunt, cuiusnam indigitari Ecclesiæ cupiunt? Iesune an Belial? Sed quot modo reperiuntur cœtus religione Societati qui à Iesu nomen habent? Tereza mater in qua paucis ante annis mons Carmelus nouo germine pietatis & mirabili florum

1. Tim 6. 11. Σὺ δ' ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ ταῦτα φεῦγε.

καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. *Ioan. 1. 1.*

Zach 3. *Sacerdos magnus dicitur hebraice Iehosuah, 70. verterunt Iesum.*

varietate conuestiri cœpit, quodnam scelus concepit cum se appellauit Teresam ab Iesu, quasi diceres votam penitus & consecratam Iesu? Cũ ille Præfectus legionum Ægyptius, vt antiqua nouis attexamus, victoriam reportauit, & de Sicelego spolia multa & eximia retulit, iniuriam credo faciebat Dauidi, cum clara voce profitebatur, spolia esse Dauidis, illius esse manubias & triumphum? An Regis decus & viridantes laureę infringuntur, cum dicitur à Prætoriana tantum illius cohorte, cinctum Mommelianum castrum, obseptumq; fuisse? aut claros & victores Regis milites in Yuriacis campis hostium exercitum fudisse? sexcenta huiusmodi exempla posita in medio & in cõmuni omnium luce quæ proferri à me possent, an non satis futilem eam obiectionem fatuamque declarant? Cur igitur in ea refutanda plus operæ laborisque sumamus?

At inquiunt arrogantiæ plenum est & ambitionis, arrogare id sibi, quod in Ecclesiam vniuersam, in familias omnes religiosas, in plures alios conuenire potest. Id si verum est, ambitiosi igitur sunt religiosi, qui à Trinitate nomen habent: ambitiosæ Nonnæ, quę filiæ Dei nuncupantur: ambitiosi Monachi, qui se nominant à Casa Dei, aut à Monte Dei: Etiam ambitiosus Ordo Iesuatarum, longe ante quam Iesuitæ exorirentur à S. Columbano, nimirum anno 1356. Ambitiosi Equites S. Spiritus, quandoquidem & filii Dei omnes sumus, & Triadi summæ deuoti, prompti etiam paratique ad moriendum pro tuendo Spiritus sancti honore. Quod cum à nullo fuerit obiectum hactenus, atq; reprehensum vsque ad tempora Iesuitarum, verendum est, ne in ea obiectione, plus ieiunæ maleuolentiæ quam æquitatis, plus perturbationis quam rationis fuisse videatur.

Quare sanctum & œcumenicum Concilium Tridentinum sine vlla difficultate excepit, & auctoritate sua grauissima cõfirmauit, & comprobauit hanc appellationem, cum sessione 25. cap. 16. tyrocinii tempus religiosorum familiis omnibus definiit, edixitque, vt euoluto vnius anni curriculo legitimæ probationis, quisque solenne votum emitteret, prout Ordinis cuiuslibet regulæ atque instituta postulant. Subdunt vero Patres diuinitus afflati hanc Clausulam, *Per hæc tamen sancta Synodus non intendit aliquid innouare aut prohibere quin Religio Clericorum societatis Iesu iuxta pium eorum institutum à sancta sede Apostolica approbatum, Domino & eius Ecclesiæ inseruire possit.*

Bullæ item de eadem re Pontificiæ, tam multæ tamque illustres reperiuntur, vt pia sanctissimi nominis cooptatio, repudiari damnarique non possit, quin simul oraculum veritatis, & eorum omnium vox atque sententia damnetur, qui legitima successione D. Petri sedem, ius, & auctoritatem exceperunt, iam inde à Paulo III. vsque ad hodiernum Ecclesiæ moderatorem, quod obiter & quam fieri breuissime poterit ostendemus.

Prima approbatio instituti Societatis Iesu, extat in Bulla Pauli III. cum restrictione numeri ad personas sexaginta duntaxat, data anno millesimo

Digitized by Google

millesimo quingentesimo quadragesimo, & incipit, *Regimini militantis Ecclesiæ.*

Bulla secunda Pauli III. Qua facultas datur quosuis Idoneos ad Societatem Iesu sine restrinctione numeri, admittendi & constitutiones condendi, anno 1543.

Breue 1. Pauli IV. Quo facultates continentur concionandi, confessiones audiendi, absoluendi, &c. Incipit, *cum inter cunctas*, datum anno 1545.

Aliud 1546. quo facultas datur coadiutores admittendi, qui possint etiam ad sacros ordines promoueri, incipit, *licet debitum anno* 1549. & quam plurima priuilegia complectitur: plurima, ad Societatis regimen & ministeria,

Iulii III. Bulla confirmans institutum Societatis Iesu cum maiori tum illius, tum indultorum declaratione, incipit *exposcit debitum.*

Breue Iulii III. Quo continetur confirmatio priuilegiorum Societati concessorum & aliorum noua concessio, anni 1552. incipit, *sacræ religionis, sub qua dilecti filii societatis Iesu, &c.*

Breue Pii IV. Quo habetur confirmatio & noua concessio facultatis circa Societatis Iesu ædificia, anni 1561. incipit, *& si ex debito.*

Aliud, circa facultatem conferendi gradus, anni 1561. incipit, *exponi nobis.*

Bulla Pii V. Qua continetur confirmatio & extensio priuilegiorum Societatis Iesu contra Apostatas, anni 1565. incipit, *Æquum reputamus.*

Bulla eiusdem Pii V. Confirmationis constitutionum circa contractus non capitulariter celebrandos, sic incipit:

Innumerabiles fructus, quos benedicente Domino, Christiano orbi Societas Iesu, viros literarum præcipue sacrarum scientia, Religione, vita exemplari, morumque sanctimonia perspicuos, multorum religiosissimos præceptores, ac verbi diuini, etiam apud longinquas, & Barbaras illas nationes, quæ Deum penitus non nouerant, optimos prædicatores & interpretes producendo, fœlicissime hactenus attulit, & adhuc sollicitis studiis, afferre non desistit animo sæpius reuoluentes nostro, libenter non solum ea, quæ alias in ipsius Societatis fauorem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, nobisq; & aliis emanata sunt, vt firmius subsistant cum à nobis petitur, Apostolicæ & perpetuæ firmitatis robore, verum etiam Societatem ipsam quantum nobis ex alto conceditur, specialibus fauoribus & gratiis munimus.

Bulla eiusdem Pii V. anni 1571. Continens priuilegia circa prælectiones in collegiis, alia item in scholarium fauorem, incipit, *cum literarum studia.*

Bulla eiusdem Pii V. Qua cum aliis mendicantium ordinibus connumeratur & priuilegiis æquatur, anni 1571. incipit, *dum indefesse.*

Bulla

Bulla Gregorii XIII. De consecrationibus & iudicibus assumentis anni 1573. incipit, *Æquum reputamus.*

Alia eiusdem. Anni 1573. circa horas Canonicas extra chorum & sacros ordines post emissa vota, etiam ante professionem, incipit, *Ex sedis Apostolica.*

Bulla circa librorum prohibitorum vsum, eiusdem Pontificis: Incipit, *exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii præpositus generalis & religiosi Societatis Iesu, &c.* anno 1575.

Bulla, de vsu facultatum: eodem anno 1575. incipit, *decet Romanum Pontificem.*

Bulla de medendi facultate citra adustionem & incisionem, &c. pro Medicinæ peritis, anni 1576. incipit, *vnigeniti.*

Bulla de exemptione Societatis à publicis supplicationibus, 1576. incipit, *quæcunq; SS. Religionum.*

Bulla, circa commorationem intra septa aliorum ordinum, an. 1576. incipit, *Saluatoris Domini.*

Bulla, facultatem continens alienandi in euidentem vtilitatem iuxta Societatis Iesu constitutiones, incipit, *Apostolica sedis.*

Bulla derogatoria capituli, *nuper de Decimis*, anni 1578. incipit, *Pastoralis officii.*

Bulla de indulgentia plenaria semel in anno in ecclesiis Societatis Iesu, & facultate celebrandi per horas ante auroram, &c. incipit, *Quanta in vinea.*

Breue eiusdem anni 1579. circa vsum altaris portatilis, incipit, *vsum altaris viatici.*

Bulla, concedens eodem in loco Indulgentias omnes quæ Ecclesiis aliorum datæ sunt, incipit, *cum sicut.*

Breue eiusdem Gregor. XIII. circa literas pœnitentiariæ, incipit, *exponi nobis.*

Bulla, circa census redimibiles & facultatem alienandi, anni 1581. incipit, *ex debito.*

Bulla, qua conceditur præposito generali, vt de eius licentia Societatis religiosi etiam professi ad quosuis alios regulares ordines transire valeant, anni 1582. incipit, *Cum alias fel. record. Paulus Papa III. Societati Iesu inter alia concesserit.*

Bulla eiusdem anni, qua facultas datur suscipiendi ordines à quocunque Antistite, idque etiam extra tempora, incipit, *Pium & vtile societatis Iesu institutum.*

Bulla eiusdem, tum anni, tum Pontificis, Qua institutum Societatis Iesu confirmatur, & eos omnes, qui peracto Nouitiatu tria vota emiserint, tametsi simplicia, vere & proprie religiosos esse declarantur, incipit, *Quanto fructuosius.*

Bulla, de noua instituti confirmatione, lecta, publicata & affixa ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe & S. Ioannis Lateranensis nec

Digitized by Google

sis nec non Cancellariæ Apostolicæ & aciei campi Floræ: anno à natiuitate Domini 1584. indictione duodecima, die vero Lunæ 16. mens. Iulii, anno 13. Pontificatus Gregorii XIII.

Bulla, circa rerum ac personarum Societatis exemptionem, incipit, *satis superque*.

Bulla, vt nulli de Societate liceat ad Carthusiam secundo transire nisi de licentia præpositi generalis, incipit, *exponi nobis*.

Breue Apostolicum, circa facultatem prædicandi olim concessam iis de Societate, qui nondum ad sacros ordines promoti essent, incipit, *vigore priuilegii*.

Bulla, de erectione primariæ Congregationis in Ecclesia Annunciatæ Collegii Romani Societatis Iesu cum Indulgentiis, & cum facultate aggregandi quasuis alias similes pro generali Præposito, incipit, *Omnipotentis Dei*.

Bulla extensionis eiusdem facultatis ad alias non scholarium per Sixtum V. incipit, *superna dispositione*.

Bulla qua Institutum Societatis Iesu, & ratio gubernandi confirmãtur, & ne quid cõtra hæc à quoquam tenetur, grauiter interdicitur, data anno 1591. incipit, *Ecclesiæ Catholicæ*. Quæ vero ad illegitimos spectat cum facultate restituta dispensandi, incipit, *exponi nobis*.

Hæc cum certa sint atq; testata, cumque vt præclare D. Chrysostomus monuit, & ratio ipsa docet, proprium superiorum sit nomen imponere, vt recipere Inferiorum; cur enimuero Iesuitæ, & quonam tandem modo, appellationem hanc tam augustam & religiosam potuissent repudiare, à summo Ecclesiæ moderatore exceptam, ab Oecumenico deinde Concilio firmatam, in quo mens & totius Christianæ politiæ sensus vigebat? cur tot populos atq; nationes quæ nullius inuitatu sua maxima sponte hoc illis nomen tribuerunt, coarguere vanitatis & contemnere voluissent? Denique cum vt magno Philosopho placuit, nomen sit nota expressumq; rei vestigium, cur Iesuitæ cœlestibus documentis spoliassent se, & hoc tanto ad virtutem incitamento, his stimulis ad imitandos Apostolos, & inhærendum eius vestigiis, cuius voluntas æqui bonique norma est, cuius vita exemplar est absolutæ sanctitatis? Cumq; Iesuita Christi Iesu imitatorem significet, qui merito reprehendat, si pro mensura gratiæ diuinitus communicatæ, respondere vocationi connituntur, & effatum id consequi filii Dei, *Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi ego sum illic & minister meus erit*. Ioan. 12. 26.

Atque hic mihi diuinæ prouidentiæ vis in excitanda & constabilienda hac Societate, summis laudibus efferenda & prædicanda videtur: nam vt cum primum venenatæ serpentes è latibulis suis inflato collo prodeunt, tum etiam natura fraxinum è gremio suo educit nota & admiranda prouisione, quæ veneni vim exhauriat: ita nunquam exortæ sunt pestilentes de religione sententiæ, quin ad eas resecandas, & opprimendas, homines Deus excitarit virtute & sapientia clarissimos. Tales

quidem fuerunt aduersus Manicheos & Pelagianos primipili duo fortissimi Ambrosius & Augustinus, contra Nestorianos Cyrillus, in Iouinianum armatus Hieronymus, aduersus Arrianos felix & triumphator Athanasius, Gregorius vterque, Syluester, Hilarius. Contra Albigenses par illud fortium bellatorum Dominicus & Franciscus cum delectis suis: Tales denique Iesuitæ Nouatoribus obiecti atque sectariis, qui nefarium Ecclesiæ matri bellum indixerunt.

Perspicietur hoc à nobis illustrius, si Luthero eiusque gregalibus, huius Societatis fundatorem & parentem opponamus. Video imprimis nascentem Lutherum doliaris fabri despicatissimi filium, quod sub finem quinti & decimi sæculi contigit: quibus etiam prope temporibus ortum habuit Ignatius illustris Loyoleæ familiæ clara soboles, anno videlicet à partu Virginis 1491. Lutherus se D. Petri solio capitalem & infestissimum hostem exhibuit, cum animi perturbatione diuturna, & atræ bilis morbo fuisset vexatus, Ignatius anno 1510. cũ è vulnere & corporis ægritudine laborauisset, D. Petrum in Patronum fidelissimumque Tutorem delegit, hymnum sacrum in eius honorem composuit, quod eius primum ingenii monumentum fuisse aiunt. Lutherus audacia non ferenda & motu animi cæco elatus, præ se quidem fidei instaurandæ falsam & adumbratam speciem ferebat: Ignatius ardore vero & incenso dilatandæ fidei & illustrandæ plenus, omnibus à salutis via aberrantibus eandem protulit, proposuit, inculcauit. Lutherus Christianæ religionis dignitatem in Europa imminuit: Ignatius spiritu eo qui portat omnia exsuscitatus, eam tulit in Americam, in vtramque Indiam, in oras vltimas sepositi ignotique Orientis. Lutherus è Catholicis quasi Circæo poculo facit hæreticos: Ignatius diuina gratia fretus, Ethnicos & idolis superstitiose addictos, in sinum castæ religionis adducit. Lutherus votis se Monachorum exoluit, & qui fuerat Deo dicatus, se fœda commutatione prophanum reddit: Ignatius vitam liberius è consueta nobilium licentia ductam, religiosa lubens consuetudine deuinxit. Lutherus obedientiam superioribus votam eiurat, cucullum atque exomidem abiicit, matrimonium init, spurco & incesto flagitio liberos creat, in poculis mentum mentemque deponit, rei familiari bonus Paterfamilias dat operam. Ignatius omnem libidinem voluptatis, & blandissimas adolescentiæ dominas fugit, lasciuiam eierat, obedientiæ iugum excipit, paupertatem vouet & castimoniam. Lutherus cum suo perduellium grege, odio atroci & inhumano sedem Apostolicam insectatur, & ab eadem omnium Christianorum animos abalienare studet: Ignatius proprio & peculiari voto se maximo in terris Christi Vicario submittit, in iis quæ spectant ad earum Gentium conuersionem, quæ vel nunquam fidei splendorem exceperunt, vel inconstanti perfidia repudiauerunt exceptum. Lutherus dissidii pomum medios inter Catholicos iniicit: Ignatius ab Ecclesia secretos atque schismaticos fidei conciliat. Lutherus atri Genii Amanuensis & furiarum scriba fuit,

ba fuit, missam odit, impugnat sacrificium: Ignatius aras & tẽpla & Synaxeos augustum mysterium singulari pietate prosequitur, & omnes ad eandem Sacramenti religionem & communionem vocat. Lutherus & Melanthon superbius sese efferunt, magnifice circumspiciunt quod nescio quid Græce atque Hebraice scire videantur, nouas quasdam & inauditas interpretationes excogitant: Ignatius veterem Ecclesiæ possessionem germanumque sensum tuetur, quod idem eius filii studiosissime faciunt, omni genere literarum, tum diuinarum, tum humanarum exculti. Lutherus cæterique eiusdem factionis homines, & qui post illum nouarum opinionum architecti extiterunt, Ecclesię Occidentis damnum & detrimentum afferunt, Orientis offendunt: Ignatius vtrique seruit, & plagis vtrique polo subiectis diuinitatis arcana denunciat. Lutherus iconas euertit, subruit altaria, pro nihilo putat cerimonias, Sacramenta rescindit, & in altari nil præter vmbram & figuram somniat: Ignatius per se atque suos, quidquid spectat ad religionis decus & ornamentum, & præsertim Eucharistiæ veritatem, tuetur constanter accurateque defendit. Lutherus & leuis turba Sacramentariorum Christum identidem ebulliunt, Christum in ore & extremis labris habent, dulcissimum autem Iesu nomen importuno silentio inuoluunt: Ignatius & lectæ illius copiæ Iesu auspiciis belligerant: & si forte contingat, quod vsuuenire sæpe solet, huius nominis causa vexentur, iucundo animi sensu & voluptate, sibi ante oculos ponunt illud effatum Simeonis, Iesu nomen vt signum quoddam esse propositum cui contradicetur: tum vero imitatione Apostolorum, sese beatissimos ferunt & prædicant, quod pro nomine Iesu contumeliam patiantur. Præsertim cum apud S. Iustinum, Tertullianum, Arnobium quotidie legant, in primis Ecclesiæ cunabulis, exprobrari *Christiani* nomen consueuisse iis hominibus, qui se ad fidem & cœlestem religionem adiungerent, quod nomen Antiochiæ primum impositum fuit, si D. Lucæ & Athanasio viro sanctissimo credimus.

Iustin. Apolog [illegible] prope initium.

Ex nomine ipso neque laus cuiquam neque pœna detetur, nisi quid per virtutem, vel per prauitatem factum esse probari potest. de nostris autem nomen ipsum tanquam criminis comperti argumentum corripitis, &c. Christiani enim esse deferimur, at qui χρηστὸν hoc est. commodum & bonum odisse iniustum est.

Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον.

Notandum vero nomen ipsum Christiani non multo post versutia diaboli vsurpatum fuisse à Carpocratianis, vt scribit Epiph hær. 27. quos secuti sunt cæteri irrogantes contumeliã tanto nomini falsa doctrina ac morum prauitate: quã ob causam vt sæpe conquesti sunt patres Apologiis, execrandum factum est aliquando Gentilibus nomen Christianum adeo vt ipsum solum, absq; re aliqua noxa, vt scribit Tertull. in Apologetico, esset crimen.

Atque hoc loco omni animi demissione iisdem proponunt, si forte inanis & fugienda quædam ad *Iesuita* nomen adhærescat ambitio, in nomine *Christiani* haud paulo minorem videri. At si quis vrgeat, è nomine vnum, alterum è cognomine desumi, respondent, haud propterea refugisse Apostolum magnum illum diuinæ mentis interpretem, ad Corinthios scribere, ex Iesu Societate se esse, nec impedire quidquam, quo minus iisdem verbis cum Doctore Gentium se mutuo consalutent, *fidelis Deus* 1. Corinth 1. 9.

Sueton. in Nerone c.16. *Christiani, genus hominum superstitionis nouæ & maleficæ.*

delis Deus per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi Domini nostri. Ad huius tanti beneficii prædicationem de illis vnus hæc canebat:

Iesu delitiæ beatiorum
Iesu lux mea qui mihi medullas
Hauris æthereo benignus œstro.
Quam grati latices natant repente
Labris mollibus aurei puelli
Vena lacteolæ liquenti ab alueo.
Quam ros humidulis coactus vmbris
Recentes rigat imbuitque plantas
Illæsu tenero & sitim moratur.
Quam dulcis sitientibus medullis
Meracis liquor influit Lycei.]
Tam gratus fluis in pias medullas
Irrorans animæ æstuantis ignes
Et me purpureo vehens olympo.

Longe ante illos, Vates Isaias id suauissime pronunciarat 26. cap. suarum prædictionum, *In semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ.* Neque fieri vnquam potest vt id nomen auribus à nobis excipiatur, aut comprehendatur mente & cogitatione, quin eum iucunda recordatione complectamur qui quod ad locum attinet est ἄπειρος. quod ad tempus ἀόριστος, quod ad vitam ἀΐδιος, quod ad essentiam ἁπλοῦς, vtique, ἀκατάληπτος & vt Trismegistus definiebat, *Circulus cuius centrum est vbique, circumferentia nusquam.*

DE

DE AQVA LVSTRALI.

Capvt XLII.

INSANVS & impius contemptus rerum consecratarum, aquæ, olei, atq; panis, è fœce Waldensium primum hauſtus eſt, circa annum Domini milleſimum centeſimum octogeſimum; quem exceperunt deinde Flagellantes, Lollardi, Vuicleſiſtæ, Thaboritæ, & eiuſdem farinæ homines, qui nuper eandem Camarinam mouerunt.

Contra videmus antiquæ legis æuo conſueuiſſe magnum Sacerdotem, vt in Leuitico Numeriſque perſcribitur, ita vaccam ruffam immolare, vt compreſſu digitorum ſuorum ſepties cruorem eliceret, quem è regione tabernaculi reſpergebat, eandem poſtea incendebat lignis cedrinis hyſſopo & cocco bis tincto, cineres à quopiam ſummæ innocentiæ viro & caſtiſſimo colligebantur, & puro in loco reponebãtur, vt qui luſtrare expiareque ſe voluiſſent, eos in liquidam aquam immitterent, tum hyſſopo ſe aſpergerent. Rurſum Deus ita Moſen affatur, *Tolle Leuitas de medio filiorum Iſrael & purificabis eos iuxta hunc ritum, aſpergantur aqua luſtrationis.* Et iterum cap. 19. *Qui tetigerit humanæ animæ morticinium, & aſperſus hac commiſtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini & peribit ex Iſrael, quia aqua expiationis non eſt aſperſus,* &c. Tametſi verò cumprimis hæc myſteria ad pretioſiſſimũ Agni cruorem & eius perpeſſiones referantur, illa tamen aliqua ratione ad ſacros ritus ceremoniaſq; pertinebant, cum earum adumbrationem illi haberent, quibus nos feliciſſime perfruimur, vt ſupra fuit expoſitum. Vnde ſequitur in earum purificationum locum, luſtralem quodammodo aquam ſucceſſiſſe, quemadmodũ ſacer Baptiſmus Circunciſionis modo vicem obtinet. D. Baſilius libr. de Spiritu S. cap. 27. huius elementi benedictionem ad arcanam Traditionẽ retulit, hoc eſt tacitam Apoſtolorum inſtitutionem, & quidem Romanus Clemens formulam ipſam, & concepta benedictionis verba memorat, quibus vnda Baptiſmi conſecrari debet. Et Alexander primus, qui ſexto loco D. Petri munus & dignitatẽ excepit, ita loquitur, *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificẽtur & purificentur: quod & omnibus ſa-*

Leuit. 16. 14.

Num. 19. 2 & ſeqq.

Ad Hebræos 9 13.

Si enim ſanguis hircorũ & taurorũ & ſanguis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis, quanto magis ſanguis Chriſti.

Num. 19 9.

Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco mũdo & puriſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis.

Num 8. 6.

Num. 19. 11.

1 Cor. 10 v. 11.

Baſil lib de Spiritu S c. 27

Conſecramus aquam Baptiſmatis & oleum vnctionis, præterea ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? nonne à tacita ſecretaq; traditione?

Clem Romanus Conſt. Apoſt l 7 c. 41.

Ipſum igitur nunc quoq; in-

Digitized by Google

docet Sacerdos à baptismo & dicat, descende de cœlo & sanctifica hanc aquam, &c.

bus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa diuinisque precibus sacrata populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Elisæum Prophetam sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus sterilitatem rerum aufert humanarum & coinquinatos sanctificat atque mundat & expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit & à phantasmatis & versutiis homines defendit: nam si tactu fimbriæ vestimenti Saluatoris, saluatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis sacrorum eius verborum diuinitus sacrantur elementa quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas?

Tertull. lib. de baptismo c. 4. *Superuenit enim Spiritus S. de cœlis & aquis superest sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificata, vim significandi combibunt.*

Ezechiel. 36 25.

Tertullianus lib. de Baptismo cap. 4. docet Spiritum sanctum insinuare se in aquas, eisq; præsentia sua consecratis, vim sanctificandi arcanamque virtutem concedere. D. item Cyprianus epist. 70. monet, Baptismi aquam lustrari, & purificari oportere à Sacerdote, priusquam ad Catechumenos tingendos adhibeatur, & in eam rem Ezechielis effatū profert, *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.*

Ambros. de iis qui myst. init. c. 3. *Aqua sine prædicatione Dominicæ crucis, ad nullos vsus futuræ salutis est: cum verò fuerit salutaris crucis mysterio cōsecrata, tunc ad vsum spiritualis lauacri & salutaris poculi temperatur, &c.*

D. Ambrosius lib. de initiatis, Aqua salutaris crucis mysterio consecrata, ad vsum spiritualis lauacri & salutaris poculi temperatur: deinde vim Crucis quæ ad vndæ benedictionem adhibetur cum eo ligno componit quod Moses in Mara fontem proiecit, quo dulcis atq; ad hominū vsum accommodata fieret. Id ipsum repetit lib. 1. de Sacramentis cap. 5. & 1. de Spiritu Sancto cap. 7.

S. Augustinus libro quinquaginta Homiliarum hom. 27. asserit diuini fontis vndas quo fonte prima labes eluitur, vt salutares esse queant, lustrari prius & consecrari signo crucis debere. Et lib. 6. de Baptismo cōtra Donatistas cap. 25. docet vere aquam benedici & cōsecrari, licet Mystæ inopia doctrinæ laborent & vitiose loquantur.

Epiphanius hæresi 30. refert Iudæum quendam illustrem & nobilem qui recens Catholica religione imbutus initiatusq; fuerat, impiorū Iudæorum cantiones maleficiumq; deprehendisse, homines enim scelerati cum vi magica ignem cohiberent coquendis lateribus accommodū, sanctissimi templi exædificationem impediebant. Hoc autem modo in ea fraude amolienda est vsus, vt primum aquam in nomine Christi Iesu benedici curaret quam olim à parentibus suis extinctum & in crucem fixum profitebatur, tum in fornacem eandem coniiceret, subitoq; flammæ, malo Genio compresso & expulso, ad vim suam naturamq; redierunt.

Palladius in sanctorum Patrum historia quam anno post Christum natum quadringentesimo exarauit capitibus 19. & 20. refert mulierem quandam quæ in iumentum cōmutata videbatur Magi vnius infando artificio, cuius philtro atq; impudica machinatione pellici non potuisset ad quendam Ægyptium amandum, lustralis vndæ aspersione fuisse liberatam, cum beatus Macarius vir exquisitæ sapientiæ, & innocentiæ vitæ singulari, in afflictæ mulieris caput rorem purum intulisset.

Cassianus

Digitized by Google

Cassianus lib. 15. Collationum cap. 4. scribit Abrahamum plurium Monachorum patrem cum signo crucis aquam consecrauisset & ægræ mulieri dedisset, subito mammas aridas prius & exinanitas, summa lactis vbertate & copia redundauisse, ad alendum pusionem, qui consueta alimonia destitutus prope iam emoriebatur.

Cassianus coll. 15. c. 4. [illegible] signo crucis [illegible] dedit, [illegible] in [illegible] ari-da iam penitus vbera copia lactus redundantia [illegible] xerunt.

Theodoretus l. 5. historiæ cap. 21. refert cum Iouis templum Apameç solo æquandum & diruendum funditus esset, malum dæmoné qui prohibebat incendium, aqua lustrali fuisse eiectum & exterminatum, quam Equitius Diaconus è templo attulerat, prius à Marcello Pontifice integerrimo, signo crucis & augusta religione consecratam. Idem ipse agens de Anachoreta Aphraate, hominem eum tot & tantis virtutibus excultum narrat, Equiti Palatino & gratioso apud Valentem Imperatorem integram valetudinem restituisse, lustralis aquæ vi oleiq; benedicti. Preterea ab eodé cum ad aquę doliũ pias precationes fudisset, atq; in agrum egentissimi hominis, & inopia laborantis fundi curauisset, euestigio locustas omnes abactas & expulsas, quæ omnem viriditatem atq; fructum populabantur. Et eiusdem libri cap. 13. Assyriam quandam mulierculam ait plane fatuam impotemq; rationis, quæ inedia mori destinarat, fuisse pristinæ valetudini redditam sacra vnda, cui præstans eximia sanctitate Macedonius benedixerat; sanatam fuisse quoque aliam simili ratione, cui ad vnius diei annonam vix satis triginta gallinæ esse videbantur.

Theodoret. in histor. Patrũ cap. 8. in Aphraate.

Cyprianus Arelatensis qui sæculo quinto Galliam cultis moribus & sanctimonia vitæ illustrabat, quiq; suis monumentis Cæsarii vitam eius vrbis Antistitis reliquit, eum ipsum virum sanctum refert, cum vnda à se benedicta Elpidii medici atq; Diaconi domum respersisset, molestissimi dæmonis vexatione eandem liberauisse.

Cyprianus Arelatensis, in vita Cæsarii Arelatensis cap. 19. *Orat igitur sanctũ Cæsarium, vt suis precibus eas mali dæmonis iniurias à se auertat. Venit ad eius domum vir beatus, eamq; sanctificaturus benedicta aqua conspergit: moxque adeo omnis illa vexatio profligata est, vt deinceps nihil eiusmodi acciderit.*

D. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 10. autor est, Fortunatum virum vndecunq; mirabilem, Gotthi vnius crus aquæ lustratione sanauisse, quod ex equo lapsus sibi fregerat.

D. Bernardus in vita Malachiæ, rationis vsum & salutem amenti cuidam à diuinissimo illo Pontifice redditam asseuerat, cum eundem aqua benedicta expiauisset.

Gregorius Magnus, lib. 1 Dialog. c. 10. *Perrexit itaque Diaconus, & benedictam aquam super membra illius aspersit. Res mira, & vehementer stupenda, mox vt aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est, & saluti pristinæ coxa restituta, vt hora eadem de lecto surgeret, & ascenso equo ita cœptum iter ageret, ac si nullam vnquam corporis læsionem pertulisset.*

S. Bernard. in vita Malachiæ, circa medium.

Cæterum modus illius consecrandæ in Euchologio Græcorum perlegitur, in Pontificali etiam Armeniorum, in rituali Syriaco & Chaldaico, in Pontificiis Æthiopiæ libris atque Moscouiæ.

Facilis erit in hac controuersia mentium & sententiarum conciliatio, si dicamus non aquam vt nudum purumq; elementum, animi næuos & sordes eluere, sed potius Filii Dei sanguinem, in quem refertur mens.

mens & cogitatio, cum iis vndis aspergimur: qua etiam actione testificamur, nos de admissis sceleribus dolere, agnoscentesq; nos maculatos, ad eum gratiæ fontem studio incenso accurrere, de quo Seruator hominum Christus ad Samaritanam disputabat.

Fatendum etiam est, non esse elementum, quatenus res quædam est procreata, quod humani generis hostis perhorrescat: sed ipsam consecrationem quam regius Vates Domini vocem appellat, & Ecclesiæ precationes, quas sine dubio bonus Deus exaudit, cum orat illa petitq; vt immensa & interminata Numinis benignitas labes animi deleat, & ab omni vexatione atque periculo eos liberet, quos hæc vnda resperserit.

Psal. 28. v. 3. 4. 5. 6. & 7.

De pane verò sacro, qui certo Ecclesiæ ritu, piisque religionibus benedici consueuit, quemque εὐλογίας Græci appellant, hoc constat, primis Ecclesiæ temporibus in Christianorum vsu fuisse. Catechumenis impertiebatur, quibus aditus ad diuinam mensam non patebat; deinde baptismo elutis tribuebatur qui nondum satis erant parati ad Synaxim ineundam: idque fiebat tum in symbolum atque notam mutuæ caritatis, cum Ecclesia sit vnum modo corpus sub capite Christo Iesu: tum etiam vt ad spiritalem omnes communionem inuitarentur, seque ardentius diligentiusque componerent ad Sacramenti perceptionem. Quod plane & diserte animaduertit D. Augustinus lib de peccatorum meritis & remissione, vbi docet panem Catechumenorum maius quidpiam esse communi & vsitato, quamuis non sit ipse filii Dei corpus, sed mysterii & cuiusdam Sacramenti particeps, à diuino verbo sanctitatem consecutus, de qua diuinissimus Paulus meminit in hæc verba, *Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Ad quæ verba mystagogicæ illæ B. Cyrilli institutiones referuntur 3. Catechesi: vt & olei benedictio & chrismatis consecratio, de quibus consequens iam est vt agamus.

August. de peccatorum meritis & remissione lib. 2 cap 16 *Non vniusmodi est sanctificatio: nā & Catechumenos secundū quendam modum suum per signum Christi & orationē manus impositionis puto sanctificari, & quod accipiunt quamuis non sit corpus Christi sanctum est tamen, & sanctius quàm cibi quibus alimur, &c.*

Cyrill Hierosol Catechesi 3. sub initium. Ὥσπερ γὰρ τὰ τοῖς βωμοῖς προσφερόμενα τῇ φύσει ὄντα λιτὰ μεμολυσμένα γίνεται τῇ ἐπικλήσει τῶν εἰδώλων, οὕτως ἀπεναντίας τὸ λιτὸν ὕδωρ πνεύματος ἁγίου καὶ Χριστοῦ πρὸς ἐπίκλησιν λαβὸν δύναμιν ἁγιότητος ἐπικτᾶται.

DE O-

DE OLEI ET CHRISMATÍS SACRI VSV ET BENEDICTIONE.

CAPVT XLIII.

NOVATIANI iis qui ritu Christiano abluerentur, sanctum Chrisma non tribuebant, vt memorat Theodoretus, quare diuini Patres eosdem inungi curabant, cum à pestilenti hæreseos contagione in Ecclesiæ gremium præsidiumque aduo- parent. Optatus quoq; autor est, Donatistas sic ab eo abhorruisse, vt ipsa vasa quibus Chrisma contineretur, per fenestras non sine impia ludificatione proiicerent.

Theodor. hæret. Fab. l. 1. *Iis, qui ab ipsis tinguntur, sacrum chrisma non præbent.*

Optatus Lib. 2.

Caluinus lib 4. Inst. c. 19. §. 10 Vocat. *Pinguedinem fœtore ar..litus inquinatam & verborum murmure incantatam.*

Petrobrusiani, Henriciani, Wiclefistæ eodem genere impietatis rem pro nihilo putabant, & tanquam verbo Dei aduersariam explodebant. Recenti quoq; memoria eaque religioni funesta, Cōfessio Wittembergica Tridenti in orbis terræ Concilio proposita, Caluinus & Theodor. Beza de iisdem rebus insolenti fastidio loquuntur, nec fieri sine magico murmure & cantionibus volunt. Deus contra ita cum Moyse agit, *Aaron & filios eius vnges, sanctificabisq; eos vt sacerdotio fungantur mihi: filiis quoq; Israel dices hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras: Caro hominis non vngetur ex eo & iuxta compositionem eius non facies aliud, quia sanctificatum est & erit sanctum vobis.*

Theodorus Beza in responsione ad Franciscum Balduinum. *Si qua vnquam ceremonia abiicienda fuit, Chrismatis vsus penitus fuit abolēdus.*

Exod. 30. 31. 32 33.

Oleum quo Reges inungebantur non æque sanctum & augustum erat, & tamen primo Regum scribitur Samuelem lenticulam olei tulisse, & effudisse in caput Saulis, quem cum esset deosculatus, *Ecce*, inquit, *vnxit te Dominus super hæreditatem suam in principem.* Et paulo post idem ipse vates cepit cornu olei vnxitq; Dauidem in medio fratrum eius & ab eo die Spiritus Domini in Dauidis se animum insinuauit.

1. *Reg* 10. 1.
1. *Reg.* 16. 13.

In Sacra Marci historia de oleo quodam agitur, quo ad ægros sanandos primi religionis satores Apostoli vtebantur. D. Iacobus de sacra vnctione disputans sic infit, *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmū*

Marci 16. 12. 13.
Iacobi 5. 14.
Clemens Rom. Constit. Apost. lib. 7. c. 23.

 & alleuia-

Digitized by Google

Vnges eum prius oleo sancto, deinde baptizabis aqua, postremo consignabis vnguento, vt vnctio sit participatio Spiritus, aqua sit Symbolum mortis, vnguentum sigillum pactionum.

& alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur &c. Iam quæritur an sit rationi consentaneum, vt nullum sit discrimen inter oleum quod in communi hominum vsu versatur, quodque animæ corporisque saluti comparatur.

Authoritas Constitutionum Apostolicarum quas D. Clemens Romanus excepit, perspicua est & expressa, siue vsum intueamur, siue ipsius olei benedictionem. S. Dionysius c.2. cælestis Hierarchiæ copiose prosequitur vnctionem quæ ablutionem antecedebat, formulam item atq; modum fontis benedicendi, de precationibus, de signo Crucis, de oleo, de Catechumenis tingendis accurate prodit omnia.

Nicena Synodus can 68. Arabico. *Transacto anno debet Sacerdos benedicere aquam & oleum, non sicut fit in baptismo neq; sicut benedicitur Chrisma, sed sicut oleum infirmorum.*

Iustinus Martyr quæst. 137. nos inunctos ait, vt imitemur ad eumque nos pertinere significemus, qui cognominatus est Christus, hoc est vnctus à Domino: & Concilium primum Nicænum Canone 68. Arabico, statuit aquæ & oleo benedictionem impertiendam, non vt fit in baptismo & Chrismate, sed vt in oleo infirmorum.

Basil. de Spiritu sancto, c. 27. *Consecramus aquam baptismatis & oleū vnctionis & ipsū qui baptizatur, ex quibus scriptis? nonne à tacita traditione?*

D. Basilius lib. de Spiritu S. cap. 27. vt est paulo ante à nobis allatum, aquæ baptismi atq; olei vnctionis consecrationem refert ad Traditionem communem Ecclesiæ & non scriptam institutionem.

Cyrillus Hierosol. Catech. 2. Mystag. de Baptismo. εἶτα ἀποδυθέντες, ἐλαίῳ ἠλείφεσθε ἐπορκιστῷ, ἀπ' ἄκρων τριχῶν κορυφῆς ἕως τῶν κάτω, καὶ κοινωνοὶ ἐγίνεσθε τῆς καλλιελαίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

S. Cyrillus Hierosolymitanus secunda Catechesi mystagogica, Exuti inquit estis, oleo deinde vncti fuistis à summo vertice vsq; ad extrema corporis, participes effecti vberis & redundantis oliuæ nimirum Christi Iesv. Et paulo post: *Nam vt insufflationes Sanctorum & nominis Dei inuocatio tanquam vehementissima quædam flamma vrit dæmones & in fugam conuertit: sit & exorcizatum hoc oleum per orationem Deique inuocationem, tantam virtutem consequitur, vt non modo ardentia pe. catorum vestigia expurget verum etiam omnes inuisibiles Dæmones repell t.* Et Catechesi 3. docet Chrisma nobis admoueri post baptismum, vt Iesu Christi imaginem circumferamus: & paulo post ait quod quemadmodum oleo corpus inungitur sic animus viui spiritus & agentis vi sanctificatur.

Idem Catech. 3. paulo post initium. ἀλλ' ὅρα μὴ ὑπονοήσῃς ἐκεῖνο τὸ μύρον ψιλὸν εἶναι. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου ὡς ἂν εἴποι τις κοινὸν μετ' γινόμενον.

πνεύματος οὐκ ἔτι ἄρτος λιτὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον τοῦτο μύρον, οὐκ ἔτι ψιλὸν οὐδ'
ἐπίκλησιν, ἀλλὰ χριστοῦ χάρισμα καὶ πνεύματος ἁγίου παρουσίᾳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐνεργητικὸν γι-

Amphilochius in vita S. Basilii, ait Eubulum atq; ipsum Basilium à Maximo Pontifice salutari vnda elutos, sacro deinde Chrismate inunctos fuisse, & vitali pane recreatos.

Gregorius Nazianzenus orat. 5. post reditum, ***Idcirco me***, inquit, ***Pontificem ungis, & podere cingis capitique cidarim imponis, &c.*** cum Genitorem suum affatur. Et S. Ioannes Chrysostomus in ca. 4. D. Matthæi, Athlethæ ante luctam inunguntur, nos itidem sancto Chrismate quasi diuini athletæ inungimur aduersus animarum prædonem dimicaturi. Repetit id idem hom. 6. in 2. ad Colossenses. Et Sermon. de Spiritu S. more suo eleganter, Reges inunguntur, sacerdotes ordinantur, Doctores declarantur, Ecclesiæ sanctificantur, altaria fundantur, vnguentum consecratur, aquæ purgantur, dæmones abiguntur.

Tertul-

Tertullianus lib. de baptismo c.7. cum antiquitatem vnctionis è Leuitico sacerdotio demonstrauisset, & quemadmodum *Christi* nomen à *Chrismate* deriuetur, quod æternus Pater eum in Regem atq; Sacerdotē vnxisset, addit, vnctionem corpoream esse quidem, spiritalem autem effectum videlicet in remissionem peccatorum. Et lib. de resurrect. carn. c. 8. *Caro abluitur vt anima emaculetur, Caro vngitur vt anima consecretur.* D. Cyprianus ep. 70. spiritalem vnctionem in hæreticorum perfidia non reperiri, quod nec oleum ab illis benedici, nec consecrari Eucharistia possit, quod ex eo deducit quia ad altare quo carent ipsi vtraque sanctificatio peragitur. Idem in tractatu de vnctione Chrismatis aliisque Sacramentis, fuse lateque docet hanc diuinam vnctionem nil cum cæteris habere commune, & esse longe dissimilem, quæ non ad corpus sed in animi commodum & vtilitatem referatur.

Optatus Mileuitanus l. 2. contra Donatistas, cæleste prodigium hominum memoriæ commendat in vitreo vase perfectum, vbi Chrisma continebatur: nam cum illi religionis perduelles è fenestra in cumulum id lapidum coniecissent, tam integrum atque solidum fuit deinde repertum, vt manibus beatarum mentium exceptum putares. Prudentius in Psychomachia *vnguentum regale* nominat, & *Chrisma perenne.* Et D. Hieronymus c. 4. contra Luciferianos ait Diaconum atq; Presbyterum, neminem sacro fonte posse tingere sine Chrismatis adiunctione: vbi animaduertendum est, loqui ipsum de præcepti necessitate, non sacramenti, vt eruditæ scholæ Sapientum declarant. Concilium primum Toletanum ann. 400. coactum, vetat grauissime, ne de grege sacerdotum vllus consecrare Chrisma audeat, & per diœcesim dispertiri, cum id solius Antistitis sit proprium.

D. Augustinus Tractat. 33 in Ioannem monet Christum appellatum esse à Chrismate spiritali & magni Genitoris vnctione, nosq; pariter vnctos esse, quod aduersus communes inimicos belligerandum nobis sit acriterque pugnandum. Et Tract. 3. in primam Canonicam D. Ioannis vocat *Sacramentum vnctionis, cuius virtus inuisibilis sit ipse Spiritus sanctus.*

Cum eximio illo Doctore, cumq; omnibus pacis & concordiæ amātibus concludamus, aut Deum deceptum, proditam Ecclesiam atq; lapsam, sanctos Patres omnes hactenus in tenebris & errore iacuisse, aut olei sancti vsum & institutionem comprobandam. Et perinde etiam fateamur, non eam magis cum acerbissima filii Dei morte pugnare, quam baptismus expurgationi animorum aduersetur, quam fuso cruore perfecit.

Tertull. lib. de baptismo c.7. *Sic in nobis carnaliter currit vnctio, sed spiritaliter proficit: quomodo & ipsius baptismi carnalis actus quod in aqua mergimur: spiritalis effectus, quod delictis liberamur.*

Cyprianus epistola 70. quæ est 12. libri 1. *Hesterno die de fonte dispatauimus, cuius species velut quædam se ulibr: forma est, in quem credentes in Patrem, & Filium, & Spiritũ sanctum recipimur, & demergimur, & resurgimus, hoc est resuscitamur. Accipis autem mysteriũ, hoc est, vnguentum, supra caput. Quare supra caput? quia sensus sapientia in capite eius, vt Salomon ait.*

Idem de vnctione Chrismatis & aliis sacramentis. *Non hæc medendis corporibus est vnctio instituta: quia sanctificatis elementis iam nō propria natura præbet effectum, sed virtus diuina potentius operatur; sed adest veritas signo, & spiritus Sacramento.*

Hieron. Dialogo aduersus Luciferianos paulo ante medium. *Inde venit vt sine Chrismate & Episcopi iussione, neq; Presbyter neq; Diaconus ius habeant baptizandi, quod frequenter, si tamen accidat, scimus licere laicis.*

August. tract. 33 in Ioan. *Christi nomen à Chrismate dictum est: autem Græce, χρῖσμα, Latine vnctio nūcupatur. Ideo autem nos vnxit Christus, quia luctatores contra Diabolum fecit.*

Digitized by Google

DE CEREIS AGNI IMAGVNCVLIS DEQVE SIGILLARIBVS ET GRANIS BENEDICTIS.

Caput XLIV.

Macrobius lib. 1. Saturnalium c. 6. *Sicut prætexta Magistratuum, ita Bulla gestamen erat triumphantium: quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima.*

FVIT in more positum apud Romanos, vt Bullas quasdam gestamen olim triumphantium ad collum suspenderent, quas putabant remedia esse valentissima, ad fascinum & inuidiam amoliendam. Populi etiam ad Orientem multi, vt antea meminimus, Alexandri Magni effigiem, bonæ sceuæ gratia ferre consueuerunt. Igitur sanctissimi religionis magistri, quo vtilibus augustisque ceremoniis eas inanes superstitiones abolerent, commodum iudicauerunt, paria quædam insignia excogitare, in quibus esset Agni cælestis effigies, eaque ritu pio & solenni precatione consecrare, vt præsens propitiumq; numen, ab omni casuum acerbitate atque periculis liberaret eos omnes qui deferrent, eisq; in aduersis dubiisq; rebus, & corporis simul animiq; difficultatibus adesset. Quare tum parentes ipsi, tum pueri parui instituuntur, ad spem suam fiduciamq; omnem collocãdam in beneuolentissima Dei prouidentia, in meritis Seruatoris, in suffragiis deniq; gratiosissimæ apud Deum Ecclesiæ.

S. Gregorii Turon. Archiepisc. miraculorum S. Martini libri primi ca. 2. *Cum autem ad templum sanctum quidam deuotus fide plenus accessisset, & gratiam sancti sitiens cogitaret quid de beata æde raperet ad salutem, prope sepulchrum accedens, æditui supplicat, vt sibi parum benedictæ ceræ largiretur è tumulo, quam accipiens lætus abscessit, & agro, cui frugẽ seuerat consitus, imposuit.*

Prodigia diuinitus patefacta, hanc piam ceræ consecratæ institutionẽ sæpe confirmarunt: Duo imprimis à Turonensi Gregorio memorantur cap. 2. primi libri de miraculis S. Martini, quæ Paulinus vir doctissimus dulci carmine est complexus: alterum est cum Perpetuus Antistes vastum quoddam formidolosumq; incẽdium repressit, vel potius oppressit, ceræ benedictæ iniectione, quam è D. Martini monumento eduxerat. alterum, cum ager vnus eodem præsidii genere atq; beneficio à procella immaniq; tempestate seruatus fuit, cum alioqui sæua illa calamitas finitimam omnem regionem afflixisset. Et quoniam huiusmodi quædam icunculæ reperiuntur è terra Sancta compactæ & conglutinatæ, D. Augustini quæ suo merito summa esse debet autoritas, ostendet earum vel vtilitatem vel antiquitatem; Narrat enim lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8.

suburba-

Digitized by Google

suburbanum Hesperii nobilissimi viri prætorium ab improborum Geniorum vexatione liberatum fuisse, cum ibidem Presbyter Ecclesiæ Hipponensis *sacrificium Corporis Christi* obtulisset. Hesperius autem qui terræ Sanctæ particulam in cubiculo suo ad Laruarum importunitatem illam auerruncandam suspenderat, Hierosolymis allatam, decerptamq; ex eo loco, in quo primum Dei filius à mortuis rediuiuus constiterat, cum nesciret quid de ea fieri deberet, D. Augustinum consuluit illius ciuitatis vel potius orbis terræ oraculum, & vna Maximinum Sinicensis Ecclesiæ Pontificem, quid pro sua sapientia faciundũ iudicarent: ita vero illi censuerunt, quoniam non amplius in purgato eo loco necessaria videretur defodiendam esse honoris causa, & ibidem templum exædificandum quod lubens fecit. Et D. ipse Augustinus testatur rusticanum quendam adolescentem languida membrorum omnium solutione laborantem, è vestigio curatum fuisse diuinitus, cum esset à parentibus eo deductus.

Aduenies autem tempestas seu sagina, quæ omnia in annis præcedentibus sæpe vastauerat, ab hac est prohibita benedictione, nec ibidem vltra vti consueuerat nocuit.

Idem paulo post.

Factum est autem, vt insidia Tentatoris immissum incendium domum voraci flamma concuteret, & sparsum per aridas tabulas cũcta vastaret. Interea clamor ad cælum tollitur, & beati Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam ceræ particulæ à sancti Templo delata. Qua reperta & igni iniecta, protinus cunctum restinxit incendium, nouoq; miraculo cera, quæ ignem alere erat solita, violentias ignis, vi sanctitatis oppressit. Hæc Paulinus in sexto operis sui libro versu conscripsit, accesso à sancto Perpetuo episcopo de his indiculo.

Quod ad cerea sigillaria pertinet globulosque benedictos, Macrobius primo libro Saturnalium c. 6. Romanos scribit cordis imaginem in Bullis suis adumbrare consueuisse, vt opinor significarent, eos tantum viros nominandos videri, qui cordati essent. In huius locum vanitatis, S. Patres vt ostenderent, non nisi in Christiana religione vere viros participes rationis inueniri, certas quasdam veluti bullas induxerunt, & iconculas metallicas, in quibus vel IESV nomen vel Dei parentis vultus & similitudo, aut principum Apostolorum D. Petri & Pauli effigies, aut vitæ mortisque Seruatoris mysteria, aut deniq; pia quædam huiusmodi imitamenta formarentur. Quas bullas siue icones è metallo expressas Christianis hominibus ferendas concedebant, vt essent fidei nota & publica testificatio. Et quoniam nihil est facilius quam vt incensus religione animus in eo genere pietatis refrigescat, ad excitandas mentes Christianorum fidemq; excitandam, & vt filii obedientiæ ad supremam religionis sedem melius afficerentur, iidem S. Patres priuilegia quædã adiunxerunt & cælestium munerum copiam, quas nominant Indulgentias, quas illi assequerentur qui peccata sua Christiano ritu proderent, Eucharistiã perciperent, ieiunarent, stipem erogarent in tenuiores, precationibus incumberent, Dominicam orationem sæpe recitarent, alia deniq; obirent Christianæ religionis opera & pietatis. Hę vero in eo positæ indulgentiæ fuerunt, vt noxæ omnes vel pars duntaxat illis remitteretur quos scelerum suorum pœniteret. Quo loco animaduertendum est peccatorum condonationem à misericordia Dei proficisci, quã merita Seruatoris, sacramentorum vis & efficientia contritioq; eliciunt. Pęnarum autem remissio de qua fusius post dicetur in tractatu de purgatorio, manat à meritis & satisfactione eiusdem filii Dei, quæ nobis applicantur per eius gratiam, & illius autoritatem cui claues regni cælestis com-

Macrobius Saturnaliorũ lib. 1. c. 6. *Nonnulli credunt ingenuis, veris attributum vt cordis figuram in bulla ante pectus annecterẽt: quã inspicientes, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent.*

commisit. Grana & icunculæ benedictæ sunt conditiones tantum, summi Pontificis nutu & voluntate appositæ, & veluti quædam externa testimonia ad eos cognoscendos, qui in beneficiariis sacrosancti illius Quæstoris numerantur: Quemadmodum equitum Pontificiorum bullæ, cruces Melitensium, Equitum S. Spiritus acu pictum insigne, non conferunt quidem ordinem, sed illum significant, & muto veluti testimonio pronunciant, ex hoc quempiam aut alio esse ordine, quæ causa fuit cur ad eam notam ferendam adigerentur. Quia vero cereæ imagines franguntur facillime, ponderosiores autem & è solida materia graues incommodæ viderētur, excogitatæ sunt leuiores & ad vsum aptiores quas videmus. Rursum quia perquam difficile operosumque fuit, tantum earum bullarum existere copiam, quæ gentium omnium atque populorum piæ multitudini sufficeret, grana quædam siue globuli qui & feruntur & inueniuntur facilius, substituti ad eandem religionem vtilitatemq; fuerunt.

Conciliationis via.

Quod si ea res pietatem exsuscitat, ardorem in Deum accendit, nota est Christiani sensus, sublatum item veluti alte signum ad numen orandum atq; placandum, insigne pœnitentiæ, commonitorium sacræ synaxeos: Cur quisquam tanta præsidia sciens volensq; abiiciat, tanto se bono spoliet, tantum adiumentum hominum generi inuideat? Quod superfluum est, quodq; vt ita dicam extra ripas diffluit coerceamus, fraudem & errorem euellamus, imperitam multitudinem doceamus, & vt breui dicam, expurgemus, patris nostri cęlestis domum hoc est Ecclesiā, neq; in eam malleolos seditionis atq; impios ignes coniiciamus, non in templum sanctitatis & concordiæ sceleratam defectionem, schisma, opinionum prauitatem, hæresim inducamus. Deniq; meminerimus esse plurima, quæ prima fronte & quasi per transennam animaduersa, ridicula inaniaq; videantur, quæ tamen in religionis quasi cursu & fouenda pietate, fructuosa cumprimis sint atque salutaria, de quibus non leuiter existimandum est, vt eleganter Philo docuit in Allegoriis suis, cum sanctus inter probos sit eorum vsus & maxime opportunus. Tale Cilicium fuit olim & caprina pellis quibus Arca obnubebatur: huiusmodi fimbriæ purpureæ ad oram Iudaici vestimenti: huius generis æneum mare in templo, tales aridæ illæ ficus Isaiæ Vatis imperio ad Ezechiæ femur appositæ: talia deniq; multa alia sunt, quorum & vtilis fuit commodusque vsus, & arcana significatio. Nunc ad veteres Ecclesiæ consuetudines aliasque ceremonias eodem orationis cursu veniamus.

Exodi 36. v. 14.
Num. 15. v 38.
1. Par. 18. 8.

DE

Digitized by Google

DE PRECIBVS LINGVA VERNACVLA CONCEPTIS.

CAPVT XLV.

CONSENTIVNT omnes, conciones quæ publice ad omnium vtilitatem fiunt, ea lingua fieri debere, quæ facile percipiatur: controuersia est de precationibus, quam magni Apostoli oratio peperit. Quanquam & in ea ipsa re, facilis est & procliuis omnium sententiarum consensio, si animaduertamus esse duo genera precationum: publicæ quædam sunt, aliæ priuatæ: in priuatis, quilibet vti eo genere potest vnde maiorem pietatem hauriat: In publicis eo sermone vtendum est qui quodammodo sit publicus & ab omni nationum varietate capiatur. nam alioqui Polonus non poterit Amen dicere super benedictionem Britanni, neq; Germanus Gallo respōdere.

1. Cor. 14:15. Quid ergo est? orab. spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente: caterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ quomodo dicet Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit: nā tu quidem bene gratias agis, sed alter, nō ædificatur: Gratias ago Deo meo quod omnium vestrum lingua loquor.

Quo modo obtemperamus Apostolo dum in priuatis linguam vernaculam adhibemus, in publicis publicam & communem. Ex quo sequitur, si Ecclesiæ Catholicæ lingua, Catholica esse debeat, esse necessariū: vt latina lingua Catholici vtantur, quod hac ætate latissime illa pateat, fusa per omnes fere oras terrarum, per tot populos dissipata, lecta, audita, intellecta. Vt autem id aliquo genere testimonii probemus, remota linguarū varietate & dissimilitudine prætermissa, ipsum modo quod est conueniens & decorum intueamur, sane vident & intelligūt omnes, cum Ecclesia apud Hebræos maxime floruit, solennes precationes lingua Syriaca fieri consueuisse: cū diffusa religio fuit ad Græcos & ad Solē Orientem, Liturgias apud omnes illos populos (vt etiamnum fit) Græca lingua celebratas: cum manauit ad Occidentē, eam delectā fuisse linguā quæ maxime omniū est cōmunis, nimirum Latinā. Atq; hoc mysterium in Crucis titulo significatum fuit, quem tribus linguis quæ cōmunissimę omniū erāt exararūt. Quod si vocabula Græca quædā Hebræaq; modo ōt remanēt vt *Amē, Baptismus, Māmona, Sabaoth, Hosanna, Racha, Beel-zebub, Alleluia*, vsu ipso quasi iure ciuitatis donata sunt, & iā satis percipiuntur; eaq; ipsa maioris autoritatis & reuerentiæ gratia retinuit Ecclesia ex D. August. qui etiam testatur suis temporibus psalmos cani lingua Latina cōsuesse. D. Cypr. serm. de oratione Dom. in diuinis mysteriis celebrādis dici.

Ioan. 19. 19. *ἦν δὲ γεγραμμένον* ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΣΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Augustinus de doctrina Christiana lib. 2. cap. 11

Contra ignota signa propria, magnum remedium est linguarum cognitio. Et Latina quidem lingua homines quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad scripturarum diuinarũ cognitionem habent opus. Hebræa scilicet & Græca vt ad exemplaria præcedẽtia recurratur. &c.

Idem de doctrina Christiana l. 2. c 13. *Illud etiam quod iam audire non possumus de ore cantantium populorum, super ipsum autẽ floriet sanctificatio mea: nihil profecto sententiæ detrahit: auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, vt non floriet sed florebit diceretur.*

dici etiam confirmat Præfationem Solitani, in qua est *Sursum corda*. Alio in loco D. Augustinus responderi à populo ait, *habemus ad Dominum*, subdi postea à Sacerdote, *Gratias agamus Domino Deo nostro*. populum item respondere, *Dignum & iustum est.* Et tamen tum ex eodem sanctissimo Doctore tum ex aliis scriptoribus liquet Africanam linguam tam remotam à Latina fuisse, quam huic est dissimilis Hebræa: eandem autem à Phœnicum Idiomate non fuisse magnopere diuersam eruditissimus Hieronymus testatur. Alcuinus Caroli Magni præceptor, & Amalarius qui circa annum Domini 840. florebant, diserte aiunt, non modo in Gallia, verum & in toto Occidente, lingua Latina publicas Ecclesię preces fuisse persolutas. Atqui scribit D. Hieronymus præfatione l. 2. in epistola ad Galatas, Latinam linguam à Gallica penitus alienam & discrepantem fuisse, etiam priusquam Franci Gallias occupauissent. Venerabilis item Beda suis temporibus quinque diuersissimas linguas in maiori Britannia versatas ait, & tamen Latinam communem omnibus atque vsitatam fuisse propter Scripturam sacram.

Nec quicquam in edi: correctionem, nisi consuetudo cantantium.

Concilium Tolet 4. cap. 2. Vnus igitur ordo orandi atque psallendi nobis per omnem Hispaniam atq; Galliã conseruetur, vnus modus in missarum solemnitatibus vnus in vespertinis matutinisq; officiis: nec diuersa sit vltra in nobis ecclesiastica consuetudo. quia vna fide continemur & regno.

Concilium 4 Toletanum ca. 2. statuit vt vnus ordo orandi atq; psallendi per oẽm Hispaniam & Galliam seruetur. Quod autem is ordo Latina lingua fuerit, ex capitibus quæ deinde sequuntur perspicue liquet, vbi Hymnos à Sanctis Hilario & Ambrosio adornatos cõmendat, & in fine omniũ Psalmorũ addi iubet *Gloria & honor Patri*. Scimus a. vernaculam Hispaniæ linguam iam ante 1200. annos plurimum à latina differẽtem atq; disparẽ, etiã prius quam in eam Gothi & Mauri inuaderent, qui & ipsi propriam habuere linguam vt ex S. Hieronymo patet epist. 135.

Sed dicant sane illi nobis qui communem Ecclesię morẽ oppugnant, qua lingua Psalmi Dauidici canerentur ante Clementem Marotum & Theodorum Bezam: clare etiam & diserte respondeant, num ab illa inauspicata versione in vsum errantium importata, vatis illius oracula oẽs intelligant, cum certum sit, acri etiam ingenio viros & recondita sapientia, vix ac ne vix quidem in veram psalmorum intelligentiam penetrare.

Quod si quis hac de re dubitaret, age quatuor nobis versiculos exponat è medio promptos quiq; primum in euoluendo libro occurrerit: exempli gratia enucleet nobis duodecimum vers. Psal. 68. cuius versionem Geneuensem puram putam, vt & aliquorũ sequentiũ pone[m]us ad marginẽ, Ita igitur cęlestis lyra, Dominus dabit verbum euangelizantib. virtute multa, v. 13. Rex virtutũ dilecti dilecti & speciei dom⁹ diuidere spolia. Et 14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colũbæ deargentatę & posteriora dorsi eius in pallore auri. Et v. 31. Increpa feras arũdinis, congregatio taurorũ in vaccis populorũ: vt excludãt eos q pbati sũt argẽto.

Pseaume 68. vers. 12. 13 14. 31. &c. Le Seigneur à donne dequoy parler.

Neq; tamen hæc dictorum cælestiũ difficultas impedire aut conatus infringere pios debet in Psalmis religiose decantandis, cum Deus Opt. Max. pueros Hebræorum excusarit earum rerum inscientes, quas ad diuinam gloriam fundebant, non tam enim eorum sermonem, quam animi voluntatem & studium intuebatur.

Atque

Digitized by Google

Atque vt hanc disputationem claudamus, dent aduersarii & concedant, vt publicæ precationes Latinè fiant, & lubenter concedemus vt in priuatis patrio sermone vtantur.

Ad conciliationem via.

DE TEMPLORVM DEDICATIONE ET CONSECRATIONE altarium.

CAP. XLVI.

VETVS & acerbum est hæreseos bellum aduersus Templa & sanctissimas aras numini consecratas: nam circa annum Domini trecentesimum vigesimum quartũ Eustachiani, vt meminit Sozomenus, in priuatis ædibus cœtus faciebãt suos, & prophanis in locis hærebãt. Eunomiani summa contumacia in nulla Apostolorum aut martyrum basilica pedem ponere volebant. Arriani anno 360. fœdis facinoribus, sannis & dicteriis loca sancta in hominum contemptum adducebant. Iulianus piæ religionis oppugnator homo ex omnium turpitudinum impuritate concretus diuinum altare perminxit, manuq; incesta colaphũ impegit Euzoio, à quo ne id faceret prohibebatur, vt memini scribere Theodoretum. Donatistæ viginti post annis aras euerterunt, impioque furore disiecerunt. Manichæi sacras ædes antiquorum delubris, & aras mensis Ethnicorum & tripodi comparabant. Massaliani ædiculis suis contenti publica oratoria spernebant. Petrobrusiani aram cum hara componebant & templum cum meritoria taberna. Albigenses idololatriæ scelus appellarunt cum cultum & honorem qui defertur templis & sacellis, & inaudito contumeliæ genere ventrem inibi exonerarunt & sacram mensam multis metuendisq; religionibus consecratam impudica impudicitia notarunt. Thaboritæ vbiq; & in omni loco sacris operabantur. Oecolampadius & Lutherus ne credo cedere vrbanitate & studio cuiquam viderentur, Templa nostra simillima esse aiebãt lucis arisque Baali dicatis. Eorum finitimi & falsarum æmuli opinionũ cum Diuæ Reformationis insignia volunt pingere, aras ponunt funditus euersas & cõminutas, quod fecisse Copronymi olim & Iuliani feruntur. Enimuerò diuinę literę, historiarũ annales, Patres ratioq; docent cõtraria.

Sozo lib 3. hist. c. 13. agẽs de sectatoribus Eustachii Sebastiæ Episcopi.

Diebus Dominicis ieiunãt, in ædibus agunt cõuentus.

Hieron. aduersus Vigil. ante medium *Oportentũ in terras vltimas deportandũ, qui des de reliquiis martyrum: & cum auctore eius hæreseos Eunomio, ecclesiæ Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, vt eadẽ contra nos loquaris, quæ ille contra ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores eius, basilicas Apostolorum & martyrum non ingrediuntur, vt scilicet mortuũ adorẽ Eunomium, cuius libros, maioris auctoritatis arbitrantur, quàm Euangelia, &c.*

Athanas. Ep. ad Orthodoxos ante medium.

Theodoret. lib. hist. l 3 c 12

Opt. Milenit. l 6 cont. Parm.

Augus. l 20 contra Faustum Manich. c 4.

[1] Ioan. Damasc. l. de hæresib. vbi de Massalianis. Æneas Sylu. ep. 30 sub initium loquens de Thaboritis. Petrus Aluniacens. ep contra Petrobrusian.

In lege

Digitized by Google

Genes. 8. 20.
Gen. 12. 7.
Gen. 35. 1.
Exodi 30. 1. 2. 3.

In lege naturæ Patriarchæ Noe Abraham & Iacob exædificarunt aras & dedicauerunt, supra montes Armeniæ, in Moreo campo, & Bethel. In scripta lege sic Deus Mosen affatur, *Facies quoque altare ad adolendū Thymiama de lignis Setim habens cubitum longitudinis & alterum latitudinis, id est, quadrangulum & duos cubitos in altitudine, cornua ex ipso procedent vestiesque illud ex auro purissimo, tam craticulam eius quā parietes per circuitum & cornua faciesque ei coronam aureolam per gyrum.* Munera quæ Principes Hebræorum in aræ dedicatione obtulerunt, recensentur Numer. 7. sed Iosephus lib. 3. Iud. Antiq. cap. 9. vberius recenset quemadmodū post structuram arcæ Aaron delectus fuit ad populi orationes Deo offerendas, eamque omnium partium inunctione dedicauit, erat autem mixtura quædā myrrhæ, ireos, cinnamomi & calami qua id vnguentum suauissimo odore fragrabat. Libro item secundo Reg. cap. vlt. quomodo subornatæ fuere victimæ & extructum altare in area Araunæ Iebusæi à Dauide, monitu & consilio Gad Videntis, qua ratione placatum numen vindicem manū ad populum puniendū intentam repressit. Altare Heliæ è duodecim lapidibus constans iuxta numerum Tribuum Israel, quibus Baalis Popæ & Sacrificuli superati fuerunt, lib. 3. describitur cap. 18. Iosue verò filius Iosedechis & Zorobabel Salathielis filius aras quoq; extruxerunt, quæ Esdræ primo cap. 3. commemorantur. Dedicatio Templi Salomonis secundo Paralip. Templi renouatio à Cyro facta primo Esdræ recensentur. Machabæi cum expurgassent Templum dedicauerunt, & consecrationem celebrarunt quam Græci *Encenia* dicunt: solennis autem festusq; is dies fuit, summa omniū lætitia hostiæ salutares & sacrificia laudis oblata sunt, Templi vestibulum atq; aditus magnificentissimè ornatus coronis aureis atq; scutulis: Iudas ipsiusque fratres cum vniuerso Israelis concilio statuerunt, vt annis singulis octidui spatio illius diei lætitia renouaretur, à vigesimo quinto die mensis Casleu hoc est Nouembris: & illius diei celebritas, vt ex Ioannis 10. constat etiam Seruatoris nostri æuo agitabatur. Et quod attinet ad altare, certissimum est Christi Domini temporibus extitisse, cum apud Matthæum iubeat vt quicunq; ad altare fert munus suum, ibiq; recordatus fuerit quod alieno sit animo à fratre, ibi munus suum relinquat, & cum fratre prius redintegrata beneuolentia iungatur. Sed hac in re magnus Apostolus dubium omne controuersiamq; tollit, dum ita scribit ad Hebræos, *Nos habemus altare de quo non habent edere qui tabernaculo deseruiunt*: vbi manifesta differentia notatur inter Euangelicum altare & Mosaicum.

2. Reg. 25. 18. 24. 25.

3. Reg. 18. 30. 31. 32.

2. Par. 6. 1.

Esdra 1. c. 1. 3. 4.
1. Mach. 4. 56.

Matth. 4. 23. 24.

Eusebius orat. de laudibus Const. circa mediū. *Cōstātinopolim varijs Dei exornauit Ecclesijs: deinde vrbem totius Bithyniæ facile principem amplissimo pulcherrimoq; Templo de-*

Constantinus Magnus, autore Eusebio, D. Ioannis Lateranensis sacram ædem extruendam curauit, cum adiuncto baptisterio: Basilicam item D. Petri in Vaticano, D. Pauli ad viam Ostiensem, S. Crucis in Sessorianis agris, S. Laurentii extra muros, in agro Verano Sanctorum martyrum Petri & Marcellini & aliorum plurimorum. In eaque re tantam pietatem ardoremque religionis adhibuit, vt cum iacta sunt fun-

damen-

Digitized by Google

damenta Ecclesiæ D. Petri fodere ipse terram voluerit, atque in honorem duodecim Apostolorum humeris suis cophinos duodecim efferre.

Sanctissimus Papa Syluester eodem ipso tempore, & consecrauit aras & dedicauit structa templa: cuius rei locuples testis illa fuit Christi Seruatoris effigies, quæ ad parietem Templi D. Ioannis Lateranensis se videndam populo Romano exhibuit, testis & ara lignea quam in eodem loco reliquit, & pro sua autoritate vetuit, ne quisquam præter supremum omnium Pontificem ad eam mysteria celebraret, idque factũ esse volunt, studio & obseruantia erga Principem Apostolorum & insigni veneratione, quod vt communi omnium sermone ferebatur, eam D. Petrus infandi Neronis tempestate consecrauisset.

coraũit: tum primarias cæterarum gentium ciuitates illustrauit ornamentis non dissimilib. subdit de structura Antiochenæ Ecclesiæ. Item Hierosolymitanæ, de Romanis verò & imagine Saluatoris sic habet *In Lateranẽsi Palatio, Ecclesiã Saluatori dedicauit; & ei continentem Basilicã nomine Sancti Ioannis Baptistæ condidit; eo loco, quo ipse bapt. zatus à S. Syluestro, à lepra mundatus est, quam idem Pontifex consecrauit 5. Idus Nouembris, qua die imago Saluatoris in pariete depicta, populo Romano apparuit, &c.*

Theodosius, vt proditum est à Sozomeno, in eo Templo quod in honorem D. Ioannis Baptistæ ædificarat, preces fudit, & vt scribit Euagrius Fortunæ templum multis ceremoniis expiatum victori & triumphatori S. Ignatio martyri dedicauit. Idem etiam historiæ Scriptor meminit Chalcedonensis Concilii Patres in æde D. Euphemiæ sacra, cœtum suum habuisse.

Sozom. l. 7. c. 24.
Euagr. l. 1. c. 16.

Pridie quàm cum Ario ex condicto ageretur, Alexander Episcopus Alexandrinus, perpeti nocte, supplex ad aræ basim Deo preces obtulit, ait idem Sozomenus: & alio in loco eximium illud munus oratione sua prosequitur, quod Pulcheria Augusta Ecclesiæ Constantinopolitanæ contulit.

Sozom. l. 1. c. 28.
Euagr. l. 1. c. 3.
Sozom. l. 8. c. 2.

Gangrense Concilium anno trecentesimo vigesimo quarto celebratum, horribilium dirarum obnunciatione eos omnes prosequebatur, qui pios cœtus reprehendunt, qui in locis sacris, Basilicis & Memoriis martyrum fieri solent. D. Basilius homilia in Psalm. 114. populo meritam laudem eximiamque impertit, quod cum de media nocte in martyrum templum venisset egregio patientis animi documento illum expectauisset.

Concilium Gangrense c. 6. *Si quis extra Ecclesiam seorsum conuentus celebrat & despiciens Ecclesiam, ea quæ sunt Ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum Episcopi, anathema sit.*

Theodoretus libr. 8. de curand. Græc. affect. non potest mirari satis magnitudinem splendoremque Templorum, & incredibilem ornatum sui temporis, quæ templa fere omnia fortissimis martyribus dicabantur; aitque se vna cum populo ad ea domicilia pietatis religiosissimè contulisse, non bis modo terve in anno, verum & sæpius, præsertim verò cum festi solennesque dies agerentur. D. Athanasius in vita S. Antonii, diuinum quoddam visum sanctissimi huius viri memorat, cum Arrianos videre sibi visus est, specie Asinorum indutos, pedibus altaria proterere funditusque exturbare, quo tempore vocem etiam diuinitus factam hanc excepit *Abominabitur altare meum.* Et quidem post duos annos, vt idem Patriarcha scribit, spoliata fuere templa, sanctis-

D. Basilius homilia in Psalmum 114. *Iam inde ab vsque media nocte media, cum hoc dicatum martyribus Templum subieritis, ipsorum martyrum Deum hymnidicis laudibus placabilem, vobis reddentes, ac propitium, interim tamen non destitistis ad hanc vsque diei horam, nostrum operiri ad vos aduentum.*

Theodoretus de curat. Græc. affect. lib. 8. de martyribus.
Martyrum verò templa cõspicua cernuntur, magnitudineque præstantia, ornatu præterea ornatissimo genere variata, splendoremque quodammodo pulchritudinis suæ latè fundentia. Neque verò huc per annum semel aut bis, aut quinquies aduentamus, sed in eis sæpenumero dies festos peragimus, sæpe diebus singulis eorum martyrum domino laudes hymnosque cantamus.

ctissima vasa inauditis sceleribus polluta, matronarum & virginum pudor violatus, altaria summis honoribus veneranda ouium Christi multo & innocenti sanguine redundarunt.

D. Gregorius Nazianzenus oratione vndecima in sororis laudem, ait præsentem illam & beatis prope mentibus parem mulierem, caput suum cum ad altare admouisset, plenam lacrymis & dulci fiducia Deo dixisse, se nusquam latum vnguem inde recessuram, nisi morbi medicinam assequeretur, & euestigio sanatam fuisse.

Idem oratione 2. in Iulianum de Paganis sic infit, ***Non iam sacrosanctis nostris ædibus oculos flagitiosos inicient, non iam altaria à purissimo & incruento sacrificio nomen habentia, scelesti sanguine fœdabunt, nec impiis altaribus loca non adeunda dedecorabunt.***

Gregorius Nyssenus orat. de Sancto Baptismate, sub initium
Altare hoc sanctũ cui adsistimus, lapis est natura communis, nihil differens ab aliis crustis lapideis, ex quibus parietes nostri extruuntur, & pauimenta exornantur, sed quoniam Dei cultui consecratum est ac benedictionem accepit, mensa sancta, altare immaculatum est, quod non amplius ab omnibus, sed à solis Sacerdotibus, iisque venerantibus contrectatur.

S. Gregorius Nyssenus Valentem Imperatorem ait raptum in admirationem, cum Psalmorum pium concentum in Catholicorum templis audiisset, cum etiam oculis vsurpasset castas ceremonias, cum aras magnifico instructu ornatas, cum frequentiam populi rem diuinam celebrantis: & paulo ante docet, saxum id politum ex quo altare conficitur, natura quidem sua & conditione minime ab iis quæ in pauimento sunt differre, nisi quod Dei cultui consecratum est, qui fit, vt & altare immaculatum existimetur, & à solis Sacerdotibus iisque venerantibus contrectetur.

Chrysostomus libr. 6. de Sacerdotio, sub initium.
Per id tempus & Angeli Sacerdoti assident, & cælestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, Angelorũ choris plenus est, &c.

Ambrosius epist. 60 quæ est prima lib. 8. *Ortus sermo de Basilica quam condidit Apostolorum nomine, dedicatione, dedit huic sermoni viam.*

August. ser. 252. de tempore in dedicatione anniuersaria. *Quotiescunque fratres charissimi, Altaris vel Templi festiuitatem co-*

D. Ioannes Chrysostomus homilia 28. ad populum Antiochenum. multas & maximas vtilitates exponit, quas quisq; possit haurire ex pauperibus ad fores templi considentibus. Et lib. 6. de Sacerdotio, asseuerat beatos spiritus diuinissima chorea cingere aram, cum diuina mysteria peraguntur: quam etiam in rem magni cuiusdam viri sanctitate præcellentis visum refert, cui Angelorum ille splendor & apparatus singulari Dei beneficio patefactus sæpe fuerat. D. Ambrosius lib. 1. Epistolarum, epist. 60. dedicati vnius templi meminit, quod Bassianus in honorem Apostolorum exædificandum curauerat. D. Augustinus anniuersaria quadam Panegyri dedicationis, docet ea omnia quæ exterius in Templorum consecratione fiunt, spiritali etiam modo debere intelligi: & alio quodã in loco, vult summas & immortales gratias immortali Deo parenti esse agendas, quod præter Templi dedicationem, ea ipsa qua omnia tuetur atque regit prouidẽtia locum præterea voluerit Martyrum lipsanis & salutaribus exuuiis cohonestari.

Prosper oculatus fuit testis, cum Ecclesia Deo Carthagine consecraretur ab Aurelio Episcopo decessore Magni Augustini, in cuius Propylæo vncialibus literis inscribebatur, *Aurelius Pontifex dedicauit.*

D. Ber-

Digitized by Google

D. Bernardus sermonibus iis quos de hac ipsa re habuit, consuetas dedicationis ceremonias omnes, ad quinque capita retulit, nimirum Inscriptionem, Aspersionem, Inunctionem, Illuminationem & Benedictionem. Est autem manifestum pictas cruces duodecim, totidem Apostolos significare; lapides oleo inuncti vt tanto ante fortissimus Cyprianus & eruditissimus animaduertit, monent diuinum & æternum esse quendam liquorem cuius vis in exteriorem actionem redundat, & Sacerdotii dignitatem anteire omnes mundi huius dignitates, quemadmodum liquoribus aliis supernatare oleum solet. Saxa item eluuntur, thus incéditur, vt declaratur non prophanam esse domum tractandis mercimoniis accommodatam. In ipso solo græcum & latinum alphabetum Pontifex delineat, vt doceamur in Ecclesia duabus illis linguis mysteria diuina ministrari. Fores pultat reliquiis sanctis ornatus & oneratus, quasi aerias vt Apostolus vocat potestates citans, atque denuncians, vt abeát ex eo loco præcipites, liberumque piorum studium & religionem esse patiantur: Nulla denique est in eo toto negotio cerimonia quæ non abditam & mysticam significationem habeat. Itaque in Lateranensi Concilio fuit decretũ vt Episcopus in sua diœcesi, & Archiepiscopus in prouincia largiri possent vnius anni Indulgentiam iis omnibus qui Dedicationi interessent, & anniuersario solenni die de iniunctis pœnitentiis 40. dies condonare.

l mus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sancte ac iuste viuimus. quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali ædificatione completur.

Cyprian. de vnctio. Chrismatis & aliis Sacramẽtis. *Hoc oleo antiquitus Sacerdotes sacrabantur & reges, & ipsi altarium lapides aelibuti, spiritalem intelligi volebant sacris mysteriis inesse pinguedinem.*

Concilium Lateran. 3. sub Innoc. III. Can. 62 in formula literarum Prædicatorum. *Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum prælati facere non verentur, & claues ecclesiæ cõtemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur: decernimus, vt cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedicationis tempore, quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat, &c.*

Quod attinet ad Altaria, Concilium Agathense non modo iubet, vt chrismatis inunctione consecrentur, verum etiam Sacerdotis benedictionem percipiant. Loadicenum etiam vetustius grauissima auctoritate vetat, ne vllus Antistes aut presbyter in prophanis priuatisq; locis diuina mysteria obeat. Felix IV. è Gregorii Magni prosapia id ipsum confirmat, affirmatque fuisse Canonibus prohibitum, ne alio in loco quam numini sacro Liturgia celebraretur, nisi forte magna quædam extremaque necessitas aliud suaderet.

Felix IV. epist. 1. agens de Ecclesiarum consecratione & de missarum celebrationib. *Si enim Iudæi, qui vmbræ legis deseruiebant, hæc faciebant: multo magis quibus veritas patefacta est, & gratia & virtus per Iesum Christum data est, templa domino ædificare, & (prout melius possumus) ornare, eaq; diuinis precibus & sanctis vnctionibus suis, cum altaribus & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus, deuote & solenniter sacrare debemus.*

Imperator Iustinianus Nouel. 67. sic edicit, *Sancimus præ omnibus nulli licentiam esse neque monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare antequam ciuitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat & crucem figat publicum processum ibi faciens.* Et lib. 2. Institution. decernit idem Imperator *locum in quo sacræ ædes ædificatæ sunt etiam dirutis ædificio sacrum manere.*

Fateantur igitur omnes oportet esse maxime rationi consentaneũ, vt discrimen aliquod statuatur inter Arcam & Dagon, inter loca sacra & prophana, quæque diuino cultui dedicata sunt, & quæ ad communẽ

vsum accommodata, inter oratorium & macellum, inter Ecclesiam & triclinium, inter ea denique quę sanctissimi Numinis sunt, & quæ ad Belial referuntur, nisi libeat præpostera quadam audacia cœlum terræ miscere, & Hierosolymam in Babylonem commutare.

QVOD FAS LICITVMQVE SIT Templis atque Altaribus pulcherrimos instructus & ornatus adhibere.

CAPVT XLVII.

Ioseph lib. 8. Antiq. c. 3. Plut. de Stoic. cont. Sozom. lib. 5. hist. c. 5.

HIEROBOAM ex Iosepho, Chrysippus Stoicus auctore Plutarcho, Iulianus fidei Christianę desertor apud Sozomenum, Messaliani vt Nicetas refert, & vt meminit Victor Vticensis Vuandali: Bogomilæ apud Euthymium: Petrobrusciani vt Petr. Cluniacensis memorat: Waldēses denique in historia Boemica ferre vix poterant vel ornatum vel exędificationem Templorum.

Genes. 28. 12. Exodi 3. 5. Iosue 5. 15. Exod. 25. 8 & 26. 1. Num. 7. 1. 3. Reg. 16. 1. 2. Paral. 17. 12. 2. Paral. 6. 1. 2. Esd. 1. 12. 1. Esd. 3. 12. 1. Esd. 6. 3. Aggæi 1. 7. 1 Mach 4. 56.

Pugnant ex aduerso locus imprimis ille terribilis & honorifica maiestate plenus de quo Iacob meminit cap. 28. Genes. diuinum item imperium Mosi atque Iosue factum de calceis ponendis: Huc faciunt sanctuarium, structura & insignia Tabernaculi ornamenta, quæ diuinitus in Exodo imperantur: inunctio & vasorum sanctificatio, de qua libro Numerorum, Templum Salomonis cuius incredibilis apparatus 3. lib. Reg. 1. & 2. Paralip. describitur: commemoratio item restaurari Templi, quam Esdras conquisitis verbis adhibuit: actiones Zorobabelis filii Salathiel, & Iesu filii Iosedech, sacerdotum populique facinora de quibus Aggeus Propheta: Encænia denique & noua Templi consecratio inducta à Macchabęis, de qua re copiose in eorum historia perscribitur. Quę omnia nomen ipsum, ratio, Patrumque auctoritas confirmant.

Pro maiori parte capituli interdum vt can. Apost. Dist. c. 56. 1. Cor. 11. 22.

Ecclesia vt norunt omnes, & etymon Græcum satis innuit, vulgo cœtum conciliumque significat: verum in diuina Scriptura sumitur aliquando pro illis qui se diuinæ seruituti manciparunt vt cum dicitur 23. Deut. *Non intrabit Eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro in Ecclesiam Domini.* Et iterum, *Non ingredietur Manzer*, hoc est, *de scorto natus in Ecclesiam Domini vsq; ad decimam generationem.* Dicitur nonnunquam de principibus Ecclesiæ viris quiq; alios moderantur, vt cum Christus Dominus Matth. 18. de corrigendis iis qui se criminibus obstringunt loquēs sic ait, *si te non audierit dic Ecclesiæ.* Tertio continens pro contento aliquando intelligentiæ nostræ obiicit, hoc est locum ipsum, in quo cœtus fiunt:

Digitized by Google

sunt: quo sensu dixit Apostolus 1. ad Corinth. *Nunquid domos non habetis ad manducandum? aut Ecclesiam Dei contemnitis?*

Interdum Ecclesia Templum nominatur, sacrificii nimirum locus vt exponit Saluianus lib. 4. de prouident. quanquam Varro aliud etymon illi attribuit: sed ab hoc quidem nomine Galli vulgo abstinent, vt & Latini vix Delubrum vsurpant, & Græce ναὸς.

Catholica vocant potius aut cum D. Chrysostomo Oratorium, aut cum doctissimo Hieronymo Basilicam quasi regificum palatium dicas, aut vt in Edictis veterum Imperatorum Dominicum: Quod si pro Gladiatoribus olim & Athletis Palæstræ & Amphitheatra insanæ quædam substructiones magno sumptu, incredibili magnificentia extruebantur: Si pro Senatoribus Curiæ & Capitolia, Lycea pro Philosophis, maiori opinor ratione Templa ornantur, tum ad æterni Numinis gloriam, tum ad decus & amplitudinem Sanctorum.

Quare videmus Origenem atque Arnobium duos Ecclesiæ veteris elegantiæ principes & doctrina, Ethnicis fatua superstitione gloriantib. obiecisse, quod vix Templa haberent vlla, quæ cum nostris splendore & magnificentia conferri possent. Et D. Paulus 1. ad Corinth. c. 11. exerit aculeos reprehensionis & seueritatis suæ in primos Christianos, qui in domo Dei notas insolentiæ intemperantiæque suæ figebant, *non habetis ad manducandum? aut Ecclesiam Dei contemnitis?* quod doctus Christi exemplo aiebat Matth. 21. qui Domum Patris sui *domum orationis* appellãdam esse declarabat, neque tantum de Salomonis Templo, sed de sacris ædibus nouæ legis æquo iure loquebatur.

Eo spectat laus illa pulcherrima quam loquentis sapientiæ proxeneta D. Hieronymus Nepotiano tribuit, tum in eius Epitaphio, tum Epist. 3. ad Heliodorum, quod nimirum solicitus semper fuisset in vita, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa & consita floribus, quod elegantissimi templi vestibulum arborum ramis & læta quadam viriditate ornauisset, eumque Beseleelem veluti quendam appellat mirifica in excogitando solertia præditũ & sapientem. Ita S. Ambrosius lib. 2. officiorum c. 21. scribit conuenire hoc vnum maxime Sacerdoti, vt sacras ædes splendidissime cõdecoret, vt Dei domus quam maxime fieri potest dignitate colluceat. Et D. Ioan. Chrysost. cum quo disputationẽ hanc claudemus homil. 3. in Epist. ad Ephes. à minori ad maius, si vasa & Ecclesiæ suppellex tanto splẽdore interlucet, quanto par est animas nostras reddi puriores ac splendidiores virtutum ornamentis?

Varro lib. 6. de lingua Latina, *aut templum à tuendo dictum, quocirca, cœlum qua tuemur dictum templum natura: ab auspiciis in terra: à similitudine sub terra. Dicta sunt templa apud Gentiles, Delubra, Fana, Sacella, B[illegible] alia. ναὸς, ἱερὸν, σηκὸς, [illegible]*

Chrys. hom 30 contra Anomœos Hier aduers. Vigil *Vocabantur & Græcis κυριακὰ, vt constat ex edicto Imperatoris apud Nicephor. lib. 7. hist. c. 38. quo iubebatur, vt prædia & res Christianorum Ecclesiis restituerentur, porro Basilicæ nuncupabantur, id est, regia domus & magnifica ædificia, can. omnes Basilicæ 16. q. 7. & can omnes Basilicæ, de consecrat. d. 1. Refferat & Plato Templa domibus regalibus coniungi lib 6. de legibus sicut & Octauius Cæsar anno ab vrbe cõdita 716. in Palatio Templum Apollinis dedicauit ac bibliothecam perfecit Dio. Cass. lib. 53.*

Hieron. ad Heliodorum de morte Nepotiani ep. 3.

DE

DE COEMETERIIS ET SEPVLCHRORVM RELIGIONE.

CAPVT XLVIII.

TANTVM est discriminis inter sepulturam Christianorum & Infidelium, quanta est inter innocẽtium & iustorum ab hac vita migrationem, & fatũ impiorum differentia. Hi cum maxime florere videntur ac vigere, moriuntur: illi viuunt atque vigent etiam cum de vita decedunt: hi desperantes animoque fracti intereunt, illi autem iucunda fiducia pleni ab hominibus eripiuntur: Hi temporariam mortem oppetunt, vt æternum extinguantur, ibi corpore dissoluuntur, vt æternum viuant. Hi anguntur dolore, pœnas vt suas immenso quodam cumulo augeant, illi in portum quietis appellunt, vt ad gloriam attollantur.

1. Thess. 4. 13. *οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.*

Hinc mulsum illud Apostoli, Thessalonicenses spe iucunda recreantis, *Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.* Hinc etiam nominum illa varietas, quib. Christiani sepulturæ suæ locum insigniri voluerunt.

Epiph. hæres. 30. *Adducunt miserum illum adolescentem, post occasum solis in propinquas tumbas (sepulchra autem sic appellantur speluncæ videlicet in petris effossa ac constructa)*

Baron. ad ann. 226.

Iudæi & Romani aliquando cum supra gentes alias colerent humanitatem, non vrebant corpora, sed condiebant, & sepeliebant extra vrbes, iis in locis, quæ vulgo Areas, Tumbas, Catatumbas vel Catacũbas, Cryptas, Arenarias & Speluncas pro ratione loci vocabant. Sed cum fidem diuinitus excipientes spem etiam immortalitatis hausissent, nominarunt Cœmeteria, quorum tãtus vel Romana modo in ciuitate numerus fuit, vt in Albo Vaticano vsque ad quadraginta tria recenserentur iã inde ab Anno Christi 227. propter martyrum multitudinem & copiam quam Tyrannorum crudelis immanitas inuexerat. Hinc pariter illa extitit vetus religio atque pietas, in adeundis & lustrandis cœmeteriis, quã fuisse tantam volunt, vt auersi à Christianis Imperatores & infesti, grauissimas pœnas in adeũtes ea loca sancirent: quæ post edicta vt prodidit Eusebius abrogata fuerunt, cum ecclesia tempestatibus afflicta, in ocii & tranquil-

Æmilian apud Euseb li 7 eccl hist c 10 sicai . . . onitur episc. Christianos.

Digitized by Google

& tranquillitatis perfugium potuit succedere. D. Hieronymus de se meminit cum adolescens Romæ studiis imbueretur, habuisse in more positum vt diebus Dominicis Cryptas & Cœmetria lustraret, quorum habet elegantissimam descriptionem in 40. cap. Ezechielis.

Neq; vsquã omnino vel vobis vel aliis quibus potestas erit aut celebrandi conuentus, aut in ea quæ cœmeteria appellantur ingrediẽdi.

Hieron. lib. 12. in Ezech. cap. 40. *Dum essem Romæ puer & liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris eiusdem ætatis & propositi, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum & martyrum circuire, crebroque Cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum, &c.*

Ad hanc vero pietatem incendebantur, vt imprimis Deum omniũ parentem in Sanctis suis venerarentur, Sanctos in reliquiis honorarent. Secundo vt cum procella & tempestas illa tyrannorum posuisset, cũ ardor sæuitiæ deferbuisset, demortuos Christianos ibidem conderent, excitarent monumenta, pro mentium quiete precarentur. Quam ob caussam vt D. Augustinus in lib. de Cura pro mortuis habenda diserte memorauit, Cœmeteria fieri cœpta prope Templa siue basilicas, vt populus tum in sancta loca introiens, tum recedens, illo theatro commonitus excitaretur ad maiores suos Deo commendandos. Quæ deinde pia consuetudo tam religiose obseruata fuit, vt in quadam Epistola sua D. Cyprianus Martialem Episcopum reprehendat, quod liberos suos in prophanis Ethnicorum monumentis sepeliisset. S. Maximus præclaram attulit rationem serm. de natali sanctorum martyrum Octauii, Aduentoris, & Solutoris (quorum sacra lipsana in nostro Collegio Taurinensi asseruantur) cum sic ait, *Ideo hoc à maioribus prouisum est vt Sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, vt dum illos Tartarus metuit, nos pœna non tangat, dum illos Christus illuminat à nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes euadimus inferni tenebras eorum propriis meritis, attamen consocii sanctitatis.* Atque hæc ratio mouit D. Ambrosiũ vt prope gratiosissimos apud Deum martyres humari se postularet.

August. de cura pro mortuis gerenda, ad Paulinũ lib. vno c. 1.

Cum ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus desiderauit in Basilicam martyris poni, siquidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari, hoc quod ita credidit, supplicatio quædam fuit & hæc profuit, si quid profuit.

Cyprian. lib. 1. epist. 68.

Martialis quoque præter gentium turpia & lutulenta conuiuia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos.

Cæterum Cœmeterii nomen ἀπὸ τοῦ κοιμᾶν deducitur & verbum ex verbo dormiendi quiescendique locum significat, nec abhorret ab effato Seruatoris Ioan. 11. vbi de Lazaro ita inquit, *Lazarus amicus noster dormit,* Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται: *sed ego vado, vt excitem illum* ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. proxime vero deinde adiungit Λάζαρος ἀπέθανε mortuus est. Et Matth. 9. de Iairi principis synagogæ filia, *Non est,* inquit, *mortua puella, sed dormit.* Apostolus item loco citato & 1. ad Corinth. cap. 11. eadem ipsa voce vtitur κοιμῶνται ἱκανοί *Dormiunt multi.*

Ioann. 11. 11.
Ioan. 11. 13.
1. Cor. 11. 30.

Multis autem grauissimisque ceremoniis consecrantur ob multas rationes, primum ad inferorum mõstra abigenda, quorum sæpe in monumentis sedes est atq; domicilium, vt disertissimus omnium Theologorum Ioan. Chryst. asserit hom. 35. in Matth. idque faciunt tum vt humanis corporibus insultent, tum vt iisdem ad nefandas præstigias abutantur: hæc verba sunt diuini scriptoris, *Cum venisset transfretum in regionẽ Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes saui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.* Atque in hanc rem adferri

Vsi sunt hac voce interdum etiam auctores non sacri vt Dosidas apud Athenæum lib. 4. Dipnos. τῆς συσσιτίας *apud Cretam dicit duos habere* οἴκους, *quorum vnum vocatur* ἀνδρεῖον, *alterum in quem dormitum mittũt hospites* κοιμητήριον.

Homer. 10. v. 24.
ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον, *Catullus ad Lesbiam. Nobis cum semel occidit breuis lux nox est perpetua vna dormienda.*

Contra ignota signa propria, magnum remedium est linguarum cognitio. Et Latina quidem lingua homines quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad scripturarum diuinarũ cognitionem habent opus, Hebræa scilicet & Græca vt ad exemplaria præcedẽtia recurratur, &c.

Idem de doctrina Christiana l.2 c 13. *Illud etiam quod iam audire non possumus de ore cantantium populorum, super ipsum autẽ floriet sanctificatio mea: nihil profecto sententiæ detrahit: auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, vt non floriet, sed florebit diceretur. Nec quicquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium.*

Concilium Tolet. 4. cap. 2. Vnus igitur ordo orandi atque psallendi nobis per omnem Hispaniam atq; Galliã conseruetur, vnus modus in missarum solemnitatibus vnus in vespertinis matutinisq; officiis: nec diuersa sit vltra in nobis ecclesiastica consuetudo, quia vna fide continemur & regno.

dici etiam confirmat Præfationem Solitani, in qua est *Sursum corda.* Alio in loco D. Augustinus responderi à populo ait, *habemus ad Dominum*, subdi postea à Sacerdote, *Gratias agamus Domino Deo nostro.* populum item respondere, *Dignum & iustum est.* Et tamen tum ex eodem sanctissimo Doctore tum ex aliis scriptoribus liquet Africanam linguam tam remotam à Latina fuisse, quam huic est dissimilis Hebræa: eandem autem à Phœnicum Idiomate non fuisse magnopere diuersam eruditissimus Hieronymus testatur. Alcuinus Caroli Magni præceptor, & Amalarius qui circa annum Domini 840. florebant, diserte aiunt, non modo in Gallia, verum & in toto Occidente, lingua Latina publicas Ecclesię preces fuisse persolutas. Atqui scribit D. Hieronymus præfatione l. 2. in epistola ad Galatas, Latinam linguam à Gallica penitus alienam & discrepantem fuisse, etiam priusquam Franci Gallias occupauissent. Venerabilis item Beda suis temporibus quinque diuersissimas linguas in maiori Britannia versatas ait, & tamen Latinam communem omnibus atque vsitatam fuisse propter Scripturam sacram.

Concilium 4 Toletanum ca. 2. statuit vt vnus ordo orandi atq; psallendi per oẽm Hispaniam & Galliam seruetur. Quod autem is ordo Latina lingua fuerit, ex capitibus quæ deinde sequuntur perspicue liquet, vbi Hymnos à Sanctis Hilario & Ambrosio adornatos cõmendat, & in fine omniũ Psalmorũ addi iubet *Gloria & honor Patri.* Scimus a. vernaculam Hispaniæ linguam iam ante 1200. annos plurimum à latina differẽtem atq; disparẽ, etiã prius quam in eam Gothi & Mauri inuaderent, qui & ipsi propriam habuere linguam vt ex S. Hieronymo patet epist. 135.

Sed dicant sane illi nobis qui communem Ecclesię morẽ oppugnant, qua lingua Psalmi Dauidici canerentur ante Clementem Marotum & Theodorum Bezam: clare etiam & diserte respondeant, num ab illa inauspicata versione in vsum errantium importata, vatis illius oracula oẽs intelligant, cum certum sit, acri etiam ingenio viros & recondita sapientia, vix ac ne vix quidem in veram psalmorum intelligentiam penetrare.

Quod si quis hac de re dubitaret, age quatuor nobis versiculos exponat è medio promptos quiq; primum in euoluendo libro occurrerit: exempli gratia enucleet nobis duodecimum vers. Psal. 68. cuius versionem Geneuensem puram putam, vt & aliquorũ sequentiũ pone[illegible]us ad marginẽ, Ita igitur cęlestis lyra, Dominus dabit verbum euangelizantib. virtute multa, v. 13. Rex virtutũ dilecti dilecti & speciei dom⁹ diuidere spolia. Et 14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colũbæ deargentatę & posteriora dorsi eius in pallore auri. Et v. 31. Increpa feras arũdinis, congregatio taurorũ in vaccis populorũ: vt excludãt eos q[illegible] pbati sũt argẽto.

Pseaume 68. vers. 12. 13 14. 31. &c. Le Seigneur à donne de quoy parler.

Neq; tamen hæc dictorum cælestiũ difficultas im[illegible]e dire aut conatus infringere pios debet in Psalmis religiose decantandis, cum Deus Opt. Max. pueros Hebræorum excusarit earum rerum inscientes, quas ad diuinam gloriam fundebant, non tam enim eorum sermonem, quam animi voluntatem & studium intuebatur.

Atque

Atque vt hanc disputationem claudamus, dent aduersarii & concedant, vt publicæ precationes Latinè fiant, & lubenter concedemus vt in priuatis patrio sermone vtantur.

Ad conciliationem via.

DE TEMPLORVM DEDICATIONE ET CONSECRATIONE altarium.

CAP. XLVI.

VETVS & acerbum est hæreseos bellum aduersus Templa & sanctissimas aras numini consecratas: nam circa annum Domini trecentesimum vigesimum quartũ Eustachiani, vt meminit Sozomenus, in priuatis ædibus cœtus faciebãt suos, & prophanis in locis hærebãt. Eunomiani summa contumacia in nulla Apostolorum aut martyrum basilica pedem ponere volebant. Arriani anno 360. fœdis facinoribus, sannis & dicteriis loca sancta in hominum contemptum adducebant. Iulianus piæ religionis oppugnator homo ex omnium turpitudinum impuritate concretus diuinum altare perminxit, manuq; incesta colaphũ impegit Euzoio, à quo ne id faceret prohibebatur, vt memini scribere Theodoretum. Donatistæ viginti post annis aras euerterunt, impioque furore disiecerunt. Manichæi sacras ædes antiquorum delubris, & aras mensis Ethnicorum & tripodi comparabant. Massaliani ædiculis suis contenti publica oratoria spernebant. Petrobrusiani aram cum hara componebant & templum cum meritoria taberna. Albigenses idololatriæ scelus appellarunt cum cultum & honorem qui defertur templis & sacellis, & inaudito contumeliæ genere ventrem inibi exonerarunt & sacram mensam multis metuendisq; religionibus consecratam impudica impudicitia notarunt. Thaboritæ vbiq; & in omni loco sacris operabantur. Oecolampadius & Lutherus ne credo cedere vrbanitate & studio cuiquam viderentur, Templa nostra simillima esse aiebãt lucis arisque Baali dicatis. Eorum finitimi & falsarum æmuli opinionũ cum Diuæ Reformationis insignia volunt pingere, aras ponunt funditus euersas & cõminutas, quod fecisse Copronymi olim & Iuliani feruntur. Enimuerò diuinę literę, historiarũ annales, Patres ratioq; docent cõtraria.

Sozo lib. 3. hist. c. 13. agẽs de sectatoribus Eustathii Sebastiæ Episcopi.

Diebus Dominicis ieiunãt, in ædibus agunt cõuentus.

Hieron. aduersus Vigil. ante medium *Oportentũ in terras vltimas deportandũ, rides de reliquiis martyrum: & cum auctore eius hæreseos Eunomio, ecclesiæ Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, vt eadẽ contra nos loquaris, quæ ille contra ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores eius, basilicas Apostolorum & martyrum non ingrediuntur, vt scilicet mortuũ adorẽt Eunomium, cuius libros, maioris auctoritatis arbitrantur, quàm Euangelia, &c.*

Athanas. Ep. ad Orthodoxos ante medium.

Theodoret. … hist. l. 3. c. 12.

Opt. Milenus l. 6. … Aug. l. 20. contra Faustum Manich. c. 4.

Ioan. Damascen. de hæresib. vbi de Massalianis. Æneas Syluius ep. 130. sub initium loquens de Thaboritis. Petrus Aluniacens. ep. contra Petrobrusian.

Genes. 8. 20.
Gen. 12. 7.
Gen. 35. 1.
Exodi 30. 1. 2. 3.

In lege naturæ Patriarchæ Noe Abraham & Iacob exædificarunt aras & dedicauerunt, supra montes Armeniæ, in Moreo campo, & Bethel. In scripta lege sic Deus Mosen affatur, *Facies quoque altare ad adolendũ Thymiama de lignis Setim habens cubitum longitudinis & alterum latitudinis, id est, quadrangulum & duos cubitos in altitudine, cornua ex ipso procedent vestiesque illud ex auro purißimo, tam craticulam eius quã parietes per circuitum & cornua faciesque ei coronam aureolam per gyrum.* Munera quæ Principes Hebræorum in aræ dedicatione obtulerunt, recensentur Numer. 7. sed Iosephus lib. 3. Iud. Antiq. cap. 9. vberius recenset quemadmodũ post structuram arcæ Aaron delectus fuit ad populi orationes Deo offerendas, eamque omnium partium inunctione dedicauit, erat autem mixtura quædã myrrhæ, ireos, cinnamomi & calami qua id vnguentum suauissimo odore fragrabat. Libro item secundo Reg. cap. vlt. quomodo subornatæ fuere victimæ & extructum altare in area Araunæ Iebusæi à Dauide, monitu & consilio Gad Videntis, qua ratione placatum numen vindicem manũ ad populum puniendũ intentam repressit. Altare Heliæ è duodecim lapidibus constans iuxta numerum Tribuum Israel, quibus Baalis Popæ & Sacrificuli superati fuerunt, lib. 3. describitur cap. 18. Iosue verò filius Iosedechis & Zorobabel Salathielis filius aras quoq; extruxerunt, quæ Esdræ primo cap. 3. commemorantur. Dedicatio Templi Salomonis secundo Paralip. Templi renouatio à Cyro facta primo Esdræ recensentur. Machabæi cum expurgassent Templum dedicauerunt, & consecrationem celebrarunt quam Græci *Encænia* dicunt: solennis autem festusq; is dies fuit, summa omniũ lætitia hostiæ salutares & sacrificia laudis oblata sunt, Templi vestibulum atq; aditus magnificentissimè ornatus coronis aureis atq; scutulis: Iudas ipsiusque fratres cum vniuerso Israelis concilio statuerunt, vt annis singulis octidui spatio illius diei lætitia renouaretur, à vigesimo quinto die mensis Casleu hoc est Nouembris: & illius diei celebritas, vt ex Ioannis 10. constat etiam Seruatoris nostri æuo agitabatur. Et quod attinet ad altare, certissimum est Christi Domini temporibus extitisse, cum apud Matthæum iubeat vt quicunq; ad altare fert munus suum, ibiq; recordatus fuerit quod alieno sit animo à fratre, ibi munus suum relinquat, & cum fratre prius redintegrata beneuolentia iungatur. Sed hac in re magnus Apostolus dubium omne controuersiamq; tollit, dum ita scribit ad Hebræos, *Nos habemus altare de quo non habent edere qui tabernaculo deseruiunt*: vbi manifesta differentia notatur inter Euangelicum altare & Mosaicum.

2. Reg. 25. 18. 24. 25.
3. Reg. 18. 30. 31. 32.
2. Par. 6. 1.
Esdræ 1. c. 1. 3. 4.
1. Mach. 4. 56.
Matth. 4. 23. 24.

Eusebius orat. de laudibus Const. circa mediũ. *Constãtinopolim variis Dei exornauit Ecclesiis: deinde vrbem totius Bithyniæ facile principem amplißimo pulcherrimoq; Templo de-*

Constantinus Magnus, autore Eusebio, D. Ioannis Lateranensis sacram ædem extruendam curauit, cum adiuncto baptisterio: Basilicam item D. Petri in Vaticano, D. Pauli ad viam Ostiensem, S. Crucis in Sessorianis agris, S. Laurentii extra muros, in agro Verano Sanctorum martyrum Petri & Marcellini & aliorum plurimorum. In eaque re tantam pietatem ardoremque religionis adhibuit, vt cum iacta sunt fundamen-

d by Google

damenta Ecclesiæ D. Petri fodere ipse terram voluerit, atque in honorem duodecim Apostolorum humeris suis cophinos duodecim efferre.

Sanctissimus Papa Syluester eodem ipso tempore, & consecrauit aras & dedicauit structa templa: cuius rei locuples testis illa fuit Christi Seruatoris effigies, quæ ad parietem Templi D. Ioannis Lateranensis se videndam populo Romano exhibuit, testis & ara lignea quam in eodem loco reliquit, & pro sua autoritate vetuit, ne quisquam præter supremum omnium Pontificem ad eam mysteria celebraret, idque factũ esse volunt, studio & obseruantia erga Principem Apostolorum & insigni veneratione, quod vt communi omnium sermone ferebatur, eam D. Petrus infandi Neronis tempestate consecrauisset.

...ceraui: tum primarias cæterarum gentium ciuitates illustrauit ornamentis non dissimilib. subdit de structura Antiochenæ Ecclesiæ. Item Hierosolymitanæ, de Romanis verò & imagine Saluatoris sic habet *In Lateranensi Palatio, Ecclesiã Saluatori dedicauit, & ei continentem Basilicã nomine Sancti Ioannis Baptista condidit; eo loco, quo ipse baptizatus à S. Syluestro, à lepra mundatus est, quam idem Pontifex consecrauit 5. Idus Nouembris, qua die imago Saluatoris in pariete depicta, populo Romano apparuit, &c.*

Theodosius, vt proditum est à Sozomeno, in eo Templo quod in honorem D. Ioannis Baptistæ ædificarat, preces fudit, & vt scribit Euagrius Fortunæ templum multis ceremoniis expiatum victori & triumphatori S. Ignatio martyri dedicauit. Idem etiam historiæ Scriptor meminit Chalcedonensis Concilii Patres in æde D. Euphemiæ sacra, cœtum suum habuisse.

Sozom. l. 7. c. 24.

Euagr. l. 1. c. 16.

Pridie quàm cum Ario ex condicto ageretur, Alexander Episcopus Alexandrinus, perpeti nocte, supplex ad aræ basim Deo preces obtulit, ait idem Sozomenus: & alio in loco eximium illud munus oratione sua prosequitur, quod Pulcheria Augusta Ecclesiæ Constantinopolitanæ contulit.

Sozom. l. 1. c. 18.

Euagr. l. 1. c. 3.

Sozom. l. 8 c. 1.

Gangrense Concilium anno trecentesimo vigesimo quarto celebratum, horribilium dirarum obnunciatione eos omnes prosequebatur, qui pios cœtus reprehendunt, qui in locis sacris, Basilicis & Memoriis martyrum fieri solent. D. Basilius homilia in Psalm. 114. populo meritam laudem eximiamque impertit, quod cum de media nocte in martyrum templum venisset egregio patientis animi documento illum expectauisset.

Concilium Gangrense c. 6. *Si quis extra Ecclesiam seorsum conuentus celebrat & despiciens Ecclesiam, ea quæ sunt Ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum Episcopi, anathema sit.*

Theodoretus libr. 8. de curand. Græc. affect. non potest mirari satis magnitudinem splendoremque Templorum, & incredibilem ornatum sui temporis, quæ templa fere omnia fortissimis martyribus dicabantur; aitque se vna cum populo ad ea domicilia pietatis religiosissimè contulisse, non bis modo terve in anno, verum & sæpius, præsertim verò cum festi solennesque dies agerentur. D. Athanasius in vita S. Antonii, diuinum quoddam visum sanctissimi huius viri memorat, cum Arrianos videre sibi visus est, specie Asinorum indutos, pedibus altaria proterere funditusque exturbare, quo tempore vocem etiam diuinitus factam hanc excepit *Abominabitur altare meum.* Et quidem post duos annos, vt idem Patriarcha scribit, spoliata fuere templa, sanctil-

D. Basilius homilia in Psalmum 114. *Iam inde ab vsque media nocte hoc dicatum martyribus Templum subiistis, ipsorum martyrum Deum hymnidicis laudibus placabilem, vobis reddentes, ac propitium, interim tamen non destitistis ad hanc vsque diei horam, nostrum operiri ad vos aduentum.*

Digitized by Google

Theodoretus de curat. Græc. affect. lib. 8. de martyribus. *Martyrum verò templa cõspicua cernuntur, magnitudineque præstantia, omni præterea ornatus genere variata, splendoremque quodammodo pulchritudinis suæ late fundentia. Neque verò huc per annum semel aut bis, aut quinquies aduentamus, sed in eis sæpenumero dies festos peragimus, sæpe diebus singulis eorum martyrum domino laudes hymnosque cantamus.*

ctissima vasa inauditis sceleribus polluta, matronarum & virginum pudor violatus, altaria summis honoribus veneranda ouium Christi multo & innocenti sanguine redundarunt.

D. Gregorius Nazianzenus oratione vndecima in sororis laudem, ait præsentem illam & beatis prope mentibus parem mulierem, caput suum cum ad altare admouisset, plenam lacrymis & dulci fiducia Deo dixisse, se nusquam latum vnguem inde recessuram, nisi morbi medicinam assequeretur, & e vestigio sanatam fuisse.

Idem oratione 2. in Iulianum de Paganis sic infit, *Non iam sacrosanctis nostris ædibus oculos flagitiosos inucient, non iam altaria à purissimo & incruento sacrificio nomen habentia, scelestis sanguine fœdabunt, nec impiis altaribus loca non adeunda dedecorabunt.*

Gregorius Nyssenus orat. de Sancto Baptismate, sub initium. *Altare hoc sanctũ cui adsistimus, lapis est natura communis, nihil differens ab aliis crustis lapideis, ex quibus parietes nostri extruuntur, & pauimenta exornantur, sed quoniam Dei cultui consecratum est ac benedictionem accepit, mensa sancta, altare immaculatum est, quod non amplius ab omnibus, sed à solis Sacerdotibus, iisque venerantibus contrectetur.*

S. Gregorius Nyssenus Valentem Imperatorem ait raptum in admirationem, cum Psalmorum pium concentum in Catholicorum templis audiisset, cum etiam oculis vsurpasset castas ceremonias, cum aras magnifico instructu ornatas, cum frequentiam populi rem diuinam celebrantis: & paulo ante docet, saxum id politum ex quo altare conficitur, natura quidem sua & conditione minime ab iis quæ in pauimento sunt differre, nisi quod Dei cultui consecratum est, qui fit, vt & altare immaculatum existimetur, & à solis Sacerdotibus iisque venerantibus contrectetur.

Chrysostomus libr. 6. de Sacerdotio, sub initium. *Per id tempus & Angeli Sacerdoti assident, & cælestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, Angelorũ choris plenus est, &c.*

Ambrosius epist 60 quæ est prima lib 8. *Ortus sermo de Basilica quam condidit Apostolorum nomine, dedicatione, dedit huic sermoni viam.*

August. ser 252. de tempore in dedicatione anniuersaria. *Quotiescunque fratres charissimi, Altaris vel Templi festiuitatem co-*

D. Ioannes Chrysostomus homilia 28. ad populum Antiochenum multas & maximas vtilitates exponit, quas quisq; possit haurire ex pauperibus ad fores templi considentibus. Et lib. 6. de Sacerdotio, asseuerat beatos spiritus diuinissima chorea cingere aram, cum diuina mysteria peraguntur: quam etiam in rem magni cuiusdam viri sanctitate præcellentis visum refert, cui Angelorum ille splendor & apparatus singulari Dei beneficio patefactus sæpe fuerat. D. Ambrosius lib. 1. Epistolarum, epist. 60. dedicati vnius templi meminit, quod Bassianus in honorem Apostolorum exædificandum curauerat. D. Augustinus anniuersaria quadam Panegyri dedicationis, docet ea omnia quæ exterius in Templorum consecratione fiunt, spiritali etiam modo debere intelligi: & alio quodã in loco, vult summas & immortales gratias immortali Deo parenti esse agendas, quod præter Templi dedicationem, ea ipsa qua omnia tuetur atque regit prouidẽtia locum præterea voluerit Martyrum lipsanis & salutaribus exuuiis cohonestari.

Prosper oculatus fuit testis, cum Ecclesia Deo Carthagine consecraretur ab Aurelio Episcopo decessore Magni Augustini, in cuius Propylæo vncialibus literis inscribebatur, *Aurelius Pontifex dedicauit.*

D. Ber-

D. Bernardus sermonibus iis quos de hac ipsa re habuit, consuetas dedicationis ceremonias omnes, ad quinque capita retulit, nimirum Inscriptionem, Aspersionem, Inunctionem, Illuminationem & Benedictionem. Est autem manifestum pictas cruces duodecim, totidem Apostolos significare; lapides oleo inuncti vt tanto ante fortissimus Cyprianus & eruditissimus animaduertit, monent diuinum & æternum esse quendam liquorem cuius vis in exteriorem actionem redundat, & Sacerdotii dignitatem anteire omnes mundi huius dignitates, quemadmodum liquoribus aliis supernatare oleum solet. Saxa item eluuntur, thus incēditur, vt declaratur non prophanam esse domum tractandis mercimoniis accommodatam. In ipso solo græcum & latinum alphabetum Pontifex delineat, vt doceamur in Ecclesia duabus illis linguis mysteria diuina ministrari. Fores pultat reliquiis sanctis ornatus & oneratus, quasi aerias vt Apostolus vocat potestates citans, atque denuncians, vt abeāt ex eo loco præcipites, liberumque piorum studium & religionem esse patiantur: Nulla denique est in eo toto negotio cerimonia quæ non abditam & mysticam significationem habeat. Itaque in Lateranensi Concilio fuit decretū vt Episcopus in sua diœcesi, & Archiepiscopus in prouincia largiri possent vnius anni Indulgentiam iis omnibus qui Dedicationi interessent, & anniuersario solenni die de iniunctis pœnitentiis 40. dies condonare.

Quod attinet ad Altaria, Concilium Agathense non modo iubet, vt chrismatis inunctione consecrentur, verum etiam Sacerdotis benedictionem percipiant. Loadicenum etiam vetustius grauissima auctoritate vetat, ne vllus Antistes aut presbyter in prophanis priuatisq; locis diuina mysteria obeat. Felix IV. è Gregorii Magni prosapia id ipsum confirmat, affirmatque fuisse Canonibus prohibitum, ne alio in loco quam numini sacro Liturgia celebraretur, nisi forte magna quædam extremaque necessitas aliud suaderet.

...mus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sancte ac iuste viuimus, quicquid in templu manufactis agitur, totum in nobis spiritali ædificatione completur.

Cyprian. de vnctio. Chrismatis & aliis Sacramētis. *Hoc oleo antiquitus Sacerdotes sacrabantur & reges, & ipsi altarium lapides eo libuti, spiritalem intelligi volebant sacris mysteriis inesse pinguedinem.*

Concilium Lateran. 3. sub Innoc. III. Can. 62 in formula literarum Prædicatorum. *Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum prælati facere non verentur, & claues ecclesiæ cōtemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur: decernimus, vt cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedicationis tempore, quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat, &c.*

Felix IV. epist. 1. agens de Ecclesiarum consecratione & de missarum celebrationib. *Si enim Iudæi, qui vmbræ legis deseruiebant, hæc faciebant: multo magis quibus veritas patefacta est, & gratia & veritas per Iesum Christum data est, templa domino ædificare, & (prout melius possumus) ornare, eaq; diuinis precibus & sanctis vnctionibus suis, cum altaribus & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus, deuote & solenniter sacrare debemus.*

Imperator Iustinianus Nouel. 67. sic edicit, *Sancimus præ omnibus nulli licentiam esse neque monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare antequam ciuitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat & crucem figat publicum processum ibi faciens.* Et lib. 2. Institution. decernit idem Imperator *locum in quo sacræ ædes exædificatæ sunt etiam diruto ædificio sacrum manere.*

Fateantur igitur omnes oportet esse maxime rationi consentaneū, vt discrimen aliquod statuatur inter Arcam & Dagon, inter loca sacra & prophana, quæque diuino cultui dedicata sunt, & quæ ad communē

vsum accommodata, inter oratorium & macellum, inter Ecclesiam & triclinium, inter ea denique quę sanctissimi Numinis sunt, & quæ ad Belial referuntur, nisi libeat præpostera quadam audacia cœlum terræ miscere, & Hierosolymam in Babylonem commutare.

QVOD FAS LICITVMQVE SIT *Templis atque Altaribus pulcherrimos instructus & ornatus adhibere.*

CAPVT XLVII.

Ioseph lib. 8. Antiq. c. 3.
Plut. de Stoic. cont. Sozom. lib. 5. hist. c. 5.

HIEROBOAM ex Iosepho, Chrysippus Stoicus auctore Plutarcho, Iulianus fidei Christianę desertor apud Sozomenum, Messaliani vt Nicetas refert, & vt meminit Victor Vticensis Vuandali: Bogomilæ apud Euthymium: Petrobrusciani vt Petr. Cluniacensis memorat: Waldēses denique in historia Boemica ferre vix poterant vel ornatum vel exędificationem Templorum.

Genes. 28. 12.
Exodi 3. 5.
Iosue 5. 15.
Exod. 25. 8 & 26. 1.
Num. 7. 1.
3. Reg. 6. 1.
2. Paral. 17. 11.
2. Paral. 6. 1.
1. Esd. 1. 11.
1. Esd. 3. 12.
1. Esd. 6. 3.
Aggei 1. 7.
1. Mach. 4. 56.

Pugnant ex aduerso locus imprimis ille terribilis & honorifica maiestate plenus de quo Iacob meminit cap. 28. Genes. diuinum item imperium Mosi atque Iosue factum de calceis ponendis: Huc faciunt sanctuarium, structura & insignia Tabernaculi ornamenta, quæ diuinitus in Exodo imperantur: inunctio & vasorum sanctificatio, de qua libro Numerorum, Templum Salomonis cuius incredibilis apparatus 3. lib. Reg. 1. & 2. Paralip. describitur: commemoratio item restaurati Templi, quam Esdras conquisitis verbis adhibuit: actiones Zorobabelis filii Salathiel, & Iesu filii Iosedech, sacerdotum populique facinora de quibus Aggeus Propheta: Encænia denique & noua Templi consecratio inducta à Macchabęis, de qua re copiose in eorum historia perscribitur. Quę omnia nomen ipsum, ratio, Patrumque auctoritas confirmant.

Ecclesia vt norunt omnes, & etymon Græcum satis innuit, vulgo cœtum conciliumque significat: verum in diuina Scriptura sumitur aliquando pro illis qui se diuinæ seruituti mancipatunt vt cum dicitur 23. Deut. *Non intrabit Eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro in Ecclesiam Domini.* Et iterum, *Non ingredietur Manzer*, hoc est, *de scorto natus in Ecclesiam Domini vsq; ad decimam generationem.* Dicitur nonnunquam de principibus Ecclesiæ viris quiq; alios moderantur, vt cum Christus Dominus Matth. 18. de corrigendis iis qui se criminibus obstringunt loquēs sic ait, *si te non audierit dic Ecclesiæ.* Tertio continens pro contento aliquando intelligentiæ nostræ obiicit, hoc est locum ipsum, in quo cœtus fiunt:

Pro maiori parte capituli interdum vt can. Apost. Dist. c. 56.
1. Cor. 11. 22.

Digitized by Google

funt: quo sensu dixit Apostolus 1. ad Corinth. *Nunquid domos non habetis ad manducandum? aut Ecclesiam Dei contemnitis?*

Interdum Ecclesia Templum nominatur, sacrificii nimirum locus vt exponit Saluianus lib. 4. de prouident. quanquam Varro aliud etymon illi attribuit: sed ab hoc quidem nomine Galli vulgo abstinent, vt & Latini vix Delubrum vsurpant, & Græce ναὸν.

Catholica vocant potius aut cum D. Chrysostomo Oratorium, aut cum doctissimo Hieronymo Basilicam quasi regificum palatium dicas, aut vt in Edictis veterum Imperatorum Dominicum: Quod si pro Gladiatoribus olim & Athletis Palæstræ & Amphitheatra insanæ quædam substructiones magno sumptu, incredibili magnificentia extruebantur: Si pro Senatoribus Curiæ & Capitolia, Lycea pro Philosophis, maiori opinor ratione Templa ornantur, tum ad æterni Numinis gloriam, tum ad decus & amplitudinem Sanctorum.

Quare videmus Origenem atque Arnobium duos Ecclesiæ veteris elegantiæ principes & doctrina, Ethnicis fatua superstitione gloriantib. obiecisse, quod vix Templa haberent vlla, quæ cum nostris splendore & magnificentia conferri possent. Et D. Paulus 1. ad Corinth. c. 11. exerit aculeos reprehensionis & seueritatis suæ in primos Christianos, qui in domo Dei notas insolentiæ intemperantiæque suæ figebant, *non habetis ad manducandum? aut Ecclesiam Dei contemnitis?* quod doctus Christi exemplo aiebat Matth. 21. qui Domum Patris sui *domum orationis* appellãdam esse declarabat, neque tantum de Salomonis Templo, sed de sacris ædibus nouæ legis æquo iure loquebatur.

Eo spectat laus illa pulcherrima quam loquentis sapientiæ proxeneta D. Hieronymus Nepotiano tribuit, tum in eius Epitaphio, tum Epist. 3. ad Heliodorum, quod nimirum solicitus semper fuisset in vita, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa & consita floribus, quod elegantissimi templi vestibulum arborum ramis & læta quadam viriditate ornauisset, eumque Beseleelem veluti quendam appellat mirifica in excogitando solertia præditũ & sapientem. Ita S. Ambrosius lib. 2. officiorum c. 21. scribit conuenire hoc vnum maxime Sacerdoti, vt sacras ædes splendidissime cõdecoret, vt Dei domus quam maxime fieri potest dignitate colluceat. Et D. Ioan. Chrysost. cum quo disputationẽ hanc claudemus homil. 3. in Epist. ad Ephes. à minori ad maius, si vasa & Ecclesiæ suppellex tanto splẽdore interlucet, quanto par est animas nostras reddi puriores ac splendidiores virtutum ornamentis?

Varro lib. 6. de lingua Latina, *aut templum à tuendo dictum, quocirca, cælum qua tuemur dictum templum natura: ab auspiciis in terra: à similitudine sub terra. Dicta sunt templa apud Gentiles, Delubra, Fana, Sacella, B[illegible] alia. ναὸς, ἱερὸν, σηκὸς, [illegible].*

Chrysf. hom 30 contra Anomœos Hier aduers. Vigil *Vocabantur & Græcis κυριακὰ, vt constat ex edicto Imperatoris apud Nicephor. lib. 7. hist. c. 38. quo iubebatur, vt prædia & res Christianorum Ecclesiis restituerentur, porro Basilica nuncupabantur, id est, regia domus & magnifica ædificia, can. omnes Basilica 16. q. 7. & can omnes Basilica, de consecrat. d 1. Asserat & Plato Templa domibus regalibus coniungi lib 6. de legibus sicut & Octauius Cæsar anno ab vrbe cõdita 726. in Palatio Templum Apollinis dedicauit ac bibliothecam perfecit Dio. Cass. lib. 53.*

Hieron. ad Heliodorum de morte Nepotiani ep. 3.

DE

DE COEMETERIIS ET SEPVLCHRORVM RELIGIONE.

CAPVT XLVIII.

TANTVM est discriminis inter sepulturam Christianorum & Infidelium, quanta est inter innocētum & iustorum ab hac vita migrationem, & fatū impiorum differentia. Hi cum maxime florere videntur ac vigere, moriuntur: illi viuunt atque vigent etiam cum de vita decedunt: hi desperantes animoque fracti intereunt, illi autem iucunda fiducia pleni ab hominibus eripiuntur: Hi temporariam mortem oppetunt, vt æternum extinguantur, ibi corpore dissoluuntur, vt æternum viuant. Hi anguntur dolore, pœnas vt suas immenso quodam cumulo augeant, illi in portum quietis appellunt, vt ad gloriam attollantur.

1. Theff. 4. 13.
οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

Hinc mulsum illud Apostoli, Thessalonicenses spe iucunda recreantis, *Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.* Hinc etiam nominum illa varietas, quib. Christiani sepulturæ suæ locum insigniri voluerunt.

Epiph. hæres 30.
Adducunt miserum illum adolescentem, post occasum solis in propinquas tumbas (sepulchra autem sic appellantur speluncæ videlicet in petris effossa ac constructa)

Iudæi & Romani aliquando cum supra gentes alias colerent humanitatem, non vrebant corpora, sed condiebant, & sepeliebant extra vrbes, iis in locis, quæ vulgo Areas, Tumbas, Catatumbas vel Catacūbas, Cryptas, Arenarias & Speluncas pro ratione loci vocabant. Sed cum fidem diuinitus excipientes spem etiam immortalitatis hausissent, nominarunt Cœmeteria, quorum tātus vel Romana modo in ciuitate numerus fuit, vt in Albo Vaticano vsque ad quadraginta tria recenserentur iā inde ab Anno Christi 227. propter martyrum multitudinem & co[illegible]iam quam Tyrannorum crudelis immanitas inuexerat. Hinc pariter illa extitit vetus religio atque pietas, in adeundis & lustrandis cœmeteriis, quā fuisse tantam volunt, vt auersi à Christianis Imperatores & infesti, grauissimas pœnas in adeūtes ea loca sancirent: quæ post edicta vt prodidit Eusebius abrogata fuerunt, cum ecclesia tempestatibus afflicta, in ocii & tranquil-

Baron. ad ann. 220.

Æmilian apud Euseb. li 7 eccl hist c 10 sicai[illegible]nitur episc. Christianos.

& tranquillitatis perfugium potuit succedere. D. Hieronymus de se meminit cum adolescens Romæ studiis imbueretur, habuisse in more positum vt diebus Dominicis Cryptas & Cœmetria lustraret, quorum habet elegantissimam descriptionem in 40. cap. Ezechielis.

Hieron. lib. 12 in Ezech cap. 40. *Dum essem Romæ puer & liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris eiusdem ætatis & propositi, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum & martyrum circuire, crebroque Cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum, &c.*

Neq; vsquã omnino vel viuobis vel aliis quibus potestas erit aut celebrandi conuentus, aut in ea quæ cœmeteria appellantur ingrediẽdi.

Ad hanc vero pietatem incendebantur, vt imprimis Deum omniũ parentem in Sanctis suis venerarentur, Sanctos in reliquiis honorarent. Secundo vt cum procella & tempestas illa tyranniorum posuisset, cũ ardor sæuitiæ deferbuisset, demortuos Christianos ibidem conderent, excitarent monumenta, pro mentium quiete precarentur. Quam ob caussam vt D. Augustinus in lib. de Cura pro mortuis habenda diserte memorauit, Cœmeteria fieri cœpta prope Templa siue basilicas, vt populus tum in sancta loca introiens, tum recedens, illo theatro commonitus excitaretur ad maiores suos Deo commendandos. Quæ deinde pia consuetudo tam religiose obseruata fuit, vt in quadam Epistola sua D. Cyprianus Martialem Episcopum reprehendat, quod liberos suos in prophanis Ethnicorum monumentis sepeliisset. S. Maximus præclaram attulit rationem serm. de natali sanctorum martyrum Octauii, Aduentoris, & Solutoris (quorum sacra lipsana in nostro Collegio Taurinensi asseruantur) cum sic ait, *Ideo hoc à maioribus prouisum est vt Sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, vt dum illos Tartarus metuit, nos pœna non tangat, dum illos Christus illuminat à nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes euadimus inferni tenebras eorum propriis meritis, attamen consocii sanctitatis.* Atque hæc ratio mouit D. Ambrosiũ vt prope gratiosissimos apud Deum martyres humari se postularet.

August de cura pro mortuis gerenda, ad Paulinũ lib. vno c. 1.

Cum ergo fidelis mater fidelis filii defuncti corpus desiderauit in Basilicam martyris poni, siquidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari, hoc quod ita credidit, supplicatio quædã fuit & hæc profuit, si quid profuit.

Cyprian. lib. 1. epist. 68.

Martialis quoque præter gentium turpia & lutulenta conuiuia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gẽtium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos.

Cæterum Cœmeterii nomen ἀπὸ τοῦ κοιμᾶν deducitur & verbum ex verbo dormiendi quiescendique locum significat, nec abhorret ab effato Seruatoris Ioan. 11. vbi de Lazaro ita infit, *Lazarus amicus noster dormit*, *Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται: sed ego vado, vt excitem illum ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν*, proxime vero deinde adiungit Λάζαρος ἀπέθανε mortuus est. Et Matth. 9. de Iairi principis synagogæ filia, *Non est*, inquit, *mortua puella, sed dormit.* Apostolus item loco citato & 1. ad Corinth. cap. 11. eadem ipsa voce vtitur *κοιμῶνται ἱκανοί Dormiunt multi.*

Ioann. 11. 11.
Ioan. 11. 13.
1. Cor. 11. 30.

Vsi sunt hac voce interdum etiam auctores non sacri vt Dosidas apud Athenæum lib. 4. Dipnos. τὰς συσσιτίας apud Cretam dicit duos habere οἴκους, quorum vnum vocatur ἀνδρεῖον, alterum in quem dormitum mittũt hospites κοιμητήριον.

Multis autem grauissimisque ceremoniis consecrantur ob multas rationes, primum ad inferorum mõstra abigenda, quorum sæpe in monumentis sedes est atq; domicilium, vt disertissimus omnium Theologorum Ioan. Chryst. asserit hom. 35. in Matth. idque faciunt tum vt humanis corporibus insultent, tum vt iisdem ad nefandas præstigias abutantur: hæc verba sunt diuini scriptoris, *Cum venisset trans fretum in regionẽ Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.* Atque in hanc rem adferri

Homer. 10. v. 24.

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον, Catullus ad Lesbiam, Nobis cum semel occidit breuis lux nox est perpetua vna dormienda.

quoque & aliam rationem video ab eodem S. Ioanne Chrysost. cur deterrimi illi spiritus in sepulchris habitare cupiunt, non quod inde lenationem vllam aut animi voluptatem capiant, sed inuidia quadam aduersus homines incitati, quibus etiam persuadere vellēt, eorum animas à corporibus seiugatas mutari in Dæmones. Et quidem hæresis hæc vna fuit Tertullianistarum à Platone hausta vt animaduertit D. Augustinus lib. 9. de ciuit. c. 11. & lib. de hæresib. ad Quodvultdeum c. 86. Propter hanc igitur causam Cœmeteria sacris & religionibus expiantur, sacræ in iisdem Cruces figuntur, tum etiam vt Viatores admoneantur eos qui inibi conditi sunt in fide Christi Iesu lucis hanc vsuram reddidisse.

Chrysost. in cap. 10. Matth. hom. 35. *Quod si corruptionem corpora omnem effugerent, vnde id aliquis recte disceret? nōne quemadmodum ad sepulchra dæmones concurrere videntur, &c.*

Idem Chryso hom 29 in Matth. *Sed curnam in sepulchris versantur? Quia videlicet perniciosam opinionem ingredere hominibus conantur, quod hominum qui abierunt animæ dæmones fiant, quod etiam à cogitatione nostra vtinam absit.*

August. 9 de Ciuit. Dei c. 11. *Dicit quidam & animas hominum dæmones esse & ex hominibus fieri lares, si meriti boni sunt. Lemures seu laruas, si mali.*

Qui alias probationes appetit ex vltima antiquitate repetitas, legat lib. 6. Constitutionum Apostolicarum c. 30. vbi in hæc verba necessario incidet, *Conuenite in Cœmeteria sacros libros in iis legentes & psallentes pro iis qui dormierunt.* S. Dionysius Areopagitam in extremo libro de Hierarchia Ecclesiastica etiam peruolutet vbi cap. 7. videbit descriptas cerimonias quæ in mortuorum exequiis fieri solent. Oculos adiiciat ad Optatum Mileuitanum lib. 6. contra Parmenianum vbi veterum Christianorum iustam expostulationem querimoniasque deprehendet, quod Donatistæ Cœmeteriorum ius & sanctitatem violarent, & mortuorum humationem impedirent. Sanctissimi Doctores superius laudati Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus ad eandem rem probandam locupletem symbolam conferent, & demōstrationem huius veritatis continuabunt, vsque ad magnum Triburiense Concilium, vbi fuit concessum, vt præter communia Cœmeteria, seligere quisque posset sepulturæ locum, vel in principe Templo, aut in Monasteriis religiosorum, aut in ea denique Ecclesia cui decimas probo more dependit.

Optatus Mileuit. lib. contra Parmenianum sub fin. *Quid referam etiam illam impietatem de vestra coniuratione venientem, qui ad hoc Basilicas inuadere voluistis, vt vobis solis cœmeteria vindicetis, non permittentes sepeliri corpora Catholica, vt terreatis viuos male tractatis & mortuos negantes funerib. locum,* & paulo post. *Quid insultas funeri? quid impetis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ fructum.*

DE

DE SEPVLTVRA, DEQVE CERIMONIIS, QVÆ IN IVSTIS FVNEbribus obseruantur.

CAPVT XLIX.

VTRVMQVE Testamentum piarum exequiarum antiquitati suffragatur. In Genesi præcipit Iacob filio suo Iosepho, vt post fatum ossa auehenda curet: Iosephus magno studio aromatibus ea condit, & ille ipse cum extremum spiritum funderet, vna cum parente asportari se mandauit. In Deuteronomio Israelitæ omnes sordidati Mosem luctu & mœrore prosequuntur triginta dierum interuallo in cāpestribus Moab. Libro 2. Reg. Dauid cum exercitu, Saulis mortem & Ionathæ luget. Tobianæ historiæ c. 12. bono Seni confirmat Angelus, eius se pias precationes offerre Numini cōsueſſe, cum demortuis iusta persolueret. Apud D. Matthæum S. Ioannis discipuli è carcere corpus illius extulerunt, & religiosissime humo cōdiderunt. In hist. D. Lucæ Iosephus ab Aritmathea Seruatoris nostri corpus elegantissima Syndone inuoluit, & nouo in sepulchro locauit: Act. 8. pii quidam & diuinitatis per quam studiosi, Stephani corpus auehunt, in sepulchrum inferunt, collacrymantur.

Genes. 49. 29. & 50. 2. 26.

Deut. 34. 8.

2. Reg. 1. 21.

Tob. 12. 12.

Ego obtuli orationem tuam Domino.

Matth. 14. 12.

Luc. 23. 53.

Act. 8. 2.

E sententia magni Dionysii atq; Nicephori, Apostoli fusi per orbē, funeri tamen intersunt ζωαρχικοῦ καὶ ζωοδόχου σώματος matris Dei, & inter alios Πέτρος ἡ κορυφαῖος καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. D. Gregorius Nazianz. in funebri oratione Cæsarii fratris sui narrat matrem in parentatione atq; funeris pompa incessisse cerilum manu tenentem. Qui etiam posteritati reliquit in laudem Gorgoniæ sororis suę funebrem concionem, alteram qua patrem suum ἐπιταφίῳ est prosecutus, cum adesset D. Basilius, cui itē post ipsius migrationem ab hac vita, par officium studiumq; præstitit.

Dionys. lib. 1. de diuinis nominib. c. 3.

Apud ipsos, diuino spiritu plenos Pontifices nostros: ubi & nos (vt nosti) & plerig; alij ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumq; receperat, cōuenissemus: Aderat autem frater Domini Iacobus & Petrus, &c.

Gregorius Nyssen. morum excellentia clarus & doctrina, iusta funeris & supremi diei celebritatem explicat, qua Placilla, qua Pulcheria & Meletius Episcopus elati fuerunt. S. Ambrosius duas quoq; funerum laudationes reliquit duorum Imperatorum Theodosii & Valentiniani iunioris: aliam item qua Satyri fratris sui manes in cœlum vehit. Theodoretus & Socrates in suorum Annalium memoria ponunt, quo apparatu & splendore exceptum corpus fuit diuinissimi Chrysostomi, tum ab Arcadio Imperatore, tum à populo vniuerso.

Niceph. citat Dionys. & narrat historiam lib. 2. c. 22. tum subdit. *Apostoli autem & qui præterea ibi aderant viri egregij, lectum corona circumdantes reuerenter illam exosculantur*

Petrus Episcopus Alexandrinus cum Arrianis expostulat, & Optatus cum Donatistis, quod Catholicorum sepulturam impedirent.

Tres ob causas, ait D. Chrysostomus, pompa funeris atque iusta fiunt. 1. ad mutuam inter nos beneuolentiam declarandam. 2. ad spem resurrectionis profitendam, quam exsuscitant & Cœmeterii nomen ipsum, & piæ viuorum precationes atque funalia. 3. vt ex aliena morte fructum & documentum capiamus, & de nostra aliquando futura monitionem.

Theodor lib. 5 hist. c. 36.
Socr. lib. 7. c. 44.
Petrus Alex ep. contra Arrianos.
Chrys. hom. 4. in 2. ep. ad Heb. passim.

Addit quartam Lactantius, quod minime consentaneum sit, vt diuinæ mentis effigies & similitudo, feris animantibus exponatur, aut cõiiciatur in sterquilinium. D. Augustinus adiungit quintam, grauissimeq; ait corpora nostra, tabernacula esse quædam sancti Spiritus, indignumque videri, vt maiorum pictas similitudines, arma, vestes, studio summo beneuolentique seruentur, ossa vero & propriæ natiuæq; illorum exuuiæ negligantur.

Lactant. lib. 6. diuin Inst cap. 2.
Non patiemur figuram & figmentum Dei, feris ac volucribus in prædam iacere, sed reddamus id terræ vnde ortum est
Aug l. 1 de Ciuit. Dei c. 13
Nec ideo tamen cõtemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum atq; fideliũ, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est Spiritus Si enim paterna vestis & annulus, &c.

Certe inter pœnas atq; supplicia, quibus diuina mens homines consceleratos mactare solet, non de leuissimis vnũ hoc ponitur, vt sepultura spolientur: Ioachimo imprimis minitans Deus fore prædicit, vt Asinorũ more condatur; & Iesabeli canũ gulam atq; ventres pro tumulo habituram. D. Greg. Nazianz. Orat. 2. in Iulianum singulari elegantia orationis, opponit magnificentissimum Theodosii funus, turpissimæ illi cloacæ, in quam desertoris illius infandi cadauer à mimis coniectum fuit.

Ierem. 22. 19.
Sepultura Asini sepelietur putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem.

Iosephus cap. 11. libri 16. Antiquitatum notat illustrem primum Herodis familiam, ab eo tempore defloruisse, & incredibiliter imminutam fuisse, quo Dauidis sepulchrum aperuit: tum vero cœlesti prodigio flammam extitisse aiunt, qua duodecim cõsumpti illi primi sunt, qui ad monumentum propius accesserant. Sunt etiam expressæ legum sanctiones in vtroq; iure aduersus sepulchrorum violatores, quod scelus cum sacrilegio componit Iurisconsultus, atq; pertinere ad legem Iuliam de vi, incurrere infamiæ notam, esse capitale, mortem aut exilium aut damnationem ad metalla mereri. Oratorum apud Romanos Coryphæus lib. 2. de legib. in hanc rem Solonis constitutiones profert, qui pœnas acerbas in eos excogitarat, qui bustum vel monumentum violauissent, cippum & columnam deiecissent: vbi etiam docet maximum esse sepulturę honorem, qui haberi potest mortuo.

Ioseph. antiq. Iudaic. lib. 16 cap. 11 *His inuitatus ad diligentius scrutandum inter ius processit, vsque ad conditoria corporum Salomonis ac Dauidis: vbi duos satellites amisit, erumpente (vt fertur) flamma ex adytis contra progressis temere quo casu territus exiuit, & tactus religione, ad expiandum se in aditu sepulcri monumentũ è candido marmore cõdidit sumptuosissimis impendiis.*
Can. si quis 6. q. 1.
Quod maiores nostri sacrilegio proximum esse statuerunt.
Vlpia l. 1 D. de sepulchro violato.
Sepulchri violati actio infamiam irrogat.

Atque hinc factum est vt immanes & barbaræ nationes haberẽtur, quæ iusta funeris & supremum hoc officium naturalis pietatis & humanitatis contemnerent, vt Anthropophagi, vt Massagetæ, qui se mutuo suis corporibus, tanquam sepulchris, deuoratos capiunt: quales item & Tibaritani qui è summis rupibus suorum cadauera præcipitant: quales Troglodytæ qui ea proiiciũt in profluentem aquam, quales deniq; Hircani & Caspii qui vægrãdes Molossos enutriunt à quibus mortuorum hominum exuuiæ absumantur. E Romanis L. Sylla qui importunæ crudelitatis plurima documẽta dederat, primus Corneliæ gentis vri corpus suum

Digitized by Google

suum mandauit, verens fortè inquit M. Tullius ne id sibi eueniret, quod procurauerat Mario ad Anienem, quem extrahi & distrahi iussit.

Vtebantur in sepeliendo cupressu, è qua etiam funebres lectulos atque sandapilas efficiebant, tum ad corpus seruandum diutius, tabemq; prohibendam, tum etiam vt tacite significarent, quod quemadmodum abscissa cupressus non pullulat, sic post mortem nullus sit reditus ad vitam. Contra verò Christiani docti melius, & à diuina mente instituti, faces adhibent, vt animum immortalem esse doceant, tametsi corpus dissipatum fuerit, mortuosq; suos aqua lustrali aspergunt, vt profiteantur, nostra corpora post hyemem huius mundi, ad lętam quandam viriditatem, veluti Fauonio vltimæ resurrectionis afflata, Dei voluntate reditura.

Et quemadmodum procliue nobis antea fuit ostendere huius aquæ vsum & antiquitatem: ita non magis operosum foret vel fastidiosissimis hominibus patefacere, ex quo tempore illius generis ceremoniæ sunt in Ecclesiam inductæ. 1. Aduocantur Sacerdotes qui ægrum iam depositum inungant & preces fundant. D. Iacobus id statuit cap. 1. Epistol. Canonicæ. 2. Postquam anima è corporis vinclis tanquam è carcere euolauit, Presbyter demortui oculos claudit, solatur familiam, eo in loco vbi iacet exanime corpus precationes instituit. Tertullianus lib. de Anima, id æuo suo fieri solitum ait, *mortui apud nos oratione presbyteri componuntur.* 3. Linteo corpus inuoluitur; D. Cyprianus serm. de mortalitate id exponit, aitq; innuere, quod qui in Domino moriuntur, sequuntur agnum, stola gloriæ & alba innocentiæ cataclista ornati. 4. Deducitur funus cum funalibus atque symphonia & Psalmorum recitatione: D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ, illius fœminæ lectissimæ exequias simili ratione peractas eximia religione describit. 5. Aera campanę pulsantur à prima eorum institutione, de qua re mox dicetur. Venerabilis Beda eius quoq; rei meminit lib. 4. hist. Anglicanæ, & notum campanæ sonitum appellat, quo ad orationes excitari viui solebant cum quis animam egisset. 6. Dicitur quasi ex formula *Requiescant in pace*, quod displicere Ministris non debet, qui terram in cadauer iniicientes, similia quædam pronunciant: sed expresse Theodorus Beza in Iconibus, qui ad Elogium Iulii Scaligeri adiungit *quiescite pij manes*, quod idem penitus est ac *Requiescant in pace*, si prophanorum propria vocabula mutentur. Quid præterea? Beza ibidem nouo Enthusiasmo pro ipsius anima versus fundit: sed fida magis nobis sunt veritatis & illustriora testimonia: verba ipsa D. Dionysii hic subiiciam cap. 7. de cœlesti hierarchia, vbi funebres ceremonias declarat, *Conuocato sacro choro diuinus antistes, si is qui excessit è vita, erat ordinis Sacerdotum, cum ante sanctum altare eum posuit, Deum precari incipit eique agere gratias: sin autem sacris monachis sanctove populo annumeratus erat, eum ad venerationem dignum sacrarium ante Sacerdotum introitum collocat, deinde perficit sacrum solenne precationis, qua agit Deo gratias Pontifex: deinde ministri promissis veris quæ feruntur in scriptis diuinis de sancta nostra resurrectione recitatis,*

Marcellus l. 8 D. eodem. *Sepulchri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere.*

Paulus l. 11. eodem. *Rei sepulchrorum violatorum si corpora ipsa extraxerint vel ossa eruerint: humiliores quidem fortunæ summo supplicio afficiuntur: honestiores in insulam deportantur aut relegantur, aut in metallum damnantur.*

Solon, iuxta Tullium l. 2 de legibus, constituit pœnas acerbas in eũ, qui Bustum vel monumentũ vel columnam violauerit, deiecerit, fregerit.

Idem, ibidem. *Maximus est sepulturæ honos qui haberi potest mortuo.*

Virgilius 11. Aeneidos. *Interea socios inhumataq; corpora terræ, Mandemus qui solus honos Acheronte sub imo est.*

Ex Cornelia gente primus Sylla iussit comburi corpus suum, verens fortè, ne id sibi eueniret quod procurauerat Mario ad Anienem, quem extrahi & distrahi iussit.

Tertull. libr. de anima c. 41. *Scio fœminam cum in pace dormisset, & morante adhuc sepultura, interim oratione presbyteri componeretur, ad primum habitum orationis, manus à lateribus dimotas in habitũ supplicem conformasse rursumq; condita pace, situi suo reddidisse.*

Cyprian. lib. de mortalitate sub finem.

Hieron. epist. ad Eust. de Epitaph Paulæ. *Ex hinc non vlulatus, non planctus vt inter homines sæculi fieri solet, sed Psalmorũ linguis diuersis examina con-*

 citatis,

crepabant. Translataq; Episcoporum manibus, & ceruicem feretro subiicientibus cum alis Pontifices lampadas cereosq; praeferrent, alii choros psallentium ducerent in media ecclesiæ spelunca Saluatoris est posita, &c.

Venerabilis Beda libr. 4 histor. Anglorum cap. 23.

citatis, sanctè canunt cantus Psalmorum qui eiusdem rationis sunt atque idem valent, &c. Et paulo post: Deinde accedens diuinus Antistes ipsi mortuo sanctè precatur, atque post precationem & ipse eum salutat & ordine omnes qui adsunt. Precibus quidem à diuina benignitate contendit, vt & omnia omnino peccata quæ humana fragilitate imbecillitateque admissa sunt, ei qui excessit è vita remittat, & eum in lucem ac regionem viuorum, inque sinus Abrahæ, Isaac & Iacob deducat in locum à quo fugit dolor, tristitia & gemitus.

Qui non in tali & tanta autoritate conquiescit, ipse inquietus turbulentissimo animi motu agitatur, quique honorare mortuos recusat, meretur vt eum viui dedecore & contumelia prosequantur.

Beza in Iconibus in Iulio Cæsare Scaligero. *At tu summe Deus vasti qui pondera cœli dirigis, insontem dilectis orbibus infer.*

DE SACRA SVPELLECTILI ATQVE ORNAMENTIS.

Cap. L.

Optatus Mileuit 5 6.

S Hierosme liu. 1. contre les Pelagiens.

Vnde adiungis gloriam vestium & ornamentorum Deo esse contraria?

Sigebert ac anno 450.

Victor Vticen libr. 1. de persecut. Vvandal

Proculus de Pallis altaris, proh nefas! camisia sibi & femoralia faciebat qui tamen Proculus huius rei executor frustatim sibi comedens linguam, in breui turpissima consumptus est morte. *Æneas Syluius de Bohemis c. 35.*

OPTATI Mileuitani iustissimæ querelæ sunt in Donatistas, quod linteola in quibus sacra hostia collocari solet, indigne violarent. Pelagiani externa Ecclesiæ ornamenta atque omnem sacratum vestium splendorem, Dei gloriæ repugnare existimabant, & à superstitione manare. Vuandali in Africa eadem indigne conspurcabant, iisdem induebantur: Proculus certè ex ea gente scelere & audacia notus, è pallis altaris interulas sibi & femoralia confici curabat.

Waldenses risu & cachinnis eos excipiebant, qui sacra vela, quibus calix inumbratur, sustinetur, tergitur, aliquo genere honoris dignabantur. Recenti memoria æque infausta & infanda, Ziska generator Hussitarum atque princeps, diuina ad aram mysteria celebrari iubebat

Digitized by Google

bebat sine alba linea, sine capitis amictu, sine stola, manipulo, & sacrificali indumento. Lutherus initio liberum esse aiebat & solutum cuique, aut iis vti aut non vti, post paulo Oecolampadius per iocum & contumeliam *Missatica velamenta* nominauit. Confessio Witembergensis capite de Ceremoniis Ecclesiæ, fatetur istam *Panopliam*, vt vocant sacrarum vestium, ad perpetuam passionis Christi memoriam institutam fuisse, eamque tamen repudiat & auersatur.

Lutherus in confessione. Oecolam. resp. 3. ad Lutheri confessionem. Confessio VVirtembergens. cap. de ceremoniis Ecclesiæ.

Ecclesia Catholica freta verbo diuino, consensu totius antiquitatis & ratione, magnum discrimen inter Sacerdotum vestes & prophanorum semper reposuit. *Facies vestem sanctam* (ait Deus Mosi) *Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. Hæc autem erunt vestimenta quæ facient, Rationale & Superhumerale, tunicã & lineam strictam cidarim & balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum & hyacinthum & purpuram coccumque bis tinctum*, &c. Sigillatim omnia exequitur vsque ad zonam, quæ texturæ consimilis esse debebat. Addit & de ornamentis Tabernaculi, de sacro amictu Sacerdotum & Leuitarum.

Exod. 28. 2. 3. 4. 5.

Primo libro Regum de Samuele proditur illum Ephod lineo cinctum & ornatum, in luce omnium, in oculis diuinitatis, officio fungi solitum, matrem etiam nouam illi tunicam singulis annis adferre consueuisse, cum numinis colendi causa vnà cum viro ad solenne sacrificiũ accederet. In quem locum monet D. Augustinus, non ex eo confici Samuelem fuisse Sacerdotem, quod Ephod indueretur, quia apud nos Diaconi æque ac Presbyteri Dalmaticis vtuntur.

1. Reg. 2. 18.

August. qq. veteris & noui Testam. q. 46.

Sed hinc, inquiunt, videtur Sacerdos fuisse Samuel, quia vestitus erat Ephod, quasi non hodie Diaconi Dalmaticis induantur sicut Episcopi.

Et tametsi lex vetus hoc tempore neminem obligat, quod ad ceremonias quidem attinet, & ea quæ iudiciorum sunt propria; simillima tamen ratione quæ legum anima dici potest, concludimus esse maximè rationi consentaneum, & cum diuina voluntate congruens, vt in diuinis mysteriis alio quàm prophano & communi vestitu vtamur, tum ad cultum honoremque Numinis augendum, tum ad ipsam functionem illustri specie decorandam, ad testificandam fidem, instruendum populum, excitandam pietatem, omnes qui adsunt ad attentionem prouocandos dum arcana illa cœlestia que tractantur. Innocentius tertius, Rupertus, Amalarius, Alcuinus, aliique de hac tota re copiose disputant, & antiquum vsum ornamentorum ostendunt, quæ in hunc diem Ecclesia parens adhibet. Sed de choro veterum Patrum aliquos modo audiamus, tum sigillatim, tum in Concilio orbis terræ aggregatos.

Alcuinus de diuinis officiis c. 38. Quid significet vestimenta.

Per Zonam designatur discretio omnium virtutum. Orarium, id est stola dicitur, eo quod oratoribus, id est prædicatoribus concedatur. Admonet eum qui illo induitur, vt memor sit sub iugo Christi, quod leue & suaue est, esse se constitutum, &c.

S. Syluester ante mille & ducentos annos edixit, vt Diaconi Dalmaticis vterentur in Ecclesia, cum intermissam Tyrannorum vexatione consuetu-

Damasus in vita Syluestri to. 1. Concil.

Euseb. l. 3. hist. c. 25.
Theodoret. hist. Ecclesf. l. 2. c. 27.

consuetudinem reuocaret. Vnus de primis Christianis apud Eusebium nomine Polycrates D. Ioannem scriptorem Euangelii testatur gestauisse Mitram, quam aliàs laminam auream sacerdotalem appellant. Theodoretus stolæ Sacerdotum meminit, quam etiam Spiritus Sancti stolam nuncupat.

Concil. Nicænum I. Canone Arabico 63.
Vt sit in vnaquaq; ecclesia procurator, & cum eo alii, qui curam habeant prouentuum, & redituũ ecclesiæ, & deinde villarum, & sementis, & sumptuum ac vasorum auri, & argenti, & vestimẽtorum ac ornamentorum ecclesiæ. Habeãt deinde curam loci, in quo sancta Eucharistia seruatur.
Concilium Carthaginẽse 16 Canone 41.
Vt Diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis, alba vtatur.

Nicenum Concilium primum anno 325. celebratum, statuit in Ecclesia Oeconomum vnum esse oportere, qui aurea argenteaque vasa, trabeas, velamenta, & reliquam Ecclesiæ supellectilem studiose conseruet.

Concilium Carthaginense 4. cui D. Augustinus interfuit, Diaconos vetat aliis in rebus quàm in sacris ministeriis, linteam vestem, quæ Alba dicitur, adhibere. D. Athanasius in epistola ad Marcum, queritur de impudenti Arrianorum insolentia, quod ornatum omnem Ecclesiæ vel expilassent, vel incredibili scelere polluissent. S. Gregorius Nazianzenus in Apologia sacrarum vestium quibus indui Pontifices soleant sæpe meminit. D. Ioannes Chrysostomus homil. 83. in Matthæum cohortatur Sacerdotes ad internam animi puritatem & innocentiam, ducto argumento à candidissimis vestimentis, quibus ornati sacris operentur, & diuinum sacrificium obeant.

Athanasius epist. ad Marcum Papam. *In tantum etiam nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaq; ornamenta, nec reliqua vtensilia nobis dimiserint.*

Sozom. hist. l. 4. c. 24.
Ambros. de officiis l. 2. c. 28. Aurum Ecclesia habet, nõ vt seruet, sed vt eroget & subueniat in necessitatibus &c.

Sozomenus & Theodoretus turbulentam populi seditionem scriptis suis prosequuntur ab Arrianis excitatam aduersus B. Cyrillum Doctorem maximum, Patriarcham illo æuo sanè insignem & munificentissimum, quod preciosissimas Ecclesiæ vestes choragiumque sacrum vendi curauisset, ad extremam pauperum inopiam subleuandam, cum pestis populum famesque vexarent: quod tamen facinus gloriandum fuerat atque permissum, vt è grauibus Ecclesiæ decretis & sanctorum exemplo liquet.

L. Sancimus. C. de sacros. Eccl. quæ est 17.

Imperator Iustinianus in Codice vetat, ne quis sacratissima & arcana vasa, ne vestem, ne donaria, aliaque ad diuinam religionem accommodata, ad venditionem vel hypothecam vel pignus trahat nisi forte ad captiuos redimendos alendosque pauperes in summa annonæ caritate.

Beda hist. Eccl. l. 1. c. 29.

Venerabis Beda lib. 1. historiæ Anglicanæ posteritati reliquit, quemadmodum S. Gregorius Magnus ad nouam Britanniæ Ecclesiam sacerdotalem paraturam miserit, vestem multam, vasa, lipsanothecas, ornamẽta altarium, quibus etiamnum vtuntur, tametsi contrariam religionem auersa mente propugnent.

1. Cor. 14. 40.

Quod si rationem ipsam consulamus, nixa quidem illa est D. Pauli documento scribentis ad Corinth. omnia secundum ordinem & decorum esse facienda: decorũ autem & cõmunis honestas requirunt vt inter sacra & prophana discrimen ponatur, inter spiritale & temporarium, cœleste

cæleste & terrenum, diuinum & humanum. Videmus Consules, Scabinos, Ædiles, aliosque Magistratus qui reipubl. clauum tenent, habere sua insignia propriosque ornatus, quibus à turba segregantur. Iustitię sacerdotes qui iura legesq; moderantur, certum habent & proprium capitis velamentum, togis quoque purpureis vtuntur in rebus grauioribus, cum eorum functiones omnes communibus in rebus atq; terrenis vt in proprio elemento hæreant: Essetne igitur conueniens & decorum, vt qui diuina mysteria pertractat, in suggestum ingrediatur tanquam vnus de multis, petasatus, thorace, pallio, pugione conspicuus, omni cultu & amictu prophanus?

Procul ò procul este prophani.

Hæc sit igitur disputationis huius conclusio, aut Deum non omnia in pondere numero & mensura conficere, aut tantam statuendam esse differentiam inter mitram Pontificiam & Galerum, inter pallam sacerdotum & pallium, carbasinam mystarum vestem & rugatum collare, stolam & baltheum, Biblia & gladium, poderem sacrificalem & thoracem, Albam & indusium, pileum quadratum & nocturnum amiculum, Presbyterorum symphoniam, & cantum fœminarum, quantum est discrimen inter verbum Dei & hominum sermocinationem, inter panem Angelorum & hominum, inter calicem & prophanum scyphum, Ecclesiam & culinam, Ecclesiasticum & idiotam, domum Dei & Belial, altare Christi & dæmoniorum, cœlum & terram, æternitatem atque tempus, Creatorem denique & creaturam.

Digitized by Google

Euseb. l. 3. hist. c. 25.
Theodoret. hist. Ecclef. l. 2. c. 27.

consuetudinem reuocaret. Vnus de primis Christianis apud Eusebium nomine Polycrates D. Ioannem scriptorem Euangelii testatur gestauisse Mitram, quam aliàs laminam auream sacerdotalem appellant. Theodoretus stolæ Sacerdotum meminit, quam etiam Spiritus Sancti stolam nuncupat.

Concil. Nicænum I. Canone Arabico 63.
Vt sit in vnaquaq; ecclesia procurator, & cum eo alii, qui curam habeant prouētuum, & redituū ecclesia, & deinde villarum, & sementis, & sumptuum ac vasorum auri, & argenti, & vestimētorum ac ornamentorum ecclesia. Habeāt deinde curam loci, in quo sancta Eucharistia seruatur.
Concilium Carthaginē se 16 Canone 41.
Vt Diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis, alba vtatur.

Nicenum Concilium primum anno 325. celebratum, statuit in Ecclesia Oeconomum vnum esse oportere, qui aurea argenteaque vasa, trabeas, velamenta, & reliquam Ecclesiæ supellectilem studiose conseruet.

Concilium Carthaginense 4. cui D. Augustinus interfuit, Diaconos vetat aliis in rebus quàm in sacris ministeriis, linteam vestem, quæ Alba dicitur, adhibere. D. Athanasius in epistola ad Marcum, queritur de impudenti Arrianorum insolentia, quod ornatum omnem Ecclesiæ vel expilassent, vel incredibili scelere polluissent. S. Gregorius Nazianzenus in Apologia sacrarum vestium quibus indui Pontifices soleant sæpe meminit. D. Ioannes Chrysostomus homil. 83. in Matthæum cohortatur Sacerdotes ad internam animi puritatem & innocentiam, ducto argumento à candidissimis vestimentis, quibus ornati sacris operentur, & diuinum sacrificium obeant.

Athanasius epist. ad Marcum Papam. *In tantum etiam nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaq; ornamenta, nec reliqua vtensilia nobis dimiserint.*

Sozom. hist. l. 4. c. 24.

Ambros. de officiis l. 2. c. 28. Aurum Ecclesia habet, nō vt seruet, sed vt eroget & subueniat in necessitatibus &c.

Sozomenus & Theodoretus turbulentam populi seditionem scriptis suis prosequuntur ab Arrianis excitatam aduersus B. Cyrillum Doctorem maximum, Patriarcham illo æuo sanè insignem & munificentissimum, quod preciosissimas Ecclesiæ vestes choragiumque sacrum vendi curauisset, ad extremam pauperum inopiam subleuandam, cum pestis populum famesque vexarent: quod tamen facinus gloriandum fuerat atque permissum, vt è grauibus Ecclesiæ decretis & sanctorum exemplo liquet.

L. Sancimus. C. de sacros. Eccl. qua est 17.

Imperator Iustinianus in Codice vetat, ne quis sacratissima & arcana vasa, ne vestem, ne donaria, aliaque ad diuinam religionem accommodata, ad venditionem vel hypothecam vel pignus trahat nisi forte ad captiuos redimendos alendosque pauperes in summa annonæ caritate.

Beda hist. Eccl. l. 1. c. 29.

Venerabis Beda lib. 1. historiæ Anglicanæ posteritati reliquit, quemadmodum S. Gregorius Magnus ad nouam Britanniæ Ecclesiam sacerdotalem paraturam miserit, vestem multam, vasa, lipsanothecas, ornamēta altarium, quibus etiamnum vtuntur, tametsi contrariam religionem auersa mente propugnent.

1. Cor. 14. 40.

Quod si rationem ipsam consulamus, nixa quidem illa est D. Pauli documento scribentis ad Corinth. omnia secundum ordinem & decorum esse facienda: decorū autem & cōmunis honestas requirunt vt inter sacra & prophana discrimen ponatur, inter spiritale & temporarium, cœleste

cæleste & terrenum, diuinum & humanum. Videmus Consules, Scabinos, Ædiles, aliosque Magistratus qui reipubl. clauum tenent, habere sua insignia propriosque ornatus, quibus à turba segregantur. Iustitię sacerdotes qui iura legesq; moderantur, certum habent & proprium capitis velamentum, togis quoque purpureis vtuntur in rebus grauioribus, cum eorum functiones omnes communibus in rebus atq; terrenis vt in proprio elemento hæreant: Essetne igitur conueniens & decorum, vt qui diuina mysteria pertractat, in suggestum ingrediatur tanquam vnus de multis, petasatus, thorace, pallio, pugione conspicuus, omni cultu & amictu prophanus?

Procul ô procul este prophani.

Hæc sit igitur disputationis huius conclusio, aut Deum non omnia in pondere numero & mensura conficere, aut tantam statuendam esse differentiam inter mitram Pontificiam & Galerum, inter pallam sacerdotum & pallium, carbasinam mystarum vestem & rugatum collare, stolam & baltheum, Biblia & gladium, poderem sacrificalem & thoracem, Albam & indusium, pileum quadratum & nocturnum amiculum, Presbyterorum symphoniam, & cantum fœminarum, quantum est discrimen inter verbum Dei & hominum sermocinationem, inter panem Angelorum & hominum, inter calicem & prophanum scyphum, Ecclesiam & culinam, Ecclesiasticum & idiotam, domum Dei & Belial, altare Christi & dæmoniorum, cœlum & terram, æternitatem atque tempus, Creatorem denique & creaturam.

Google

ECCLESIAM PRETIOSISSIMIS SEMPER VASIS ET EXQVISITIS AB OMNI HOMINVM memoria vsam fuisse, quæ profanæ manus non attingerent.

Caput LI.

Daniel. 3.

Athan. in vita Antonii.
Chrysost. in Babylam.
Sozom. l. 5. c. 5.
Optat. lib. 6.
Æneas Sylu. de Bohem. c. 38.
Theod. l. 3. hist. c. 11.

QVæ fuit Nabuchodonosoris olim & Balthasaris eius filii impietas in vasis Templi Hierosolymitani polluendis, par deinde extitit Arrianorum, Donatistarum, Waldensium & Albigensium in Ecclesiæ Christianæ supellectili deformanda, vt cõstat ex vita sanctissimi Antonii ab Athanasio conscripta, Optato libro 6. Ænea Syluio in historia Boemorum ca. 38. aliisq; Iulianus Parabatæ Imperatoris auunculus facile omnes confidenti audacia & impietate superauit, qui cum aliquando comitante Felice Quęstore in sacrarium introiisset, vbi toreumata atque vasa pretiosis emblematis insignia asseruabantur, quæ Constantinus & Constantius donarant Ecclesiæ, *Ecce* (inquit ille non ferenda contumelia insaniens) *quam sumptuosis vasis filio Mariæ ministratur.*

Qui nostro sæculo eodem ex germine pullularunt, id ipsũ propemodùm fecerunt, & de duabus maxime rebus queruntur, altera quod Ecclesiæ vasa pretiosa sint, cũ potius aris addicti homines aurei esse debeãt & splendidissima vita: altera, q̃ ea sacrosancta esse dicamus, quæ tangere fas sit nemini quam Initiatis. Vtriq; breuiter & dilucide satisfaciamus.

Exod. 25. 29. 39.

Et primum quod attinet ad pretium & æstimationem vtensilium, quę diuinis mysteriis dicantur, Moysi præcipitur in hæc verba Exodi 25. *Parabis & acetabula ac phialas thuribula & cyathos in quibus offerenda sunt libamina ex auro purissimo: Et panes super mensam* (quæ auro cooperta, aureo etiam orbe coronata fuit) *panes propositionis in conspectu meo semper.* Candelabrum etiam septem lampadum artificio illustre imo & ipsa emunctoria non nisi aurea esse debent talenti pondere. Apud Danielem & Esdram accurate numerus & magnitudo describitur eorum vasorum quæ Nabuchodonosor asportauit postquam reddita fuerunt à Cyro; fuerunt autem phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti nouẽ, scyphi aurei trigin-

Digitized by Google

triginta, Scyphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea quinque millia quadringenta. Qui certe numerus satis magnus videri debet pro loco vno, sed exiguus comparatione illius copiæ quæ apud Christianos olim fuit, & modo etiam reperitur per vniuersum orbem terrarum.

Damasus in Pontificali.
Sixtus constituit, vt ministeria siue vasa sacrata non tangerētur nisi à ministris sacratis. Vrbanus fecit ministeria sacrata omnia argentea, patenas argēteas 25. apposuit. Syluester donauit Ecclesiæ Romanæ patenam argenteam pēsantem libras 20 ex dono Augusti Constantini: donauit autem & scyphos argenteos duos qui pensarunt singuli libras denas, calicem aureum pensantem libras duas: &c.

Papa Damasus de S. Vrbano loquens sacrorum etiam instrumentorū meminit, quorum in diuinis mysteriis fuit vsus, eo tēpore, quo eximius ille gloriosusq; martyr in solio D. Petri cum amplissima potestate sedebat, nimirum anno post Christum ducentesimo trigesimo. Prudentius in Hymno D. Laurentii qui de perfidia purpureos triumphos retulit anno 260. notat pretium & splendorem vasorum Ecclesiæ præstinguere solitum oculos Tyrannorum.

Quis oratione consequi potest & numerando percēsere diuitias domus Dei, quot & quanta fuerint vtensilia sacra, æuo Syluestri summi Pōtificis, anno videlicet 300. quando propter mirabilem Constantini magni mutationem, pax Ecclesiæ restituta fuit? quis ea quæ postea consecuta sunt omnium sæculorum ætatibus ingentia? quis satis deplorare queat iacturam, quæ passim in Gallia versata est ab initio bellorum ciuilium, quibus templa exinanita fuisse constat? quis vero facile enumeret quot euersæ funditus familiæ, quanta effusa patrimonia fuerunt ob horum sacrilegiorum participationem, quasi ex prouerbio Tholosanum aurum, aut Seianum equum attigissent?

Prudentius Hymno de S Laurentio. Tyrannus.
Hunc esse vestris orgiis moremque & artem proditum est.
Hanc disciplinam fœderis, libent vt auro Antistites.
Argenteis scyphis ferunt fumare sacrū sanguinem.
Auroque nocturnis faciis astare fixos cereos.

Quod ad contactum attinet qui prophanis hominibus sit prohibitus, Scriptura sacra, Concilia, Patres, historiarum annales, ipsa deniq; ratio perspicue monent quod sequamur.

Isaiæ cap. 52. *Sanctificamini qui fertis vasa Domini*: In Concilio Laodiceno Can. 21. *Non oportet Subdiaconos locum habere in Diaconico & Dominica vasa contingere.* In Romano anno 320. cap. 9 *Ne Lector vel Ostiarius sacra vasa contingat*, In Agathensi cap. 16. *Non oportet in sacratos ministros licentiam habere in secretarium quod Græci* [illegible] *vocant, ingredi & contingere vasa Dominica.*

Chrysost. orat. in Babylam martyrem.

Iulianus impii desertoris religionis auunculus eo prouectus audaciæ fuit vt propriis manibus sancta Ecclesiæ vasa diriperet ad solum affligeret, iisdem insideret, sed diuina prouidentia non impunitum hoc sacrilegium esse voluit, ait D. Chrysost. illius enim verenda subito putrefacta vermiculorum ingentem copiam generarunt.

Athan Apol secunda.
Solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi & praeterea nullius. Ceterū vt impius est qui hunc mysticum calicem frangit: ita multo magis impius est, qui sanguini Christi contumeliam facit: contumeliam autem facit qui præter Ec-

D. Athanasius 2. Apologia aduersus Arrianos, mystici poculi sæpe mentionem facit, quod Arriani fractum ab eo, & pollutum calumniabantur: vbi haud obscure innuit, non aliis quam Ecclesiæ ministris iure concessum vt sacra vasa contingant. Gregor. Nazianzenus oratione de se ipso, propter hanc eandem rationem cum Arrianis expostulat, & Nabuzardani eos & Balthasari comparat, quorum alter asportauit vasa Templi, alter etiam profana esse voluit. Optatus Mileuitanus reprehēsionis iustæ aculeos figit, in Donatistis, quod pulcherrima Ecclesiæ vasa

 trullas,

Digitized by Google

quoque & aliam rationem video ab eodem S. Ioanne Chrysost. cur deterrimi illi spiritus in sepulchris habitare cupiunt, non quod inde leuationem vllam aut animi voluptatem capiant, sed inuidia quadam aduersus homines incitati, quibus etiam persuadere vellēt, eorum animas à corporibus seiugatas mutari in Dæmones. Et quidem hæresis hæc vna fuit Tertullianistarum à Platone hausta vt animaduertit D. Augustinus lib. 9. de ciuit. c. 11. & lib. de hæresib. ad Quodvultdeum c. 86. Propter hanc igitur causam Cœmeteria sacris & religionibus expiantur, sacræ in iisdem Cruces figuntur, tum etiam vt Viatores admoneantur eos qui inibi conditi sunt in fide Christi Iesu lucis hanc vsuram reddidisse.

Chryst. in cap. 10. Matth. hom. 35 *Quod si corruptionem corpora omnem effugerent, vnde id aliquis recte disceret? nōne quemadmodum ad sepulchra dæmones concurrere videntur, &c.*

Idem Chryso hom 29 in Matth. *Sed curnam in sepulchris versantur? Quia videlicet perniciosam opinionem ingredere hominibus conantur, quod hominum qui abierunt animæ dæmones fiant, quod etiam à cogitatione nostra vtinam absit.*

August 9. de Ciuit. Dei c. 11. *Dicit quidam & animas hominum dæmones esse & ex hominibus fieri lares, si meriti boni sunt. Lemures seu laruas, si mali.*

Qui alias probationes appetit ex vltima antiquitate repetitas, legat lib. 6. Constitutionum Apostolicarum c. 30. vbi in hæc verba necessario incidet, *Conuenite in Cœmeteria sacros libros in iis legentes & psallentes pro iis qui dormierunt.* S. Dionysius Areopagitam in extremo libro de Hierarchia Ecclesiastica etiam peruolutet vbi cap. 7. videbit descriptas cerimonias quæ in mortuorum exequiis fieri solent. Oculos adiiciat ad Optatum Mileuitanum lib. 6. contra Parmenianum vbi veterum Christianorum iustam expostulationem querimoniasque deprehendet, quod Donatistæ Cœmeteriorum ius & sanctitatem violarent, & mortuorum humationem impedirent. Sanctissimi Doctores superius laudati Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus ad eandem rem probandam locupletem symbolam conferent, & demōstrationem huius veritatis continuabunt, vsque ad magnum Triburiense Concilium, vbi fuit concessum, vt præter communia Cœmeteria, seligere quisque posset sepulturæ locum, vel in principe Templo, aut in Monasteriis religiosorum, aut in ea denique Ecclesia cui decimas probo more dependit.

Optatus Mileuit. lib contra Parmenianum sub fin. *Quid referam etiam illam impietatem de vestra coniuratione venientem, qui ad hoc Basilicas inuadere voluistis, vt vobis solis cœmeteria vindicetis, non permittentes sepeliri corpora Catholica, vt terreatis viuos male tractatis & mortuos negantes funerib locum,* & paulo post. *Quid insultas funeri? quid impetis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ fructum.*

DE

Digitized by Google

DE SEPVLTVRA, DEQVE CERIMONIIS, QVÆ IN IVSTIS FVNEbribus obseruantur.

CAPVT XLIX.

VTRVMQVE Testamentum piarum exequiarum antiquitati suffragatur. In Genesi præcipit Iacob filio suo Iosepho, vt post fatum ossa auehenda curet: Iosephus magno studio aromatibus ea condit, & ille ipse cum extremum spiritum funderet, vna cum parente asportari se mandauit. In Deuteronomio Israelitæ omnes sordidati Mosem luctu & mœrore prosequuntur triginta dierum interuallo in cāpestribus Moab. Libro 2. Reg. Dauid cum exercitu, Saulis mortem & Ionathæ luget. Tobianæ historiæ c. 12. bono Seni confirmat Angelus, eius se pias precationes offerre Numini cõsueuisse, cum demortuis iusta persolueret. Apud D. Matthæum S. Ioannis discipuli è carcere corpus illius extulerunt, & religiosissime humo cõdiderunt. In hist. D. Lucæ Iosephus ab Aritmathea Seruatoris nostri corpus elegantissima Syndone inuoluit, & nouo in sepulchro locauit: Act. 8. pii quidam & diuinitatis per quam studiosi, Stephani corpus auehunt, in sepulchrum inferunt, collacrymantur.

Genes. 49. 29. & 50. 2. 26.
Deut. 34. 8.
2. Reg. 1. 11.
Tob. 12. 12.
Ego obtuli orationem tuam Domino.
Matth. 14. 12.
Luc. 23. 53.
Act. 8. 2.

E sententia magni Dionysii atq; Nicephori, Apostoli fusi per orbē, funeri tamen intersunt ζωαρχικοῦ ϗ θεοδόχου, σώματος matris Dei, & inter alios Πέτρος ἡ κορυφαῖος ϗ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. D. Gregorius Nazianz. in funebri oratione Cæsarii fratris sui narrat matrem in parentatione atq; funeris pompa incessisse cerilum manu tenentem. Qui etiam posteritati reliquit in laudem Gorgoniæ sororis suę funebrem concionem, alteram qua patrem suum [illegible] est prosecutus, cum adesset D. Basilius, cui itē post ipsius migrationem ab hac vita, par officium studiumq; præstitit.

Dionys. lib. 3. de diuinis nominib. c. 3.
Apud ipsos, diuino spiritu plenos Pontifices nostros: cū & nos (vt nosti) & plerīq; alij, ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumq; receperat, cōuenissemus: Aderat autem frater Domini Iacobus & Petrus, &c.

Gregorius Nyssen. morum excellentia clarus & doctrina, iusta funeris & supremi diei celebritatem explicat, qua Placilla, qua Pulcheria & Meletius Episcopus elati fuerunt. S. Ambrosius duas quoq; funerum laudationes reliquit duorum Imperatorum Theodosii & Valentiniani iunioris: aliam item qua Satyri fratris sui manes in cœlum vehit. Theodoretus & Socrates in suorum Annalium memoria ponunt, quo apparatu & splendore exceptum corpus fuit diuinissimi Chrysostomi, tum ab Arcadio Imperatore, tum à populo vniuerso.

Niceph. citat Dionys. & narrat historiam lib. 2. c. 21. tum subdit. *Apostoli autem & qui præterea ibi aderant viri egregij, lectum corona circumdantes reuerenter illam exosculantur*

Petrus Episcopus Alexandrinus cum Arrianis expostulat, & Optatus cum Donatistis, quod Catholicorum sepulturam impedirent.

Theodor lib. 5 hist. c. 36.
Socr. lib. 7. c. 44.
Petrus Alex ep. contra Arrianos.
Chryst hom. 4. in 2. ep. ad Heb. passim.

Tres ob causas, ait D. Chrysostomus, pompa funeris atque iusta fiunt. 1. ad mutuam inter nos beneuolentiam declarandam. 2. ad spem resurrectionis profitendam, quam exsuscitant & Cœmeterii nomen ipsum, & piæ viuorum precationes atque funalia. 3. vt ex aliena morte fructum & documentum capiamus, & de nostra aliquando futura monitionem.

Lactant. lib. 6. diuin Inst cap. 12.
Non patiemur figuram & figmentum Dei, feris ac volucribus in prædam iacere, sed reddamus id terræ unde ortum est
Aug l. 1 de Ciuit. Dei c. 13
Nec ideo tamen contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum atque fideliũ, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est S. piritus Si enim paterna vestis & annulus, &c.

Addit quartam Lactantius, quod minime consentaneum sit, vt diuinæ mentis effigies & similitudo, feris animantibus exponatur, aut cõiiciatur in sterquilinium. D. Augustinus adiungit quintam, grauissimeq; ait corpora nostra, tabernacula esse quædam sancti Spiritus, indignumque videri, vt maiorum pictas similitudines, arma, vestes, studio summo beneuolentique seruentur, ossa vero & propriæ natiuæq; illorum exuuiæ negligantur.

Certe inter pœnas atq; supplicia, quibus diuina mens homines consceleratos mactare solet, non de leuissimis vnũ hoc ponitur, vt sepultura spolientur: Ioachimo imprimis minitans Deus fore prædicit, vt Asinorũ more condatur; & Iesabeli canũ gulam atq; ventres pro tumulo habituram. D. Greg. Nazianz. Orat. 2. in Iulianum singulari elegantia orationis, opponit magnificentissimum Theodosii funus, turpissimæ illi cloacæ, in quam desertoris illius infandi cadauer à mimis coniectum fuit.

Ierem. 22. 19.
Sepultura Asini sepelietur putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem.
Ioseph. antiq. Iudaic. lib. 16. cap. 11 *His inuitatus ad diligentius scrutandum interius processit, vsque ad conditoria corporum Salomonis ac Dauidis: vbi duos satellites amisit, erumpente (vt fertur) flamma ex adytis contra progressos temere quo casu territus exiuit, & tactus religione, ad expiandum se in aditu sepulcri monumentũ è candido marmore cõdidit sumptuosissimis impendiis.*
Can. si fames 6. q. 1.
Quod maiores nostri sacrilegio proximum esse statuerunt.
Vlpia l. 1. D de sepulchro violato.
Sepulchri violati actio infamiam irrogat.

Iosephus cap. 11. libri 16. Antiquitatum notat illustrem primum Herodis familiam, ab eo tempore defloruisse, & incredibiliter imminutam fuisse, quo Dauidis sepulchrum aperuit: tum vero cœlesti prodigio flammam extitisse aiunt, qua duodecim cõsumpti illi primi sunt, qui ad monumentum propius accesserant. Sunt etiam expressæ legum sanctiones in vtroq; iure aduersus sepulchrorum violatores, quod scelus cum sacrilegio componit Iurisconsultus, atq; pertinere ad legem Iuliam de vi, inurere infamiæ notam, esse capitale, mortem aut exilium aut damnationem ad metalla mereri. Oratorum apud Romanos Coryphæus lib. 2. de legib. in hanc rem Solonis constitutiones profert, qui pœnas acerbas in eos excogitarat, qui bustum vel monumentum violauissent, cippum & columnam deiecissent: vbi etiam docet maximum esse sepulturę honorem, qui haberi potest mortuo.

Atque hinc factum est vt immanes & barbaræ nationes haberẽtur, quæ iusta funeris & supremum hoc officium naturalis pietatis & humanitatis contemnerent, vt Anthropophagi, vt Massagetæ, qui se mutuo suis corporibus, tanquam sepulchris, deuoratos capiunt: quales item & Tibaritani qui è summis rupibus suorum cadauera præcipitant: quales Troglodytæ qui ea proiiciũt in profluentem aquam, quales deniq; Hircani & Caspii qui vægrãdes Molossos enutriunt à quibus mortuorum hominum exuuiæ absumantur. E Romanis L. Sylla qui importunæ crudelitatis plurima documẽta dederat, primus Corneliæ gentis vri corpus suum

Digitized by Google

fuum mandauit, verens fortè inquit M. Tullius ne id sibi eueniret, quod procurauerat Mario ad Anienem, quem extrahi & distrahi iussit.

Vtebantur in sepeliendo cupressu, è qua etiam funebres lectulos atque sandapilas efficiebant, tum ad corpus seruandum diutius, tabemq; prohibendam, tum etiam vt tacite significarent, quod quemadmodum abscissa cupressus non pullulat, sic post mortem nullus sit reditus ad vitam. Contra verò Christiani docti melius, & à diuina mente instituti, faces adhibent, vt animum immortalem esse doceant, tametsi corpus dissipatum fuerit, mortuosq; suos aqua lustrali aspergunt, vt profiteantur, nostra corpora post hyemem huius mundi, ad lętam quandam viriditatem, veluti Fauonio vltimæ resurrectionis afflata, Dei voluntate reditura.

Et quemadmodum procliue nobis antea fuit ostendere huius aquæ vsum & antiquitatem: ita non magis operosum foret vel fastidiosissimis hominibus patefacere, ex quo tempore illius generis ceremoniæ sunt in Ecclesiam inductæ. 1. Aduocantur Sacerdotes qui ægrum iam depositum inungant & preces fundant. D. Iacobus id statuit cap. 1. Epistol. Canonicæ. 2. Postquam anima è corporis vinclis tanquam è carcere euolauit, Presbyter demortui oculos claudit, solatur familiam, eo in loco vbi iacet exanime corpus precationes instituit. Tertullianus lib. de Anima, id æuo suo fieri solitum ait, *mortui apud nos oratione presbyteri componuntur.* 3. Linteo corpus inuoluitur; D. Cyprianus serm. de mortalitate id exponit, aitq; innuere, quod qui in Domino moriuntur, sequuntur agnum, stola gloriæ & alba innocentiæ cataclista ornati. 4. Deducitur funus cum funalibus atque symphonia & Psalmorum recitatione: D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ, illius fœminæ lectissimæ exequias simili ratione peractas eximia religione describit. 5. Aera campanę pulsantur à prima eorum institutione, de qua re mox dicetur. Venerabilis Beda eius quoq; rei meminit lib. 4. hist. Anglicanæ, & notum campanæ sonitum appellat, quo ad orationes excitari viui solebant cum quis animam egisset. 6. Dicitur quasi ex formula *Requiescant in pace*, quod displicere Ministris non debet, qui terram in cadauer iniicientes, similia quædam pronunciant: sed expresse Theodorus Beza in Iconibus, qui ad Elogium Iulii Scaligeri adiungit *quiescite pÿ manes*, quod idem penitus est ac *Requiescant in pace*, si prophanorum propria vocabula mutentur. Quid prætereà? Beza ibidem nouo Enthusiasmo pro ipsius anima versus fundit: sed fida magis nobis sunt veritatis & illustriora testimonia: verba ipsa D. Dionysii hic subiiciam cap. 7. de cœlesti hierarchia, vbi funebres ceremonias declarat, ***Conuocato sacro choro diuinus antistes, si is qui excessit è vita, erat ordinis Sacerdotum, cum ante sanctum altare eum posuit, Deum precari incipit eique agere gratias: si autem sacris monachis sanctove populo annumeratus erat, eum ad venerationem dignum sacrarium ante Sacerdotum introitum collocat, deinde perficit sacrum solenne precationis, qua agit Deo gratias Pontifex: deinde ministri promissis veris quæ feruntur in scriptis diuinis de sancta nostra resurrectione recitatis,***

Marcellus l. 8 D. eodem. *Sepulchri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere.*

Paulus l. 11. eodem. *Rei sepulchrorum violatorum si corpora ipsa extraxerint vel ossa eruerint: humiliorum quidem fortuna summo supplicio afficiuntur: honestioris in insulam deportantur aut relegantur, aut in metallum damnantur.*

Solon, iuxta Tullium l. 2 de legibus, constituit pœnas acerbas in eũ, qui Bustum vel monumentũ vel columnam violauerit, deiecerit, fregerit.

Idem, ibidem. *Maximus est sepultura honos qui haberi potest mortuo.*

Virgilius 11. Aeneidos. *Interea socios inhumataq; corpora terra, Mandemus qui solus honos Acheronte sub imo est.*

Ex Cornelia gente primus Sylla iussit comburi corpus suum, verens fortè, ne id sibi eueniret quod procurauerat Mario ad Anienem, quem extrahi & distrahi iussit.

Tertull. libr. de anima c. 41. *Scio fœminam cum in pace dormisset, & morante adhuc sepultura, interim oratione presbyteri componeretur, ad primum habitum orationis, manus à lateribus dimotas in habitũ supplicem conformasse rursumq; condita pace, situi suo reddidisse.*

Cyprian. lib. de mortalitate sub finem.

Hieron. epist. ad Eust. de Epitaph. Paulæ. *Ex hinc non vlulatus, non planctus vt inter homines sæculi fieri solet, sed Psalmorũ linguis diuersis examina con-*

citatis, sanctè canunt cantus Psalmorum qui eiusdem rationis sunt atque idem valent, &c. Et paulo post: Deinde accedens diuinus Antistes ipsi mortuo sanctè precatur, atque post precationem & ipse eum salutat & ordine omnes qui adsunt. Precibus quidem à diuina benignitate contendit, vt & omnia omnino peccata quæ humana fragilitate imbecillitateque admissa sunt, ei qui excessit è vita remittat, & eum in lucem ac regionem viuorum, inque sinus Abrahæ, Isaac & Iacob deducat in locum à quo fugit dolor, tristitia & gemitus.

crepabant. Translatáq; Episcoporum manibus, & ceruicem feretro subiicientibus cum alii Pontifices lampadas cereosq; preferrent, alii choros psallentium ducerent in media ecclesiæ spelunca Saluatoris est posita, &c.

Venerabilis Beda libr. 4 histor. Anglorum cap. 23.

Qui non in tali & tanta autoritate conquiescit, ipse inquietus turbulentissimo animi motu agitatur, quique honorare mortuos recusat, meretur vt eum viui dedecore & contumelia prosequantur.

Beza in Iconibus in Iulio Cæsare Scaligero. *At tu summe Deus vasti qui pondera cœli dirigis, insontem dilectis orbibus infer.*

DE SACRA SVPELLECTILI ATQVE ORNAMENTIS.

Cap. L.

Optatus Mileuit. 5 6.

S Hierosme liu. 1. contre les Pelagiens.

Vnde adiungis gloriam vestium & ornamentorum Deo esse contraria?

Sigebert ae anno 450.

Victor Vticen libr. 1. de persecut. Vvandal

Proculus de Pallis altaris, proh nefas! camisia sibi & femoralia faciebat qui tamen Proculus huius rei executor frustatim sibi comedens linguam, in breui turpissima consumptus est morte.

OPTATI Mileuitani iustissimæ querelæ sunt in Donatistas, quod linteola in quibus sacra hostia collocari solet, indigne violarent. Pelagiani externa Ecclesiæ ornamenta atque omnem sacrarum vestium splendorem, Dei gloriæ repugnare existimabant, & à superstitione manare. Vuandali in Africa eadem indigne conspurcabant, iisdem induebantur: Proculus certè ex ea gente scelere & audacia notus, è pallis altaris interulas sibi & femoralia confici curabat.

Æneas Syluius de Bohemis c. 35.

Waldenses risu & cachinnis eos excipiebant, qui sacra vela, quibus calix inumbratur, sustinetur, tergitur, aliquo genere honoris dignabantur. Recenti memoria æque infausta & infanda, Ziska generator Hussitarum atque princeps, diuina ad aram mysteria celebrari iubebat

bebat sine alba linea, sine capitis amictu, sine stola, manipulo, & sacrificali indumento. Lutherus initio liberum esse aiebat & solutum cuique, aut iis vti aut non vti, post paulo Oecolampadius per iocum & contumeliam *Missatica velamenta* nominauit. Confessio Witembergensis capite de Ceremoniis Ecclesiæ, fatetur istam *Panopliam*, vt vocant sacrarum vestium, ad perpetuam passionis Christi memoriam institutam fuisse, eamque tamen repudiat & auersatur.

Lutherus in confessione. Oecolam. resp. 3. ad Lutheri confessionem. Confessio Vvirtembergens. cap. de ceremoniis Ecclesia.

Ecclesia Catholica freta verbo diuino, consensu totius antiquitatis & ratione, magnum discrimen inter Sacerdotum vestes & prophanorum semper reposuit. *Facies vestem sanctam* (ait Deus Mosi) *Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. Hæc autem erunt vestimenta quæ facient, Rationale & Superhumerale, tunicā & lineam strictam cidarim & balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum & hyacinthum & purpuram coccumque bis tinctum*, &c. Sigillatim omnia exequitur vsque ad zonam, quæ texturæ consimilis esse debebat. Addit & de ornamentis Tabernaculi, de sacro amictu Sacerdotum & Leuitarum.

Exod. 28. 2. 3. 4. 5.

Primo libro Regum de Samuele proditur illum Ephod lineo cinctum & ornatum, in luce omnium, in oculis diuinitatis, officio fungi solitum, matrem etiam nouam illi tunicam singulis annis adferre consueuisse, cum numinis colendi causa vnà cum viro ad solenne sacrificiū accederet. In quem locum monet D. Augustinus, non ex eo confici Samuelem fuisse Sacerdotem, quod Ephod indueretur, quia apud nos Diaconi æque ac Presbyteri Dalmaticis vtuntur.

1. Reg. 2. 18.

August. qq. veteris & noui Testam. q. 46. *Sed hinc, inquiunt, videtur Sacerdos fuisse Samuel, quia vestitus erat Ephod, quasi non hodie Diaconi Dalmaticis induantur sicut Episcopi.*

Et tametsi lex vetus hoc tempore neminem obligat, quod ad ceremonias quidem attinet, & ea quæ iudiciorum sunt propria; simillima tamen ratione quæ legum anima dici potest, concludimus esse maximè rationi consentaneum, & cum diuina voluntate congruens, vt in diuinis mysteriis alio quàm prophano & communi vestitu vtamur, tum ad cultum honoremque Numinis augendum, tum ad ipsam functionem illustri specie decorandam, ad testificandam fidem, instruendum populum, excitandam pietatem, omnes qui adsunt ad attentionem prouocandos dum arcana illa cœlestiaque tractantur. Innocentius tertius, Rupertus, Amalarius, Alcuinus, aliique de hac tota re copiose disputant, & antiquum vsum ornamentorum ostendunt, quæ in hunc diem Ecclesia parens adhibet. Sed de choro veterum Patrum aliquos modo audiamus, tum sigillatim, tum in Concilio orbis terræ aggregatos.

Alcuinus de diuinis officiis c. 38. Quid significet vestimenta. *Per Zonam designatur discretio omnium virtutum. Orarium, id est stola dicitur, eo quod oratoribus, id est prædicatoribus concedatur. Admonet eum qui illo induitur, vt memor sit sub iugo Christi, quod leue & suaue est, esse se constitutum, &c.*

S. Syluester ante mille & ducentos annos edixit, vt Diaconi Dalmaticis vterentur in Ecclesia, cum intermissam Tyrannorum vexatione consuetu-

Damasus in vita Syluestri to. 1. Concil.

Euseb. l. 3. hist. c. 25.
Theodoret. hist. Eccles. l. 2. c. 27.

consuetudinem reuocaret. Vnus de primis Christianis apud Eusebium nomine Polycrates D. Ioannem scriptorem Euangelii testatur gestauisse Mitram, quam aliàs laminam auream sacerdotalem appellant. Theodoretus stolæ Sacerdotum meminit, quam etiam Spiritus Sancti stolam nuncupat.

Concil. Nicænum 1. Canone Arabico 63.
Vt sit in vnaquaq; ecclesia procurator, & cum eo alii, qui curam habeant prouentuum, & redituũ ecclesiæ, & deinde villarum, & sementis, & sumptuum ac vasorum auri, & argenti, & vestimẽtorum ac ornamentorum ecclesiæ. Habeãt deinde curam loci, in quo sancta Eucharistia seruatur.

Nicenum Concilium primum anno 325. celebratum, statuit in Ecclesia Oeconomum vnum esse oportere, qui aurea argenteaque vasa, trabeas, velamenta, & reliquam Ecclesiæ supellectilem studiose conseruet.

Concilium Carthaginẽse 16 Canone 41.
Vt Diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis, alba vtatur.

Concilium Carthaginense 4. cui D. Augustinus interfuit, Diaconos vetat aliis in rebus quàm in sacris ministeriis, linteam vestem, quæ Alba dicitur, adhibere. D. Athanasius in epistola ad Marcum, queritur de impudenti Arrianorum insolentia, quod ornatum omnem Ecclesiæ vel expilassent, vel incredibili scelere polluissent. S. Gregorius Nazianzenus in Apologia sacratum vestium quibus indui Pontifices soleant sæpe meminit. D. Ioannes Chrysostomus homil. 83. in Matthæum cohortatur Sacerdotes ad internam animi puritatem & innocentiam, ducto argumento à candidissimis vestimentis, quibus ornati sacris operentur, & diuinum sacrificium obeant.

Athanasius epist. ad Marcum Papam. *In tantum etiam nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaq; ornamenta, nec reliqua vtensilia nobis dimiserint.*

Sozom. hist. l. 4. c. 24.
Ambros. de officiis l. 2. c. 28. Aurum Ecclesia habet, nõ vt seruet, sed vt eroget & subueniat in necessitatibus &c.

Sozomenus & Theodoretus turbulentam populi seditionem scriptis suis prosequuntur ab Arrianis excitatam aduersus B. Cyrillum Doctorem maximum, Patriarcham illo æuo sanè insignem & munificentissimum, quod preciosissimas Ecclesiæ vestes choragiumque sacrum vendi curauisset, ad extremam pauperum inopiam subleuandam, cum pestis populum famesque vexarent: quod tamen facinus gloriandum fuerat atque permissum, vt è grauibus Ecclesiæ decretis & sanctorum exemplo liquet.

L. Sancimus. C. de sacros. Eccl. quæ est 17.

Imperator Iustinianus in Codice vetat, ne quis sacratissima & arcana vasa, ne vestem, ne donaria, aliaque ad diuinam religionem accommodata, ad venditionem vel hypothecam vel pignus trahat nisi forte ad captiuos redimendos alendosque pauperes in summa annonæ caritate.

Beda hist. Eccl. l. 1. c. 29.

Venerabis Beda lib. 1. historiæ Anglicanæ posteritati reliquit, quemadmodum S. Gregorius Magnus ad nouam Britanniæ Ecclesiam sacerdotalem paraturam miserit, vestem multam, vasa, lipsanothecas, ornamẽta altarium, quibus etiamnum vtuntur, tametsi contrariam religionem auersa mente propugnent.

1. Cor. 14. 40.

Quod si rationem ipsam consulamus, nixa quidem illa est D. Pauli documento scribentis ad Corinth. omnia secundum ordinem & decorum esse facienda: decorũ autem & cõmunis honestas requirunt vt inter sacra & prophana discrimen ponatur, inter spiritale & temporarium, cœleste

Digitized by Google

cæleste & terrenum, diuinum & humanum. Videmus Consules, Scabinos, Ædiles, aliosque Magistratus qui reipubl. clauum tenent, habere sua insignia propriosque ornatus, quibus à turba segregantur. Iustitiæ sacerdotes qui iura legesq; moderantur, certum habent & proprium capitis velamentum, togis quoque purpureis vtuntur in rebus grauioribus, cum eorum functiones omnes communibus in rebus atq; terrenis vt in proprio elemento hæreant: Essetne igitur conueniens & decorum, vt qui diuina mysteria pertractat, in suggestum ingrediatur tanquam vnus de multis, petasatus, thorace, pallio, pugione conspicuus, omni cultu & amictu prophanus?

Procul ô procul este prophani.

Hæc sit igitur disputationis huius conclusio, aut Deum non omnia in pondere numero & mensura conficere, aut tantam statuendam esse differentiam inter mitram Pontificiam & Galerum, inter pallam sacerdotum & pallium, carbasinam mystarum vestem & rugatum collare, stolam & baltheum, Biblia & gladium, poderem sacrificalem & thoracem, Albam & indusium, pileum quadratum & nocturnum amiculum, Presbyterorum symphoniam, & cantum fœminarum, quantum est discrimen inter verbum Dei & hominum sermocinationem, inter panem Angelorum & hominum, inter calicem & prophanum scyphum, Ecclesiam & culinam, Ecclesiasticum & idiotam, domum Dei & Belial, altare Christi & dæmoniorum, cœlum & terram, æternitatem atque tempus, Creatorem denique & creaturam.

Digitized by Google

triginta, Scyphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea quinque millia quadringenta. Qui certe numerus satis magnus videri debet pro loco vno, sed exiguus comparatione illius copiæ quæ apud Christianos olim fuit, & modo etiam reperitur per vniuersum orbem terrarum.

Papa Damasus de S. Vrbano loquens sacrorum etiam instrumentorũ meminit, quorum in diuinis mysteriis fuit vsus, eo tẽpore, quo eximius ille gloriosusq; martyr in solio D. Petri cum amplissima potestate sedebat, nimirum anno post Christum ducentesimo trigesimo. Prudentius in Hymno D. Laurentii qui de perfidia purpureos triumphos retulit anno 260. notat pretium & splendorem vasorum Ecclesiæ præstinguere solitum oculos Tyrannorum.

Damasus in Pontificali. *Sixtus constituit, vt ministeria, siue vasa sacrata non tangerẽtur nisi à ministris sacratis. Vrbanus fecit ministeria sacrata omnia argentea, patenas argẽteas 25. apposuit. Syluester donauit Ecclesia Romana patenam argenteam pẽsantem libras 20 ex dono Augusti Constantini: donauit autem & scyphos argenteos duos qui pensarunt singuli libras denas, calicem aureum pensantem libras duas: &c.*

Quis oratione consequi potest & numerando percẽsere diuitias domus Dei, quot & quanta fuerint vtensilia sacra, æuo Syluestri summi Põtificis, anno videlicet 300. quando propter mirabilem Constantini magni mutationem, pax Ecclesiæ restituta fuit? quis ea quæ postea consecuta sunt omnium sæculorum ætatibus ingentia? quis satis deplorare queat iacturam, quæ passim in Gallia versata est ab initio bellorum ciuilium, quibus templa exinanita fuisse constat? quis vero facile enumeret quot euersæ funditus familiæ, quanta effusa patrimonia fuerunt ob horum sacrilegiorum participationem, quasi ex prouerbio Tholosanum aurum, aut Seianum equum attigissent?

Prudentius Hymno de S. Laurentio. Tyrannus. *Hunc esse vestris orgiis morémque & artem proditum est. Hanc disciplinam fœderis, libent vt auro Antistites. Argenteis scyphis ferunt fumare sacrũ sanguinem. Auroque nocturnis sacris astare fixos cereos.*

Quod ad contactum attinet qui prophanis hominibus sit prohibitus, Scriptura sacra, Concilia, Patres, historiarum annales, ipsa deniq; ratio perspicue monent quod sequamur.

Isaiæ cap. 52. *Sanctificamini qui fertis vasa Domini*: In Concilio Laodiceno Can. 21. *Non oportet Subdiaconos locum habere in Diaconico & Dominica vasa contingere.* In Romano anno 320. cap. 9 *Ne Lector vel Ostiarius sacra vasa contingat*, In Agathensi cap. 16. *Non oportet in sacratos ministros licentiam habere in secretarium quod Græci διακονικὸν vocant, ingredi & contingere vasa Dominica.*

Iulianus impii desertoris religionis auunculus eo prouectus audaciæ fuit vt propriis manibus sancta Ecclesiæ vasa diriperet ad solum affligeret, iisdem insideret, sed diuina prouidentia non impunitum hoc sacrilegium esse voluit, ait D. Chrysost. illius enim verenda subito putrefacta vermiculorum ingentem copiam generarunt.

Chrysost. orat. in Babylam martyrem.

D. Athanasius 2. Apologia aduersus Arrianos, mystici poculi sæpe mentionem facit, quod Arriani fractum ab eo, & pollutum calumniabantur: vbi haud obscure innuit, non aliis quam Ecclesiæ ministris iure concessum vt sacra vasa contingant. Gregor. Nazianzenus oratione de se ipso, propter hanc eandem rationem cum Arrianis expostulat, & Nabuzardani eos & Balthasari comparat, quorum alter asportauit vasa Templi, alter etiam profana esse voluit. Optatus Mileuitanus reprehẽsionis iustæ aculeos figit, in Donatistis, quod pulcherrimã Ecclesiæ vasa

Athan Apol secunda. *Solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi & præterea nullius. Cæterũ vt impius est qui hunc mysticum calicem frangit: ita multo magis impius est, qui sanguini Christi contumeliam facit: contumeliam autem facit qui præter Ec-*

Digitized by Google

clesiasticam institutionem calice illo abutitur.

Grego. Nazianz. orat. 25. quæ est ad Arrianos de se ipso. *Quorum mysticum sanguinem cum mortifero sanguine permiscui? qua vasa ministerio sacro destinata nec vulgi manibus attrectanda iniquorum manibus dedidi? Nempe vel Nabuzarda coquorum principi, vel Balthazaro qui male in sanctis poculis perbacchatus est, atque adeo dignas amentia sua pœnas persoluit.*

trullas, calices singulari amentia conflassent, iactauissent, diripuissent, etiam venerandum ciborium in quo filii Dei sanguis continebatur. Sanctus Ambrosius l. 2. de officiis cap. 28. de vtensilibus Ecclesiæ sermonem sæpe instituit, & quæ illorum consecrationem sequantur ostendit. D. Augustinus in Psalm. 113. sic habet, *Nos pleraque instrumenta & vasa ex huiusmodi materia vel metallo habemus in vsum celebrandorum Sacramentorum, quæ ipso ministerio consecrata sancta dicuntur.* Atque hic operæ pretium est rationem in medium adducere, de qua prius, S. Ioannis Chrysostomi homil. 60. ad populum Antioch. nimirum si tantum mente ac spiritu constaremus, ad Deum meritis honoribus prosequendum rebus tantum spiritalibus esset opus: sed cum ex animo simul & corpore conflati simus, vtramq; partem in Deo colendo debemus insumere.

Ambrosius 2 officiorum c. 28. *In necessitate pro redimendis captiuis vasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est vt de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur.* Augustinus in Psalm. 113. concione 2.

Chrysostom. hom. 51. in Matth. *Non igitur laboremus solum ad aurea vasa offerenda, verum multo magis vt iusto labore acquisita offeramus, hæc enim aurea sunt & pretiosa quæ auaritia non maculantur. Non enim auri vel argenti officina, sed Angelorum celebritas est Ecclesia. Animarum ergo munditia opus est, propter quas Deus etiã hæc vasa recipit.*

Sed de vita Sacerdotum quod queruntur, fatemur cum eodem Sancto Ioanne Chrysostomo homilia 51. in Matthæum, & homilia 3. & 14. in Epistolam ad Ephesios, Pietatem, Iustitiam, Misericordiam, cæterasque virtutes quæ propria sunt mentium ornamenta, longe gratiora esse Deo, quam Calices, Ciboria Chrysendeta, & huiusmodi supellectilem Ecclesiæ: & cumprimis optandum esse vt in omnium luce atque oculis tanta essent vitæ sanctimonia & integritate, quantum eorum dignitas & amplissimus ordo postulat, & eorum viuendi ratio tam excellens tamque à populo remota foret, quam eorum ministerium est illustre, & in altissimo honoris gradu supra mortalium functiones omnes collocatum.

Idem hom. 3. in epist. ad Ephesios. *Quid vero tan non vides vasa abluta adeo nitida & splendida? His longe mundiores oportet esse animas, his sanctiores ac splendidiores.* Et homilia 14. *Tu es his vasis sanctior, & multo sanctiors cur ergo te ipsum polluis & inquinas?*

DE

DE CALICIBVS ATQVE LINTEIS *quibus Aræ exornantur.*

CAPVT LII.

TAMETSI calix & poculum rem eandem significant; ex vsu tamen Ecclesiæ, CALIX in hodiernum diem non sumitur, nisi pro vase quod sanguini filii Dei consecrando inseruit: non secus ac Crux, furca, vel patibulum, cum diutissime rem eandem significarint, nũc tamen Crucis vocabulo non aliud designamus, quam extremi fati Seruatoris instrumentum. Quod vero Christus Dominus in venerandi sacramenti institutione Calicẽ adhibuerit, tam clare tamque perspicue in Euangelica historia proditur, vt qui probare id vellet, abuti otio videatur. Tantum animaduertendum hic est, quod Beda posterorum memoriæ transmisit, eum Calicem fuisse argenteum, exiguas autem habuisse ansas duas, & Gallico sextario æqualem videri. Illius etiam temporibus Hierosolymis asseruabatur, atque in eo diligentissime contuendo, peregrini partem magnam pietatis suę ponebant. D. Irenęus lib 5. aduersus hæreses, tum fieri Eucharistiam corporis & sanguinis Domini ait, cum mixtus calix & panis Verbum Dei recipiunt.

Beda in descr. loc. Sanct. c. 2.

Irenæus lib. 5. c. 2. aduersus hæreses *Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi.*

Tertullianus libro de Pudicitia testatur, in Calicibus quibus illius tempestate vtebantur, pictam fuisse Christi Domini imaginem, Pastoris effigie, qui ouiculam in humeris gestaret. S. Cyprianus lib. 2. epist. 3. vult calicem mixtum esse offerendum eo modo quo Seruator hominum Iesus temperauit.

Tertull. de pudicitia c. 7. *Procedant ipsa pictura calicum vestrorum,* & capite 10. *Cui ille forte patro[illegible]bitur Pastor (Hermas) quem in calice depingit.*

S. Ambrosius lib. 2. de officiis c. 28. quod paulo ante monuimus cẽset frangendos calices & conflandos esse, si quando coegerit omnium rerum inopia, vt ad pauperes sustentandos vendantur, ne mysticum poculum in propria & expressa figura profanetur.

Cyprianus l. 2. epi. 3. quæ est 63. *Admonitos autem nos scias, vt in calice offerẽdo Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecerit: vt calix qui in commemoratione eius offertur, mixtus vino offeratur.*

D. Hieron. epist. 20. ad Marcellam, scribit Calices significare carnis vexationem, taciteque nos admonere, vt promptum & paratum habeamus animum, ad mortem æquo & lubenti animo Dei causa perferendã.

Hieron. epist. 20. ad Marcellam. *Calices, mortificationem carnis ostendunt, & semper animum ad martyrium praparatum.*

S. August. scribens contra Cresconium Grammaticum lib. 3. cap. 29. Duorum Calicum aureorum, septem autem ex argento mentionem facit. Concil. Carthagin. 4. c. 5. statuit vt Subdiaconus cum initiatur patenam de manu Episcopi accipiat vacuam, & calicem item vacuum, de manu vero Archidiaconi vrceolum cum aqua & mappulam.

Aug contra Cresconium Grammat. lib 3 c. 29.

Quod spectat ad sacra linteola quæ CORPORALIA vulgo dicimus, quæq; nobis aut Christi infantis pannos, aut eius demortui sindonem significant, Optatus Mileuitanus libro 6. de Donatistis, queritur, quod

Diocletiano & Maximiano septies consulibus, &c.
Concilium Carthag. 4. c. 5. *Subdiaconus cum ordinatur quia manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuã, & calicẽ vacuũ, &c*

ea nefarie contaminassent: vbi etiam pius scriptor testatur aras lineis mappis decore fuisse obductas, dum sacrificium sacrum & augustum celebraretur. Quæ sane testimonia omni exceptione maiora, reuocari in controuersiam posse non videntur ab iis, qui infensi hostes veritatis studio incenso nouitatem aucupantur.

DE THVRE INCENDENDO.

CAPVT LIII.

Exod. 30. 1. Facies quoque altare ad adolendum Thymiama de lignis Setim.

ALTARE Thymiamatis ad thus adolendum, structum fuit de lignis Setim, totum auro collucens, quod etiam Mensam propositionis indigitabant: cui nunquam panes imponebantur, quin prius fragrantem ad eos odorem spargerent, quod summo mane & deinde appetente vespera faciebant. Moyses item altare aureum in tabernaculo posuit ante velum, & vt verba diuini scriptoris vsurpem, *adoleuit super eo incensum aromatum sicut iusserat Dominus Moysi.* Alio quoque in loco dicitur sacerdotem assumpto thuribulo quod de prunis altaris impleuerit & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intraturum in Sancta, vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium. Et in libro Numerorum sic Moysen Deus affatur *Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio & ignem huc illucq; dispergat quoniam sanctificata sunt, &c.*

Exod. 40. 25. 27.
Leuit. 16. 12. 13.
Num. 16. 37.

Tertio libro Regum Salomon quinque aurea candelabra ad dextrã, quinq; item ad sinistram perfecit ante Oraculum, flores præterea, lucernas forcipes, thymiamateria, phialas, mortariola, omnia ex auro purissimo. Secundo Paralipom. lepra inuasit in Osiæ Regis frontem coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis, quod Azariæ & octoginta sacerdotum grauem & seriam monitionem pro nihilo putauisset, & accepta in manus acerra, thus adolere noua & insolenti audacia voluisset.

2 Paral. c. 4. 7.
2 Paralip. 26. 16. 19.

Zacharias apud D. Lucam sacrificandi munus ordine vicis suæ tuetur, cumq; de more thus oblaturus esset Numini, formosus illi Angelus se videndum

Luc 1. 8. 9.

dendum exhibuit. Malachias diuinitus afflatus prouidit hunc incendẽdi odoris cultum, non esse exiguo Iudeæ spatio definiendum, sed per omnes oras terrarum spargẽdum, cum personam Dei sustinens ita inquit, *Ab ortu Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda quia magnũ est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.*

Malach. 1. 11.

Hunc eundem ritum Christiana Ecclesia ab omni hominum memoria excepit atq; retinuit, vt constat è Liturgiis D. Petri, D. Iacobi, S. Marci, S. Basilii, S. Chrysostomi & Æthiopum.

In Liturgia S. Petri, ex oratione Thymiamatis quando thurificatio peragitur. *Sicut Zacharia iussitum Thymiamatis suscepisti, sic de manibus nostris peccatorũ, hanc suscipe thurificationẽ in odorem suauitatis.* In Missa D. Iacobi ex orat qua thus benedicitur & offertur in ingressu & principio, &c.

In Canone quoq; Apostolorum quarto, diserte exprimitur, vbi alia ab altari dona reiiciuntur, quam oleum & thymiama. S. Dionysius tertio capite de cælesti Hierarchia consuetudinem pingi antiquam thus adolendi circa altare. Hyppolitus Martyr. orat. de Consum. sæcul. fore asserit vt ferreo sæculo Antichristi nulli odores pietatis causa incendantur. Sed quoniam hæc testimonia non omnes comprobant, qui legere D. Athanasium volet in Epist. ad solitarios, reperiet eam thuris odorisque religionem inter diuina mysteria illius temporibus frequentem vsitatamque fuisse. Quod idem sanctissimus Ambrosius Commentariis in Lucam suis confirmat his verbis, Atque vtinam nobis quoq; adolentibus altaria & sacrificium deferentibus assistat Angelus, imo præbeat se videndum: non enim dubites assistere Angelum quando Christus assistit quando Christus immolatur.

Canon. Apostol. 4. iuxta veterum editionem. *Offerri non liceat aliquid ad altare, præter nouas spicas, & vuas & oleum ad luminaria & thymiama, id est incensum tepore quo sancta celebratur oblatio.*

Dionys. Ecclesiast. Hierarch. lib. de Sacramento collectionis siue communionis. *Pontifex quidẽ perfecto precum Sacro ad Dei altare, cum ab eo incendendi odores initium fecit sacrum obit locum.*

Hyppolit. Martyr. orat. de Antichristo sub medium. *Lugebunt etiam Ecclesiæ luctum magnũ: quia nec oblatio nec suffitus fiat, nec cultus Deo gratus.*

Euagrius libr. 4. historię c. 7. memorat Zosimum religione incensum totum Ecclesiæ chorum thuris incensi nidore perfudisse, & humi stratum diuinam iram placauisse. Et lib. 5. cap. 21. visum quoddam oblatum Mauricio refert nondum Imperatori, cum in Templo beatissimæ Dei parentis Mariæ pie thus incenderet: quam visionem Gregorius loci Episcopus sic interpretatus est, vt diceret summum illi eximiumq; splendorem dignitatis portendi.

Ambr in c. 1. Luc.

Euagr. hist Eccles. li. 4. c. 7.

Damasus in Soteris Pontificis Romani vita, ait illum vetuisse, ne de Nonnis vlla sacram pallam attingeret aut thus offerret. Et in Syluestro cum de magno Cõstantino loquitur, illum prodit Thymiamateria duo ex auro purissimo donauisse. pensantia libras triginta, & aromaticum munus ante altaria singulis annis libras quinquaginta.

Damas. in vita Soteris. *Vt nulla monacha Pallam sacram contingeret, nec incensum poneret in sancta Ecclesia.*

Idem in vita S. Syluestri. *Thymiamateria duo fecit ex auro purissimo, pensantia libras triginta: Donum aromaticum ante altaria singulis annis libras quinquaginta.*

S. Fulgentius Sermone de Epiphania, in oblatione thuris confundi Arrianum scribit, qui soli Patri sacrificium offerri debere contendat: in oblatione autem myrrhæ confundi Manichæum, qui Christum vere mortuum pro nostra salute non credat.

Fulgen. Sermone de Epiphan. *In oblatione thuris, confunditur Arrianus, &c.*

Germanus Constantinop. in Theoria sua docet Thuribulo subindicari

Germanus Cõstantino-

Digitized by Google

politanus in rerum Ecclesiasticarum theoria.

Thuribulum subindicat humanitatem Christi: ignis diuinitatem & flagrans fumus, indicat illum bonũ odorem sancti Spiritus procedentem: nam thymiama est flagrantissima lætitia; si interpretari velis.

cati Christi humanitatem, igne diuinitatem, flagranti autem fumo bonum sancti Spiritus odorem.

Facilis erit hac quidem in re animorum consensio, si excipienda & vsurpanda illa esse dicamus, quæ maiorem excitare religionem & aduersus Deum pietatem solent, diuinique numinis cultum latius diffundere: si profiteamur quod verissimum est, non externam esse actionem sed internam potius quæ latriam vel idololatriam efficiat, hoc est cultum soli Deo debitum ab eo distinguat, qui in res procreatas confertur: si præterea concedamus, non secus ac corporis motu & compositione Deum & homines veneramur, sic thuris incensione Deo parenti atque Sanctis adhiberi honorem posse, sic tamen vt Creator nullo modo æquetur rei creatæ. Ex quo etiam fateantur omnes necesse est cum Diuorum sacræ exuuiæ aut imagines thure adolentur, non ea gratia fieri, vt summa & exquisita illa quæ soli tribuenda numini est, veneratio honorque illis deferatur, sed religiosa potius reuerentia adhibetur, superior quidem & castior illa, qua Babylonii olim Alexandrum magnum incensis odoribus exceperunt; sanctior item illa, qua vulgo in principibus Templis Catholicorum, non Pontifices modo & Coryphæi, sed Canonici & populus quoque ipse thureo odore perfunditur. Fitque ista cerimonia tum honoris causa, tum vt omnes admoneantur, ita mores vitamq; omnem componere, vt eorum actiones specimina sint virtutum omnium, sintque vt cælestis oraculi vocem vsurpem *Christi bonus odor Deo in iis qui salui fiunt & in iis qui pereunt.*

DE

DE SVPPLICATIONIBVS DEQVE PVBLICIS PRECATIONIBVS QVÆ ROGATIONES NOMINANTUR.

CAPVT LIV.

VT parens generatioq; omnium hæreſum eſt malitia, ſic nutricula earundem eſt ignoratio. Vtrumque animaduerti poteſt in quibuſdam Commentariis aduerſus diuiniſſimum Sacramentum ſacrificiumq; auguſtum perſcriptis: in quibus Pleſſeus è milite Doctor à fumo & bombarda myſtes Chriſtianas ſupplicationes cum Veterum Ambarualibus comparat, ignarus aut ſane diſſimulans, Paganorum illam ceremoniam Ambarualiorum omni ratione prophanam fuiſſe, non quod agri ſupplicatione luſtrarentur, ſed quod pompa in falſorum numinum cultum honoremq; fieret. Poetarum princeps Maro lib. 1. Georgic. n docere illum potuiſſet in Cereris honorem id fieri conſueuiſſe: docuiſſet & M. Cato libris de re ruſtica quid ſit luſtrari agrum & Solitaurilia circumagi. Percipere quoque potuiſſet communium religionum actiones atq; pietatis quæ ad Deum venerandum & inſtruendã iuuandamq; Eccleſiam fiunt, non ideo reiiciendas & damnandas videri, quod cum ritu Iudæorum aut Ethnicorum ſuperſtitione ſimilitudinem quandam habeant: cum ab omni hominum memoria infenſiſſimus diuinæ gloriæ dæmon & ſalutis hominum inimicus, vendicare conatus ſit, impudenterque arrogare, quæ Deus Opt. Max. ſibi vni reſeruarat.

Virg. l. 1 Georg.
Terq; nouas circum fœlix eat hoſtia fruges.
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu.
Det motus incompoſitos & carmina dicat.
De re ruſtica c. 141.

Vſus autem ſupplicationum publica precatione continetur, cum populus Chriſtianus ordine procedit ad modeſtiam compoſito, & veluti occurrit Deo, tum ad eius opem & præſidium implorandũ, tum ad grates agendas, tum ad irãm auerruncandam, tum deniq; ad gratulandum.

Et prima quidem ratione videmus Hebræum populũ poſt Arcam fidenti animo proceſſiſſe, cum accineret Moſes *Surge Domine & diſſ. pentur* Num. 10. 33.

Digitized by Google

inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua: Et alias eosdem non sine arcano mysterio muros Hiericho septies circuisse. Secundo supplicandi modo Iosaphatus populo autor fuit vt Symphoniacos haberet & cantandi peritos, qui in prima acie procederent, & festo cantu diuinas laudes personarent. Tertio Ioel Vates inflari tubam in Sion iubet, sanctificari ieiunium, conuocari cœtum, cieri populum ad turbidam tempestatem amoliendam quæ ceruicibus iam imminebat. Deniq; ad gratulandum spectat illa Hebræorũ supplicatio Christo Herosolymã læta pompa ineunte, cum populus velamenta per vias strauit ramosq; arborum atq; florum varietate, & qui præcedebant quiq; subsequebantur acclamabant *Osanna filio Dauid*. Et quemadmodum cum à Leuitis Arca olim circunferretur, populus singulari pietate insequebatur: sic modo in supplicationib. religiosa pompa tum sanctissima Eucharistia cum Arca fuit adumbratio, tum diuorum thensæ atq; reliquiæ, tum Crucis effigies circunfertur.

2. Paral. 20. 21.
Ioel. 2. 15. 16.
Matth. 21. 8. 9. 12.

Quod verò idem supplicandi ritus à nascente Christiana religione haustus & à pura puta antiquitate celebratus fuerit, rationibus & perscriptis autoritatibus probatur, quæ reiici refellique non possunt.

Tertull. ad vxor l. 2. c. 4.
Idem de præscript. aduersus haret. cap. 43.
Hieron. ad Eustoch. de cast. virg. ep. 22.

Tertullianus ita scribit, *Si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: si procedendum erit, nunquam magis familia occupatio adveniat.* Et rursum, *Et processio modesta & Ecclesia vnita est.* D. Hieronymus scribens ad Eustochium, *Martyres*, inquit, *tibi quærãtur in cubiculo tuo: nunquam deerit causa procedendi si semper quando necesse erit processura sis.* D. Augustinus procedebat ipse in publicis supplicationibus quod signat lib. 22. de ciuitate Dei cap. 8. *Inde ad me curritur vbi sedebam iam processurus.* Quo etiam loco tertii Concilii Braccarensis decreti vim & vsum declarat, vbi cap. 4. statuitur, vt in supplicationibus Thensæ reliquiarum ab Antistite aut Sacerdotibus gestentur. Sed ab historia Ecclesiastica sancti moris testimonia petamus.

Theodorus Lector l. 1. Collect. Marcianum ait Imperatorem, ad supplicationes, quæ in campo fiebant, egressum, multa pauperibus esse largitum.

Sozom. l. 7. c. 10.
Socr. hist. l. 3. c. 16.
Sozom. hist. l. 8. c. 8.

Sozomenus annalium monumentis prodit, Meletii martyris sanctissimi reliquias Antiochiam delatas, supplicantis populi pio plausu cantuq;. Socrates paria narrat, cum pulcherrimam & religiosissimã pompã describit, qua incredibili populi frequentia Babylæ martyris sacra lipsana è Daphneo suburbio Antiochiam delata fuerũt. Vterq; verò memorat inclytum lingua & facinoribus magnum Chrysostomum curasse in processionibus vt splendida crux ex argento inter faces præferretur.

Ruffin. hist. l. 2. c. 33.

Apud Ruffinum diligentissimũ scriptorem Theodosius Imp. qui centum annis & viginti ante Proclum floruit, sub quo tamen Plesseus Morneus primum inuentas atq; institutas supplicationes affirmat, priusquã infestis copiis cum Eugenio concurreret, sese ad bellũ præparabat, non tam armorũ telorumq; quàm ieiuniorũ orationumq; subsidiis, nec tam

excubia-

zed by Google

excubiarum vigiliis quam obsecrationum pernoctatione munitus, circumibant cum Sacerdotibus & populo omnia orationũ loca, ante martyrũ & Angelorũ thecas iacebat cilicio coopertus, & auxilia sibi fida Sanctorum intercessione poscebat. Iunior Theodosius insigni pompa supplicauit, quam describit Nicephorus in hæc verba, *Litania instituta est, supplicantes processere, laudibus Deum vexere, atque vna concors Ecclesia ciuitas tota facta: & ipse medius (Theodosius) hymnu canendis præiit, habitu priuato incedens: statim cœlum aerem turbidum serenitate commutauit & magn[a] frugum copia & vbertas consecuta est.* Niceph. l. 14. c. 3.

S. Augustinus lib. citato de ciuit. Dei cap. 8. refert quomodo populus Africanus procedebat & comitabatur sanctas reliquias D. Stephani, quas medius in magno grege Lucillus Episcopus gestabat: & pretiũ religiosissimi laboris fuit, nam *fistula qua iam diu laborauerat, illius piæ sarcinæ vectatione sanata fuit.* Imperator Iustinianus in Authent. 123. cap. 31. capitis suppliciũ in eos statuit qui diuina ministeria conturbant, & litaniarum atq; processionũ apparatum ordinemq; impediunt. Et cap. 32. vetat Litanias & publicas supplicationes, quas Episcopus & clericorum sacer chorus non comitatur, vult item vt in iisdem signum crucis præferatur non vulgari honore & reuerentia, atque dignissimo in loco ponatur.

Iustinian. Authen. 123. de ss. Episc. c. 31. *Si hæc sacra ministeria cõturbauerit aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: hoc ipso in Litaniis in quibus episcopi & clerici reperiuntur custodiendo. Et siquidem iniuriam solũ fecerit, is verberibus exilioq; tradatur.*

Quod ad Rogationes attinet testem habemus Sidonium Apollinarem virum grauissimum & eruditissimum, qui eas à S. Mamerto Episcopo Viennensi meliori forma inuectas ait ad diuini numinis iracundiam auertendam, quæ terræmotu crebro & horribili, ardore igniũ inusitato, insolito cursu belluarũ declarabatur: vbi etiam animaduertit supplicationes antea fuisse infrequentes & oscitabundas vitiosa hominum consuetudine inobscuratas; vnde constat illarum antiquitatem altius repetendam esse.

Et sane si fas piumq; est Deum Opt. Max. priuata laude celebrare, cur impium & importunum esse dicatur si publicè fiat? Si multiplices & cõiunctæ multorum precationes vim maiorem habent & potestatẽ, quàm solitaria vnius obsecratio, cur tantas nobis vtilitates sine causa inuideamus? Fatemur quidem ea quæ dedecent quæq; mali moris sunt esse tollenda, petulantiam, ebrietatem, choreas, sannas atque ludibria quæ ab eodem Sidonio notantur & reprehenduntur: modo tamen repudiato reiectoque vitio, bonus & laudabilis nobis vsus concedatur.

Sidonius Apoll. l. 5. epist. 14. *Quidquid illud est, quod vel otio vel negotio vacas, in vrbem tamẽ (nisi fallimur) Rogationũ contemplatione reuocabere: Quarum nobis solemnitatem primus Mamertus pater & Pontifex reuerentissimo exemplo, vtilissimo experimento inuenit, instituit, inuexit. Erant quidẽ prius (quod salua fidei pace sit dictum) vaga, tepentes, infrequentesq;, vtq; sic dixerim, oscitabundæ supplicationes, quæ sæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres, aut serenitatẽ deprecaturæ, ad quas (vt nil amplius dicam) figulo pariter atq; hortulano non oportuit conuenire. In his autẽ quas suprafatus summus Sacerdos nobis & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, fletur. Ad hæc te festa ceruicum humiliatarum, & sternacium ciuium suspiriosa contubernia peto, & si spiritalem animum tuum bene metior, modo citius venies, quod non ad epulas, sed ad lacrymas euocaris.*

DE CEREIS FACIBVS, RELIQVISQVE LVMINIBVS.

CAPVT LV.

Vigilantius apud Hieronymum. *Properitū Gentiliū videmus sub prætextu Religionis introductum in ecclesias, sole adhuc fulgente moles cereorum accendi, &c.*

VIGILANTIVS perfidia notus & impietate, cereos illudebat, qui ad diuorum sacras reliquias cohonestandas perpetuo igne lucebant.

Ioan. Hus serm. de exequiis. *Ad quid nimis multa candelarum consumptio quæ vanam gloriam comparat diuitibus & inuidiā pauperibus parit?*

Ioannes Hus sermone de exequiis, faces in funeribus ait diuitibus vanam gloriam ingenerare, inuidiam autem pauperibus.

Luth in Confess. *Lampades, cerei, & quæcunq; huius generis, sunt indifferētia, & proinde libera esse iudicamus.*

Idem de formula Missæ. *Loquitur lectio Euangelii vbi nec candelas, nec thurificationem prohibemus, sed nec exigimus, esto liberum.*

Caluinus in Catechismo Ecclesiæ Geneuensis, de Baptismo.

Sensimque eo progressa superstitio est, vt maiori in pretio atque honore habeantur, quàm ipsum Christi institutum.

Lutherus in sua confessione, luminaria inter res medias ponit & indifferentes. Caluinus vix calumniari & reprehendere rem potest, nisi cauendo & Christianis imponendo, dum ait maiori eos in pretio & honore cereos habere atque faces, quàm ipsum Christi institutum.

Theodorus Beza Epistola 8. eam lucernarum & cereorum accensionem ad histrionicas ineptias refert, neque videt, si inepta atque ridicula sint, rideri etiam oportere diuina oracula, scripta Patrum, historiam, rationem, Deum ipsum.

Exodi. 25. Moysi Deus imperauit vt candelabrum septem lucernarum fabricaretur, quæ lucerent ex aduerso ante Propitiatorium. Capite 27. præcipit filiis Israel vti oleum ex arboribus oliuarum purissimum piloque contusum adferant, vt ardeat lucerna semper in Tabernaculo testimonii.

Leuitici cap. 7. diserte & expresse perpetuum vult esse ignem in altari suo.

Quod attinet ad historiam Ecclesiasticam, Eusebius Cæsariensis lib. 6. cap. 8. narrat in peruigilio Paschatis, cum in lampadibus oleum defecisset, Narcissi diuini hominis precibus & incredibili religione factum esse vt repente aqua in oleum commutaretur: additq; ad testificandum hoc prodigium conseruandamq; memoriam, partem eius olei suis quoque temporibus extitisse. Idem scriptor libro 4. de vita Constantini cum in pompa eius funeris explicanda versatur, tantam fuisse multitudinem cereorum ait, qui candelabris aureis sustinebantur, tantum-

Digitized by Google

tantumque luminis splendorem, vt nihil adhuc in toto orbe terrarum par aut simile fuisse videretur.

Beza ep. 8. *Quæ omnia si velim persequi, quis tādem erit histrionicarum potius ineptiarum, quam Christianorum rituum finis?*

Tomo 1. Conciliorum in vita S. Syluestri inter munera quæ pius Imperator singulari magnificentia præbuit sacris lipsanis D. Petri, Pauli, Laurentii & Ecclesiæ S. Crucis, videmus maximum fuisse numerum cādelabrorum, & lampadum grandis pretii, quas perpetuo ardere volebat non vili communique oleo, sed nardino pistico & opobalsamo.

Tom. 1. Concil. in vita Syluestri ex Pontificali Damasi, vbi agit de munificentia Constantini. *Ornamēta in basilica, Pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardeat oleum nardinū pisticum, cum Delphinis octoginta, pensantem libras 30. Pharum cantharum argentum cum Delphinis 20. qui pensant libras 40. vbi ardet oleum nardinum pisticum. Pharos cantharos argenteos in gremio basilicæ 45. &c.*

D. Athnanas. in epist. ad Orthod. de tempest. Arrianor. disputans & furiosorum hominum procella, inter alia meminit, eos idolis easdem faces obtulisse quæ in Ecclesiis ad Dei cultum fuerant aliquando incensæ.

* S. Cyrill. Hierosolymitanus Oratione de purgata Virgine sine Occursu, monet vt candidos cereos innocētiæ Christo offeramus, cuius luce vera illa atque diuina perfundimur.

D. Gregorius Nazianz. Orat. 40. qui est in sanctum baptisma, ait nos lampadum gestatione Virgines Euangelicas æmulari, atque adeo moneri, vt non tam fatuas, quam prouidas sapientesq; imitemur, h. e. vt oleum bonorum operum semper habeamus. Sanctus quoq; Greg. Nyss. in epist. ad Olymp. cum exequias sororis suæ Macrinæ pia oratione persequitur, feretrum vna ex parte sustinuisse scribit, magnam autem diaconorum aliorumque multitudinem præiuisse, qui cereos manu gestarent.

* Cyrill. Orat. de Occursu. Læti hodie lampades ornemus tanquam filii lucis, ceras verę luci Christo offeramus, &c.

Socrates l. 6. hist. c. 8. certas cruces memorat easq; argenteas, quibus lucernæ cereæ imponebantur, sumptu Eudoxiæ Augustæ suppeditatæ.

Sozomenus quem superius quoque adduximus, l. 8. c. item 8. historię Ecclesiasticæ, S. ait Ioannem Chrysost. prouidisse, vt in publicis supplicationibus faces adhiberentur, quæ ante venerandæ Crucis trophæum gerebantur: verumq; de palatinis Eunuchis in muneris sui parte habuisse, vt commodo semper numero essent, neue deficerent aliquando.

Theodoretus l. 5. c. 36. cum exponit copiose, quāta magnificentia atq; pompa sit exceptum Chrysostomi demortui corpus, Constantinopolitanos obuiam prodiisse memorat, cum innumera nauium multitudine, eosq; Bospori ostium ad Propontidem situm luminaribus cooperuisse.

† Imperator Iustin. in auth. 67. statuit vt qui Templū, Sacellum, Oratorium exædificant, sic ornare & multiplicare meminerint, vt ne desint vnquam luminaria.

† Iust. Imp. in auth 67. vt nullus fabri oratio. dom. & in præfatione. *Plurimi nominis causa non ad opus sanctarum ecclesiarum accedunt, deinde eas ad ficantes, nequaquam eis rā ponunt vt expensas quoque eis deponant decentes, & ad luminaria, & ad obseruantium alimenta, & ad sacra mysteria, vel ministeria, sed deserunt eas in nudis ædificiis constitutas.*

S. Hieron. aduers. Vigilant. qui in templis Christianorū mero meridie incendi faces irridebat, ait toto Oriente inualuisse illā consuetudinem, tū maxime cum Euangelium legeretur, nō ad tenebras splendore discutiendas, sed ad notādam significandamq; lætitiam. Et in Epitaphio Paulæ c. 13. illius mulieris iusta funebria cohonestata fuisse refert, Palæstinæ Antistitū pręsentia, qui partim ferebant sarcophagum, partim psalmorū concentu prosequebantur, partim etiam cereos & funalia gestabant.

Hier. aduers. Vigil. c. 3. *Per totas Orientis ecclesias, quando legendum est Euāgelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, nō vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum.*

Digitized by Google

Concilium Carthag. 4. c. 6. *Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat: sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari.*
Aug. in Psal. 65.
† Greg. Turo hist. Franc. l. 5. c. 11. de baptismo quorundam Iudæorum. *Flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota ciuitas de grege candidato.*
Idem lib. 8. c. *Conuocato igitur episcopo ciuitatis cũ clero & populo ac cereorum innumerabilium ornatu ad Basilicam S. Vincentij detulit tumulandum.*
Greg. Mag. epi. l. 12. ep. 9.
* Beda de rat. temp. c. 10

Concilium Carthaginense 4. cap. 6. statuit vt Acolythus cereum & candelabrum è manu Archidiaconi sumat, moneaturq; deinceps illius esse muneris atq; officii, Ecclesiæ lucernas cereosque accendere. D. August. in Ps. 65. testatur ignem atque lumen adhiberi consueuisse in administrandis Sacramentis, in exorcismis, in catechismi institutione. Et Paulinus Episcopus Nolæ sanctissimus illorum temporum æqualis in Panegyrico S. Felicis lychnuchos meminit atque faces, quibus altaria collucebant.

† S. Gregorius Turonensis lib. 5. histor. Francor. c. 11. de Iudæis quibusdam sacro fonte ablutis loquens, cinctos lampadibus & æneis comitatos fuisse initiatos animaduertit. Et lib. 8. cap. 10. Clodouei Regis corpus in Basilicam S. Vincentii deportatum, prosequente Episcopo & populo innumerabilium cereorum ornatu.

Gregorius omni ratione magnus lib. 12. epist. 9. fundos quosdam assignat ad luminaria suppeditanda Ecclesiæ D. Pauli. Et lib. 1. Dialogor. c. 5. cœleste prodigium memorat vnius sanctissimi viri meritis & virtute patratum nomine Constantii, qui in Templo D. Stephani cum in lampades aquam immisisset, perinde arserunt, ac si oleo redundassent.

* Venerabilis Beda qui ante nongentos annos floruit, notat quod quemadmodum Numa olim Pompilius, secundum anni mensem Plutoni cognomento Februo dedicauit, quo tempore adhibitis facibus lustrationes publicæ expiationesq; fiebant: Ac diuinam mentẽ sapientissime prouidisse, vt in Ecclesia eodem ipso mense, dies purgatę sanctissimę virgini festus ageretur, quo tempore ab vniuerso populo religiosissime supplicante cereæ faces circumferrẽtur: quod etiam ait in aliis quoq; festis D. Virginis, consequentium ætatum cursu fuisse vsurpatum.

Quare vt templa idolis consecrata in pia templa & domicilia sanctitatis migrarunt, ita cerimoniæ quæ sua natura indifferentes sunt, nõ sine ratione fuerunt in diuini numinis cultum religionemq; traductæ, cum maxime cõgruum esse videatur, vt vasa Ægypti Israeli populo sancto & delecto seruiãt. Quod etiam Deus Opt. Max. insignibus miraculis testari aliquando dignatus est & numine corroborare: quemadmodum de filio Irenæi prodit S. August. lib. 22. de Ciu. Dei c. 8. qui vnctus oleo protomartyris Stephani è mortuis ad vitam excitatus est.

Quod ad cereum Paschalem attinet, meminit Concilium Toletanum quartum anno 644. celebratum, estq; veluti hieroglyphicũ rediuiui Seruatoris & à morte surgentis; flamma diuinitatem significat, cera humanitatem, ellychnium hypostasim qui naturam vtramq; sustentat, grana quinq; myrrhæ, thuris vel aloes, quinq; plagarum cicatrices quæ in membris diuinis perennant. Accẽditur autem quotidie ad Euangelii recitationem à Paschate ad Christi in cœlum ascensum, vt intelligamus Christum Dominum præsentiæ suæ luce teneram & nascentem Ecclesiã collustrauisse 40. dierum interuallo postquam à mortuis extitisset: est deniq; tacita quædam fidei professio, qua Christum ab inferis triũphaphato-

Digitized by Google

torem excitatum credimus. Præterea cum ignis apud Ægyptios sit diuinitatis argumentum, eo etiam vtimur ad gloriam beatorum exprimendam & eam diuinitatem qua sancti felicissime potiuntur. Cum recitatur Euangelium faces lætitiam spiritalem indicant, quam Dei verbum cœlestisq; doctrina nobis importat: & declarant haud obscure, illius beneficio, inscientiæ vmbras & falsitatis opacam noctem fuisse eiectam, lux item illa corporea subiicit eam menti de qua dicitur, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semitis meis*. Faces quoq; in publica supplicatione gestantur, in exequiarum pompa, in baptismo, vt moneantur omnes non esse prophanas illas actiones, fidesq; excitetur quæ in mediis mundi tenebris animo pio affulget, spes quoq; augeatur ad splendida cœli domicilia tandem aliquando veniendi, fauore, gratia, meritisq; illius qui dixit, *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris*.

Psal 118.104.

Ioan. 8.12.

Cæterum iis omnibus quæ obiici in contrarium possunt, respondet laudato prius loco D. Hieronymus in hæc verba: *Causabantur quondam & Apostoli quod periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt, neq; enim Christus indigebat vnguento nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honorē Christi hoc fecit, deuotioq; mentis eius recipitur: & quicunque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem.*

Quæ cum ita sint, in eo sita est conciliatio vt bonus laudatusq; vsus retineatur, repudietur abusus, quod sapienter & diuine prouisum est à Concilio Triden. Sess. 22. vbi futilis ac fatua quorundam hominum cōsuetudo exploditur, qui candelarum certo in numero spem locant omnem suam atque fiduciam, & quod debetur molitori omnium rerum Deo, ad creaturam cultu quodam superstitioso referunt.

Triden. sess. 22. in Decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ.
Quarundam vero Missarum & candelarum certū numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à vera religione inuentus est, omnino ab ecclesia remoueant, &c.

DE ORGANIS, INSTRVMENTIS MVSICIS, ET CAMPANIS.

CAPVT LVI.

INTER omnes fere in hac disputatione conuenit, quandoquidem pius hymnorum cantus atq; symphonia ab vtraq; parte excipitur. Dauid cęlesti afflatus numine dulci ore canebat æternæ mentis prouidentiam & singularē bonitatem, lyræ sonitu genium Saulis efferatum mulcebat, Psalmis quoq; suis nos etiamnum admonet, & impellit, ad parentē Mundi prædicandum in nabliis, cinyris, cithara, in cimbalis benesonantibus

1. Reg. 19. 9. 10.

Psal. 9. 12. & 32. 2. & 70. 22. & 97. 4. 5. & 146. 7.

tibus

Aug. lib. 9. confess. c 6. *Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter? voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meũ, & ex ea æstuabat affectus pietatis, & currebant lacrimæ, & bene mihi erat cum eis.*

tibus aliisque musarum instrumentis: quod olim Moses, & Hebræi læta victoria exultantes, post traiectum Erythræum mare præstiterunt. S. Ephrem qui circa annum Domini 370. mirabili vitæ ratione Syriam illustrabat, animaduertit ab omni antiquitate Christianos sonitu fuisse vsos atque signo ad synaxim & precationes populo indicendas. D. Augustinus lib. 9. Confessionum memorat quantum suauesonantis Ecclesiæ voces illi profuerint, ad commutandam vitæ suæ velificationem, cum veritas sese insinuaret in pectus, dulci cantu & harmonia liquefactum, quam modorum suauitatem nullus odisse potest qui non spiritu discordiæ sæuo & furioso agitetur.

In hoc igitur pleriq; omnes consentient, quod organa disiecta sint atque dissipata, quod Pneustica omnia sileant, quod turres euersæ, quod conflatæ & comminutæ sint campanæ, non aliunde, quam ab eius infesto odio & immortali manasse, qui omnia diuinæ gloriæ instrumenta ex hominũ moribus eiecta & exterminata cupit. Et quod ad homines attinet non magis illud est nouarum opinionum testimonium, quam iniuriæ temporis, quæ gentes atque prouincias impunita licentia peragrauit. Etiam opinor fatebuntur, rei vsum natura sua mediæ & indifferentis reprehendi iure nõ posse, cum mentem nostram ad Deum attollit & cum principe rerum omnium & perenni bonorum fonte coniungit: De Cãpanis quidem, quibus initia Nola ciuitas dedit, in Campania Italiæ regione, sublata controuersia est, nisi forte quis frequentiam & multitudinem reprehendat; nam musteę religionis duces nolis vtuntur ad preces, ad verbi Dei dissipationem, ad Cœnam: Catholici vero campanarum sonum adhibent ad conciones, ad administrationem Sacramentorum, ad officium, ad inuitandum populum & exsuscitandum, monendumq; de mysteriis mox futuris, ad cœtum conuocandum, ad aerias potestates fundendas & fugandas, à quibus sæpe turbines & procellæ cientur, ad colendum venerandumq; Deum omni ratione modoque, qui personare illius gloriam possit, & longe lateq; propagare.

Vvalfrid. Strabo de rebus eccl. c 5. *Vasorum autem de quibus sermo ortus est vsum, primo apud Itales affirmant inuentũ: vnde & Cãpania quæ est Italiæ Prouincia, eadẽ vasa, maiora quidem Campanæ dicũtur; minora vero, quæ & à sono tintinnabula vocãtur. Nolas appellant à Nola eiusdem ciuitate Campaniæ, vbi eadem vasa primo sunt commentata.*

Alcuinus de diuin. off. c. 38. Ruper. de diu. off. l. 1. c. 16.

Qui vestem illam mirabili textura summo artificio variegatã Summi Pontificis apud Hebræos in memoriam reuocarit, non poterit non quasi auribus cogitatione percipere aureorum tintinabulorum sonitũ, quæ pulcherrimo ordine in extrema tunicæ ora, malorum punicorũ seriem distinguebant: qui plenus dignitatis tamque inusitatus apparatus monebat officii populũ, & Pontifice magno prodeunte terrenas omnes curas atque inanes omitti iubebat. Moses quoq; in diuina schola doctus argenteas tubas fecit duas quæ cantu quodam & simili Campanarum sono, hæc populũ, illa Principes atq; duces vocaret, quæq; ad Sabbata, ad victimas, ad oblationes inflarentur.

Exod. 28. 33. Num. 10. 1. 10.

S. Ephrem vt antea monuimus signum ad Synaxim & officium datum asserit. D. Gregor. Turonensis qui floruit anno 518. idem plane animaduertit c. 4. de vitis Patrum. Audoenus qui S. Eligii vitam suis monumentis consignauit circa ann. 650. Campanam diserte nominat, cum notabile

S. Ephrem parænes. 23.

Audoenus in vita S. Eligii lib. 1. cap. 11. *Sed vt eius*

Digitized by Google

notabile prodigium illud prosequitur non sonantis campanæ, obedientisq; voci Gregorii episcopi Lingoensis ad vnius Presbyteri insolentiam & temeritatem coercẽdam. Venerabilis Beda qui septimum sæculum doctis scriptis & longe eruditissimis ornabat, alio loco superius nobis ostendit, certe quodam modo in funebribus iustis pulsari campanas consueuisse. Auctor Ordinis Romani qui anno circiter 730. prodiit, identidem mentionem facit.

temeritas reprimeretur, campana rationis expers beato viro obtemperans nullum sonum reddidit: Perstitit ille trahendendo restim campana, sed sonum exprimere non potuit.

Beda hist Angl. l. 4 c. 23. *Hac in dormitorio sororum pausans, audiuit subito in aere notũ campanæ sonum quo ad orationes excitari vel conuocari sol-bant, cum quis eorum de sæculo fuisset euocatus.* Auctor ordinis Romani, in ordine processionis cũ episcopus festiuis dieb missam celebrare voluerit. *Cum tintinnabulum ad Tertiam sonuerit omnes simul fratres in chorũ ordinatim conuenire debẽt.*

Alcuinus de diuinis officiis perite & scienter commentatus est circa annum 750. reddit rationem, cur certis hebdomadæ sanctæ dieb. Campanæ sileant: quarum loco crepitaculorum ligneorum sit vsus: quod etiam Amalarius Treuirensis præstat lib. 4. de officiis Ecclesiasticis.

Alcuin. de diuin. offic. c. 17 de cœna Dom. *Quia ordo prædicatorum tempore passionis siluit, reticetur sonus signorum atq; campanarum. Pro hoc enim humelior sonus lignorum ad congregandum populum assumitur.*

Et c. 19. de Sabb S Pasch. *His finitis pulsantur signa ad Missam publicam.*

Amal Treuir de Ecclesiast. offic. l. 3. c. 1. *Signorum vsus à vet. Testam... sum tus est &c. signum nostrũ est, ex metallo ære. &c.*

Clarissimus & Illustr. Baronius in Annalibus cum res anni 616. exponit, perspicue declarat, quam frequens tum fuerit vsus Campanarum in Ecclesiis Occidentis, memoratq; Senonensis Campanę sonum ad septimum ab vrbe milliare fuisse auditum. Cumque Lupus loci Antistes pulsari eam iussisset, ad indicendam populo precationem, Blidebundus hostilium copiarum dux & princeps, omnesque illius bellatores, veluti terrifico sonitu expauefacti in effusam se fugam coniecerũt. Ibidem refert eam ipsam Campanam sonum amisisse cum Rex Galliarum Clotarius eam Parisios transferri iussit, eundem recuperauisse cum Senonas relata fuit.

Ex Baro. ad ann. Christi 616.

Idem Baronius ad annum 865. è Venetum Annalibus docet à temporibus Vrsi Patriciaci Reip. ducis, Campanarum vsum in Oriente frequentissimum fuisse: is enim magnum numerum ad Michaelem Imperatorem transmisit.

1. Heraclii Imp. 7.

Iam quod attinet ad benedictionem, quã imperita multitudo valde improprie *baptismum* nominauit: non est aliud quam simplex quędã nominis impositio certis cerimoniis comitata, orationibus & benedictione firmata: quod in Nauibus item contingit atq; ædibus, non absimilis illi quam lapidi Iacob adhibuit, quem de nocte suo capiti supposuerat, Illum enim vt est Genes. 28. erexit in titulum, fundens oleum desuper, appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur.

Genes. 28. 18 & 19.

Dicamus ergo volentibus omnibus atque lubentibus, Campanas locum tenere tubarum Mosaicarum, easdemq; esse communis pietatis internuncias: creaturam omnem ex Apostoli magni mente bonam esse modo cum gratiarum actione sumatur, quod sanctitatem quandam orationis vi & verbi Dei consequatur. Et proinde minime dæmonem aut sonitus ipsos ad metallum reformidare, sed potius diuini nominis inuocationem ad metallum factam, Ecclesiæ preces, fidem illorum qui eodẽ vtuntur, erectas in cœlum mẽtes & hominum religionem, quæ harmo-

1 Tim 4 4.

niam & concentum illorum consequitur, denique sanctissimum vsum, cui pietatis illa instrumenta ex mente Ecclesiæ destinantur.

Sed quod aliqui reperiantur, qui Psalmorum cantum atq; musicam repudient, sufficeret id respondere, quod Chrysippus olim dixit aduersus eos, qui odores & vnguenta respuebant & aspernabantur, *Male sit delicatis & mollibus, qui rem bonam vsu non bono corruperunt.* Verum vt obuiam eamus importunæ curiositati insolentique fastidio, aut refellēdus abominandusque est cœlestium Angelorum concentus de quo 2. Luc. & è sacris monumentis exurendus hymnus ille diuinus *Gloria in excelsis* aut fatēdum, modum esse illum ad Dei laudes prædicādas opportunū maximeq; accommodatū: deinde aut malum, quod sequeremur, exemplū Apostoli nobis reliquerunt, aut hymnum imitari eum licet, quem post cœnam atque institutionem Eucharistiæ, nota pietate concinuerunt Matth. 26. & Marc. 14. Neque omnino reuocandum in dubium est quin hymnus, de quo sanctissimi Euangelistæ, caneretur, alioquin hymnus non esset vt D. Augustinus expresse docuit in Psal. 72. & dictio ipsa Græca ὑμνήσαντες subindicat. Præterea vel D. Paulus singularis Doctor gentium fallitur nosque in errorem inducit, vel admittenda eius monitio est, cum ad Ephesios Rhodiosque scribit, vt exerceant se *in Psalmis, hymnis & canticis spiritalibus:* & ne tantum de nuda id voce intelligendum putarent, modum præscribit, cum addit, *Cantantes & psallentes in cordibus vestris.* Hinc illud D. Augustini ep. 119. c. 18. De hymnis & Psalmis canendis ipsius Domini & Apostolorum habemus documenta, & exempla, & præcepta: quod idem in Concilio est Toletano quarto anni 633. Can. 12.

Luc. 2. 13.

Ephes. 5. 19.

Concil. Tol. 4. c. 12. *De hymnis etiam canendis, & Saluatoris & Apostolorum, habemus exemplum*, citat postea Matth. 26. Eph. 5 Luc. 2. 1 Tim 2.

Sed longe ante Esseni, vt Iudæus Philo persequitur, alternis Dei laudes concinebant: proxime deinde Apostoli vt Deifer Ignatius Ecclesiæ Antiochenæ tradit, * ait Socrates, cum mirabilem beatorum spirituum chorum vidisset collaudantium Trinitatem hymnis alterna vice decantatis. Quæ pietas tam celeriter deinde in Ecclesiæ vsum est indūcta, vt inter causas alias, quas excogitata malitia conquirebant olim infensissimi religionis hostes, ad Christianos accusandos, atq; in inuidiam offensionemque vocandos, hæc vna insignis proferatur, quod antelucanos cœtus haberent ad cantum celebrandum, summoq; Numini laudes persoluēdas, vt ex scriptis Luciani Epistolisq; Plinii iunioris apparet.

* Socr. hist. l. 6. c 8.

† Lucian. in Philopatr. Plin. l. 10. epist. 97.

Hæc eadem hymnodiæ psalmodięque vetustas apud Iustin. Martyrem clarissimis vestigiis cernitur, in Orat. ad Anton. Pium, apud Clemētem Alexandrinum ad Gentiles, Tertull. l. 2. c. 6. Cyprianum de Oratio. Dominica. D. Basilius dedita opera epist. 63. hæreticis illius æui psalmorum cantum repudiantibus, respondet, si ea causa à Neocæsariensis Ecclesiæ communione recederent, damnent igitur pariterque auersentur Ecclesias Ægypti, Libyæ, Palæstinæ, Arabiæ, Phœniciæ, Syriæ, aliasque innumerabiles, apud quas ea pridem in vsu erat consuetudo. Et quoniā frequentis populi vocum varietas, tonitrui instar vt D. Hieronymus notat reboans, confusionem quod prope necesse fuit adferebat, statuit Conci-

Hier. præf. in ep ad Gal. l. 2. *Ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboat.* Auson. in Ephemeride.

Concilium Laodicenum ca.15.ne alii quam Canonici & Cantores psalmos decantarent, & quod ad mulieres attinet Antiocheno Synodo fuit decretum, vt omnino ex magni Apostoli imperio taciturnitate & modesto silentio vterentur.

Laod. Concil. c. 15. *Non licere prater Canonicos psallentes, id est, qui regulariter Cantores existunt, quiq; pulpitum ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Ecclesia psallere.*

Synodum Antioch. citat Baron. ad ann. Dom. 60. Num. 25.

Alia cumulari testimonia potuissent magno in numero, quæ apud doctissimum Baronium libro Annalium primo studiosus Lector inueniet. Audiamus igitur rationem & concludamus vna animorum consensione, esse minus æquum, vbi de musica & concordia vocum agitur, discordes esse mentes atque dissonas. Secundo excipienda esse omnia & probanda, quæ ad diuini Numinis obseruantiam incitare nos potest. 3. Nusquam laudabilem esse Musicam, neque honestam illam humanissimam voluptatem quæ eandem comitatur, aut maxime tum fore quod Lactantius grauissime dixit, cum ad canendas Dei laudes adhibebitur. 4. Tolli ab ea, aut imminui certe, ægri animi tristitiam & angorem. 5. Eadem inflāmari pietatem, restingui motus aduersus rationem incitatos, effectus quosdam in mentibus honestis generari, longe illis præstantiores, quos prophani scriptores Pythagoræ, Therpandro, Arioni, Orpheo, Amphioni & Empedocl. tribuunt, cum musicæ admiranda prosequuntur. Vnde vox illa Platonis κυριωτάτη ἐν μουσικῇ τροφή, palmariam puerorum educationem esse in Musica: quod Ecclesia parens sanctiori quodam instituto obseruat, militans inquam eo sono animata, ad quam item qui sequitur Liber, spectabit, vbi de modis rationibusque agetur, quæ nos ducant ad Deum principem ducem & auctorem actionum omnium nostrarum, & verissimum scopum appetitionum.

Lactant. l. 6. diuin. Inst. c. 21.

Plut. in fine libri de Musica.

Quintilianus lib. 1 cap 10.

Arion, Iones & Lesbios cātu à grauissimis morbis liberauit.

Empedocles, cum eius hospitem quidam gladio furēs inuaderet; quod eius patrē ille accusatione damnasset canendo inflexit.

Plat. 2 de Republ.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS SECVNDAM PARTEM DISPVTATIONIS COMPLECTENS DE ECCLESIA Militante.

Digitized by Google

D. CYPRIANVS LIBRO DE VNITATE ECCLESIÆ.

Hinc hæreses & factæ sunt frequenter, & fiunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet vnitatem. Fieri verò hæc Dominus permittit & patitur, manente propriæ libertatis arbitrio, vt dum corda & mentes nostras veritatis discrimen examinat probatorum fides integra manifesta luce clarescat.

PRÆFATIO.

CVm Rex Minos Cretensibus suis persuadere moliebatur se ex summi Iouis ore hausisse leges suas: Cum Numa Pompilius secundus Romanorum Rex in Diuam Ægeriam suas referebat: Cum Lycurgus credere Spartiatas volebat, Apollinem earum Sanctionum esse autorem, quas literis ille mandasset: Cum Sertorius apud Lusitanos iactabat se discipulum esse Dianæ: Cum Mahometes cicure columba sese magnifice efferret, & Alcoranum pestiferum illud fabularum volumen à Tauro inauratis cornibus deferri sibi curaret, non modo iis fraudibus dæmon callidisque commentis non se opposuit, quin potius veterator improbus & mendaciorum architectus, cum sit omnium fallaciarum inuentor, machinator præstigiarum, insanæ dux malitiæ atque doli, excogitatis illis errorum inuolucris, colorem etiam addidit quendam animis abblandientem, & versuta hominum consilia omni ope operaque sua promouit. Sed cum placuit summo veroque Deo procreatori rerum omnium, & beneficio Restitutori salutis nostræ, elatos cœlestium orbium vertices amplitudinemque suam deprimere ad Abrahamum & fidam eius posteritatem, cum pandere voluntatis suæ arcana visum est, aut beatorum spirituum voce, aut ore Mosis præceptisque vitæ admirandis, quæ primum digito ille suo descripsit: tum videlicet mendacii parens atque princeps, sempiternus

Strabo li. 10. Geograph. Τοῦτον δὲ μιμούμενος ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἔτ' ὡς ἔοικεν ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ διατρίβων ἐνθάδ' ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων προστάγματά τινα ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα.

Plutarch in Numa. Ἠγερίᾳ δαίμονι συνὼν ἐρώσῃ καὶ συνδιαιτώμενος εὐδαίμων αὐτὸς καὶ τὰ θεῖα πεπνυμένος γέγονεν.

Idem in vita Lycurgi. Συναγαγὼν οὖν ἅπαντας εἰς ἐκκλησίαν τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἔχειν ἔφη καὶ ἱκανῶς πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ ἀρετὴν τῆς πόλεως ὃ δὲ κυριώτατόν ἐστι καὶ μέγιστον οὐκ ἂν ἐξενεγκεῖν πρότερον πρὸς αὐτοὺς ἢ χρήσασθαι τῷ θεῷ.

Idem in Sertorio. Ἀρτέμιδος δῶρον τὴν ἔλαφον εἶναι. καὶ πολλὰ τῶν ἀδήλων ἐπιφημίζειν αὐτῷ δηλοῦν γινώσκων εὐάλωτον εἰς δεισιδαιμονίαν εἶναι φύσει τὸ βαρβαρικόν.

Damasc. v Ismaelita. Petrus Cluniac. in summula contra sectam Saracenorũ Volaterr. de Mahomet. Baron, anno 630. & annis praced. & seqq. Genebrardus in Bonifacio V. & Honorio I. Belleforest in Annalibus.

Digitized by Google

ternus diuinæ gloriæ hostis & nostrarum animarum, cum ferre non posset vt tam patens nobis aditus ad salutem aperiretur, omnem, quod aiunt, mouit lapidem, omnes industriæ malitiæque neruos tendit ad diuina mandata deformanda, vt ridicula aut impossibilia viderentur. Qua in re tantum agendo & moliendo consequutus est, hominum fragilitate & crassis ignorantiæ tenebris adiutus, vt primum illud persuaderet Veteribus, qui adulterium in Ioue suo adorabant, in Marte parricidium, fraudem in Mercurio, intemperantiam in Baccho atq; ingurgitationem, in Venere impudicam impudicitiam, aliaq; fœda vitia in Numinibus sceleratis. Secundum verò nostrorum temporum labi & funestæ ignominiæ reseruabatur, quibus temporibus inter pestiferas opiniones, has in mentem, in os complurium, atque stylum immisit, nulla vi naturæ, imo nec vllo gratiæ munere aut potentißimis adiumentis fieri posse, vt mandata diuina obseruentur: nullum esse repertum hactenus ab omni hominũ memoria, qui ea perfectè sit executus: Catholicos mandatum secundum penitus deleuisse, primum haud obscure violare, tertium infringere; præterea omnem actionem aut omißionem, qua diuinũ præceptum relinquatur, esse mortiferam, nihil plane geri ab hominibus quod meriti sit capax: mortalium voluntatem sceleri mancipatam esse: nullum videri liberũ esse arbitrium: nullam iustificationem aut iustitiam reperiri, præter eam Christi Iesu quam imputatiuam nominant. Consilia quæ Euangelica dicuntur, esse nulla, aut non alia esse à præceptis; Sacramenta nuda quædam atque simplicia esse vestigia, atque notas eorũ, quæ in nobis conficere Deus cupit: nullam prorsus vim habere conferendi pulcherrimam illam animæ speciem atque formã, quam dicimus iustitiam; non inurere characterem vllũ aut gratiam in animo: duo tantum esse numero, neque illa absolutè

lute necessaria; Eucharistiam non id esse quod homines vulgo putent, quippe quæ præter panem, vinum, fidem nihil haeat: Missam mimum esse de scæna & histrionicum choragium: frustra in Ecclesia propitiatorium nominari sacrificiũ: iniuriam fieri populo cui negetur calicis vsus, manuum impositionem, quam confirmationem dicimus, videri inanem, quæ vero Sacerdotii propria est, nullam penitus habere adiunctam gratiã: Presbyterum non inferiorem esse Episcopo: Matrimonium ciuilem esse modo contractum & pactum bonæ fidei, neque vllo modo à connubio Ethnicorum differre, diuortium adulterii causa esse permissum: affinitatis atque sanguinis impedimentum esse nullum nisi in primo gradu: extremam vnctionem corporis tantum gratia fuisse inductam, atque hoc tempore cum miraculis desiisse: potestatem remittendi peccata aliud esse nihil quàm Euangelii recitationem aut concionem: cælibem vitam non esse voti materiam, acerbumq; genus quoddam esse tyrannidis eam à Presbyteris & religiosis exigere. Denique vt è Babylone exeamus, ineundam esse Geneuam, quodque ipsa credit credendum atque in animum inducendũ; quod repudiat ipsa, refellendum & abominandum: quod si fiat, tam certam nobis esse gloriam & æternitatem, quam certum est Dei Filium humani generis vindicẽ ad dexteram Genitoris considere. Nostrum iam est, hæc partite & sigillatim examinare, & diuino Spiritu adiuuante, hanc inauditam & prodigii simillimam in fide peruersitatem ex homin. mentibus euellere. A mandatis vero auspicemur quæ nobis cum Mosaica lege communia sunt, & vim naturæ tacitumque sensum declarant.

DE MAN-

DE MANDATIS DIVINIS QVÆ VNO DECALOGI NOMINE COMPREHENDVNTVR.

CAPVT I.

NON sine accurata quadam atque subtili disquisitione, Iudæorum Magistri atq; Doctores antiquæ legis præcepta numerarunt, & tredecim supra sexcenta esse dixerunt, ita inter se partita atque distributa, vt aientia quæ nimirum quod licitum est quodq; faciundũ præscribunt, tot numero sint quod chirurgi quiq; medendi artem profitentur, in humano corpore partes deprehenderunt, id est ducenta quadraginta octo. Negantia verò quæ quod fieri prohibent, tot esse voluerunt, quot in anno dies, nimirum trecenta sexaginta quinque.

Geneb. ad finem Chron. Heb. *Sexcenta tredecim præcepta Mosis, quorũ iugum ac sarcinam populus Iudaicus, vsq; ad Christũ portare iussus est. capitibus vltimis operis More Nebuchim, quod olim conscripsit R. Moses Ægyptius Maiemonis filius.*

Hæc generatim facta enumeratio, omnia omnino legis mandata cõprehendebat, neq; modo ea quæ à naturæ lege vnicuiq; impressa sunt, & ad mores temperandos inseruiunt, quæq; proinde *Præcepta moralia* dicuntur, verum etiam quæ delectæ genti Deus Opt. Max. imposuerat, siue pertineant ad ceremonias, quas in communi religione obseruari ab omnibus cupiebat, siue ad politiam & cõmunis rei administrationem, quæ *Iudicia* in diuinis monumentis vocantur.

His de rebus apud populum pius Moses cum ageret, Hæc sunt, inquit, præcepta & ceremoniæ atq; iudicia, &c. quæ mandauit Dominus Deus vester. Enimuero cum extrema illa duo genera quæ Ceremonias Iudiciaq; spectant, in Synagoga non alia ratione extiterint, quàm vt lineamenta quædam & adumbratio eius politiæ & felicissimi status, qui florere in Christiana Ecclesia aliquando debebat, vsq; ad huius tantum institutionẽ, & subornatam nobis speciem atq; formam illam pulcherrimam quam videmus, obligauerunt: quo fit vt hac in parte nihil anceps aut dubium vel controuersum esse queat. Sola Moralia quæq; nobis cum Moysis lege communia sunt hærent adhuc firmitatemq; suam obtinent, & impressa diuinitus in mentibus atq; pectoribus, non Hebrææ modo genti verum & nobis & omnibus terræ nationibus, pro lege sunt & præceptis, quæ violare sit nefas. Sed ne forte multitudo, imbecillium animos debilitaret, Deus ipse ad cõmodiorem eorum intelligentiã breuem quandam comprehensionem Epitomemq; fecit, & ad decem veluti verba reuocauit, quem Decalogum dicimus.

Deuteron 6. v 1.

Controuersiã de qua modo quæstio euentilatur, in eo consistit, vt cumprimis ea præceptorum notetur varietas atq; distinctio, quæ ad primam Tabulam pertineant, quæve ad secundam. Ei rei percipiendæ quarundam rerum animaduersio facit plurimum: nam tria quædam extra controuersiam sunt, quæ perspicuè in diuina pagina lucent omnium opinione contestata: alia verò sunt duo de quibus ambigitur.

Omnes in eo consentiunt quod ex omni præceptorũ multitudine atque copia, solum hæc decem, de quibus quærimus, hoc veluti priuilegio gaudeant, vt ab ipsius ore Numinis aut beati certè Spiritus, qui eius locũ & personã sustinebat, proximè & immediate manarint: eo quoq; diuiniora cæteris quod diuinæ mentis digito exarata & notata fuerint. Constat enim è diuinis monumentis cum populus ad crepidinẽ montis Sina confluxisset, ad fœdus cum procreatore omnium rerũ Deo incundũ, &

Exod 19.20. *Deut. 4 & 5.* excipiẽdas illius conditiones. clare vt omnes intelligerent, partẽ legum pronunciauisse, partim Mosi demandasse. Quod extra rem iam esse videretur, nisi clarissima diuinarum literarum vox disertè & perspicuè significaret non alia tum à Deo pronunciata quàm hæc verba decem, hoc est decem mandata, quæ inuiolabilis illius pacti conditiones forent.

Deut. 4.13. Quod populo in memoriam reuocans Moses in Deuteron. sic ait, *Et ostendit vobis pactum suum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.* Et paulo post, *Scripsitque in tabulis iuxta id quod scripserat prius verba decem quæ locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est & dedit eas mihi.* Et rursum ex Exodo, *Et scripsit in Tabulis verba fœderis decem.*

Neq; verò nouum est & insolens vel in lingua nostra vel in aliis, vt hæc dictio *Verbum*, non vocabulũ modo vnum, sed plenam perfectamq; sententiam imperiumq; significet. Sic Hebræi suo illo vtuntur דָּבָר dauár, quod in allatis superius locis ponitur: Eodem Græci modo ἔπος vel ῥῆμα collocant, vt Πυθαγόρου χρυσᾶ ἔπη Aureæ Pythagoræ sententiæ: Latini *Verbum*, vt *vetus verbum est*, cum prouerbium & iactatam omnium ore sententiam innuimus. Conueniunt & in eodẽ loquendi genere Galli, Verbum, inquiunt, vnum habeo dicere *Ie n'ay qu'vn mot ou vne parole à vous dire*, cum dictum aut monitionẽ intelligunt. Cuius rei hæc ratio est, quod cum notio & percepta formæ in animo conceptio, primum sit verbum, quod in nobis generetur, quidquid hanc perfectã intelligentiam & notionem repræsentat, meritissimo à nobis verbum dicitur. Sacra tamen Scriptura suiipsius est interpres dum hæc decem verba non solum τὰ δέκα ῥήματα Deuteron. 4. verum etiam τοὺς δέκα λόγους in citatis locis appellat, qui λόγοι verborum & sensuum comprehensionẽ notant, vnde nomen Decalogi fabricatũ & compositum fuit.

August. ibid. *In decẽ præceptis legis, habes Psalteriũ, imple legem, quam Dominus Deus tuus non venit soluere, sed adimplere.* Itaq; scite & eleganter D. August. illum cum decem chordarũ psalterio comparat, cuius gratissimo sono diuinæ aures complentur, si quando suis partib. numerisq; omnibus absolutus fuerit, quia nimirũ copiosius persequitur in id Psal. 32. Confitemini Domino in cithara, in Psalterio decem chordarum psallite illi.

Psalm. 32, 2.

Secundum

Secundum quod in diuinis literis clarum & testatum aiebam, est, decem illa verba à supremo Numine pronunciata, cum legem hominibus posuit, non esse alia, quàm quæ decem illis mandatis cõplexa videmus, prout Exodi 20. referuntur, à 2 versu ad 18. & Deuteron. 5. à 6. versu vsq; ad 22. Insignis & prompta est illius rei probatio in citato capite Deuteronomii, vbi post mandatorum appositionem, sequitur in versu 22. Hæc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, nihil addens amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Et cap. 9. vers. 10. Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est.

Tertium æque notum & manifestum est, decem hæc mandata diuina manu fuisse perscripta, duabusq; lapideis in Tabulis impressa, exarata vtrinque, quas Tabulas Deus de manu in manum Moysi tradidit, in Arca fœderis collocandas.

Res fuit admiratione dignissima quantum ex prophanis monumentis intelligimus, Alexandrum videre Magnum, septum illustri bellatorũ præsidio, victricibus armis imperia orbis terræ peragrantem: & eodem ipso tempore Homericam Poesim de die de nocte cõplecti vt exemplar prudentiæ & fortitudinis aliarumq; imperatoriarum virtutum, eandem terere manibus, communi sermone vsurpare, quasi fortia facta illa fuissent, & verissime gesta maximorum Ducum atq; Regum, qui ibidem memorantur. Sed longe illud admirabilius videri debuit, quod cum victo Persarum exercitu laureas triumphales & victoriæ suæ trophæa in Darii palatio collocauisset, refertissimoq; in Cimelio, vnguentorũ scrinium reperisset, auro multo & magnis fulgentibus gemmis illuminatũ, id ipsum præter omnium amicorũ sententiam atque Principum, ad nullos alios vsus magis accommodatum & congruens, quàm ad librorum Homeri custodiam iudicauit.

Plutarc. in vita Alexand. *ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων, ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν· εἶχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν.*

Plin. natur hist. lib 7. c. 29 *Alexander inter spolia Darii Persarum Regis vnguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varies eius vsus amicis demonstrātibus (quando tedebat vnguenti bellatorē & militia sordidum) imo her. ule, inquit, librorum Homeri custodia detur.*

Quod si fas licitumque est aliquando, diuinitatis opera cum mortalium facinoribus componere, cœlum cum terra, veritatem cum inanitate conferre: Si erudita omnis vetustas vnius poetæ opus diuinum existimauit, si non sine causa Magnus Alexander tanto in pretio id habuisse videatur: sanè oporteret nos diuina mandata maioribus studiis & incenso animorum ardore prosequi: quæ tanti fecit Princeps ille Deus, qui omnem hunc mundum regit, vt nõ modo illa ore sacrosancto pronunciarit, sed etiam digito quo cœlum terras mariaque sustinet, conscripserit. Quem etiam videmus imperasse Mosi ad ea seruanda tam splendidam tam pretiosam tamque ex omni parte mirabilem Arcam exædificare, vt vel sola eius descriptio nos in admirationem rapiat: idque vt de die & de nocte in medio victoris exercitus & lectissimarum copiarum gestarentur, quæ triumphis gloriosæ atque laureis, ad vberem terram promissionis incredibili contentione rapiebantur, tum etiam vt

Digitized by Google

Quod attinet ad ea quæ inibi scripta erant, ex[...]nit Moyses Deuteronomii cap. 5. vers. 22. postquam decem mandata proxime ante recitauisset, Hæc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, voce magna, nihil addens amplius & scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi.

De secundis, Moyses cum Exodi 32. & Deuteron. 9. cur confractæ priores fuissent explicasset, cap. 34. Exodi hæc memorat, *Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti.* Et cap. 10. Deuter. vers. 1. & 2. Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt & ascende ad me in montem, faciesque arcam ligneam, & scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregisti ponesque eas in arca. Deinde exprimens verba quę fuerunt scripta, & quomodo has secundas Tabulas in arca posuerit. Et scripsit, inquit, in tabulis verba fœderis decem. Et 10. cap. Deut. vers. 4. & 5. Scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat verba decem quæ locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est: & dedit eas mihi. Reuersusque de monte descendi & posui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucusque ibi sunt sicut mihi præcepit Dominus. Et vt Moyses suis temporibus literarum monumentis hoc prodebat: Sic æuo Salomonis auctor historiæ Regum lib. 3. cap. 8. aiebat. In arca autem non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel. Quibus consentiunt quæ scribuntur 2. Paralip. cap. 5. vbi postquam memorasset ductam Arcam & locatam fuisse in Templo, hoc adiūgitur v. 9. & 10. fuit itaque ibi Arca vsq; in præse[n]tem diem nihilq; erat aliud in Arca nisi duæ tabulæ quas posuerat Moyses in Horeb quando Legem dedit Dominus filiis Israel.

Atque his tribus capitibus explicatis, duo modo restant quæ cōtrouersa videantur: 1. Quonam modo Præcepta hæc decem sint partita & à se inuicem distinguantur. 2. Quandoquidem in tabulas duas fuere diuisa, quænam ad priorem spectent, quæ ad posteriorem. Qua in re minime anceps dubiumque foret quid sequeremur, si duas Moysis Tabulas haberemus, ductusque ipsos literarum atque notas diuina manu pictas oculis vsurparemus: Sed cum Arca Hierosolymis captis sit à Vate Ieremia defossa atque abdita, sic vt quantum illius ipsius vaticinio intelligimus, locus sit ignotus futurus vsq; ad id tempus quo placatior æternus mundi parens populum iterum suum miserandum in modum dispersum aggregabit, quod sub finem mūdi esse futurū Isa. 10. c. v. 21. 22. & D. Paulus ad Rom. c. 9. v. 25. 26. 27. præsignificauerunt, fieri non potest vt oculorū iudicio disputationē hanc terminemus. Adhęc cum hęc duo nec expresse in diuinis literis sint posita, neq; Ecclesiæ autoritate definita, ferenda esset opinionum varietas, nisi quidam studiosi nouitatis non tā in eo sensum atq; mentem explicare suam vellēt, quā importune alio-

2. Machab. 2. v. 5. & 7.
Isa. 10. 21. 22.
Rom. 9. 25. 26. 27.
Isaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel, tāquam arena maris, Reliquiæ saluæ fient.

rum dicta refellere. Quare imprimis hic exponemus, quid maxime diuersitatem opinionum inuexerit, quæ tandem illæ sint, quamque vnam Catholici omnes probent maxime atque recipiant: tum accurate examinabimus, quid in ea re aduersarii nostri reprehendant.

Et vt à primo illo incipiamus in quo princeps hæret controuersia: principium finisque Decalogi hac in re nubem animis obtenderunt & difficultatem intelligendi pepererunt: cum enim multæ vtrinq; variæq; partes sese obiiciant, plura quidam subtilius distinguentes mandata inuehunt, quæ ad vnum idemque præceptum ab aliis referuntur, sic vt in denario illo assignando numero quem diuinæ literę celebrāt, fuerit hominum sententiū varietas, dum principium atq; finem alio atque alio modo partiuntur. Rem definite atq; ordine hic ponam ad faciliorē intelligentiam. Principium Decalogi, h.e. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neq; coles, &c. Finis autem eiusdē Decalogi est hic: Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Quod diuersa quadam ratione in Deuteronomio ponitur; Non concupisces vxorem proximi tui: non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. Cum huiusmodi principium sit finisque Decalogi, quidam ea priora omnia vnum quoddam plenumque mandatum efficere putauerunt, alii plura, & minimum duo esse dixerunt. Pari modo extrema illa quidam ad vnum idemque præceptum referri voluerunt, distinguunt alii, quæ causa fuit cur vt antea aiebam in mandatis iis decem notandis atque distinguendis grauiorum rerum Scriptores minus conuenerint. Sed operæpretium est eruditissimorum Patrum atq; Doctorum qui sapientiæ gloria præstiterunt, super ea re sententiam hic audire. D. Hieronymus Oseæ Prophetæ locum exponens vbi sic infit: *Corripientur propter duas iniquitates,* Hæ duæ iniquitates, inquit, contra duo Decalogi erupere præcepta in quibus dicitur; Ego Dominus Deus tuus: non erunt tibi dii alii absque me. Vbi cum paucissimis in verbis duo mandata recognoscat, alterum veri vniusq; Dei colēdi, alterum nullius alterius rei diuino cultu venerandæ, duo quędam cogitanda nobis reliquit: Primū, quod quæ deinde consequuntur de non sculptili & similitudine fabricanda deq; iis minime adorandis, sint priorum illustrior explicatio atq; vberior. Secundum, Vnum tantum ab eo præceptum in postremis superius allatis verbis constitui, nam alias vel augendus propositus numerus foret, vel de eodem quodpiam eximendum, cum alia præcepta sint partite perspicueq; diuisa.

Exod. 20.
Ose. 10. v. 10.

Hesychius eorum temporum fere æqualis, Commentariis suis in Leuiticum de ea sententia disputans capitis 26. *Ita vt decem mulieres in vno*

clibano

& libano torquent panes, vna cum D. Hieronymo speciale mandatum ponit in his primis verbis, Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis: Sed in iis quæ reliqua sunt nouam & insolentem opinionem condit: nam vt numerum denarium retineat, ex Decalogo præceptum de Sabbato & requiete eiicit & excludit, quia etsi decem mandatis, inquit, insertum est, non tamen ex eis est. Omnino videtur iudicauisse tria esse distincta atque seposita in his primis sententiæ partibus, Ego sum Dominus Deus tuus. Non habebis deos alienos coram me. Non facies sculptile, &c. Aut si tantum duo hic agnouerit, extreme eum oportuit distinguere de non concupiscenda vxore, neque aliis proximi bonis. Sed quidquid sit, minus consentaneum est ait modestissimus idemque par beatorum spirituum D. Thomas vt mandatum in Decalogo positum ad eundem Decalogum non pertineat. Si forte apte & scienter loqui sibi videbatur, quod id præceptum ad cerimonias pertineret, neque perpetuum esset, aut è naturæ fontibus haustum & expressum, habita ratione diei, quem Opifex vniuersitatis Hebræis definierat, considerare tamen debuit, eatenus esse naturale atq; perpetuum, quod certi dies sint Deo colendo venerandoque tribuendi.

Quod etiam vrget premitque sanctus Thomas, si enim verum sit Euangelii illud Axioma, *Nemo potest duobus Dominis seruire*, consequitur omnino eandem esse legem, Ego sum Dominus Deus tuus, &, Non habebis deos alienos coram me. Cuius argumenti vis eo nititur quod quæ lex quidpiam fieri iubet, tacite contrarium prohibeat: adde quod supremus cultus & veneratio quæ principi omnium Deo debetur, non possit cum multis esse communis. Plurimum autem valet hæc ratio ad probandum contra sancti Hieronymi mentem Hesychiique sententiam, aientem illam & negantem partem, ad vnius tantum integritatem præcepti, non ad duo seiuncta mandata concurrere. Addi autem hic illud oportuit quod Origenes homil. 8. in Exodum minime censeat priora illa verba, Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & domo seruitutis, vllius præcepti vim continere, sed proœmium esse quoddam, ad ea melius intelligenda quæ iubentur, Hic sermo, inquit, nondum sermo mandati est, sed quis sit qui mandat ostendit. Deinde primum & secundum mandatum anquirens, de quibus agitatur controuersia, primum, inquit, est. Non erunt tibi dii alii præter me, secundum vero, Non facies tibi idolum neque vllam similitudinem, &c. Addit enimuero quosdam existimare vnicum tantum his mandatum comprehendi de non colendis aliis diis, neque facienda similitudine. Quod si ita, inquit, putetur, non complebitur numerus decem mandatorum: & vbi erit iam Decalogi veritas? Ex quibus D. Thomas loco superius laudato præclare colligit, quatuor omnino præcepta ab Origene constitui, quæ ad piam aduersus Deum religionem pertineant. 1. Non habere Deos alienos. 2. Nullum idolum facere. 3. Non accipere nomen Domini in vanum. 4. Sabbati diem obseruare. Sex autem de hominum

S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 4.

Orig. hom. 8. in Exod.

Digitized by Google

minum inter se officio prout ordine collocantur, proque vno habere quæ de appetenda alterius vxore bonisque dicuntur: quæ si distinguere voluisset non magnopere in denario illo numero inueniendo laborauisset, tametsi vnum tantum esse dixisset mandatum de non adorandis aliis Diis, & sculptili non faciendo.

August. q. 71. in Exod.

Sequitur D. Augustini sentẽtia, qui cum diserte posuisset hanc quæstionem, quemadmodum legis mandata distinguere & distribuere oporteat, Vtrum quatuor sint vsque ad præceptum de Sabbato, quæ ad ipsum Deum pertinent, sex autem reliqua quorum primum est, Honora patrem & matrem, quæ ad hominem pertinent, an potius tria illa sunt & ista septem. Quæ duo cum accurate inter se contulisset, concludit, Mihi videtur congruentius accipi tria illa, & ipsa septem. Quæ tria proprie ad diuinum cultum referuntur cum præfatione sunt ista, Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos, non facies sculptile neque similitudinem, non adorabis ea neque coles. 2. Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum. 3. Memento vt diem Sabbathi sanctifices.

Mandata septem, quæ proximum intuentur.

1. *Honorare patrem & matrem.*
2. *Non occidere.*
3. *Non mœchari.*
4. *Non furari.*
5. *Non dicere falsum testimonium.*
6. *Non concupiscere vxorem proximi.*
7. *Non concupiscere bona ipsius.*

August. vbi sup. *Reuera quod dictum est* nõ erunt tibi Dii alii præter me, *hoc ipsum perfectius explicatur cum prohibetur colenda figmenta* & paulo post. *Vbi dictum est*, non erunt tibi alii præter me, *apparet huius rei diligentiorem executionem esse in iis quæ subiecta sunt. Quo enim pertinet*, non facies tibi Idolum neque vllum simulachrum quæcunq; in cœlo sũt, & quæcunq; in terra, deorsum, & quæ cũq; in aqua sub terra: nõ adorabis ea, neque seruies illis, *nisi ad id quod dictum est*, non erunt tibi alii Dii præter me.

Cur vero D. Augustinus ad præceptum primum ea quæ posuimus omnia referat hæc ratio est, quod illa verba omnia ad vnius imperii diuini clariorem intelligentiam faciant, vimque præcepti paulo fusius illustriusque declarent. Quod in duo præcepta dispertiat concupiscentiã vxoris proximi, & concupiscentiam bonorum, septuaginta Interpretum versione nititur, qui duobus in locis in quibus legis mandata perscribũtur, nimirum Exo. 20. & Deut. 5. vocabulum *concupiscere* bis ponunt, primum ante vxoris nomẽ, iterũ ante ea quę subiiciuntur in hunc modum. οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου. οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ. Geminant itidem concupiscendi verbum Hebræa exemplaria, & Paraphrasis Chaldaica in Exodo חמד *Chamad*, & vtriusque appetitioni accommodant. Et in Deuteronomio idem vocabulum ante alterã partem tantum ponunt, in altera synonymo vtitur verbo אוה *auah*, quod desiderare significat, quamuis in eius loci versione communi, & apud D. Hieronymum, semel duntaxat sit dictio, *Non concupisces*, quæ ad geminam appetitionem rationi inimicam pertineat, cum in Exodo non modo vxor verum etiam & bona quædam memorentur tum in Exemplari Hebræo, tum Chaldaico & Latino.

D.Tho-

Digitized by Google

D. Thomas præstantem D. Augustini sapientiam duo postrema illa mandata partientis, breui quidem, sed acuta & subtili ratione confirmat quod nimirum earum appetitionum altera sit concupiscentia carnis, altera concupiscentia oculorum. Sed in eo diuinissimi Augustini singularis ingenii vis pietasque elucet, quod tria quæ ad Deum referuntur mandata, ad supremæ Triadis mysteria personasque accommodet, de qua re disputans loco citato, Mihi videtur inquit congruentius accipi tria illa, & ista septem, quoniam Trinitatem videntur illa quæ ad Deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. Quod etiam confirmat Serm. 1. in Psalmum 32. 1,2.q.100.ar.4.

Et quidem primum præceptum quod vnum Deum nobis tantũ ante oculos ponit, tametsi Trinitatem insinuet tribus diuinis personis constantem, proprie tamen intelligentiam nostram ad æternum Patrem videtur attollere, cui expressius vnitas attribuitur, quod cũ vnitas numerorum sit principium, sic in diuinitate fons aliarum personarũ Genitor est: In Patre est vnitas, ait ipse Doctor singularis li.1.de doctrina Christ. c.5.in filio æqualitas, in Spiritu S. vnitatis æqualitatisq; concordia. Secũdum dum in veritate proferendum nomen Dei admonet, quasi manu ducit mentium notionem & cognitionem ad filium, cui veritas attribuitur, quod à sempiterno omnium satore manet, vt vera, vt perfecta & expressa imago eiusdem mente & intelligentia procedens. Tertium quod amorem & beneuolentiam suggerit erga Deum, cui etiam pie venerando certos dies lubenter seponamus, Spiritum sanctum in memoriam reuocat, cui caritas, amor, beneuolentia, sanctitasque omnis accommodatur. D. Thomas in Augustini Magistri sententiam pedibus it corporis animique, vt probabiliorem, quam etiamnum Catholici omnes apud Theologos Doctoresq; communem non inuiti complectuntur.

Catechismus Romanus illam partem exponens primi præcepti Non facies tibi sculptile Augustini vestigia secutus, hanc illius sententiam ait in Ecclesia iam fere omnium consensione receptam & per omnium ora peruagatam. Quod in hac quidem proposita controuersia cuiq; à ratione minime alieno debet sufficere. Nunc breuiter atq; strictim de duarũ tabularum distinctione agamus, & imprimis fateamur magnam apud nos futuram autoritatem Philonis & Iosephi qui & bonis artibus eruditi fuerunt & Iudæi natione, asserentium in quaq; Tabula quinq; fuisse præcepta, nisi multis ante ætatibus quam ipsi in lucem venissent Ieremias Arcam vt diximus abdidisset. Quod si in iis in quibus oculorum testimonium deficit, aut fides & Ecclesiæ autoritas nil definit, optimum est atq; opportunum rationem consulere, sane is locus diuinæ scripturæ tria mandata complexus tam copiose tanto verborum apparatu exprimitur, minarum appositione firmatur, expositione locupletatur, difficile vt sit credere, non integram vnam Tabulam iis obductam & expletã fuisse. Præterea cum duo quædam virtus charitatis intueatur, Deum & hominem, est omnino verissimile, legem amoris caritatisq; Decalogum, Catech. Rom p.3 c.2.sect.16

ea gratia diuinitus in Tabulas duas fuisse diuisum: Itaq; vulgo tria illa quæ ad Deum referuntur, mandata primæ tabulæ nominamus: septem alia proximum intuentia, Tabulæ secundæ præcepta: breui schemate rem proponemus.

PRIMA TABVLA.

Vnum Deum adorare.
Non accipere nomen ipsius frustra.
Sanctificare diem Sabbati.

SECVNDA TABVLA.

Honorare patrem & matrem.
Non occidere.
Non mœchari.
Non furari.
Falsum testimonium non dicere.
Non concupiscere vxorem proximi.
Non concupiscere bona ipsius.

His breuiter illustratis opportune ad ea veniemus quæ in iis aduersarii nostri reprehendunt.

Caluin. l. 2. Inst. c. 8 §. 12. Caluinus de his ipsis rebus disputans lib. 2. Institution. cap. 8. sese ad quandam modestiam & moderationem videtur componere, cum §. 12. ita modum huic controuersiæ statuit, vt dicat, non esse inutile inquirere quæ sit diuinorum præceptorum diuisio, modo liberam esse cuique sententiam intelligamus, nec studio contentionis elati eos vexemus, qui à nostra opinione recedent. Sed paucis deinde interiectis versibus, sic dura fronte in communem sententiam Catholicorum incurrit, Qui sic inquit partiuntur, vt tria præcepta dent primæ tabulæ, & reliqua septem in secundam reiiciant, præceptum de imaginibus numero expungunt, vel certe sub primo occultant, quum mandati loco haud dubie à Domino distinctè positum sit. Vbi tanquam malæ fidei homines nos pungere & acerbo dicto lacerare cupit quasi veteratorie & callide præceptum de imaginibus primi obtentu occultemus. Sed ab eo quidem stat mala fides, cum ea tantum causa de imaginibus garriat, vt persuadeat idiotis, honorem omnem qui à Catholicis imaginibus tribuitur, lege diuina fuisse prohibitum: & tamen oculis præditus erat atque mente, & commentariis fida manu perscriptis, quibus animaduertere potuisset, in Exodo ex septuaginta versione poni vocem εἴδωλον, deinde tam in Exodo quam Deuteronomio vsurpari Hebræum פסל *pesel*, quo vulgo scripturę sacræ pro idolo Ethnicorum vtuntur, vt constat ex Isaia Ieremia & 2. Paralip. Videre etiam potuisset illius præcepti finem hunc esse Non adorabis ea neque coles οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσῃς αὐτοῖς Vbi vltimum illud λατρεύειν proprie cultum eum significat qui debetur Deo, & ea dictio adhibetur à Septuaginta Interpretibus ad exprimendam Hebraicā vocem עבד *gauad*, quod idem est ac inseruire obedire instar serui, & proinde poni consueuit pro seruorū obsequio quod Dominis iure deferunt

Esa. 42. 17.
Ierem. 50. 38.
2. Paral. 33. 22.

Deute-

Deuteronomii 15. ver. 12. & 18. & pro cultu qui supremo omnium rerum Domino debetur Deuter. 28. v. 47. Sed Caluini mens atque voluntas nō eo ferebatur vt veritatem studiosius conquireret, sed vt Ecclesiæ se opponeret eiusque vim & autoritatem eleuaret. Improbum sane hominis studium, qui sanctissimum cultū imaginum cum idolorum superstitione confundens, affingere crimen idololatriæ nobis velit, & canam omnem & venerandam antiquitatem eiusdem arcessere. At enimuero nō tam misere aut infeliciter in schola veritatis sumus edocti, vt veram præceptorum intelligentiam non assequamur; neque prohibitioem imaginum ex ipsius legis mente sumptam maligne & dissimulāter obtegimus, sed eam clara in luce ponimus in capite, in ipso Exordio præceptorū, vt ratio atque autoritas atque ipsius præcepti verba nobis volentibus persuadent.

Quod præterea facit vt Caluini dictum audax & insolens esse videatur, est, quod in eodem paragrapho cum primum quasi fundamenti loco statuisset liberam cuiq; sententiam esse in diuisione præceptorū, continuo sui oblitus, quasi diuinum oraculum esse vult, de imaginibus præceptum per se vnum agnosci oportere, distinctum à cæteris, nec sub primo contineri, quidquid tandem S. Augustinus dixerit. Nam si Deus speciale id esse præceptum liquido & perspicue declarauit, quonam modo contraria opinio libera esse queat?

Addit etiam deinde, Decimum vero de non concupiscendis proximi rebus inepte in duo corrumpunt. Emissus sane aculeus audacter, & dictum hoc arrogantius, dum rem liberam, fatuum nominat iudicium, & plenam inconsideratissimæ temeritatis vult sententiam tot Autorum, qui eruditissima sanctitate & sanctissima eruditione præstiterunt. Sed hæc nimirum contumacis & præfidentis animi est sapientia. Quod à nobis superius allatum fuit, satis superque ostendit, iudicio & considerate fecisse Diuum Augustinum, qui diuinis monumentis fretus duplicem esse putarit appetitionem deficientem à ratione, nimirum vxoris proximi bonorumque fortunæ aliorum. Quibus addit S. Thomas, commutabilia fortunæ bona communia esse vxori atque viro, tum ad vitæ vsum tum ad prolis sustentationem, cum vxor propria mariti sit & vt ita dicam alter ipse. S. Thom. 2 q. 100. art. 5 corp.

Prosequitur porro Caluinus aitq;, Alia quædam ratio est illos refutādi, ꝙ eorum diuisio fuerit Ecclesiæ primigeniæ ignota. Sed hæc ratio inscitiæ plenissima est aut malitiæ impudentis & insidiosæ. Nam Origenes quem hac in re ducem Caluinus habere se gloriatur, nascentis Ecclesiæ scriptor doctus & copiosus & incredibili artium cognitione pollēs circa annū Dom. ducentesimum quintum priusquam in hac controuersia opinionē proderet suam, aliorū ponit sententiam qui de colendo vno Deo, deq; eo omni ꝙ de imaginibus consequitur ad præceptū vnicū referebant: quæ ipsa plane est opinio quam subtilissimus D. Augustinus post multos annos longe probabilissimam existimauit: quæq; de manu

quod aiunt in manum in omniam fere Catholicorum sensum profluxit. Illam sententiam Tertullianus cuius nomen clarissima fama peragrare orbem cœperat iam inde ab anno Christi ducentesimo nonagesimo septimo, videtur complexus, quod libro de Pudicitia ca.5. cum notabilem adhibuisset in præceptis distinctionem quam exponit, alienorum Deorum superstitionem & idolorum fabricationem eodem penitus in gradu atq; ordine collocarit. Qui locus maxime illustris aperte significat, venerandę antiquitatis iudicio, vsum imaginum à lege prohibitum, non esse alium quam cultum idolorum. Per me licet vt Caluinus & qui eius sectam sectantur gnauiter audeant, & ex flore atq; luce primitiuæ Ecclesiæ D. Augustinum eiiciant, eum virum, eum Christiani orbis doctorem qui anno Domini 388. ætatis 34. sacris vndis à B. Ambrosio elutus, continuo cœpit de moribus Ecclesiæ Catholicæ Commentarios edere, idq; Romæ: quem secuti plurimi, splendidissima lumina, vberrimis suis doctrinis atque sapientia mundum illustrarũt. Sed illi ipsi qui Caluini sensum sibi excipiendum & tuendum putarunt, vix certe hominis arrogantiam ferent Africanæ illud decus Ecclesiæ contemnentis: nam opinione sui inflatus cum spiritus maiores sumpsisset, sequar, inquit, quod mihi probabilius videbitur: ponensq; deinde cum Origine pręcepta quatuor in Tabula prima, sex in secunda, cum prouideret animo fore vt D. Augustini nomen & autoritas opponeretur, cuius mentem paulo ante exposuimus, fatetur primam illi diuisionem placuisse, sed leuiorem inquit ob causam, quod si tria modo præcepta in tabula prima collocarentur. Trinitatem repræsentarent. Sed studiosus candidusq; lector verba intueatur sanctissimi Augustini prout antea fideliter exscripsimus, omnino animaduertet altius quiddam & diuinius ea continere, quam mens hominis maleuolentia ieiuni atque inaniter intumescentis suspicere potuerit.

Tertull. lib. de pudicitia. ca.5. *Post interdictam alienorum deorum superstitionem, ipsorumque idolorum fabricationem, post commẽdatam sabbati venerationem, post imperatam in parentes secundam à Deo religionem, nullum aliud in talibus titulis firmãdis monendisq; substruxit præceptum quam, non Mœchaberis.*

Augustin. l.4. q.41. in Exodum.

Qui præterea rationem malet quam maledicendi libidinem sequi, legat attente accurateq; D. Thomam loco citato, præsertim articulo 5. & 6. D. Augustinum mente circumspiciat, sic reperiet non modo illum contrariæ opinioni facere quin potius eandem funditus conuellere. Itaque pari orationis cursu iam ad alias difficultates veniamus quæ proxime Decalogum attingunt, & imprimis ostendamus, non modo possibile, sed procliue atque expeditum esse obseruare diuina mandata, modo illius præsidio qui legum lator summus & sapientissimus est adiuuemur.

QVOD

Digitized by Google

QVOD DIVINA GRATIA FRETI OBSERVARE OMNIA MANDATA POSSIMVS.

CAPVT II.

ORESTIS furiæ, rota Ixionis, Aquila Promothei, Sisyphium saxum, Cerberus triceps, vermis intimus malleusque, domesticus testis, flagellum occultum, Synderesis, nihil fuerunt aliquando, quā improbæ conscientiæ aculeus atque morsus, quem mens sceleribus cooperta cupiens excutere, quo licētiam habeat impunitam sese in omne genus vitiorum ingurgitandi perfruendæq; summæ voluptatis, quam in turbida animi perturbatione & conscientiæ metu reperire vix potest; quærit vndique atque excogitat futiles rationes, quibus in animum inducat, aut non tantum esse mali in peccato quam Theologia clamitat, aut fieri non posse vt euitetur, aut illius Deum esse autorem, aut saltem diuina pręcepta vires hominū superare, quamuis cælesti gratia comite & administra firmentur. Quæ Conclusiones perniciosissimæ sunt & contumeliosissimæ aduersus Deum, & dignissimæ quæ à nobis refellantur. Et de prioribus quidem post paullo dicemus, de postrema iam agamus, & de more demonstremus scriptura, Patribus, ratione, nos posse Dei parentis iussa omnia conficere, etiam facile, modo gratiæ non desimus, prout sapiens Apostolus monuit.

De Oreste. *Sophocles in Electra, Euripides in Oreste, Cicero in Lælio. Plinius lib. 7. cap. 19.* Virgilius 6. Æneid. De Ixione Ouid. Meta. lib 4. *Voluitur Ixion. &c.* De Prometheo Horat. *Audax Iapeti genus, &c.* De Sisypho Virgilius 6. Æneidos. *Saxum ingens voluunt alii, &c.* *κέρβερος quasi κρεοβόρος, carnem vorans.* Isaiæ 66. 24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Iuuenal. Satyra 13. *Euasisse putas quos diri conscia facti, mens habet attonitos, & surdo verbere cædit occultam quatiente animo tortore flagellum.* Galat 6. 9. *Bonum autem facientes nō deficiamus.*

Deuteronomii 29. ore Moysis de mandatis suis loquens Deus, sic ait, Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non supra te est neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad cœlos ascendere vt deferat illud ad nos & audiamus atque opere cōpleamus: neq; trans mare positum vt causeris & dicas, quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsq; deferre vt possimus audire & facere quod præceptum est. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum. Et apud Ezechielem pollicetur se à suis cor lapideum ablaturum, & suffecturum cor carneum, additque, & spiritum

Ezech. 36. v 26. Genes. 6 9.

Digitized by Google

meum ponam in medio vestri & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Talis Noe fuit cognominatus iustus, talis Iosue, cuius in historia est quod non præteriit de vniuersis mandatis nec vnũ quidem verbum, q̃ præceperat Dominus Moysi. Talis Dauid de quo scriptum est *rectum fecisse* in oculis Domini, & non declinasse ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi. Talis Iosias, cui præstabile hoc testimonium Regum historia tribuit, similis ei non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi. Talis Asa cuius *cor* nominatur *perfectum* cunctis diebus vitæ eius. Talis Iob vir simplex & rectus ac timens Deũ & recedens à malo. Talis Iosephus sponsus castissimæ Virginis matris quem Euangelista *iustum* appellat. Tales Zacharias & Elisabetha de quibus D. Lucas historiæ suæ monumentis prodit, quod erãt ambo iusti ante Deũ incedentes in omnib. mãdatis & iustificationibus Domini sine querela. Talis Simeon dictus quoq; homo iustus & timoratus. Sic Apostolus de se ipse memorat omnia posse in eo à quo robur & vires acciperet. Et D. Ioannes mandata Dei non esse grauia: Quin ipse Dei filius Matthæi 11. Iugum inquit meum suaue est & onus meum leue.

Iosue 11. 15.
3. Reg. 15. 5.
4. Reg. 23. 25.
2. Paral. 15. 17.
Iob. 1. 1.
Matth. 1. 19.
Luc. 1. 6.
Luc. 2. 25.
Philip. 4. 13.
1. Ioan. 5. 3.
Matth. 11. 30.

Clem. Alex. l. 4. strom. Quinetiam præcepta sunt eiusmodi vt à nobis possint fieri vel non fieri, &c.
Orig. hom. 9. in Iosue.
Athanas. de virginit. Seruanda Timentibus Deum præcepta Domini difficilia non sunt.
Basil hom. in illud Attende tibi.
Chrysost homil. 14 in ca. 8. ad Hebr.
Idem hom. 23. in Matth. 6.

Clemens Alex. ex eo laudibus efferendum prædicandumq; esse hominem ait, vel culpandũ & reprehendendũ, quod exequatur, aut minime efficiat, q̃ debet & potest efficere. Origenes inter mulierculas mollitie diffluentes eos reponit qui diuina iussa difficilia esse dicũt: inter viros a. & decora constantia generosos eas numerat, quæ in sequiori sexu naturæ fragilitatem superantes iussa exhauriunt. D. Athanasius Dei opt. Max. imperia minime laboriosa iis arbitratur qui sancto eius metu & amore septi sunt & erecti. D. Basil. impietatem esse inusitatam & non ferendam ait, Spiritus sancti iussa impossibilia dicere. S. Ioann. Chrysostomus docet, non præceptorum è natura manare difficultatem, sed ex lenta vitiosaq; eorum pigritia, qui obedire nolunt, aut perfectorum ignoratione, aut quod mala consuetudine imbuti, fracti libidinibus, & cupiditate cęci, cum cæteros de se metiantur, id omnibus impossibile iudicant, quod difficillimum illis videtur, Neronis plane similes qui cum in omni libidinis cœno flagitiosissime volutaretur, neminem posse retinere castimoniam putabat.

Cyprian. de Bapt. Christi. *Nulli ad harum rerum prosecutionem deest scientia siue potentia, quia & quod agẽdum est scimus, & quod scimus facere possumus*
Hilar. in Psal. 118
Latum igitur mandatum Dei est, & in omnia spei nostræ genera diffunditur, vt non difficile, sit si voluntas

D. Cyprianus contra, Christum Seruatorem nostrum monet duas quasdam suis pręceptis qualitates infixisse, potestatem nimirũ exequendi & facilitatem: duas item alias tribuisse illis quibus ea præcepta dederit intelligentiam & persecutionem. S. Hilarius Regii Vatis locum exponens vbi ita canit *Latum mandatum tuum nimis*, iis qui bona voluntate præditi sunt facillimam esse Dei legem prædicat. S. Hieronymus in expositione Symboli ad Damasum grauissime confirmat Dei bonitatem nefanda contumelia pollui, si quis dicat, æquissimum hominum parentem Deum quidpiam quod fieri nequeat imperare. Idem Cõmentariis in D.

Digitized by Google

in D. Matthæum c.5. ait diuinarum legum mensuram, non ex hominum despicatissimorum fragilitate & vitio, sed ex viribus animoq; Sanctorũ esse capiẽdam, non enim Deum impossibilia iubere sed perfecta. D. Augustin. lib. de natura & grat. cap. 43. ait Deum non imperare quæ fieri nequeant, *sed iubendo monere, & facere quod possis, & petere quod non possis*. Et alio in loco cum verba Deuteronomii attulisset & D. Ioannis, adiungit, quomodo enim graue est cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quis nõ diligit & ideo graue est, aut diligit, & graue esse non potest. Secundum Concilium Arausicanum inter fidei Articulos ponit, posse quemlibet accepta in baptismo gratia Christo auxiliante quæ ad salutem sunt adimplere.

Deniq; si diuina mandata confici non possent, lex barbara & tyrannica foret, gratia & Spiritus S. dona essent hominibus inutilia: vis agendi nullius penitus efficientiæ, desperatio de salute certa, cum testatum illud sit diuinitatis oraculum, *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Non ita sudaret impius Dæmon atque laboraret in vexandis hominibus & tẽtandis, & vox illa falsitatis argueretur, statuisti in loco spatioso pedes meos. & illa, Non habet amaritudinem conuersatio illius. Hoc igitur modo conciliatio fieri poterit, si dicamus, Caluinum eiusq; sectatores, cum neminem obseruare posse legem docent, id quatuor modis intellexisse aut intelligere debuisse. 1. quod sine diuina gratia nihil à nobis fieri possit, quod placeat Deo. 2. quod ad integram absolutamque mandatorum obseruationem, peculiaris quidam è cœlo fauor atque præsidium sit necessarium, quo freti possumus ita legem exequi, vt nulla eius sequatur violatio, sed non ita vt non maior perfectio addi possit. 3. quod functiones omnes nostræ vulgo hominem redoleant, hoc est, communem naturæ miseriam & fragilitatem. 4. quod nemo in hac vniuersitate reperiatur, qui se penitus innocentem & ab omni vitio purum dicere queat, tametsi omni animi contentione atq; studio in diuinis iussis conficiendis elaboret, quandoquidẽ oraculo veritatis monemur septies in die iustũ cadere. Sed alia ex parte fateantur omnes necesse est, procliue esse gratiæ atq; expeditum, quod est operosum naturæ: quodque initio durum, asperum, & laboriosæ difficultatis plenissimum est, id eruditis animi facultatibus & assuefactis, atq; exercitatione mitigari: næuos illos animi veniabiles quibus obducimur, & consuetas labeculas quibus asperguntur actiones, non impedire quin reapse diuina mandata exhauriantur, neque gratiam comitantem excludere. Quam distinctionem ex parte D. habet Gregorius Magnus in 17. caput Ezechielis, & D. Bernardus epist. 341. vbi Dei præcepta cum pinnis auium & alis componit, quæ medio in aere volitant & feruntur libere ac solute, illo ipso remigio pennarum, quo alioquin onerantur. Sed vndenam fieri dicam vt qui iussa imperiaque diuina impossibilia esse aiunt, iidem nos vexent & reprehendant quod plus etiam quam præceptum nobis sit faciamus, si verum est quod qui possit maius possit & minus? Nam nos quidem adiun-

adsit præcepto Dei obtemperare.

Hieron. in exposit. Symb. ad Damasum.

Execramur eorum blasphemiam qui dicunt impossibile aliquid à Deo præceptum esse, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in cõmune posse seruari.

Idem in cap. 5. Matthæi.

Multi præcepta Dei imbecillitate sua non sanctorum viribus æstimantes putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, sciẽdum est Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta.

2. Concil. Arausicanum c.25 sub medium.

Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia omnes baptisati Christo auxiliante & cooperante quæ ad salutem pertinent possint & debeant si fideliter laborare voluerint adimplere.

Matth. 19.17.

Psalm. 30.9.

adiungere consilia ferunt, & præter Sabbati obseruationem de qua secundo præcepto, vel diei Dominicæ quæ illi successit, in Ecclesia celebrari dies festos, ad Virginem Dei matrem aliosq; cœlites honorandos. Quæ illi eodem ore quo alia bene multa, puræ & candidæ antiquitati cognita fuisse negant: sed falli eos doceamus, ostendamusque voluntate & studio aberrantes, in maiores in dies errores atq; inexpiabiles fraudes ruere, & sine sensu in vanitate opinionum volutari.

DE FESTIS DIEBVS AD DEI PARENTEM ALIOSQVE COELITES HONORANDOS INSTITVTIS.

CAPVT III.

DISPVTATVM est à nobis generatim & probatum, Ecclesiam Dei posse ea qua pollet grauissima authoritate dies festos instituere, nosque ad eos obseruandos astringere: nunc quis fuerit eius rei vsus & consuetudo apud antiquitatem consueta breuitate ostendamus.

Athanas: de sanctissima Deipar. initio.

S. Athanasius de Virginis Annunciatione tractans quæ in 25. Martii diem incidit, deq; humanitate à filio Dei assumpta cuius rei eodem ipso die memoria celebratur, ita loquitur, festum Annunciationis Mariæ vnum est ex Dominicis festis, atq; adeo primarium ac prorsus venerandum, vtpote quod pro ordine & digestione rerum earum, quæ in Euangeliis de Christo prædicantur, sacrosanctum habeatur, quippe in quo de filii Dei è cœlis descensu agatur.

Gregor. Nyssen. orat. de occursu Domini, & Dei parente, & Simeone iusto circa initium.

D. Gregorius Nyssenus orat. de occurs. Dom. & Dei par. & Simeon. eodem nos die celebrare notat & oblatum in Templo Dei filium, & purgatam matrem, cum esset 40. dierum infans Verbum æternum, & Templum ineuntem parentem comitaretur.

Cum esset quadraginta dierum infans, Verbum æternum ad templum cum Matre est profectus, &c. Cuius quidem nos hodie celebrantes cõmemorationẽ, spiritualib. speculationibus, quemadmodum incorporea mentes & spiritus nos oblectemus.

Cyrill. Hierosol. de occursu Domini nostri &

S. Cyrillus Hierosolymitanus de eadem celebritate ita scribit, Hodie dilecti festi cursum peragamus, cũ Angelis choros ducamus, cũ Pastorib. illumi-

illuminemur, cum Orthodoxis adoremus, cum Bethleem festum agamus, cum Sion occurramus, cum templo sanctificemur, cum virgine festum agamus. S. Ioannes Chrysostomus orat. in fest. Annunc. Hodie, inquit, nouo quodam lætitiæ sensu afficimur, Angelus enim Virginem allocutus est, quia serpens Euam compellauit.

" Simeone qui Deū excepit.

Sunt in manibus Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani Sermones, & Eucherii Episcopi Lugdunensis de Assumpta in cœlum Virgine, & Andreæ Cretensis oratio de Virginis dormitione. Concilium Lugdunense quinto sæculo aggregatum statuit pronunciandum esse laicis qui feriati dies sint atque festi, quive non sint, & solennes inter dies, tres nominat B. Virgini sacros, Purgatæ, Assumptæ, & primum in hanc lucem venienti. Sed de Cœlitibus aliis iam agamus.

Concilium Lugdunense apud Gratianum, de cōsecrat D. 3. *Pronunciandum est laicis, vt sciant tempora feriandi per annum, id est omnem Dominicam, Natale Domini, &c. Purificationem S. Mariæ, Assumptionem, & Natiuitatem.*

Waldenses mereri se plurimum apud Deum putant si diebus festis manuum se labore conficiant. Vuiclefus ringitur & clamat honorem adimi capiti vt indigne membris tribuatur. Thaboritæ nullum alium feriatum diem agnoscunt præter Paschatis & Dominicum. Lutherus libro aduersus Catharinum, festorum institutionem ait esse duodecimā faciem Antichristi. Sed flagitioso huic errori perspicue Patres & Ecclesiæ vniuersæ concilium repugnat.

Origenes docet Innocentium memoriam meritissimo fuisse ab Ecclesia celebratam *secundum ordinem integrum Sanctorum*, cum primæ fuerint victimæ pro tuendo Christi honore immolatæ. Et lib. 3. in Iob, notat iustissimis de causis Ecclesiam gaudio triumphare illo die, quo Sancti ab hac vita migrauerunt, cum Ethnici in suorum morte luctu & mœrore conficiantur, quia, inquit, nō moriuntur hi qui mori videntur, dolore omni vacant, tentationibus liberantur. Eusebius Alexandrinus homil. de honore Sanct. nos ea gratia celebrare festos illorum dies affirmat, vt eorum claro patrocinio preces nostræ à Deo exaudiantur. Constantinus Magnus, autore Eusebio, Edictum proposuit, quo iubebat, vt consecratos martyribus dies perinde omnes atque diem Dominicum venerarentur. In Gangrensi Concilio, Anathema in eos horrendū vibratur, qui arrogantia contumaciaque elati, cœtus pios cœlitum honori dicatos contemnunt.

Origen. hom. 3. in diuersos.

Euseb. Alexandr. homil. de Sanctis colendis *Ob hanc causam præcepit nobis memorias Sanctorū celebrare vt acceptis h[ymn]is & auditis laudibus, benignum Deum exorent, vt preces nostras caducas admittat. Oportet ergo, vt qui memorias Sanctorum celebramus, multa vel gloriae eas celebremus.*

Euseb. de vit. Const. l. 4. c. 23

D. Basilius Homil. in S. Iulittam causas exponit propter quas eum diē *celebriter agendum* suis indixisset. Et orat. de quadrag. Martyribus auditores suos cohortatur, & inflammat ad augendam pietatem & exaggerandam, pro numero eorum maximo, quorum nomen atque memoriam stato & solenni studio prosequerentur. D. Gregorius Nazianz. orat. 3. quæ prior est in prophanum Iulianum, quærit ab eo num veritus sit clarissimos Dei pugiles Ioannem, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, aliosque, *quibus præclari honores & festa sunt constituta*, & à quibus Dæmones propelluntur & morbi curantur. Idem orat. 22. cum ipsum diem quo è loco superiore ad populum verba faciebat, *Machabæis festum & solennem* esse ait.

Synodus Gangrensis canone 20. *Si quis arrogantia vtens, & Martyrum congregationes abhorrens, & sacra, quæ in eis celebrātur, & eorum memorias accuset, anathema sit.*

Gregorius Nyss. orat. in Theodor. mart. *Et si anniuersariis feriis hunc diē celebramus, &c.*

Idem orat. in Gregor. Thaumat. *Per anniuersarium circuli ambitū congregati, &c.*

Chrysost. de B. Philogo. *B. Philogonii dies, cuius hodie memoriam celebramus &c.*

S. Gregorius Nyssenus orat. de S. Theodoro Martyro, tantam hominum esse frequentiam anniuersario illo die prædicat, quo martyris victoriæ celebrabantur, vt venientium & abeuntium fluxus quidā & perpetua veluti vndarum agitatio commotioque videatur: quod ipsum in laudibus S. Gregorii Thaumaturgi significat.

S. Ioannes Chrysostomus homilia quadam ait annuam memoriam Philogonii summa constantia ornati, diuturno suo silentio modum imposuisse, linguam & orationem euocauisse. Et homil. 66. ad popul. Antiochenum, sibi diem proferri petit, *quo die Alexander Magnus vitæ cursum moriendo confecisset: cum vellet ostendere mundum tanta rerum inanitate gloriosum nō tanto suos honore prosequi, quantum suis bonus Deus impertitur: non enim tantum sanctos viros, claros & illustres reddit, & felicitate cumulatos, sed eorum exuuiis, sepulchris, monumentis, adhiberi decus & ornamenta iubet, & in eorundem gratiam lætissimos dies agitari. Idem eloquentiæ princeps & doctrina singularis, homilias nobis reliquit magno in cœtu habitas diebus sanctissimis Petro & Paulo festis, & Ioanni Baptistæ.

Sozom. l. 2. c. 16.

Narrat Sozomenus solitos fuisse Alexandrinos quotannis diem festum agere maximo hominum cœtu splendidissimum, quo die Petrus ipsorum Episcopus martyrio occubuisset.

Theodoret. l. 3. c. 14.

Quos eosdem honores Iuentio atque Maximiano fortissimis Christi bellatoribus Antiocheni reddebant, vt Theodoretus prodit.

Cyprian. epist. 34.

Ambros. l. 1. de Virginibus. Bene procedit, vt quoniam hodie natalis est Virginis, &c.

D. Cyprianus de Celerino aliisque martyribus agens, sic habet, Sa-„crificia pro iis semper vt meministis offerimus, quoties Martyrum pas-„siones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. S. Ambrosius ex eo arripit occasionem luculentos illos elaborandi Commentarios de Virginibus, quod cum stylo manum admoueret, tum Agnetis castissimæ triumphi ab Ecclesia celebrarentur. Et libr. 3. ad festos dies sanctorum Apostolorum Petri & Pauli dictum illud regii Vatis accommodat, *Dies diei eructat verbum*: Septimus supra sexagesimum illius sermo ad eandem cohonestandam celebritatem fuit instructus, vt sexagesimus tertius D. Ioannis Baptistæ, septuagesimus primus D. Laurentii, septuagesimus secundus D. Cypriani laudes & gloriam prædicauerunt.

Hieron. ep. 19. ad Eustoch.

Magni autem Hieronymi memorabilis illa sententia est & Christianis auribus digna, quam epistola sua decimanona reliquit, *valde absurdū est nimia saturitate velle honorare martyrem, quem scimus Deo placuisse ieiuniis.* Et in cap. 4. Epist. ad Galat. ponit hanc quæstionem, Si dies obseruare non licet & menses & tempora, & annos, nos quoque simile crimen incurrimus quartum Sabbati obseruantes, & Parasceuen, & diem Dominicum, & pro varietate regionum diuersa in honorem martyrum tempora constituta. Cui dubio ita respondet, vt plurimum esse discrimis ostendat inter festos Iudæorum dies, atque nostros, quod illi in figura diem Azimorum obseruarent, nos reparati Orbis beneficium cum triumpho Christi à mortuis redeuntis lætissima celebritate coniungimus.

Conci-

Concilium 3. Carthaginense statuit licere legi fortia facta martyrum & vexationes cum anniuersaria eorum dies recolitur. Et quintum vetat Can. 14. ne vlla martyrum memoria acceptetur, nisi vbi corpus aut lipsana eorum sint, aut nisi locus sit gentis & familiæ proprius, aut martyrio ornatus, de qua re constet inter omnes.

Concilium Carthaginense 3. c 47.
Liceat etiam legi passiones Martyrum, cum anniuersarii dies eorum celebrantur.

D. Augustinus conciones omnes, quæ Sanctorum nominibus insigniuntur, in eorũ solennibus festis habuit, quarum vigesima prima quæ in D. Ioanne Baptista laudando & efferendo consumitur, cum docuisset quibus maxime modis Diuorum excolenda memoria esset, adiungit, *Tunc pro nobis S. Ioannes quidquid petierimus poterit obtinere, si nos festiuitatem suam sobrios, castos, absque vllo turpiloquio cognouerit celebrare.*

Concilium Carth 5 sub Anastasio c. 14. *Nulla omnino martyrum memoria probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliqua certa reliquia sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis vel passionis fidelissima origine traditur.*

August. ser. 21. de Sanctis.

Atque hæc prima ratio est propter quam Spiritus Sanctus Cœlestium ferias ea in varietate in Ecclesia esse voluerit: quod hoc modo facilior sit nobis eorum in vita moribusque imitatio, quorum vitam exitu glorioso conclusam laude & honoribus mactamus: Quod etiam aureus Chrysostomus oratione de Martyribus confirmat. Altera ratio est vt eos honoremus, quos ornat honoratq; Deus. Tertia vt grates agamus beneficentissimo Numini, quod Sanctos tot gratiæ & gloriæ muneribus cumularit. Quas rationes sæpe D. Augusti. exponit & maximè libr. 20. contra Faustum Manichæũ c. 21. in hunc modum, Populus Christianus memorias martyrũ religiosa solennitate concelebrat & ad excitandam imitationẽ, & vt meritis eorum consocietur atq; orationibus adiuuetur. Ita tamen vt nulli martyrum sacrificemus, quamuis in memorias martyrũ constituamus altaria. Quis n. Antistitum in locis Sanctorum corporũ assistens altari aliquando, dixit Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo qui martyres coronauit apud memorias eorũ quos coronauit. Deinde ostendit quæ differẽtia sit inter cultũ amoris & coniunctionis quem Sanctis deferimus, & eum qui Deo soli debetur, quiq; nominatur *Latria*. Quæ diuini hominis sententia tam profundo cœlestique sensu redundat, vt tot pene tollat & profliget cõtrouersias quot in ea dictiones continentur. *Populus Christianus*, inquit, non igitur id est ex vnius priuatæ Ecclesiæ consuetudine: *concelebrat*, non igitur ex spiritu singularitatis: *memorias martyrum*, Eorum igitur monumenta funditus eruenda non sunt, nec dissipandæ reliquiæ: aut pictæ seu fictæ similitudines eiiciendæ. *Religiosa solennitate*, non igitur profano tantum & ciuili cultu, aut vt sancti festiq; illi dies in iocis & petulantia consumantur. *Ad excitandam imitationem*: non igitur tantum scelus est Benedictinos, Augustinianos, Dominicanos appellari aliisq; nominib. quæ certorum hominum professionem institutumq; significent, qui Diuorum imitatione Deo se consecrarunt. *Vt meritis eorum consociemur.* Sunt igitur in cœlitibus merita, sicut proinde fasq; est in alienorum meritorum communionem venire. *Atque orationibus adiuuemur.* Cœlites igitur pro nobis precantur, atque adeo cognoscunt, nos eorum ferias pia religione celebrare. *Ita tamen vt nulli martyrum sed ipsi Deo martyrum, quamuis in*

memorias martyrum constituamus altaria: non igitur idololatriæ crimen est Diuorum memorias honorare, sed in illis Deum venerari, eosque propter Deum. Paulo post inter varios cultus ponit discrimen, quam doctrinam repetit 8. libro de Ciuit. Dei cap. 27. Alio item loco in Psal. 44. Ostendatur, inquit, mihi Romæ in honore tanto templum Romuli in quanto ibi ostendo memoriam Petri. Et rursum vt obuiam iret calumniæ imperitorum hominum & malitiosorum, qui ringuntur perpetuo, mussant & queruntur, eum honorem qui Diuis colendis adhibetur in dedecus æterni & beatissimi Dei redundare, quod nimirum supremum cultum à secundario non secernant, monet grauissimè omnem illum honorem referri in Deum, & in Christo qui totius sanctitatis generator, altor, & specimen est, terminari. *In Petro*, inquit, *quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis? Sumus enim Christiani non Petriani*. Et Serm. 26. de Sanctis, non minus eleganter & splendide rem eandem persequitur, „ Quotiescunque, Fratres carissimi, martyrum ceremonias celebramus, „ prætermissis omnibus sæculi actibus sine aliqua dilatione concurrere „ debemus ad domum Dei, reddere illis honorificentiam, qui nobis sa„ lutem effusione sui sanguinis pepererunt, qui tam sacratam hostiam „ pro nostra propitiatione Domino se obtulerunt: præsertim cum dicat „ ad Sanctos suos Omnipotens Deus, qui vos honorat me honorat, & „ qui vos spernit me spernit. Quisquis ergo honorat martyres, honorat „ & Christum, & qui spernit Sanctos spernit Christum Dominum nostrum. Atque hinc sequitur conciliationem fore facilem inter eos qui honorare Christum volunt, difficilem cum iis qui eius gloriam pro nihilo putant, atque despiciunt, qui cum iracunde & intemperanter nescio qua naturæ acerbitate in Apostolicam sedem efferantur, offendi se dicunt, quod Ecclesia legitimos habeat dies in anno duos, quibus Cathedræ S. Petri iucundam memoriam religiose concelebret: ægre item ferunt pietatẽ, quam Christianus Orbis illi parti Vaticani tribuit, quam Veteres *Confessionem S. Petri* indigitabant. Remoueamus ab eorum via ad honorem D. Petri, hos duos lapides spontaneæ offensionis, tum ad variam Præceptorum Dei violationem vt è diuerticulo reueniamus.

August. serm. 26 de Sanctis, in fine, qui à nõnullis S. Ambrosio tribuitur & censetur numer. 68. in Appendice Augustini 78

DE CA-

DE CATHEDRA S. PETRI.

Caput IV.

APOLLONIVS Tyaneus vt Philostratus prodit in eius vita, Persarum late patens regnum, veteres Albanos atque Massagetas, & Scytharum vastitatem magno animo peragrauit: Indiam etiam penetrauit & Caucasum, vt Iarcham videret alto in solio considentem, quod ex ære nigro elaboratum aureæ statuę complures ornabant, de maximis rebus, de stellarũ motu, cursuque orbium cœlestium rato & mirabili, deque abditis in natura rerum disputantem.

Philostr. l. 2. c. 5.

D. Hieronymus addit eum in reditu lustrauisse Babylonios, Chaldæos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, & Palæstinos, tum se Alexandriam, mox in Æthiopiam contulisse: quod tam longum & laboriosissimum iter ea tantum causa suscepit & perfecit, vt Gymnosophistas tum opinione sapientiæ florentes audire posset, & famosam illam solis mensam videre. Pythagoras Ægyptum adiit vt cum Mempheos Sacerdotibus agere posset: deinde contento cursu atque ardenti cupiditate, contulit se in Babylonis Persidisque fines, quo facilius astrorum ortus obitusque, cursum, vim, magnitudinem perciperet & Magiæ arcana. Cretam post paulo petiit, vbi cum Epimenide in Idæum antrum est ingressus, vnde Minos sese leges patriæ constitutas, docente Ioue hausisse gloriabatur. Plato vastissimas Ægypti prouincias emensus, in eam partem venit Italiæ, quam magnam Græciam Veteres appellitarunt, vt ab Archita Tarentino abdita Geometriæ præcepta caperet. Ab vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus Romam olim venisse plurimos cõstat, non tam vrbis clara & insigni magnificentia atque incredibilibus ornamentis inuitatos, quam vt Titum Liuium *lacteo eloquentiæ fonte manantem*. omnemque orbem terrarum fama & nominis sui admiratione complentem intuerentur.

Hieron. epist. 103. ad Pauli. tom 2.

Hieron. ibid.

Hieron. ibid.

Vincentius Lirinensis grauis scriptor & copiosus multos refert ex vltimis Asiæ atque Africæ regionibus, eo conuolauisse, vbi Origenem esse didicerant: quin & Porphyrium ipsum capitalem & infensissimum hostem Christianorum eius videndi fruendiq; gratia contendisse Alexandriam

Vincen. Lyrinensis Commonitorio 1 c. 23.

Ait impius Porphyr excitũ se fama Origenis Alexandriã puerum fere perrexisse.

xandriam, vbi exquisitæ sapientiæ tabernaculum posuerat. Cum Ouinius Gallicanus, vt est apud Euseb. de vita Constantini lib. 4. nuntium mundo remisit, postquam Sarmatas feram gentem vi victoriaq; domuisset, splendidissime triumphasset, Consul iterum fuisset, ex omnib. pœne oris terrarum multi homines vndique effusi, ad Ostia Tyberina veniebant, vt virum eum viderent, prosapiæ splendore clarissimum, summis honoribus perfunctum, lauantem pauperum pedes, ponentē mensam, aquam manibus effundentem, languentibus sollicite ministrantē, & cætera pietatis officia exequentem.

Martyrol. Rom. 25. Iunij.

In his omnibus prophana huius sæculi malitiosaq; vanitas nihil reperit, quod fastidiose carpere & insimulare vellet: at si forte aliquis reperiatur, qui eadem cum sanctissimo Ioan. Chrysost. ardore & cupiditate Romam ire velit, osculari fores Vaticani, aduolui sepulchro, cineres honorare beatissimorum Apostolorum, qui satores primi sunt Christianæ religionis; e uestigio homines commouentur, valide obmurmurant, in cœlites euomunt contumelias. Educamus igitur in apertam lucē antiquitatē huius religiosissimæ pietatis Ecclesiæ Catholicæ, erga D. Petri Cathedram, & sepulturæ locum augusto cultu celebratum, cui etiam D. Pauli tanti operis atq; muneris adiutoris & consortis felicitatis memoriam adiungamus.

Prius ambigua distinguenda sunt, vt Philosophi grauissimi pronūciant, quam subtilis de quaq; re tractatio instituatur, aut ad viuum resecetur, vt quid sit in quæstione cognosci possit. Quemadmodum igitur claues de quibus est Matth. 16. & 18. vel ad scientiam, vel ad ordinem & iurisdictionem referuntur, quæ Deus in diuinum Petrum contulit: sic Cathedræ vox aut pro doctrina sumi potest, quæ est cōmunis illius significatio, aut pro excellentia dignitatis, aut pro ipsa docendi functione. De prima sat à nobis superius fuit disputatum, reliquę duę sunt, quas vt melius animo & cogitatione percipiamus, hæc quæ sequuntur animaduertere est operæpretium.

Tres tantum D. Petri Cathedras hactenus Ecclesia agnouit, Hierosolymitanā, Antiochenam, Romanā, quas Patriarchales indigitarunt vt alias dictū fuit, tametsi ecclesia duarū tantum memoriam celebrarit, Antiochenæ videlicet 22. Febr. & Romanæ 18. Ianu. Hierosolymitana prætermissa, siue quod ibidem exiguo temporis interuallo sit moratus, siue ne D. Iacobo qui Antistes ei loco pręfuit, iniuria fieri quædam videretur. Quam rē vt etiam diligentius enucleemus, notādum est D. Petri principatū sex duntaxat & triginta annos, 5. mēses & 12. dies durauisse. Romana summæ dignitatis & auctoritatis initium habuit anno 45. 18. Ianuar. quo die eam ipsam ob causam, ipsius Cathedræ cognominatæ Romanæ anniuersario cultu memoria renouatur: finiit autē 29. Iun. anni 69. quo die Neronis impia voce atq; imperio in crucem actus fuit, & D. Paulus gladio cæsus è cuius venis pro cruore lac candidissimum manauit. Quare Ecclesia vt grato animo prosequatur beneficiū, quod in Oriente percepit

Digitized by Google

cepit propter Antiochenũ solium tanti viri, & in Occidēte Romanę Sedis causa, geminos hos dies festos & solennes instituit, illius commorationis veritatem contestantes, de qua lib. 2. certissimæ probationes allatæ sunt, ex D. Hieron. Comment. in 2. cap. Epist. ad Galat. & Eusebio in Chron. Olympiade 205. qui fuit Seruatoris annus 44. Dico item de eadē re D. August. Serm. 15. & 16. de Sanctis, huius quoq; religionis antiquitatē confirmant: nā in priore sapiētissimus & acutissimus ille doctor notat & nō sine stomacho reprehēdit inanis superstitionis consuetudinē, quæ in multis Africæ prouinciis inueterauerat, quod nimirum solennib. in feriis Cathedræ D. Petri, super tumulos defunctorũ vulgo cibos & vina cōferrent. Quā delirationem scriptis identidem confutat & præsertim lib. de moribus Ecclesiæ cap. 32. & Turon. Concil. 2. Can. 34. diserte prohibuit.

Multæ vero grauesq; sunt rationes, quæ Ecclesiam Dei sponsam impulerunt, vt Cathedrę vtriusq; recordationē certis diebus solēnē perpetuāq; esse vellet. 1. ad cōmemorandũ fidei beneficiũ quod nobis cũ Præside religionis Petro est cōmune. 2. ad diuinā prouidentiā tũ venerandā tũ prędicandā, quod parēti ecclesiæ Vicariũ suũ legatũq; reliquit, in quo Numinis personam expressā agnosceremus. 3. ad grates eidē ipsi Deo persoluendas, quod talē gloriæ suæ administrũ actoreq; voluntatis elegerit. 4. ad pollicitationē illā tacitis studiis agnoscendā, qua fore perpetuā hanc Cathedrā stabileq; promisit, illo certissimo effato sempiternę veritatis, *Ego rogaui pro te Petre vt nō deficiat fides tua*: & alias, *super hāc petrā ædificabo Ecclesiam meā, & portæ inferi nō præualebũt aduersus eā.* 6. quod ea sola BB. Apostolorũ sanguine purpurata & mirabiliter ornata fuit. 7. quod ea itidē sola speciosissimas illas proprietates obtinet à S. Iren. pictas l. 3. c. 3. cũ eam nominat doctrina stabilitā Traditionib. ornatā, illustratā meritis, præter alias omnes amplificatā, & singularib. donis cumulatam. 8. quod hac sede pestilētiæ cathedra funditus euertitur, & peccati sedes ruit. 9. quod Cathedræ omnes Antistitum, Metropolitanorum, Patriarcharũ, & aliæ hanc vnam vt superiorem agnoscunt. Deniq; quod ab ista cęterę originem suā exceperunt; cum enim D. Petrus sublimis religionis vertex atq; omniũ princeps, oras omnes terrarum per sese adire non posset, discipulos auctoritatis suæ vicarios misit, qui tot locis cathedras Episcopales fundarũt. Sicilia quidē ab illius sinu recepit Pancratiũ, Marcianũ, Berillũ, Philippũ. Capua Priscũ, Neapolis Aspernatē, Terracina, Epaphroditũ, Æquicolæ Marci discipulos, Nepet Ptolomeũ, Fæsulę Romulũ, Luca Paulinũ, Rauēna Apollinarē, Verona Eutropiũ, Patauium Prosdocimum, Ticimum Syrum, Prouincia Aquileiensis post Marcum Hermagorā. In Galliis Tolosates Burdegalēses & Lemouices Martialem diuina quod aiunt virgula cōsecuti sunt. Iisdem temporib. Sixtus Remos fuit missus. Trophimus Arelatem, Sabinianus Senonas, Cœnomanum Iulianus, Vrsinus Biturigas, Austremonius ad Auernos, Santonas Eutropius, Maternus & Valerius Coloniā Agripp. Treuiros & Aduatucā Tungrorũ. Germania imbuta fuit Christanę religionis mysteriis ab Eucha. Egisto, Marcia. Hispania à

Hierony. in c. 2. ad Galat. *Primum Episcopum Antiochenæ ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit.*

Euseb. in Chron. *Petrus Apostolus natione Galilæus Christianorum Pontifex primus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur.*

Baron. in annot. ad Martyrolog. demiratur sermonem 15 de sanctis D. Augustini reiectum in appendicem à schola Louaniensi, cum nihil habeat quod Augustinũ non redoleat.

Lib. de moribus ecclesiæ aduersus Manich. c. 32.

Aug. sermo. 15. de sanctis qui est de Cathedra S. Pet. *Cum solennitatem hanc ecclesiæ merito religiosa obseruatio introduxerit: miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increuerit, vt super tumulos defunctorum cibos & vina conferant.*

Matth. 16. 18.

Digitized by Google

nia à Torquato, Ctesiphonte, Iucundo, Iudaletio, Cecilio, Hesychio Euphrasio aliisque, quod breuiter comprehēsum studiosus lector apud Innocentium Papam reperiet Epistola ad Decentium: Vnde cōstat grati animi iure ac nomine Ecclesiam obstrictam obligatamq; fuisse vt Cathedram D. Petri matrem & magistram aliarum singulari quodam honore prosequeretur.

Leo serm. 1 in anniuersario suæ assumptionis ad Pontificatum.
Recurrente igitur per suum ordinem die, quo me dominus Episcopalis officij voluit habere principium, vera mihi in gloriam Dei causa est lætandi.
Hilar. Papa ad Ascanium & cęteros Episcopos Prouinciæ Taraconensis.
Lectis ergo in conuentu fratrum, quos natalis mei festiuitas congregabat literis vestris.

Hōc exemplo fretos videmus etiam alios Summos Pontifices à capite Petro, diem illum religiose coluisse, quo primum ad Apostolicam Sedem peruenerant: cuius rei fidem faciunt D. Leonis tres Conciones quas in anniuersario suæ assumptionis ad Pontificatū die habuit, & Epistola Hilarii Papæ ad Ascanium cæterosque Antistites Prouinciæ Tarraconensis, ex qua discimus fuisse olim in more positum apud Episcopos Italiæ vt Romam sese conferrent eo die, quo Pontifici orbis terræ in iis feriis celebrandis adesse possent. Sane de Gregorio Magno in Romano Martyrologio legimus tertio die Septembris, *Romæ ordinatio incomparabilis viri S. Gregorii Magni in Summum Pontificem, qui onus illud subire coactus è sublimiori throno clarioribus sanctitatis radiis in orbe refulsit.* Quam etiam laudatam & honestam consuetudinem minores deinde Pontifices, tum Latina tum Græca in Ecclesia æmulari voluerunt. Menologium Græcorum dies notat eos quibus D. Basilius & S. Ioannes Chrysostomus ad Pontificiam dignitatem euecti fuerunt. In Occidente vero suppetit nobis grauissimum diuini Ambrosii testimonium Epistola 60. libri 8. vbi scribens ad Felicem Comensem Episcopum, gratulatur imprimis de acceptis literis tum recenti gaudio perfunditur quod finitimus esset ille dies celeberrimus quo ad clauum regendæ Ecclesiæ cooptatus fuerat, quem diē sibi natalem appellat, atq; adeo pollicetur in solenni se precatione memorem illius futurum petitque vt mutuæ fructu pietatis sanctimoniæq; perfruatur. Est quoque in manibus Augustini præstabilissimi viri auctoritas qui publico præconio denunciat natalem diem Aurelii Episcopi Carthaginensis, sermo est 32. de verbis Domini, Dies, inquit, Ordinationis Domini senis Aurelii crastinus illucescit: rogat & admonet per humilitatem meam, charitatem vestram vt ad basilicam Fausti deuotissime venire dignemini. Et de proprio suo tractans 24. homilia ex quinquaginta, ait celebritate se muneris admoneri sui, quasi eo primum die honorifica dignitate fuisset ornatus. Et hom. 25. Hodiernus, inquit, dies iste admonet me attentius cogitare sarcinam meam.

Ambros. ad Felicem Episcopum Comensem lib. 8 Epist 6. *Simul quia celebrem vtiq; nostrum annūciasti diē adfore quo suscepisti gubernacula summi Sacerdotij, de quo momento ante cum fratre nostro Bassiano loquebar:* & paulo post. *Natalem autem tuum prosequemur nostris orationibus & tu nostri in tuis votis non obliuiscaris.*
Aug. serm. 32. de verb. Do.

Causæ vero quæ Pontifices qui D. Petri ius & auctoritatem exceperunt, aliosque minores Antistites commouerunt, vt Ordinationis suæ diem festum & solennem esse vellent fuere plurimæ. 1. vt suam veluti παλιγγενεσίαν in memoriam reuocarent, quod tum sponte (quod etiamnū obseruatur) familiæ nomen deponerent. 2. quod veluti nuptiarum fuisset dies, & diuina cum Ecclesia copulatio, cuius annulum & insignia præferunt. 3. quod tutores populi & curatores eo die constituti fuissent. 4. quod noua tum excitanda vitæ sanctitas videretur, quippe qui illius diei

diei festa religione monerentur, se veluti quodam in fastigio consistere perfectionis, non autem more cæterorum in cursu atq; via. 5. quod iam inde ab eo die rerum principi Deo spoponderant, se rationem reddituros de salute ouium, quas proprio cruore vindicatas Seruator hominũ Christus eorum curæ & fidei concredidisset. 6. vt ad nouæ cuiusdam vitæ cursum diuinum & cœlestem, robur & vires caperent. Atque vt hæ rationes omnino sex omnibus Episcopis sunt cõmunes, ita quę sequuntur in solam D. Petri Cathedram vt propriæ & definitæ quadrant, nimirum 7. quod qui ei præfuerunt Antistites, non oppugnarunt modo verũ etiam expugnarunt funditusque euerterunt omnes hæreses, diuino pręsidio freti, & Spiritu sancto Dei videlicet digito corroborati. 8. quod cũ de fide oritur controuersia & implicata in religione difficultas, semper hactenus ad Romanam Sedem, tanquam ad sacram anchoram, tanquã ad aram omnes confugerunt. 9. quod hanc Cathedram certa & explorata neque errori subiecta via & ratio comitatur. 10. Quod ab omni hominum memoria Catholici fuerunt appellati Romani. 11. Quod sancti Patres Ecclesiæ lumina scriptis suis & eruditissimis monumentis nos ad hanc scholam atque institutionem amandant. Atque hęc priuilegia meritissimo commouere Christi in terris Vicarios potuerunt, vt eum diem quo primum orbis terræ procurationem auspicati essent solenni pompa celebrarent. Et ne forte refractarii & contumaces tendere contra & aduersari pugnacissime queant, age porro, & harum quinq; rationum veritatem confirmemus.

Et primum quidem de extincta hæreseon peste quas Summorũ Pontificum manus plena laureis & triumphis ornata confecit, quis negare potest quin quemadmodum olim Apostolorum princeps hæreticorum omnium antesignanum clara victoria superauit, cæteri quoq; illius successores religionis duces gloriosissime domuerint infādi Simonis emissarios & impietatis hæredes? cuius ductu atque auspiciis strati victique fuerunt Valentinus & Marcion, nisi Eleutherii Papæ quemadmodum Tertullianus testatur? quis alius Theodorum hæresiarcham fregit nisi Victor Romanæ Sedis moderator? quis Cerdonem audacius volitantẽ compressit, nisi Papa Hyginius, quod prodere Irenæum scimus? An alius quam summus arbiter religionis Miltiades impios Donatistas coercuit, vt vere scribit D. Augustinus? quis Arium infandum illud caput & consceleratam illius cateruam subegit, quam fortes & inuicti Capitolii pręsides Syluester, Marcus, Iulius? cuius acie auctoritatis nisi Damasi cruẽtatos laceratosq; videmus Apollinarem, Photinũ, Sabellium, & Pneumatomachum Eunomium? cui Nestorius iugulum dedit nisi Papæ Cœlestino? furiosum Eutychetem quis alius sacrarum legum vinculis constrictum dirarum obnunciatione deuouit quam Leo Magnus? Cyrum, Sergium, & Pyrrhum summa amentia in Ecclesiam incurrentes an non Pontifices duo maximi Theodorus & Martinus felicissime expugnarunt? Sic omnino reperiemus membra omnia Antichristi à corpore my-

Actor. 8 ro 21.
Tertul. lib. de p[r]æscript. c. 30.
Sub Episcopatu Eleu[the]r[ii] benedicti, ob inquietam eorum curiositatẽ, qua fratres quoq; vitiabant, semel & iterum eiecti, Marcion quidem cum ducentis Sestertiis suis, quæ Ecclesiæ intulerat, nouissimo in perpetuum discidium relegati venena doctrinarum suarũ disseminauerunt.

ſtico Ieſu Chriſti fuiſſe auulſa, aut ab ipſis Romanæ ſedis præſidibus, aut à Conciliis eorum autoritate celebratis & concluſis: vnde fit vt hæretici omnes Cathedram hanc Romanam infeſto odio atq; omni animorum acerbitate proſequuti hactenus ſint, & verò etiam in omnem conſequentis æui memoriam proſequentur, non ſecus ac ſcelerum conſcientia obſtricti ſeuerum Iudicem integrumque abhorrent.

Quod autem confugere omnes ſoliti ſint ad auguſtum Petri ſolium, in quæſtionibus fidei, in controuerſiis morum & ambiguæ religionis, vnicum exemplum, quod eſt à nobis ſuperius perſtrictum, fidem faciet, ſi iam paulo copioſius exponatur.

Sciunt omnes S. Irenæum in primis adoleſcentiæ annis florentem iiſdem temporibus vixiſſe, quibus Polycarpus iam natu grandior Smyrnenſem Eccleſiam ſanctiſſime adminiſtrabat: Eſt enim in confeſſo S. *Euſeb. l.5. hiſt. c.24.* Polycarpum diſcipulum fuiſſe S. Ioannis Euangeliſtæ: apud Euſebium legere quiſq; poteſt quemadmodũ Papa Victor Aſianos omnes ab Eccleſiæ cõmunione ſecreuit, qui ſententiam Pii primi de Paſchate celebrando ſuperbius refutarant: præterea ſubductis liquido rationibus cõſtare poteſt eam ſacrorum ac diuinorum interdictionem cõtigiſſe anno Domini centeſimo nonageſimo octauo: animaduertere deniq; omnes poſſunt plurimos in toto orbe terrarũ, & imprimis S. Irenęum illa ipſa ſententia perſtrictum hæſiſſe attonitos, qui eam ſeueram & atrocẽ putabant: ſed tamen nullus contra iit, neq; in dubium reuocauit eius autoritatẽ, qui ſpiritalis id Cenſuræ fulmen coniecerat, cum meminiſſent, ipſum Polycarpum veniſſe Romam aliquando, vt in ea religionis arce, de propoſita quæſtione inſtrueretur. Quis hic non clare tanquã ea quæ oculis cernuntur videt, regendæ Eccleſiæ & docẽdæ poteſtatem, in Romana Sede tam illuſtrem & conteſtatam, vt tametſi cenſuræ illius cauſa controuerſa foret, nullus tamen iuriſdictionem conuellere, autoritatem labefactare, contemnere illius dignitatem auſus eſt qui protuliſſet?

Quod verò eandem ſedem aberrare nõ poſſe aiebam, id duobus modis intelligi poteſt, vt vel ad ius vel ad factum referatur: atq; omni quidem ratione, quamuis temporũ iniuria & impudens ſæculorum audacia reclamet, propoſitio illa vera deprehenditur: cum certum ſit atq; notũ hanc Cathedram nunquam lapſam aberrauiſſe, nunquã defeciſſe: Hoc in perpetua Summorũ Pontificum ſucceſſione, quæ nunquam ad hunc diem interrupta eſt perſpicue deprehenditur, & iam ſuperiori libro vidimus nullum è Romanis Pontificib. ex hac Cathedra quidpiam contra veritatem locutum. Id verò de cæteris religionis ſedibus dici vere non poteſt, cum Macedonius, Neſtorius, Sergius, Paulus & Pyrrhus veteres hæretici Patriarchalẽ ſedem Conſtantinopolitanã dehoneſtarint, Paulus Samoſatenus, Seuerus, Gnapheus, & Macharius Antiochenam: Arriani, Eutychiani, Hilariani & Monothelitæ Alexandrinam & Hieroſolymitanam, quæ deploranda & miſerabili tandem ruina ceciderũt, cum hæreſis gemina ſit & germana infidelitatis, ab infidelitate verò Atheorũ impietas fœdo ſatu generetur.

Non

Non desunt igitur rationes cur vniuersa Ecclesia cathedram Apostolicam singulari honore prosequatur, cur etiam Antistites Pontificatus sui auspicia concelebrent. Quod verò huiusmodi feriæ sint ei nõ ingratæ, de quo vnus de veteribus aiebat, *Cathedram habet in cælo qui docet intus*, apparet ex iis honoribus quos diuina prouidẽtia vel ipsis etiam sedibus vili materia constantibus adhibendos significauit: neq; enim sine magno claroque prodigio fieri potuit vt inter tot & tantas vastitates vrbis Romæ in ipsis quasi mediis cineribus toties inflammatæ ciuitatis lignea D. Petri cathedra in Vaticano ad hoc vsq; tempus restiterit: neq; similis D. Iacobi post euersam toties Hierosolymam sine diuina vi potuit incolumis esse vsq; ad tempora Magni Constantini, vt memorat Euseb. lib. 7. hist. cap. 14. Neq; etiam non præter omnium spem & expectationem Cathedra S. Marci religiosissime cõseruari Alexandriæ potuit sic vt nullus excellentium Antistitum qui deinde in frequenti illa vrbe & copiosa magistri pietatis fuerunt, ausus sit in ea considere propter mirabilẽ & diuinum ab ea manantem splendorem. Quibus addit doctiss. Baronius in Annalibus Ecclesiæ, idq; probat tum Actis D. Cypriani, tum S. Augustini autoritate, in more fuisse positum, vt Episcoporum sedes etiam dum abessent venerationis causa & honoris velis inumbrarentur, stragulis ornarentur tanquam res sacrosanctæ.

Euseb lib 7 hist cap 14. *Iacobi Apostoli Cathedram (qui primus erat ad Hierosolymitanum Episcopatum à Seruatore, & cæteris eius Apostolis delectus, quemq; fratrem Christi nuncupatũ diuina perhibent eloquia) ad istud tempus seruatam, Episcopi qui illic ordine successerũt, permagno æstimãt.*

August epist 203 ad Maximũ Epis Donatistam. *In futuro iudicio, nec obsides gradata, nec cathedra velata adhibebuntur ad defensionem.*

Baron. an 45. nu. 11.

Est igitur verisimile 1. neminem posthac in reprehendendis Ecclesiæ moribus tam facilem promptumq; futurum. 2. Causas & rationes cur quidque instituat, nõ prius reiectum iri quàm cognitæ penitusq; perspectæ fuerint. 3. Nil causæ videri cur potius Iudæi cathedram Moysi olim coluerint quàm nunc Christiani D. Petri suggestũ venerentur. 4. Quod ad lignum attinet, saxum, aliamq; materiam, facillimum est abducere animum, atq; auocare ab iis, quæ in oculos sensumq; incurrunt, & ad eũ vsq; penetrare qui corporatis rebus exprimitur, quemadmodum promptum & procliue fuit Iudæis à ligno Sethin altius mentẽ attollere, cum initi fœderis instrumentum contuerentur, imo & ab ipsis auratis Cherubinis, propter quos strati ante Arcam iacebant, vt D. Hieronymus docet & ipsa dictio Hebraica ostendit. 5. Nihil esse absurdi vt Deum iis ipsis modis quos deligere ille voluit honoremus. 6. Deniq; non magis licuisse primis Christianis efflorescentis religionis temporibus D. Petri vmbram & S. Pauli sudaria tam religiose vereri & obseruare, quàm modo liceat antiquæ pietatis æmulis, eorum honorare monumenta, Templa, exuuias, & augustas lipsanothecas. De quibus cum hactenus sit à nobis copiosius dictum, restat vt de sepultura tractemus, quam Veteres Confessionem, Memoriam, Monumentum Apostolorum nominabãt.

Ad conciliationem via.

Hieron in Epist ad Marcellam vt cõmigret Bethlehem *Venerabantur quõdam Iudæi sancta sanctorũ, quia ibi erant Cherubin & arca, &c.*

Psal 98. Adorate scabel pedum eius, *vox Hebraica* ישתחוו *ijschtachãuou, sonat, incuruate vos, siue prosternite vos ad templum & ad scabellum pedũ eius.*

Act 1 15.

igitized by Google

DE LOCO SEPVLTVRÆ BEATISSIMORVM APOSTOLORVM ATQVE SANCTISSIMORUM Petri & Pauli.

Capvt V.

CVM nobili glorioſoque fato defuncti eſſent impietatis victores Apoſtoli, continuo ſacra eorum corpora prope ſupplicii locum ſepulta atq; humata fuerunt, D. Petri quidem in ea parte Vaticani, quam Ianiculum olim dicebant, eximii vero Pauli ad viam Oſtienſem: & iam inde eorum monumenta ſumma Chriſtianorum frequentia & honore celebrata, vt antiquæ Theologiæ columen Caius teſtatur Zephyrini Pontificis æuo clariſſimus apud Euſebium his verbis, Ego, inquit, Apoſtolorum trophæa perſpicue poſſum

Euſeb. lib. 2. c. 24.

» oſtendere: nam ſi lubet in Vaticanũ proficiſci, aut in viam quæ Oſtienſis » dicitur te conferre, trophæa eorum qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone & » virtute ſtabilierunt inuenies. Et quanquam immanis fuit & violenta » Chriſtianorum vexatio à Nerone barbaræ crudelitatis principe vſq; ad magnum Conſtantinum, nunquam tamen exoleuit aut elanguit illa pietas, quæ pro temporis opportunitate in eo loco, quem confeſſionem D. Petri indigitabant, illuſtris viſebatur: cui maxima facta eſt acceſſio tertio ſæculo, & dignitatis nouus quidam ſplendor additus, nam Conſtantinus cum imperii magni habenas ſuſcepiſſet anno 306. matrimonii ſocietatem iniiſſet cum Fauſta Maximiani Herculii filia, Maxentium bello domuiſſet, cum vniuerſis copiis ſignum Crucis ſplendidiſſimum in cœlo vidiſſet, cum hac inſcriptione ἐν τούτῳ νίκα: cum per quietem mundi Seruatorem audiiſſet imperantem, vt in præliis hoc inſigni ſacroſancto vteretur: poſt deportatos variis è locis triumphos atque victorias, poſt fractos ſecundis præliis atque ſubactos impii latrocinii duces Maxentium & Licinium, cum denique ſalutari lauacro tinctus à beato Syluestro fuiſſet Romano Pontifice Anno 324. curam & cogitationem ſuam

tionem suam conuertit non modo ad loca pietatis instauranda, sed ad noua etiam templa magnificentissime construenda, quorum etiamnum quædam supersunt, vt Templum S. Crucis, S. Laurentii extra muros, D. Petri & Marcelli. Sed ædes sacræ tres comprimis fuere augustæ, structura & artificio singulari, exquisitis ornamẽtis visendæ, nimirum ea quam ad suum Lateranense palatium exædificauit, quam maximis religionibus consecrauit Papa Sylvester, cum adiuncto Baptisterio Constantini, ita enim loci exædificatio nominabatur, vbi à lepræ contagione curatus fuerat: id templum incredibili hominum concursu & solenni pompa Seruatori dicatum fuit, hæc verò pars Ioanni Baptistæ quinto Idus Nouembris, qua in dedicatione prodigium extitit illud diuinitus, de quo proditum est in historiarum monumentis, cum ad ipsius Templi noui parietes Christi Seruatoris vultus mirabili modo expressus apparuit. Sed altera longe magnificentior Basilica fuit, quam D. Petri nomine insigniri voluit, in clarissimo Vaticani loco posita, quo maxima vndique multitudo Christianorum affluebat. Atque in hac molienda & struenda singularis eius pietas animiq; religiosissimi ardor eluxit: nam octauo post die quàm sanitatem esset adeptus atque in Ecclesiæ vndis anteactæ vitæ sordes eluisset, vomerem manu tenens locum designauit, tum inusitata humilitate etiam prouectus, duodecim terræ cophinos humeris suis vectare voluit cum ad Templi locanda fundamenta humum egessissent: breui opus absolutum fuit, & à summo Pontifice Sylvestro consecratum 14. Calend. Decembris. Tertia Basilica ad viam Ostiensem D. Pauli Manibus sacra fuit, quam mirifico apparatu, sumptu maximo ornauit & locupletauit: eam deinde magnificentius reficiendam amplificandamque curauit Valentinianus iunior, suis partibus numerisque omnibus absoluit Honorius: tandem columnis & pulcherrimo thelo eandem Leo Papa Magnus decorauit.

Euseb. orat. de laudib. Constantini Magni.

Extant de his literæ Valentiniani Imp. in Biblioth. Vaticana.

Adrian Pap. Epist. ad Carolum Magnum de imagin.

Plena sunt Annalium monumenta certis & perspicuis testimoniis quæ declarent quanta fuerit erga hæc sanctissima Templa non modo Christianorum omnium pietas & veneratio, verum etiam & inaudita Barbararum gentium reuerentia: Cum enim Gotthi infestis armis in Italiam inuasissent Romaque potiti ferro, flamma, sanguine complerent omnia, à Basilicis manus abstinuerunt, vt meminit Orosius, atque adeo permiserunt vt iis omnibus qui in eas confugissent Asyli vim & sanctitatem obtinerent: Quod & D. Augustinus hominum memoriæ transmisit primis libris de Ciuitate Dei. Cumque Augusta Theodora Anthemium Scribonium misit, qui Summum Pontificem Vigilium conquireret, ex omnis latebris erueret, vi abduceret, vnam D. Petri Basilicam excepit.

Oros. l. 7. c. 39.

August. de Ciuit. Dei l. 1. c. 1. *Testantur hoc martyrũ loca, & basilica Apostolorũ, quæ in illa vastatione vrbis ad se confugientes suos alienosq; receperunt.*

Procop. lib. 2. de bello Gottico, tempore Iustin.

Ex libro Pontificali de Vigilio.

Ipsa quoq; loquendi ratio antiquitatem huius pietatis ostendit, aiebant enim *ad limina Apostolorum* se conferre, cum sepulcra illorum adirẽt, quasi is locus aditum patefaceret atq; ingressum in eorum domicilium & veluti ad lætissimũ eorum aspectum, ad fauorem, ad suffragia conse-

Claud. ad Iacobum magistrum equitũ. *Per cineres Pauli, per cani limina Petri.*

quenda. Adde quod omnium adeuntium ad ea loca hæc communis fuit consuetudo vt priusquam in templum ingrederentur, genua flecterent, limen inferum suauiarentur, postes manu contingerent quam deinde ad eos referebant, tum vota & precationes sic offerebant Numini, vt beatissimos Apostolos sequestres atque internuncios adhiberent.

Fortunat. de Basilica Rauennate. *Rursus Apollinaris pretiosi limina lambe, suses humi supplex.*

Prudentius Peristeph. hymn. 2. de S. Laurentio. *Ipsa & Senatus lumina Quondam Luperci & Flamines, Apostolorũ ac martyrum exosculãtur limina.*

Sidon. Apoll. lib. 1. epist. 5 ad Heronium sub finem

Est huius rei luculenta probatio apud S. Ioannem Chrysostomũ homil. 30. in 2. ad Corint. „Nonne videtis, inquit, quot etiã vestibula tem„pli huius osculantur, illi quidem caput flectentes, alii autẽ manu con„tingentes, & ori manum admouentes. Et apud Fortunatum cum versus pangit de Radegundes sanctissimæ Reginæ pietate, quæ ad limina sacrarum ædium quæ memoriæ D. Martini dicatæ fuerant, sese ad terrã abiiciebat. Prudentius in hymnis eundem ipsum morem poetica elegantia & Christiana veritate confirmat, aitq; Lupercos olim atq; Flamines atq; Senatus lumina, nunc limina Apostolorum atq; martyrum piè exosculari. Sidonii Apollinaris egregia illa vox & aperta confessio *Priusquam*, inquit, *vel pomœria contingerem, triumphalibus Apostolorum liminibus affusus omnem protinus sensi membris male fortibus explosum esse languorem.* Apud Ennodiũ in defensione Papæ Symmachi proditur cum primum ad Romanam ciuitatem peregrinus quispiam appelleret, moris fuisse vt e vestigio *ad limina* se conferret, vt in aditu sanctissimi & augustissimi Templi Apostolorũ, preces funderet, tum ingressus Angelorũ pane reficeretur: quod idem propemodum erat atq; publica voce & præconio fidei communionem & cum Romana Ecclesia cõmercium societatemq; testari. Optatus perspicue id significat lib. 2. contra Parmenianum, cum ita loquitur, Ad memorias martyrum vt Schismaticus non accedit contra Apostolum faciens, qui ait memoriis Sanctorum communicantes. Ecce præsentes ibi sunt duorum memoriæ Apostolorum: Dicite si ad has ingredi potuit, ita vt obtulerit illic, vbi Sanctorum memorias esse constat.

Capit. Franc l. 4. cap. 13. Ludouicus pius Imp. in constitu. addita salicis legibus: *Si in atrio Ecclesiæ, cuius porta Sanctorum reliquiis cõsecrata est, eiusmodi homicidiũ perpetratũ fuerit. Simili modo emendetur vel componatur. Si verò porta Ecclesiæ non est consecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, &c.*

Paulin. in natal. 3. S. Fœlicis *Aurea nunc niueis ornantur limina velis.* & paulo post *lumina ceratis adolentur odora papyris.*

Aliud quiddam memorandũ & hoc loco dignum ex Edicto & Constitutione Ludouici Pii depromitur, de lege Salica: nam cum populus magna & beneuolentissima pietate limina Templorum suauiari cõsuesset in quibus Sanctorum exuuiæ cõquiescerent, vt obuiam iretur superstitioni, & populari tamen religioni seruiretur, Episcopi reliquiarũ partem in Ecclesiæ postes immittebant, qui deinde, vt Paulinus vir sanctissimus & eruditissimus autor est, floribus & corymbis, arcubus triũphalibus, lucernis, laureis, & omni ornamẽtorum genere conuestiebantur. Itaq; Imperator loco citato de parricidio loquens aliam quandam pœnam atrociusq; supplicium decernit, si facinus commissum fuerit in atrio Ecclesiæ, cuius valuæ Sanctorum reliquiis consecratæ sint, quàm si prophano quodam in loco fuisset patratum.

S. Spiritus omnis laudatæ consuetudinis autor & inuentor, hanc quidem Ecclesiæ suggessit, vt iam inde à limine atq; aditu componerent omnes animũ ad modestiam, & inductorium veluti gustum religionis haurirent, quam intro ferre debebant, atq; omnes admonerentur, longe vti-

lissimum & maxime salutare fore si nõ soli, sed ducibus sanctis & comitibus ingrederentur, ad æternam mentem omnia sentientem & mouentem venerandam. Verum enimuero cum illa maiorum pietas temporũ vitio & vitiorum importunitate sensim defloruisset, ne res sanctissimæ perditorum hominum contumeliæ obiicerentur, intercidit deinde illa consuetudo, neq; amplius additæ reliquiæ ad postes valuasq; Templorum fuerunt, commodiusq; visum si Diuorum imagines in vestibulis & propylæis collocarentur, quæ tacite accedentes monerent, in domo Dei pie & summa animi modestia versandum esse, eorum ipsorum æmulatione quorum vel muta simulachra vitæ sanctimoniam prædicarent.

Quæ cum ita sint, illi deinceps totum hoc reprehendant & illudant, qui omne aduersus Deum studium officiumq; negligunt, qui pro nihilo putant ea, animoq; impio auersantur, quæ elicere in nobis religionem atq; vehementius inflammare possunt, qui suæ salutis curam omnẽ posuerunt. Laudent illi atq; in cœlum tollant Vespasianum Augustum, quod instaurãdi Capitolii causa cæmentum humeris sustulerit, damnẽt Constantinum, quod ad gloriam honoremq; diuinitatis & summorum Apostolorum simile facinus cõmemorabili virtute cõsciuerit. Probent & verò etiam æmulentur, si lubet, veterẽ Ethnicorum consuetudinẽ, qui in atriis vel statuas Imperatorum vel auorum maiorumq; expressos vultus collocabant, & indignentur si in aditu Templorum, si in vestibulis Sanctitatis, aliud videant quàm texturam aranearum. Ornent conclauia, cœnationes, lararia, pictis tabulis egregia colorũ varietate lucentibus, non S. Hieronymi qui specimen fuit Catholicæ religionis, sed Hieronymi Pragensis; nõ D. Martini Turonensis Episcopi, aut Martini Papæ qui pro Deo fortiter occubuit, sed Martini Lutheri aut Martini Buceri: non sanctissimi Philippi Apostoli, sed Philippi Melanchthonis: nõ D. Petri Apostolorũ coryphæi, sed Petri Martyris aut Petri Vireti: non S. Theodori qui Nicomediam summis virtutibus excoluit, sed Theodori Bezæ: non Mariæ Virginis, sed Candidæ; nõ Ioannis Baptistæ tam præstabili innocentia viri, neq; S. Ioannis Chrysostomi, cuius aureis fontibus irrigatur Ecclesia, sed Ioannis Caluini, Ioannis Wiclefi & Ioannis Oecolampadii: Denique liceat fastidiosis illis hominibus duplex illud Væ diuini Vatis Isaiæ quasi propria hæreditate capere, *Væ qui dicitis malũ bonum, & bonum, malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris & vobismetipsis prudentes.* Tales omnino sunt, qui sese diuina gratia septos arbitrantur, idque pro fidei articulo habent, & tamen iidem ipsi defendunt actiones omnes suas maculosas & scelere deformes esse, atq; omnem culpam esse mortalem: hoc vltimum an veritatis similitudinem habeat Deo duce videamus.

Ad conciliationem via.

INTER

Digitized by Google

INTER PECCATA QVÆ AB HOMINIBVS ADMITTVNTVR, VNVM ESSE ALIO GRAVIVS, VNVM veniale, mortale aliud esse posse.

CAPVT VI.

Cicero in Paradoxis.
ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα.
Siquidem est peccare, tanquam transire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est, quam longe progrediare, cum semel transieris ad augendam transeundi culpam nihil pertinet.
Epiph hæres 27.
Hieron. ad c. 4 Osee.
August. hæresi 58.
Hieron. & Iouin. l. 2 c. 25. & 16.
August hæresi 82.
Luth. l. de captiuitate Babil. c de baptismo.
Melanchthon in locis communibus de discrimine peccatis mort & venialis.
Caluinus l. 2. Institut. c. 8. § 29.
Quod si delirare perseuerāt illi v. lore iussis, habeant, filii Dei, omne peccatum, mortale esse: quia est aduersus Dei voluntatem, rebellis qua eius iram necessa-

QVI paria peccata omnia esse diceret, is in errantium Stoicorum vestigia ingrederetur: nullum verò penitus agnoscere, Simonianorum est proprium: Opinari esse ad perfectionē necessaria, est cum Schola Carpocratianorū insana contumelia Dei bonitatem sanctitatemq; violare, putare sola fide remitti, putidus error Eunomianorum fuit: leuissimam quamlibet noxam eiicere ex anima gratiam inhærentemque iustitiam, non potest nisi Pelagianus quispiam veteris impietatis assertor putare. Hominem post baptismum immunem esse à peccato nec labi vnquam posse, insulsa est Iouiniani deliratio, neminem æternis suppliciis addici, qui fide præditus sit, Lutheri dogma est insolens & inauditum: Omnia infidelibus esse mortalia, terrigena Melanchthon nuper docuit: omnem culpam ex se quidem esse mortalem, sola verò Dei misericordia venialem censeri, musteі nouæ doctrinæ Magistri, nouæ Ecclesiæ architecti ferunt, & specioso, vt illis quidem videtur, inuolucro veritatem opprimunt.

Scripturæ Sacræ testimonium expressum est atque perspicuum 1. Ioannis cap. 5. *Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem.* Et paulo ante, *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Et deinde, *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.*

D. Iacobus in sua Canonic. mortale distinguit à veniali in hunc modum, Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit generat mortem. D. Paulus gemina docet 1. ad Corinth.

ad Corinth. cum noxas aliquorum grauioribus durioribusque rebus cõparat vt ferro, plumbo, æri. aliorum autem culpas leuioribus, ligno, fœno, stipulæ: additque saluos eos beatosque futuros sed tamen quasi per ignem, flammam enim aliquando opus vniuscuiusque probaturam: quo loco Gregorius ter maximus opportune hoc ipso sensu vtitur libro 4. Dialogorum c. 39.

rio prouocat: quia est legis præuaricatio, inquam editum est sine exceptione Dei iudicium: Sanctorum delicta venialia esse, non ex suapte natura, sed quia ex Dei misericordia veniam consequuntur.

Sed fierine posset vt qui noster Aduocatus simul est & Iudex, Genitor vna fraterque, Dux & Magister, actor vna testisque, hanc distinctionem silentio prætermisisset, in qua de gloria supremi numinis ageretur? minime vero, docuit id diserte si verum est pœnam & culpam mutuo ad sese referri: nam cap. 5. D. Matthæi legimus iracundiæ motum efficere nonnunquam hominem reum iudicii, aliquando consilii, alias etiam vt cum scriptura loquar gehennæ: vbi sole clarius lucet non omni sceleri eandem esse pœnam diuino iudicio constitutam. & cum cap. 12. prædicit de omni verbo otioso reddendam esse rationem in decretorio illo & Iudicii magno die, non pari modo post de blasphemia loquitur: & cum verba facit de teruncio vltimoque quadrante prius soluendo quam debitor exeat è custodia, an aliud quid significat interprete sapientissimo Origene, quam veniales culpas? cum agit de trabe in oculo Pharisei, deque festuca in oculis aliorum, nonne idipsum docet vt Diuus Ioannes Chrysostomus animaduertit? cum cyminum mentam & anetum cum grauioribus legis officiis maiorisq; momenti rebus componit, cum obiicit conscelceratis hominibus, quod excolarent culicem, deglutirent autem camelum, nonne multiplici parabola atque imagine documentum hoc confirmabat?

Matth. 5. 21. 22.

Idem c. 12. 36.

Origen. hom. 35. in Lucam.

Matth. 7. 3.

Matth. 23. 23.

Præterea sacræ literæ testantur omnes lapsos in peccatum, falliq; eum qui se peccatum non habere dixerit, neque veritatis compotem esse: & tamen eædem iustitiam in quibusdam agnoscunt quos vocant iustos & perfectos, vt Noe in lege naturæ, Dauidem in scripta, Simeonem & Iosephum in Euangelica. cumque eadem diuina oracula confirmant Zachariam & Elisabetam parentes D. Ioannis Baptistæ ambos fuisse iustos ante Deum, & incessisse in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, sequitur necessario culpas eorum haud fuisse mortales, quandoquidem iustitia quę sine gratia non potest consistere, semper eos comitabatur. Quod etiam diserte sapiens suis in admonitis posuit cap. 24. Prouerbiorum, cum sic habet *septies in die cadit iustus*, vbi non dixit hominem, sed iustum, vt intelligeremus, noxas eas de quibus loquitur, iustitiam non exterminare, & proinde næuos esse quotidianos, tralatitiasque labes, sine quibus viui non potest in hac tanta humanæ vitæ imbecillitate, in hac animi leuitate & inconstantia, in iis ignorantiæ tenebris quibus assidue inuoluimur, vt explicant Diui Augustinus, Gregorius, & Venerabilis Beda. Itaque iam loquentes Patres audiamus.

Rom. 3. 23.

1. Ioan. 8.

Gen. 6. 9.

Luc. 2. 26.

Matth. 1. 19.

Origenes homilia 14. in Leuiticum, Maius inquit esse peccatum in " quo maledicitur Deus, quam in quo nominatur, dubitare non possu- "

" mus. Et homil. 35, in Lucam, Vnusquisq; pro qualitate & quãtitate pec-
" cati diuersam mulctæ sententiam expendit: si parum est quod peccas, fe-
" rieris damno minuti vt Lucas scripsit, vt vero Matthęus quadrantis. Ve-
" runtamen etiam necesse est hoc ipsum quod extitisti debitor soluere, nõ enim inde exies, nisi & minima quæq; solueris. D Ioannes Chrysostom. hom. 24. in Matthæum verba Seruatoris exponens, ait ipsum Iudæis crimini vitioq; vertere, quod incompositi animi aberratione aliorum peccata carperent (quod Christus decimare mentam, anetum & cyminum vocabat) cum ipsi grauioribus sceleribus essent cooperti atq; in omnem se turpitudinem effunderent.

Ioannes Cassianus c. 11. Collation. 20. egregiam differentiam explicat quæ inter iustorum lapsum, & præcipitia cõscleratorum inuenitur: asseritq; leuia illa peccata quæ vitari vix queant illa esse propter quæ pectus sibi feriebat regius Vates cum in ea cogitatione exhorresceret Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine & ab alienis parce seruo tuo. Et cap. 13. Collation. 22. memorabilem hanc senten-
„ tiam pronunciat: Multum interest inter iusti & peccatoris hominis la-
„ psum, alind enim est committere peccatum mortale, & aliud est cogita-
„ tione quę peccato non careat præueniri, nec ignorantiæ aut obliuionis
„ errore, aut facilitate otiosi sermonis offendere, aut ad punctum in fi-
„ dei theoria nonnihil hæsitare aut subtili quadam cœnodoxiæ titil-
„ latione pulsari, aut necessitate naturæ aliquantisper à summo per-
„ fectione recedere. Hæc enim sunt septem lapsuum genera in quibus
„ Sanctus licet nonnunquam incidat tamen iustus esse non desinit, quæ
„ quamuis leuia videantur & parua, tamen faciunt eum sine peccato esse
„ non posse.

Isidor. Pelus. l. 3. ep. 103. Isidorus Pelusiota qui anno 440. piis scriptorum monumentis florebat, existimat venialia peccata, esse illa de quibus Apostolus scribens ad Corinth. aiebat plurimos ex eorum numero ægros & imbecillos esse, & cum iudicamur nos à Domino corripi ne cum hoc mundo damnemur.

Cyprian. ep. 52. l. 4. D. Cyprianus docet, magnam quandam & late patentem esse differentiam, inter philosophiam Christianam, & Stoicorũ disciplinam, qui paria omnia peccata esse arbitrantur. S. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia c. 10. *Quotidiani nos debet pœnitere peccati, sed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum pœnitentia.* Et in c. 4. Epist. ad Rom. asserit ab eximio Psalmorum scriptore tria genera peccatorum discriminari, inexpiabile cumprimis scelus & impietatem Infidelium, peccata grauia & lethifera, tum minuta & venialia Christianorum.

D. Hieronymus Malachiæ tertium caput illuminãs, vbi scribitur Dominum instar ignis futurum, qui aurum expurgat, neque absimilem esse herbæ fullonum, ait ignem flagitiosissimis hominibus deberi, quorũ improbitas sit eximia, herbam autem illam purgantem eos manere, quorũ leuiora sunt peccata, de quibus etiam apud Isaiam proditur, *Lauabit Dominus*

minus sordes filiorum & filiarum Sion. Idem c.1 Epistolę ad Cœlãtiam, Stoicorum proprium esse memorat, inter peccata nullam differentiam statuere, & inconsideratorum leues noxas pro nihilo putare, quæ sensim sine sensu nos ad grauiores trahunt.

Sed illustris maxime locus, in quo D. Hieronymus de peccatorũ differentia & varietate disputat, habetur lib. 2. contr. Iouinian. c.16. vbi decem millia talenta de quibus est in Matthæo ad peccata mortalia refert, & quadrantem ad venialia: & post paulo profert locum D. Ioannis quẽ superius laudauimus, eumq; alio quodam è Vate Ieremia deprompto confirmat, vbi vir ille sanctissimus prohibitum se diuinitus asserit, ne oraret pro populo, qui se tanta immanium scelerum labe contaminasset. Et c.17. eiusdem libri ostendit parricidium atrocius peccatum esse, quam nudam & simplicem iniuriam, & adulterium grauius quiddam existimandum, quam Racha turbido iracundiæ motu pronunciatum: & allatis filii Dei verbis Matthæi 7. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides, *de his*, inquit, *loquitur, qui cum ipsi mortali crimine teneantur obnoxii, minora peccata fratribus non concedunt culicem liquantes & camelum glutientes.*

Hieron. aduers. Iouin. lib. 2. c 16. *Sunt peccata leuia, sunt grauia. Aliud est decẽ millia talenta debere: aliud quadrãtem.* & paulo post. *Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam: si pro maioribus difficilis impetratio sit: & inter peccata & peccata magnam esse distantiam unde & de populo Israel quia peccauerat peccatum ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc: ne assumas pro eis deprecationem: & non obsistas mihi. quia non exaudiam te.*

D. Augustinus lib. de spiritu & lit. exemplorum appositione declarat quale sit peccatum veniale, quale inquit foret leuiori delectationi consentire in minimis rebus, auscultare quę minus deceant, proferre sermonem minus conuenientem. Et c.20. Enchiridii cum ostendit mendacium semper esse peccatum tametsi officiosum, concludit, *Peccatum ergo est sed veniale, quod beneuolentia excusat, & ideo fallacia damnat.* Et rursum eod. lib. *De quotidianis, breuibus, leuibusq; peccatis sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit: Eorum enim est dicere Pater noster qui es in cœlis, qui iam patre tali regenerati sunt ex aqua & Spiritu sancto delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata.* Et sermone 41. de Sanctis: Illo transitorio igne de quo dixit Apostolus. ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem non capitalia, sed minuta peccata purgantur: quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut quibusdam pustulis & quasi horrenda scabie replentia deformem faciunt, vt eam ad amplexus illius sponsi cœlestis, aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant. Et paulo post sigillatim persequens eas pœnas quæ pro peccatis mortalibus exhauriendæ sunt, ait venialia deleri posse cum ægros inuisimus, in ergastulis custodiisque detentos solamur, discordias tollimus, consueta Ecclesiæ ieiunia vsurpamus, peregrinorum eluimus pedes, peruigilia seruamus, pressis inopia benigne facimus, illatas iniurias condonamus, in aliis pietatis & beneuolentiæ operibus elaboramus. Sed quod attinet ad lethalia adhibendas esse lachrymas rugitus & gemitus, continuanda longo tempore & protrahenda ieiunia, largiores eleemosynas erogandas, abstinendum à communione. deniq; sic lugendam animam nostram extinctam, quomodo alienam carnem mortuam plangimus.

Aug. de Spirit. & lit. c.36.

Digitized by Google

Deuteron.25.2.

Hæc grauissima diuinorum hominum testimonia firmis & solidis rationibus abundant, quibus addi hæ possunt quæ sequuntur considerationes. Primum, cum inter pœnam & culpam mutuus respectus esse debeat atque proportio, ex illo diuinæ scripturę oraculo. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, quæ potest æqua esse comparatio proportioque inter exiguam animi aberrationem & seuocationem in precando leuem irreuerentiam, dictum otiosum, & sempiternæ mortis funestum & qui vix animo cogitari potest horrorem? Deinde si verum est pro quolibet peccato mortali æternis inferorum flammis addici hominem, si alia ex parte actiones omnes sunt letiferæ & capitales, nonne gurgitem desperationis quendam aperiri necesse est, in quē animæ præcipitentur, cum morbis conflictatus homo & ab hac vita migrationi ꝓpinquus, septum se peccatis videbit atq; oppressum, quæ iam tum sempiternæ mortis exitium denuncient, cum ex communi vitæ ratione fieri non possit, quin semper labes aliqua mentibus insideat, quandiu in hac corporis custodia detinentur? Tertio quid iustius esse queat ipsa iustitia? quis vero nescit distributiuam Dei iustitiam æqua omnibus partientem, vt proprium obiectum intueri operum distinctionem tum bonorū tum malorum? vt diuinitus in Euangelio proditum est, filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Ægre igitur purgari Caluinus excusariq; deinceps queat cum 2. Institutionum suarum docet omne peccatum natura sua esse mortale, nisi forte sic intelligat cōparatione cum infinita Dei opt. Max. perfectione, humana omnia esse imperfecta, & venialia perditorum hominum peccata sempiternis flammis exurenda quod cumulum grauiorum scelerum comitentur: vel errante conscientia & falsa hominis existimatione, quod est per se veniale fieri posse mortale: quibus omnibus modis si dictum interpretetur, à Catholicæ Ecclesiæ sensu minime abhorrebit. Et quidem hanc ipsam distinctionem aliquando sequutus est & explicauit lib. 4. c. 12. §. 4. scribit enim in hunc modum, sit altera quoq; distinctio; ex peccatis alia esse delicta, alia scelera vel flagitia, &c. Quibus verbis quis non videt eadem quæ à Catholicis dici & venialia esse quædam, alia mortalia peccata? Quod si nonnulli noxas leuiores admmittunt quæ veniam facile mereantur, alii vero indignis se facinoribus astringunt, quæ non nisi operose curentur, an non tandem reuocatur res ad liberum cuiusq; arbitrium, cuius tamē possessione importunis nouorum hominum calumniis exuimur? Sed ostendamus tam liberos nos esse ad seruum arbitrium repudiandum, quam promptos & instructos ad liberum arbitrium vindicandum.

Matth.16.27.

Cal l 2. c. 8. §. 19. *l. 3. c. 4 §. 28. l 2. Inst. c. 8. §. 19 & §. 28.* *Sanctorum delicta venialia esse non ea suapte natura, sed quia ex Dei misericordia veniam consequuntur.*

Idem l. 4. Inst. c. 12. § 4. *Sit altera quoq; distinctio: ex peccatis alia esse delicta, alia scelera vel flagitia. His posterioribus corrigendis nō tantum adhibenda est admonitio vel obiurgatio, sed seuerius remedium: quemadmodum demōstrat Paulus, qui Corinthium incestum non modo verbis castigat, sed excommunicatione punit, simulatque de scelere factus est certior.*

DE

DE LIBERO ARBITRIO.

CAPVT VII.

OMNIA fato euenire opinabatur Σκοτεινὸς Heraclitus, fatum autem & Necessitatem rem eandem esse. Simon Magus nihil libero arbitrio largiebatur. Manichæi stulta & impia animi inductione naturam humanam premebant, gratiæ opem præsidiumque verebant, voluntati libertatem adimebant. Priscillianistæ referebant omnium rerum inferiorum euenta, in astrorum cælestium vim & efficientiam. Florus Monachus cum subtilissimi Augustini commentationes male intelligeret, nihil penitus libero arbitrio, gratiæ omnia tribuebat. Armenorum fatua illa fuit sapiencia, à dæmone animarum hoste, non ab homine scelus proficisci. Mahometes quæcunque bona vel mala eueniant, ea certo & fatali quodam ordine fieri diuinitus putat, & priusquam homo in lucem veniat, longe ante præfinitum esse vt nascatur. Petrus Abaillardus docebat liberum esse nihil, atq; in omni re dominari necessitatem. Albigenses palam negabant, à libero hominis arbitrio peccatum oriri. Lutherus in Assertionib. & lib. de seruo Arbitrio cum Wiclefo coit, acriterque defendit, liberum arbitrium esse fictitiam quandam chimæram, aut si quidpiam tandem est, titulum videri sine proprietate, omnem euentum à causa absoluta pendere: denique audiendum esse poetæ oraculum —— certa stant omnia lege.

Plutar. de placitis Philosoph. l. 1. c. 27.
Clemens Rom. l. 3. recognit.
Hier. in Proœm Dialogi aduersus Pelagianos.
Aug. contra Faust. Manichæum Chrysost. homil. 45. in Io.
August. hær. 71. Leo primus Ep. 93 c 11.
Aug. de gratia & libero ar.
Guido de Armeniis.
Leo Imperator. Epist. ad Omarum Saracenorum Regem.
Alphonsus de lib. arbitr.
Antoninus part. 4. tit. 11. c. 7 §. 1.
Luther. in Assert. art. 36. & de seruo arbitrio.
Wiclefus 2. Trial. c. 13. & 3. Trial. c. 9.

Melanchthon voluntatem humanam fatetur habere suas functiones, sed ab externo principio valide agitari, impelli, rapi. Quod ad Caluinum attinet tametsi liberi arbitrii nomen oppugnare sæpius videtur quam hominis libertatem, negari tamen non potest quin fœde sit lapsus in huius quæstionis tractatione, quidquid tandem fingere dicendo aut ingenio excogitare potuerit, cum libro 1. Institutionum cap. 16. asserat, ne quidem ad res medias & indifferentes, vt politicas & ciuiles, hominem liberum existimandum esse.

Philippus Melanchthon ad c. 8. Epistola ad Romanos in prima editione.
Calu. Inst. lib. 1. c. 16.

Gen. 4. 6. 7.

Quid vero sentire in hoc genere debeamus in diuinis scripturis est „ expressum, Nam in Genesi Deus Cainum post admissum ab eo scelus sic „ effatur, Quare natus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris „ recipies, sin autem male statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te „ erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Et 30. Numeror. In arbitrio

Num 30. 14.
Deut. 30 19.

» viri erit vt faciat siue non faciat. Item in Deuteronomio Moyses data le- » ge ad populum sic infit, Testes inuoco hodie cœlum & terram quod » proposuerim vobis vitam & mortem benedictionem & maledictio-

Iosue 24 14.

» nem. Elige ergo vitam vt & tu viuas & semen tuum. Iosue eandem sen- » tentiam pro concione habuit in Sichem, addiditque, sin autem malum » vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur, eligite hodie quod » placet cui seruire potissimum debeatis, &c. Ego autem & domus mea

Isai. 1 19. 20.

» seruiemus Domino. In Exordio prædictionum Isaiæ ita legimus, si volu- » eritis & audieritis me bona terræ comedetis. Quod si nolueritis & me ad » iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Rem etiam illustrius

Ecclesi. 15. 14. 15. &c.

» proponit Salomon 15. Ecclesiastici, Deus ab initio constituit hominem » & reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata & præcepta sua: si » volueris mandata seruare conseruabunt te, & in perpetuum fidem pla- » citam facere. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige » manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod » placuerit ei dabitur illi. Et infra c. 31. Qui probatus est in illo & perfectus » est, erit illi gloria æterna, qui potuit transgredi & non est transgressus, fa- » cere mala & non fecit.

Matth. 23. 37.
Luc 17. 21. Regnum Dei intra vos est.
Irenaus citat hæc verba Christi in hunc sensum. l. 4. aduers. hæres. c. 72. citat & Cyprianus lib. 3. ad Quirinum c. 52.

Sed quis melius venas vt ita dicam imbecillitatis nostræ tentauit, quã Seruator mundi Christus? quis vero tam hospes & peregrinus est in historia sancta, qui nesciat quomodo adolescenti quondam suæ salutis cupido, arbitrii libertatem significans dixerit, *si vis ad vitam ingr di serua mandata*? Et alias de Ierosolymis expostulans cum gallina se componit, affirmatq; sæpius se voluisse omnes tanquam pullos sub alas cogere, illos autem noluisse. Cum vero apud D. Lucam ait *R gnum Dei intra vos est*, an aliud quam hoc ipsum significare voluit, vt monet D. Cyprianus?

1. Cor. 7. 37.
Citatur in hunc sensum à Cyprian. tract. de Natiuit Christ. sub fin.

Gentium Doctor singularis prima ad Corinthios, Qui statuit inquit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam bene facit. Et ad Philemonem, sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Sed Patres, Græcos Latinosq; nunc in aciem per Centurias producamus.

Clemens l. 3. Recognit.

S. Clemens nefariæ opinionis arguens Simonem Magum quod arbitrii libertate hominem spoliaret D. Petrum principem Ecclesiæ magistrũ cum eo disputantem ita facit, sed dic, quomodo ergo Deus iudicat secundum veritatem vnumquemq; pro actibus suis, si agere aliquid in potestate non habuit? Hoc si teneatur, conuulsa sunt omnia, frustra erit studium sectandi meliora. Sed & Iudices sæculi frustra legibus præsunt & puniunt eos qui male agunt, &c.

S. Dio-

itized by Google

S. Dionysius qui in Galliis splendidum religionis lumen accendit, nō potuit significantius humanæ voluntatis libertatem exprimere, quam cum hominem appellauit suiipsius Dominum, quod acroama vehemētissime Ioanni Caluino displicuit libro 2. Instit. neq; minus quam Autor ipse. Enimuero quos repudiare ille non audet loquentes audiamus.

Iustinus Martyr respondens Gentilium quæstioni 103. summo iudicio hunc sermonem pertexit, *Eo quod non velimus*, non eo quod non possimus, omnes peccamus homines. Huius rei indicium est, quod non omnes homines omnibus peccati generibus implicantur, sed quidam in hæc quidam in illa incidunt delicta & nonnulli pluribus alii paucioribus, quidam nullis inuoluuntur, prout illi quos diximus, iusti. Quod certe hominibus non contingeret, vt scilicet quadam specie peccati peccarent si naturæ impotentia & non auersa arbitrii voluntate mortales peccarent. *Iustin. q. 103.*

S. Irenæus copiose pluribus capitibus hanc eandem veritatem constabiliit, & præsertim libro 4. contra hæreses, vbi ita scribit, *Homo rationis particeps* & secundum hoc Deo similis, liber in arbitrio factus, & suæ potestatis, ipse sibi causa est vt aliquando quidem frumentum, aliquando autem palea fiat. Quapropter & iuste condemnabitur quoniam rationabilis factus amisit veram rationem, & irrationabiliter viuens aduersatus est iustitiæ Dei tradens se omni terreno spiritui & omnibus seruiens voluptatibus. Et alio in loco vt occurreret eorum hominum obiectioni qui liberum arbitrium primis parentibus tribuunt, posteris negant, addit, semper Deum hanc voluntatis libertatem integram & immutatam conseruasse vt refractariorum & gentium pœna iusta foret propter inobedientiam, & contra obtemperantes cœlestibus donis & maxime incorruptibilitate ornarentur. *Iren. l. 4. c. 9. contr. hær.* *Idem c. 71. eiusdem libri.*

Clemens Alexandrinus libro 1. stromat. Nec laudes inquit, nec vituperationem, nec honorem, nec supplicia iusta sunt, si anima non habet liberam potestatem, & appetendi & aggrediendi, sed sit vitium inuoluntarium. Et lib. 4. nos admonet vt aduersis in rebus & afflictis arbitrii libertatem retineamus. Et libro quinto, fieri non potest vt sine libero animi arbitrio & instituto perfectionem consequamur.

Origenes in hæc verba 12. Numerorum. *Et nunc Israel quid Dominus Deus poscit à te*, Erubescant inquit illi qui negant in homine esse liberum arbitrium. Et alias, sui arbitrii est anima, est ei liberum declinare, & ideo iustum Dei iudicium est, quia sponte sua siue bonis siue pessimis monitoribus paret. Et homil. prima in Ezechielem, Tu vero homo quare non vis arbitrio te tuo derelictum, quare ægre fers niti, laborare, contendere, & per bona opera teipsum causam fieri tuæ salutis? Et præfatione libro περὶ ἀρχ. Vnde consequens est intelligere, non nos necessitati esse subiectos, vt omni modo, etiam si nolimus vel bona vel mala agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, instigare forte aliquæ virtutes possunt ad peccatum, & aliæ

iuuare

» iuuare ad salutem, non tamen necessitate cogimur vel agere recte vel
» male.

Idem libro secundo contra Celsum Epicur. ostendit diuinæ mentis prouisionem nullo modo arbitrii nostri libertatem violare, & si quidpiam facimus aut volumus, id non fieri quod Deus prouiderit, sed Deum prædixisse quod id velimus.

Euseb. lib. 6. c. 5. de præpar. Euang.

» Eusebius Cæsariensis lib. 6. de præpar. Euangel. Vnicuique rationali
» animæ liberum arbitrium natura inest, bonum ergo id ad eligenda bona
» creatum. Ideo quando male agit non est natura culpanda: non enim na-
» tura sed præter naturam malum agitur, cum sit electionis deprauatæ
» non naturæ opus.

» D. Athanasius orat. contra Idola, Mens cum liberum sui ius arbitri-
» umq; intuetur, & sentit in vtramq; partem corporeis membris vti posse
» tum ad ea quæ sunt, tum ad ea quæ non sunt, ea autem quæ sunt appello
» bona, quæ non sunt, mala.

» S. Basilius homilia *quod Deus non est autor mali.* Vnde anima mali capax
» est? quoniam libero facta est arbitrio, quod creaturæ rationis participi
» maxime conueniebat soluta enim hac omni necessitate & vitam in sua
» potestate constitutam ex Deo accepit, &c. Et in ea verba Isaiæ, *Si volueri-*
» *tis & audieritis me*, Hoc maxime loco velut ob oculos exhibet libertatem
» arbitrii humanæ naturæ indultam. Et lib. 3. contra Eunom. Creatura ita
» comparata est vt virtutis & diuinæ electionis præmium sanctificationem
» habeat quoniam natura vtitur libera vt ad vtrumlibet possit inclinari ad
» electionem scilicet boni & peioris.

S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 4. agnoscit sui compotem esse animam hoc est libera voluntate præditam, opus Dei pulcherrimum ad imaginem Dei fabricatum, immortalem propter eum qui à mortalitate ipsam asseruit, viuam, rationis participem, incorruptibilem propter eum qui hæc largitus est, potestatem habentem ea faciendi quæ vult: non enim te natalitia ad peccandum sydera compellunt, neque fortuna
» facit vt mœcheris, neque vt quidam blaterant astrorum coniunctiones
» te ad scortationes & lasciuias inuitum trahunt. Quid causæ est quamob-
» rem de tuis confiteri vitiis recusans syderibus attribuas quæ sunt omnē extra culpam positæ? Et post aliquot periodos, vetat sibi illud obiici *non quod volo facio*, cui Isaiæ pronunciatum opponit, *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, quod si volueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.* Et infra, Anima sui iuris suiq; arbitrii est: & Diabolus
» eam solicitare fallereque potest, at cogendi, nisi velit ipsa, potestatem
» non habet: suggerit tibi scortationis cogitationem? si velis admittis, si
» nolis non admittis: si enim necessitate scortaris, quamobrem Deus ge-
» hennam parauit? si natura non voluntate iuste viueres cur Deus immor-
» talium tibi bonorum copiam & coronas tibi apparuisset?

Μή μοι κακῶς τινὸς ἀκούσης ἐξηγουμένου τὸ, Εἰ γὰρ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ· ἀλλὰ μέμνησο τοῦ λέγοντος, Ἐὰν θέλητε, μηδὲ ἐξακούσητέ με, &c.

Πρᾶον ἐστὶ τὸ πρόβατον, ἀλλ' οὐδέποτε τοῦτο διὰ τὴν πραότητα ἐστεφανώθη. ἐπειδὴ τὸ πρᾶον οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ φύσεως αὐτῷ πρόσεστιν.

S. Gregor. Nazianz. Apolog. 1. Id ipsum argumentum est singularis & insitatæ bonitatis Dei efficere vt virtus & ex parte sit nostra neq; tamē sit

Digitized by Google

sit insita in natura, sed vt voluntate excolatur & liberi arbitrii motu atq; pondere in alterutrum propendeat.

Epiphanius hæresi 16. Omnibus manifestum est clarumque ac minime ambiguum quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus per seipsum locutus, *Si volueritis & nolueritis*, &c. quocirca hominum est bona operari aut malas res appetere.

D. Gregorius Nyssenus orat. Catechet. Dicunt Deum posse si velit, eos etiam qui resistunt necessario compellendo attrahere ad suscipiendam prædicationem, Vbi est ergo in his liberum arbitrium? vbi autem est virtus? vbi est laus eorum qui recte se gerunt? Est enim solum animorum aut eorũ quæ sunt expertia rationis aliena voluntate ad id quod videtur adduci: rationis autem particeps & intelligens natura si liberum deposuerit arbitrium, simul etiam perdit gratiam intelligentiæ. Ad quid enim sua vtetur mente & cogitatione, si potestas eius eligendi quod suo arbitratu constituit sita est in alio? *Greg. Nyss. orat. catech. c. 31*

Theophilus Alexandrinus, Nec ambigitur quin in vtramque partem vel faciendi vel non faciendi bona habeamus liberam facultatem. *Theophil. Epist. 3. Pasch.*

D. Ioannes Chrysostomus duobus respondẽs quæ obiici in hac quæstione solent, quorum primum est in homilia 22. in Genesim, Nonne manifestum est, inquit, sua quemq; voluntate vel malitiam vel virtutem eligere? Nam nisi ita esset & naturæ nostræ potestas insita esset, neq; illos puniri neque istos virtutum retributiones accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totum post Dei gratiam relictum est, ideo & peccantibus supplicia proposita sunt & bene operantibus retributiones. Secundum est in homilia 60. in Matthæum, vbi Seruatoris hanc sententiam, *Necesse est vt veniant scandala*, sic interpretatur. Dicit necessitatem, non quia potestatis libertatem potestatemque liberi arbitrii tollat, nec quia necessitati rerum humanam subiiciat vitam, sed quod omnino venturum esse pronunciat. Et paulo post ait Scandala non ideo euenire quod prædicuntur, sed ideo prædici quod ventura sint aliquando. Et serm. 8. in Epistolam ad Philippenses, Quemadmodum nominans illa charismata non propterea nos deiicit de liberi arbitrii possessione, sed hanc ipsam liberam ac sui iuris potestatem nobis permittit; ita cum inquit Deum esse qui operatur in nobis velle, minime nos libero arbitrio priuat, sed ostendit recte faciendo magnas nos acquirere propensionem ad volendum.

Tertullianus iis respondet qui ad lapsum humani generis parentum disputationem reuocant, dicentes Adamum quidẽ liberum fuisse procreatum, sed peccando libertate spoliatum & nos in illo eodem ornamento priuatos. Nam cum fuse copioseq; disputauisset in Marcionem lib. 2. cap 5. ostendit naturæ legis tempore in hominis substantia hanc libertatem impressam vt characterem & expressam diuinitatis imaginem fuisse, tum adiungit, Sic & in posteris legibus Creatoris inuenias proponentis ante hominem bonum & malum, vitam & mortem, sed nec *Vide eundem Tertull. l. de anim. c. 20 & 21.*

alias totum ordinem disciplinæ per præcepta dispositum auocante Deo & minante exhortanteve nisi ad obsequium & contemptum libero & voluntario homine. Et cap. 8. ad eiiciendam omnem dubitationem, Atque adeo inquit eundem hominem eandem substantiam animæ, eundem Adæ statum, eadem arbitrii libertas & potestas victorem efficit hodie de eodem diabolo cum secundum obsequium legum eius (Dei scilicet) administratur.

Cyprian. epist. 55.

D. Cyprianus de Christo loquens qui conuersus ad diabolos dixit, *Nonne & vos vultis abire*, seruans scilicet inquit legem qua homo libertati suæ relictus & in arbitrio proprio constitutus sibimet ipse vel mortem appetit vel salutem. Et in libro de vnit. Eccles. hinc hæreses natas monet, cum improba hominis mens inquieta, & discors perfidia sese ab vnitate seiungit. Id verò Deum permittere integra hominis libertate remanente, vt examinata constantium hominum fides dissimilitudine opinionum veritas magis eluceat.

D. Ambros. l. 4. ep. 33. ad Demetriadem.

D. Ambrosius epistola quadam quartæ cuidam obiectionis satisfacit, An forte verendum est, ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur Deus ad eum dicimus esse referenda? quod nequaquam esse consequens veritatis ostenditur. Operante enim Spiritu Dei iuuatur arbitrium, non aufertur, & hoc agit gratia vt voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circunsepta, difficultatibus impedita nō remaneat in languoribus suis, sed per opem miserantis medici curata reualescat, & gaudeat se non interrogantem edoctam & non quærentem esse quæsitam.

Hieron. l. 2. contr. Iouin. c. 2.

D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinian. egregie in hac quæstione explicanda versatur, *Liberi arbitrii nos condidit*, inquit, *Deus, nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur. Alioqui vbi necessitas est, nec damnatio nec corona est.* Et in 7. Ecclesiastis rationem reddens cur permittat Deus cum bonis mala in mundo versari, Hoc, ait, fecit Deus vt habeat sapientia locum in eligendo bonum & vitando malum, & liberum homini relinquatur arbitrium, ne dicat se insensibilem ac stolidum à Deo esse generatum. Et in cap. 5. D. Matthæi, Si præcepta Dei custodiens filius quis efficitur Dei, ergo non natura filius, sed arbitrio suo. Et in 49. Isaiæ, *Hæc vniuersa dicuntur vt liberum hominis arbitrium monstretur.* Et in cap. 55. eiusdem Prophetæ respondens quintæ cuidam obiectioni eorum qui propriā suam libertatem oppugnant, quod in Euangelio, inquit, dicitur, *Non potest arbor bona facere fructus malos*, nequaquam refertur ad nostram proprietatē, vt hæretici volunt, sed ad mentis arbitrium. Idem in 5. cap. Epist. ad Galatas verba exponens vers. 18. Aliud est, inquit, Dei opus, aliud hominum: Dei opus est vocare, hominum credere vel non credere. Et sicut alibi de Scripturis liberum hominis affirmatur arbitrium, vt ibi, *Si volueritis & audieritis me.* Et iterum, *Et nunc Israel quid petit à te Dominus Deus tuus*: Et paulo post ita concludit, Siue ergo in bonam siue in malam partem abeamus, nec Deus nec diabolus in causa est: quia persuasio nō est

ex eo

ex eo qui vocauit nos, ſed ex nobis qui vel conſentimus vel non conſentimus vocanti.

Quod ad D. Auguſtinum ſpectat, pleni ſunt eius libri luculenta dictorum varietate, quæ veritatem hanc confirment: imo de eadem re ſumma vbertate & ſapientia ſolidos commentarios perpoliuit. Sed quoniam tam proiectus ad audendum fuit Caluinus vt à ſe totum eſſe diceret, oſtendamus ore ſanctiſſimi Doctoris illum Thraſonem eſſe plagiarium, qui liberum hominem arbitrii libertatem prædicantem contra ius faſque vindicet & conſtringat, nec quod ſentit dicere patiatur. Libro 1. de liber. Arbitr. Quid quiſque, inquit, ſectandum & amplectendum eligat in voluntate eſſe poſitum cõſtitit, nullaq; re de arce dominandi rectoque ordine mentem deponi niſi voluntate. Et lib. 2. *Habemus liberum arbitrium & non niſi eo peccamus.* Et paulo poſt, Illud bonum quo cõmendatur ipſa iuſtitia quoniam hoc vnum eſt bonorum quæ ſunt ex Deo. Debuit igitur Deus dare homini liberam voluntatem. Et libro 3. Neq; vlla culpa deprehendi poteſt vbi natura neceſſitaſq; dominatur. Et infra, Si natura vel neceſſitate iſte motus exiſtit, culpabilis eſſe nullo pacto poteſt.

Auguſt. l. 1. de liber. arbitr. c. 16.

Præter libros tres de libero arbitrio qui in 1. Tomo Operum D. Auguſtini reperiuntur, ſcripſit & alium de gratia & libero arbitrio, qui Tomo 7. reponitur, ex quo ſimilia multa loca depromi queant. Sed vnus ex cap. 15. ſufficiet, Ne putetur nihil ibi facere ipſos homines per liberum arbitrium, ideo in Pſalm. dicitur Nolite obdurare corda veſtra. Et per ipſum Ezechielem, Proiicite à vobis omnes impietates veſtras quas impie egiſtis in me, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum, & facite omnia mandata mea. Et paulo poſt, Semper eſt autem in nobis voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona. Et Tractatu 4. in Epiſt. 1. Ioannis, in illa verba, *Et omnis qui habet ſpem hanc in ipſo, caſtificat ſemetipſum, ſicut & ipſe caſtus eſt*, Quis, inquit, nos caſtificat niſi Deus? Sed Deus te nolentem non caſtificat. Ergo quod adiungis voluntatem tuam Deo, caſtificas teipſum: Caſtificas te, non de te, ſed de illo qui venit vt habitet in te. Tamen qui agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum eſt. Ideo autem tibi tributum eſt, vt dicas ſicut in Pſalmo *Adiutor meus eſto, ne derelinquas me*: ſi dicis adiutor meus eſto aliquid agis, nam ſi nihil agis, quomodo ille adiuuat. Et libro de ver. relig. Peccatum vſque adeo voluntarium eſt malum, vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium: & hoc quidem ita manifeſtũ eſt, vt nulla hinc Doctorum paucitas, nulla hinc Doctorum turba diſſentiat. Et paulo poſt, Et quoniam peccari nõ dubium eſt, nec hoc quidem dubitandum video habere animas liberũ voluntatis arbitrium. Tales enim ſeruos ſuos & meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei ſeruirent liberaliter: quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſeruirent.

Horum teſtimoniorum autoritas non poteſt non eſſe grauiſſima, & tamen etiamnum reperiuntur aliqui (imperitos quàm malitioſos dicere

Digitized by Google

malim) qui repugnent. Sic enim existimant liberum arbitrium in hominibus admitti non posse, quin Dei præscientia funditus euertatur, quod in vno summa inconstantia sit, in altero immutabilitas. Præterea gratiæ vis atq; dignitas extinguitur, vel plurimum deprimitur, cum attollitur liberum arbitrium. Denique Sacræ literæ testantur omne malū quod est in ciuitate à Deo proficisci. Sed idem S. Augustinus his obiectionibus variis in locis respondet & maxime lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 10.
» in hunc modum, Quocirca nullo modo cogimur, aut retenta præscien-
» tia Dei tollere voluntatis arbitriū, aut retento voluntatis arbitrio, Deum
» quod nefas est negare, præscium futurorum: sed vtrumq; amplectimur,
» vtrumq; fideliter & veraciter confitemur, illud vt bene credamus, hoc
» vt bene viuamus. Et paulo post, Neque enim ideo peccat homo, quia
» Deus illum peccaturum præsciuit: imo ideo non dubitatur ipsum pec-
» care, cum peccat, quia ille cuius præscientia falli non potest, non fatum,
» non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præsciuit,
» qui si nolit, vtique non peccat, sed si peccare voluerit, hoc ipse etiam
» præsciuit. Et in lib. de spirit. & lit. de gratia respondet in hæc verba, Li-
» berum ergo arbitrium euacuamus per gratiam? absit, sed magis liberū
» arbitrium statuimus, sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per
» gratiam non euacuatur, sed statuitur. Neq; enim lex impletur nisi libe-
» ro arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ
» contra peccatum, per gratiam sanatio animæ abolitione peccati, per a-
» nimæ sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitiæ dilectio,
» per iustitiæ dilectionem legis operatio. Ac per hoc sicut lex non euacua-
» tur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam qua lex implea-
» tur, ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur, quia
» gratia sanat voluntatem qua iustitia libere diligatur. Quod attinet ad
» oppositionem Manichæorum ita etiam respondet, Totum quod voca-
» tur malum in hominibus peccatum est & pœna. Peccatum fit ab anima
» rationali, cui liberum voluntatis arbitrium est, & pœna infligitur iusti-
» tia Dei quæ nihil facit iniustè. Aduersus hæc solita cœcitate Manichæi
» latrant, & cum conuincuntur naturam non esse malam, sed in potesta-
» te esse hominis facere bene aut male, dicunt non esse animæ liberā vo-
» luntatem, & non vident cœcitatem suam. Cuius rei rationem reddens
» seq. cap. Quis, inquit, non clamet stultum esse præcepta dare ei cui libe-
» rum non est quod præcipitur facere: & iniquum esse eum damnare, cui non sit potestas iussa complere? & has iniustitias & iniquitates miseri non intelligunt. Sed his Patrum autoritatibus perscriptis finem imponamus medii expositione, quod idem ingenio excellenti & mirabili eruditione Doctor inter extrema duo ponit Manichæorum & Pelagia-

August. Epist. 47. ad Valentinum.

» norum epist. 47. ad Valentinum, vbi sic habet, Quantum ergo potui-
» mus egimus cum istis, & vestris & nostris fratribus, vt in fide sana Ca-
» tholica perseuerent. Quæ neque liberum arbitrium negat, siue in vitam
» malam, siue in bonam, neque tantum ei tribuit, vt siue gratia Dei valeat aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum.

Lutherus.

Digitized by Google

Lutherus tot rationib. testimoniisq; fractus hastas abiicit, & lib. quē *Visitationem Saxonicam* vocat, arbitrii libertatem his verbis fatetur, *Multi de libero arbitrio indiscrete loquuntur. Ideo hanc breuem informationem adscripsimus. Homo habet ex propria virtute liberum arbitrium ad faciendum vel omittendū opera externa, per legem & pœnas adactus. Quapropter potest & sæcularem iustitiam & bona opera facere de propria virtute à Deo ad hoc data & obtenta: Paulus enim eam vocat iustitiam carnis, hoc est quam caro aut homo propria virtute facit. Si ergo operatur homo ex propria virtute illam iustitiam, vtique habet electionem & libertatem & fugiendi malum & faciendi bonum.* *Luther. in Visitation. Sax.*

Quod ad me attinet in animum semper induxi summo animorū ardore oppugnatam fuisse à multis huius disputationis veritatē, quod discrimen minus animaduerterent inter solutum siue expeditum, & liberū arbitrium, cum certum sit prima hominis labe viuidam illam & solutam arbitrii vim debilitatam, non autem eius libertatem imminutam. Solutum voco, cum abest omnis pugna, cōtentio, repugnantia, & vt verbum à Schola mutuer, appetitus rebellio; qua domestica tranquillitate in felicissimo statu innocētiæ perfruebamur: Liberum appello cum obiectis difficultatibus iis tot ac tantis, potest voluntas id quod proponitur vel amplecti vel libere aspernari & refutare, quæ modo est naturæ nostræ conditio, peruersæ quidem, sed non euersæ vi peccati. Atque omnia veterum monumentorum testimonia, quæ à Catholicis pro libero arbitrio proferuntur, liberum esse clare probant, quæ verò loca adducuntur à Caluino, tantum ostendunt, non esse primo illo modo solutum & expeditum ad agendum.

Nihil igitur est facilius quam dissidentes in hac controuersia & discrepantes conciliare opiniones, cum alii quidē fatebuntur nullam esse tam leuem tamq; exiguam tentationem, cui resistere homo queat, sine illius ope atq; præsidio, qui dixit, *Sine me nihil potestis facere*: neq; item tam atrocem tamq; vehementem hostium impressionē, quam superare homo non possit illius fretus auxilio, in quo magnus Apostolus omnia se posse verè & pie gloriabatur. Cum item alii consentient hominum sensum pronum esse ad malum, atq; in membris habere nos legem quæ spiritus legi resistat tanta tamq; importuna contentione, vt hinc quidem à Doctore gentium vocem illam exprimat, *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* hinc verò suadeat dicere *Omnia possum in eo qui me confortat.* Vna ex parte de stimulo appetitionis ad libidinē incitatæ queritur, alia verò ex parte hoc responsum audit *Virtus in infirmitate percipitur.* Hinc corpus suum castigat & in seruitutē redigit, ne cum aliis prædicauerit ipse reprobus fiat, inde verò lætissimam illam vocem percipit *Paule sufficit tibi gratia mea.* Ex quibus facile intelligimus sentire aliud esse, aliud consentire, in nobis situm vnum est, alterum non item.

Ioan.15.5. *Genes 8 21.* *Rom.7.23.* *Rom 7.24.* *Philip.4.13.* *2.Cor.12.9.* *1.Cor.9.27.* *2.Cor.12.9.*

Aristoteles ipse Lycei princeps hanc varietatem agnouit, subtiliterq; monet duo esse in homine genera facultatum: & alias quidem obedire despoticè, alias verò politicè. Lingua, manus, oculi, & facultates,

Digitized by Google

quæ motioni deseruiunt, despoticè obtemperant, mancipiorum more modoq;, quæ non repugnanter obsecundant: Contra verò liberiores facultates imaginandi, irascendi, cōcupiscendi, politicè ductum voluntatis sequuntur, ciuium more, qui sæpe turbulenta seditione cōmouentur, & à iusto atq; legitimo dominatore desciscunt. In iis naturæ integræ vestigia deprehenduntur, cum omnes corporis facultates expeditè voluntati & incredibili facilitate obediebant, voluntas autem principi illi parti quam Philosophi τὸ ἡγεμονικὸν appellant: In aliis effectus peccati experimur, & primæue labis fructus in amœnos & acerbos. Et quoniam inferior pars animæ, superiorem dulci voluptate titillat, obscuratque mentem quæ facem adlucere voluntati debet, ideo fit vt hæc ipsa nō soluta satis sit atq; viuida, hoc est absq; repugnantia, in oculis atq; lingua, & cæteris agendi facultatibus moderandis. Quod etiam Græci docere voluerāt cum monent hominis appetitionem quam vocant ὁρμὴν, nonnunquam βούλησιν, aliquando esse πάθος, modo ad actionem, modo ad perpessionem referri; quo fit vt sanctissimi viri dictum verissimum esse videatur vitam hominis militiam esse super terram.

Ad conciliationem via.

Quæ cum ita sint vna animorum consensione dicamus, fieri nō posse vt arbitrii libertate homo spolietur, quin necessitas quædam absoluta inducatur in vitam, & flagitiosissimi renouentur errores quos Simon Magus, Manichæi & Priscillianistæ infensissimi hostes naturæ & gratiæ importauerunt: quin ipsa Veritas falsitatis arguatur, quæ in diuinis monumentis clare pronunciat, Deum reliquisse hominem in manu consilii sui, ante illum proposuisse vitam & mortem, bonum & malum, vt pro animi sui sententia arbitrioq; deligat. Hoc quidem modo diuinorum mandatorū vis eleuaretur, aut ad tyrannidis immanitatem libidinemq; referrentur, si confici nullo modo possent: frustra instituta Sacramenta forent, Dei pollicitationes atq; minæ, conciones, exēpla, cohortationes essent inutiles: Seruator ipse Christus incassum morte occubuisset. Denique deprimeretur plus æquo naturæ humanæ conditio factæ ad imaginem Dei quod attinet ad essentiam, quam Hebræi appellant צלם tselem, & ad similitudinem quod spectat ad qualitates quas nominant דמות demouth: simillima verò mutis pecudibus fieret, si voluntas ab obiectis rebus vi raperetur.

Eccles. 15.14.18.

Genes. 4.7.
Deuteron. 30.16.
Iosue 24.15.
Isa. 1.19.20.
Hier 6.18.
Malach 4.5.
Ioan. 1.12.
Act. 5.4.1.
Cor. 7.37.
Philipp. 1.4.

DE CON-

DE CONCVPISCENTIA QVÆ POST BAPTISMVM IN REGENERATIS manet.

Capvt VIII.

QVI sese à veritate & ab Ecclesiæ communione seduxerunt, existimant eam naturæ contagionem, quæ post Adæ lapsum hæret in nobis penitusque insidet, & *Concupiscentia* vulgo nuncupatur, aut ipsam originis labem esse, aut patratam ab vnoquoq; culpam, quæ sit continua, vitarique nulla ratione possit: siue liberum arbitrium consentiat seu repugnet. Vnde effici & colligi volunt imparatum iam à libertate hominem esse atque destitutum in peccando, & velit nolit, iracundiæ diuinæ obnoxium semper implicari, nisi Numinis fauore atq; beneficio peccatum illi non imputetur. Hæc nimirum doctrina Lutheri est in Assertionibus Artic. 2. *Luther. in Assert. art. 2.* Melanchthonis eadem est sententia in Tract. de peccat. orig. *Melancht. in Locis.* Ad eundem insipientem sapientiam Petrus Martyr in cap. 5. Epist. ad Rom. & Caluinus 2. Instit. cap. 1. sect. 8. opinionem suam aggregauerunt.

Catholica fides contra pugnat, & docet naturæ deprauationem, cuius effectus aut proprietas est concupiscentia, nihil esse aliud quàm propensionē animi & appetitionis inclinationem ad malum, & simplicem quandam passionē quæ in regeneratis ad virtutē excolendā relinquitur, quæq; non modo nihil obest animæ, quin potius ad consequendā vitæ perfectionē seruit plurimum & ad gloriam præpotēti Deo tribuendam.

Clara & testata illius rei probatio est ab ipsius ore Seruatoris profecta, vt portenti prodigiiq; simillimū sit, tam amentē confidentemq; reperiri quempiam, qui refragari audeat. Vas electionis & Internuncius diuinitatis cum de lege quereretur, quam spiritui repugnātem in membris suis sentiebat, oraculum hoc diuinum accepit *sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* *2. Cor. 12. 9. Ita legit S. Augustin. 3. ad Bonif. c. 7.* Qui itidem ad Romanos scribens clarè pronunciat peccatū quod in carne & corpore ipso hæret non opus suum esse, lege Dei se nimium quantum delectari, quod ad intimū hominem

spectat:

Intelligimus ex capite 4. *posterioris ad Corinth.* exteriorem hominẽ *esse corpus corruptibile*: interiorẽ autem, *esse animam rationalem.* Licet is qui foris est, noster homo corrumpitur, is, qui intus est renouatur de die in diem.

spectat Deo subiectum, & quæcumq; tandem sit inferioris partis cōmotio, mente & ratione atq; impetu voluntatis in Deum ferri; verba illius hæc sunt, *Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio enim legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.* Paulo post concludit, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrū. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

Quod verò concupiscentia aliquando nominetur malum aut peccatum, meminisse omnes possunt, *peccati* vocem quatuor omnino modis in diuina Scriptura vsurpari. Primum pro causa peccati, quo sensu idola nominata sunt in Deuter. 9. 21. חטא *chéte*, hoc est *peccatum*, & Osee 12. 11. און *Auen*, id est *iniquitas* siue *mendacium*. Secundo pœnam significat peccato ipsi debitam, vt cum D. Petrus ait cap. 2. Christum Iesum *peccata nostra tulisse in corpore suo super lignum*, cum vellet dicere supplicia quæ sceleribus nostris merebamur. Tertio pro sacrificio sumitur ob peccatum offerri solito, *Concedetis peccata populi mei*, ait Deus cum Mystas sacrificiorū præfectos affatur Osee 4. hoc est victimas offeretis pro peccatis populi. Atq; in hac significatione D. Paulus id adhibuit scribens ad Corinthios, cum Christum, qui peccatum non norat *factum esse peccatum* ait, hoc est victimam pro peccatis nostris. Deniq; vocabulum peccati culpam atq; scelus notat, quo diuina gratia spoliamur: vnde illud *stipendia peccati mors.* Concupiscentia primis duobus modis peccatum nominari potest, quod peccati sit causa & pœna simul quæ ex peccato proficiscitur: non autem tertio, quod non sit voluntaria.

1. Petr. 2. 24.

Rom. 6. 24.

Hæc doctrina cum illustris tum maxime certa est, eoq; magis omniū consensione probanda quod Iacobus in Apostolorū choro nobilis perspicue illam expresserit his verbis, *Vnusquisque tenetur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum: peccatū verò cum consummatum fuerit generat mortem.* Quæ verba in hunc fere modum D. August. interpretatur, Quod cōcipitur distinguitur à matre quæ generauit: concupiscentia parit, peccatum generatur, sed non parit concupiscentia nisi conceperit, nec concipit, nisi attraxerit ad se, hoc est nisi consensum obtinuerit illius, qui vult & concupiscit. Quare Apostolorū Coryphęus monet, vt fidei armis & animi magni excellentia connitamur, rugientis Leonis morsus furiasq; repellere: & eius collega, vt furibundi hostis tela ignea primasq; nequitiæ flammas extinguamus, quas in animis nostris excitat: quod omnino fieri non posset, & ridiculū foret nos ad illud impellere, si concupiscentia peccatum esset perenne ac perpetuum, quod vitari nequeat: mendax pariter falsumq; dictum esset ab eodem Apostolo pronunciatum cap. 8. Epist. ad Romanos, vbi postquam vberrime disputauisset de concupiscentia, sic concludit, *Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu: qui non secundū carnē ambulant.*

Iacob 1. 14.

1. Petr. v. 8 9.

quod

quod dici non posset si tentari in carne idem esset quod secundum carnem ambulare, & si quod peccati fomes est, forma esset eiusdem peccati.

Nullæ item inanesque forent sententiæ diuinarum scripturarum quæ peccatorum remissionem pronunciant, quæ intimam animi munditiem quæ iustificationem, quæ sanctitatem innocentiamq; pollicentur, si eadem proportione scelus eademq; mensura in animo, qua concupiscentia in corpore insistit, vt ad Oceanum scribens D. Hieronymus animaduertit. Vana quoque illa Apostoli consolatio, quam Corinthiis adhibet, quibus post multorum flagitiorum commemorationem aiebat, *Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domine nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Denique futilis esset illa fiducia quam idem magnus Ecclesiæ Magister ibidem ingenerare conatur cum asseuerat corpora nostra membra esse Christi & Templa Spiritus sancti qui in nobis domicilium suum ponit. Quomodo enim congruere ista possunt, vt concupiscentiæ labes & peccatum, sit assidue atque omni momento in nobis, & pariter corpora nostra sint membra Christi, & diuini Spiritus tabernacula? Quonam modo gloriari Iob posset se fœdus pepigisse cum oculis suis, vt ne quidé cogitarent de virgine? Quid diuinæ sapientiæ oraculum sibi vellet cum nos hortatur ad condonandas iniurias, cum monet ne ad mulieris aspectum flagitio assentiamur, si verum est leuissimam de vlciscendo cogitationem propensionemque ad malum, plane reos efficere & maculosos? Quæ ratio Theodorum Bezam coegit, vt fateretur, statuendum esse discrimen inter actionem & passionem, τὸ βλέπειν & ὁρᾶν, ποιεῖν & πάσχειν, itaque Seruatoris Christi verbum ait subindicare peccandi voluntatem atq; propositum, non autem solam obiecti comprehensionem.

S. Hier. epist. ad Oceanű.
Quomodo, inquit, iustificati sumus, & sanctificati si peccatum aliquod in nobis relinquitur?
1. Cor 6 11.
Ibid. vers. 15.
Iob. 31.
Matth. 6. 14.
Matth. 5 28.
Beza in annot. ad cap. 5. Matth. 28.

Patrum in hac re sententia nec dubia est nec obscura; Et vt à Græcis ducamus initiũ, Methodius apud Epiph. hær. 64. docet Concupiscentiã nobis relictam instar Iebuzeorum, Pherezeorũ, Philistinorum, Amorrheorum, Cananeorum aliorumque nationum, in medio Israelitici populi, vt nimirum contraria ipsius contentione exerceamur, vt vexati & lacessiti ad diuinum præsidium conuolemus, vt tanquam aurum in fornace purgemur. Diuus Basilius cap. 2. Constitut. Monach. corpus appetitionum aculeis & titillatione gestiens comparat cum equo lauto, nitido, ferociente, causamq; lapsus in equitem refert, qui moderari nesciit aut noluit. Sanctus Ioannes Chrysostomus homil. 19. ad popul. Antiochen. Concupiscere inquit naturale, at male concupiscere iam est voluntatis. Et in Matth. hom. decimaseptima, Christi exponit sententiam ὃς ἂν ἐμβλέψῃ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι. τοῦτ' ἔστιν ὁ ἑαυτῷ τὴν ἐπιθυμίαν συλλέγων, hoc est qui veluti Concupiscentiam euocat in eaque moratur. Et homil. 13. in epist. ad Romanos expresse docet perturbationes culpam non efficere, sed excessum & immoderatum impetum perturbationum, quando in nobis regnant. Et paulo post in medium adducens verba Apostoli *Non quod*

volo bonum hoc ego, concludit, Quæcunque culpa esse potest ea omnis voluntatis est.

Autor operis imperfecti in Matth. homil. 12. ait præceptum de non concupiscendo præceptum esse positum *non carni sed menti*, & hoc sensu capienda esse verba Seruatoris de illo agentis qui mulierem viderit ad concupiscendum. Et D. Cyrillus Commentariis in Ioann. monet voluptatem quandam peccatum antecedere quæ prolicere mentem soleat & consensum exprimere, & in eam rem locum D. Iacobi laudat quem iam protulimus.

Cyprian. serm. de ablutione pedum.

S Hilarius in Psalm. 118. exponens versiculum 29. viam iniquitatis amoue à me. *Satis aperte distinguit concupiscentiam à peccato, eamque non peccatū, sed viam ad peccatum esse docet: Promptum*, inquit, *fuerat dicere, iniquitatem amoue à me, sed licet infirmitatis suæ conscius, cum meminerit in corpore suo viam esse peccandi, tamen per timorem Dei à patratione peccati omnis alienus est.*

Inter Latinos D. Cyprianus affirmat Christum cum nos eluit, nullam penitus labem maculamque, nulla peccati vestigia relinquere. Et Diuus Hilarius in Psalm. 118. *viam iniquitatis* quam refugit Vates interpretatur motiones & tentationes quæ nos ad noxam impellunt. Pari modo D. Ambrosius eiusdem Vatis oraculum exponit Psalm. 4. *Irascimini & nolite peccare*, de motibus qui ductu rationis imperioq; temperantur: quam doctrinam fusius etiam prosequitur c. 21. lib. 1. de Officiis.

D. Gregorius Magnus summa rationum varietate probat epistol. 39. lib. 9. omnia peccata deleri funditus & obliterari in Baptismo vsque ad radicem & minutas fibras vt ita loquar, asseritq; infidelitatis eum suspicione laborare, & vim penitus sacramenti eleuare, qui aliud sentiret. D. Bernardus serm. de sex tribulationibus ait peccatum pro foribus esse appetitu pruriente: nocere tamen minime posse, nisi iis tantum, qui sponte aditum patefaciunt & consensum præbent.

Quod ad S. Augustinum attinet, in hunc maxime locum seposuimus, quod Lutherus & Melanchthon audacia non ferenda tueri ac defendere voluerunt, illius sententiis opinionem suam stabiliri: quod à veritate tam alienum est, vt sanctissimus & eruditissimus Doctor in omnibus voluminibus expresse ac perspicue contrarium plane docuerit. Nam Tomo 1. scribens in Genesim contra Manicheos, *Aliquando*, inquit, *ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refrænat atque compescit. Quod cum fit non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur*. Et lib. 1. Retracta. reddit rationem quam superius protulimus cur naturæ nostræ deprauationem Apostolus peccatum appellat, *quod sit effectus & pœna peccati*. Idem

Augustin. l. 1. Genes. contra Manich. c. 14. to. 1.

Idem l. 1. Retract. c. 15.

Idem l. 14. de Trin. c. 17.

» epist. 200. Tom. 2. docet fore vt nunquam causa esset cur diceremus Pa-
» tri nostro qui est in cœlis *dimitte nobis debita nostra*, si desideriis carnis nul-
» lum adhiberemus assensum. Et Tomo 3. de sanctissima Trinitate dispu-
» tans, morbos animæ cum corporis ægrotationibus confert, & remedia
» vtriusq; inter se componit, aitq; quemadmodū vbi deferbuit febris, lan-
» guor tamē & aliqua inualetudo remanet, & vt sagitta auulsa à corpore,
» plaga remanet, sic eluto peccato atq; eiecto, remanere tamen imbecilli-
» tatem in animo & importunā propensionem, quæ causa fuerit, cur bel-
» lator egregius Dauid cū scelus compressisset, Deum placatū propitiumq;

sibi

Digitized by Google

sibi fieri & ab eodem sanari languores suos oraret. Et Tom. 4. li. de Cõtinentia c. 7. scribit naturam humanam adhuc languore debilitatã quasi in potestate medici versari à quo salutem & sanitatem receperit. Et tom. 5. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 25. Illa concupiscentialis inobedientia quanto magis absque culpa est corpore non consentientis, si absq; culpa est corpore dormientis. Et Tom. 6. lib. de bono coniug ca. 11. Opus nuptiarum ab omni crimine defendit Apostolus dicendo, etsi acceperis vxorem nõ peccasti. Tom. 7. lib. 1. contra duas Epist. Pelag. c. 10. Nulla ergo damnatio est iis qui sunt in Christo Iesu. Non enim damnatur nisi qui concupiscentia carnis consentit ad malum. Et c. 13. eiusdem libri reprehendit illos qui existimant concupiscentiam esse peccatũ, monetq; tametsi peccatum Apostoli voce dicatur, non esse tamen, sed ita nominari quod sit causa peccati, quemadmodum cum de scriptione loquimur, manũ huius aut illius agnoscere dicimus, quod manus eam fecerit. Alias quoque addit ita nominari peccatum quemadmodum frigus dicitur pigrum, ꝙ quemadmodum frigorum vis pigritiam & veternum efficit, ita concupiscentia peccatum. Et lib. 6. contra Iulian. *Omni peccato carent iustificati, sed non omni malo.* Tom. 8. in Psal. 50. *Opus hoc castum in coniuge non habet culpam.* Tomo 9. tract. 41. in Ioan. Nunquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Deniq; Tomo 10. serm. 6. de verbis Apostoli. Restat ergo cũ carne cõflictus, quia deleta est iniquitas, sed remanet infirmitas.

Idem l. 1. de nuptiis & concup. c. 23.

Hæc testimonia aliaq; pœne innumerabilia quæ colligi in hanc rem possunt, tam clara & expressa sunt, vt Caluinus dissimulare minime potuerit, D. Augustini sententiam longe à sua differentem & discrepantem esse, hæc illius verba sunt, Neq; opus est multum inuestigando laborare quid hic veteres sentiant, quando vnus Augustinus sufficere ad id potest qui fideliter magnaq; diligentia omnium sententias collegit. Ex illo igitur sumant Lectores si quid de sensu antiquitatis habere certi volunt. Porro inter illum & nos hoc discrimen est, quod ipse quidem concupiscentiæ morbum peccatum vocare non audet, sed ad illum designandũ infirmitatis nomine cõtentus, tum demum fieri peccatum docet vbi vel opus vel consensus accedit: Nos aũt illud ipsum pro peccato habemus quãdo aliqua omnino cupiditate homo titillatur. Imo ipsam prauitatẽ, quæ huiusmodi cupiditates generat nobis asserimus esse peccatũ. Docemus itaq; in Sanctis donec mortali corpore exuãtur semper esse peccatũ, quia in eorũ carne residet illa cõcupiscendi prauitas quæ cũ rectitudine pugnat. Quæ sane verba inusitatæ arrogãtię plena sunt & desperationis; arrogãtiæ quod se insolenter D. Augustino, sensum suum, illius præstãtissimæ sapientiæ opponit, *Nos inquit contra tenemus*, &c. Desperõnis vero ꝙ perniciosissimã peccati luem toto vitæ cursu in homine grassari velit.

Caluin. l. 3. Inst. c. 3 § 10.

Hic deligant Lectores æqui num doctissimi Augustini, imo sanctissimorum Patrum sacræ Scripturæ, & Ecclesiæ vniuersæ doctrinam sequi malint an præcipites ruere cũ Caluino, cumq; nouæ Theologię architectis, qui malitiose atq; tecti vitiis lenocinantur suis, quorum causas non

in præposteram suam voluntatem, sed in naturæ veluti fatalem & ineuitabilem corruptionem referunt. Illorum fuerit, aut respondere iis rationibus quæ hoc loco subiicientur, aut fateri, non tam se eniti & contendere vt ad veritatis cognitionem veniant, quam vt pro animi sui libidine credant & opinentur.

Prima ratio certa solidaque hæc est, Baptismus concupiscentiam non tollit: aut igitur Concupiscentia peccatum non est, aut Baptismo peccata omnia non delentur.

August. l. 5. in Iulian. cap. 3. Concupiscentia pœna peccati est, quia reddita est meritis inobedientis.

Idem l. 5 aduersus eundem c. 12 *Concedit Iuliano hominem non posse iuste reprehendi, neque esse reum propter concupiscentiam, si eis ex concupiscentia quam habet non propagaretur ex Adamo, sed crearetur à Diabolo.*

August. lib. 1. de Ciuit. Dei, c. 25.
Idem lib. 10. confess. c. 30.
Prosper. lib. 3. de vita contemplatiua c. 6. S. Ambros. lib. 1. de officiis c. 21.

Secunda. Concupiscentia de effectibus vnus est, & pœna originalis peccati: non igitur est ipsummet peccatum originale: alioquin simul esset causa & effectus, prior & posterior seipsa.

Tertia. Si quispiam in hanc lucem veniret non ex Adami prosapia, imbecillus tamen natura, & concupiscentia nostro more contaminatus, concupiscentia, inquit D. August. non ei magis vitio verteretur, quam si natus cœcus esset aut fatuus, cum sit tantum naturæ imperfectio, non igitur ex se peccatum est, quod enim ex se & natura sua tale est, semper atque omni ratione conditionem retinet suam.

Quarta. Nulla ratio est cur concupiscentiam in potentia peccatum esse magis, quam eandem in actu iudicare debeamus. Mortalium autem nullus ad peccatum refert concupiscentiæ actiones quę in pueris paruis, in fatuis, in dormientibus, & ne quidem eas quæ in vigilantibus reperiuntur, quando res illis displicet, vt docent D. Ambrosius, S. Augustinus, S. Prosper, & ratio ipsa demonstrat: non potest igitur concupiscentia esse peccatum, priusquam voluntas consensum præbeat.

Matth. 11. 30.
1 Corinth. 10. 13.
1. Ioan. 5. 3.

Quinta, sumitur è testimoniis diuinorum oraculorum, quæ credere monent sue imperant, iugum Christi esse facile & onus eius leue: Deum esse fidelem nec permissurum vnquam vt supra vires tentemur, mandata eius non esse grauia, aliaq; similia, quæ vera minime forent si quemadmodum concupiscentia seiugari à natura non potest sic peccati iugum ab ea tolli nequeat.

Sexta. Si Concupiscentia peccatum est, sequitur nos à Christo Seruatore non esse perfecte vereque liberatos: plusque Dœmonis valuisse malitiam ad incommodum nobis inferendum, quam diuinam bonitatem ad iuuandum. Illius enim & Adami contagione, semper infecti & maculosi permaneremus, neque secundi Adami vllis meritis, non cruore, non gratia sanari potuissemus nisi quadam non attributione, sic vt peccatum reapse & vere in nobis hæreret, gratia & iustitia non esset nisi vana & futili existimatione, quod diuinæ paginæ repugnat sic loquenti *Si filius vos liberauerit iure liberi eritis*: & alio in loco, *Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituuntur multi*: quæ verba stare omnino non possunt cum excogitata illa perenni Concupiscentiæ iniquitate.

Rom. 8. 36.
Rom. 5. 19.

Denique aut Deus non odisset perditorum hominum contumaciam diuinis legibus non obsecundantem, aut nullus est, fuit, aut futurus est

mortalium

mortalium qui gratia ipsius animique innocentia ornetur. Quæ tam absurda sunt atque impia vt aut boni hominis conscientia carendum sit, aut id, vnde sequuntur, antecedens refutandum & abominandum. Sed manum, stylum, oculosq; adiungamus ad piorum operum & consiliorum Euangelicorum considerationem.

QVOD FIDES IVSTVM EFFICERE HOMINEM SINE OPERIBVS NEQVEAT.

Caput IX.

NON iam primum leuissimi homines diuinis scripturis abutuntur, cum vt ex D. Augustino constat certi olim homines quos *Pseudo Apostolos* nominat, statim post Christi Seruatoris ętatem D. Pauli sententiam adhiberent, ad opera eleuanda Christianorum; & ab hominum religione conuellenda. Locus ab iis laudatus est 1. cap. epist. ad Romanos: *Iustus ex fide viuit.* Simon Magus vt D. Irenæi monumentis proditur legis & mandatorum obligationem *iniustam seruitutem* nominabat, docebatque sola gratia homines seruari. Valentiniani continentiam existimabant piaq; opera necessaria tantum psychicis, & impura corporis voluptate gestientibus, non autem suis, hoc est Illuminatis & à corporis contagione secretis. Eunomius tam infensus erat bonorum operum hostis, vt nullum peccatum iis nociturum assereret qui suis dictis fidem adhiberent. Qui dicti sunt Prædestinati in ea hæresi fuerunt vt quemadmodum reprobos opera pia non iuuant, sic nulla opera mala Prædestinatis detrimentum adferre possent. Begardorum insana fuit & confidens opinio, abiectorum atq; vilium esse proprium in laudabilium actionum velut pistrino versari, qui vero sese animi generosa inductione altius efferrent, istiusmodi occupationes præteruehi.

August. de fide & oper. c. 14.

Iren. l. 1. c. 20. de Simone Mago.

Theodor. de hæret. Fab.

Nicetas l. 4. Thesauri c. 1.

August. hæres 54.

Sigebert. in Chron. an. 415.

Clemens V. Extr. de Hæret. c. 3.

Aluarus Pelagius de planctu Eccl l. 2. c. 52.

Lutherus Christiani hominis opes in sola fide reponit, atque in eo quod sacris vndis elutus damnari æternisque suppliciis mactari nequeat modo fidem conseruet, quod vnum modo incredulitatis peccatum in mundo reperiatur. Ita quidem loquitur libro de capt. Babylon. cap. de

Clemens Quintus Extra. de hæreticis c. 3. Aluarus Pelagius de planctu Ecclesiæ lib. 2. c. 52.

Martinus Lutherus de

Babylon. cap. de Baptiſmo, & in Epiſtolam ad Galat. ait exquiſitam hanc ſcientiam & ſupremam eſſe hominis Chriſtiani ſapientiam, ignorare legem, opera, & totam iuſtitiam in agendo poſitam: & alio in loco, qui filii Dei verba illa proprio & directo ſenſu caperet, Si vis ad vitam ingredi ſerua mãdata, iniuriam ipſi Deo facturum. Philippus Melanchthon tanti viri Achates dignuſque Symmyſtes in locis communibus aſſerit quæ laudabilia maxime & glorianda videntur opera illa cruciatu atque morte eſſe digniſſima. aliaſque docet Chriſtum in Moyſen eos mutare qui Decalogi præcepta obligare putent. Antinomiam vt nomen ipſum ſatis declarat ænea fronte in ipſam legem arietabantur, atque opera & D. Petri ſententiam repudiabant, hoc ſapienter & pie pronunciantis *Satagite vt per bona opera certam v. ſtram vocationem faciatis*: id autem crebro ſermone vſurpabant: *Lex non eſt poſita iuſto.*

captiuitate Babylonica c. de Baptiſmo. *Vides quam diues ſit homo Chriſtianus, ſiue baptizatus, qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem, quantiſcumq; peccatis, niſi nolit credere. Nulla peccata eum damnare poſſunt niſi ſola incredulitas. Nulla alia via poteſt homo cum Deo conuenire aut agere quam per fidem; opera ille nihil curat, nec indiget.* Idem in argumento Epiſtolæ ad Galatas editionis primæ.

Idem ad caput 1. Epiſtolæ eiuſdem ad Galat. *Ibi ſtatim Chriſtus negatus eſt, & fides abolita, quia mandatis Dei, ſiue legi tribuitur, quod eſt ſolius Dei.* Philippus Melanchthon in locis communibus. Editione prima *Omnia hominum, quantumuis laudabilia opera, plane vitioſa ſunt & morte digna peccata.*

Et editione 2 pag. 76. *Adeo ex Chriſto bis Moyſen faciunt.*

Nicolaus Amſdorffius librum edidit contra Georgium Maiorem quem inſcripſit *Quod bona opera ſint pernicioſa ad ſalutem*, vbi inter bellas & rotundas ſententias quas ructatur & vomit intemperantius, vna hæc eſt, Quamobrem dico ego Nicolaus Amſdorffius, quicunque hæc verba vt ſonant (bona opera neceſſaria ſunt ad ſalutem) docet & prædicat, hic eſt Pelagianus, Apoſtata, & duplex Papiſta. Quæ fatui & præpoſteri hominis opinio clariſſime ſignificat, in quos amentiæ gurgites & præcipitia hęreſis præcipitare homines ſoleat. Et quoniam monſtroſa hęc deliratio acriter ſcriptis & væſani animi contentione defenditur, æquum eſt vt ad eam conuellendam clariſſimma diuinæ paginæ teſtimonia proferamus, & veterum etiam Patrum autoritatem addamus.

Pſalm. 14. 1. 2. Coronata regii Vatis lyra in diuini numinis conſpectu ita perſonat, *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* mox reſpondet, *qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam.* Et alio in loco de præceptis diuinis agens concludit *In cuſtodiendis illis retributio multa.* Alias Deum compellans non ait reddes vnicuique iuxta fidem ſuam, ſed, iuxta opera ſua. *Pſal 18. 11.* Nam alioqui cur magiſter omnium Chriſtus illa nobis tanta aſſeueratione diceret. 1. Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. 2. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona. 3. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum aut Phariſæorum non intrabitis in regnum cœlorum. 4. Qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt ipſe intrabit in regnũ cœlorum. 5. Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cũ Angelis ſuis & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. 6. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. 7. Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut ſorores aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit

Matth. 5. 12. 16. 20. 21.
Matth. 7. 21.
Matth. 16. 27.
Matth. 19. 17. 29.

8. Vo-

8. Voca operarios & redde illis mercedem. 9. Venite benedicti patris" *Matth. 20. 8.*
mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi Esuriui e-" *Matth 25. 34.*
nim & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere. 10. Hoc" *Luc 10 28.*
fac & viues. 11. Et procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ," *Ioan 5. 29.*
qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. 12. Si hæc scitis beati" *Ioan. 13. 7.*
eritis si feceritis ea. 13. Vos amici mei eritis si feceritis ea q̃ ego præcipio" *Ioan 15 14.*
vobis. Apostolus qui eo docente Euangelii cognitionem hauserat, in-" *Rom. 2. 6. 13.*
finitis prope locis id ipsum testatur, vt cum dicit 1. Qui reddet vnicuiq;"
secundum opera eius: iis quidem qui secundum patientiam boni ope-"
ris gloriam & honorem & incorruptionem quærunt vitam æternam."
2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iu-" *Rom. 6. 19*
stificabuntur. 3. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immun-" *Rom. 8. 17.*
ditię & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra ser-"
uire iustitię in sanctificationem. 4. Si autẽ filii & hæredes: hæredes qui-"
dem Dei cohæredes autem Christi, si tamen compatimur vt & conglo-"
rificemur. Et alias fidem cum caritate componens. 5. Si linguis hominũ" *1. Corinth. 13.*
[illegible]
loquar & Angelorum caritatem autem non habeam, factus [illegible]
æs sonans, aut cimbalũ tinniens. 6. Si habuero omnẽ fidem ita vt mon-"
tes transferã, charitatem autẽ non habuero, nihil sum. 7. Nunc a.ma-"
nẽt tria hęc fides, spes, charitas. Et alio loco vexatos & afflictos conso-"
lans. 8. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis no-" *2. Corinth. 4. 17.*
stræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in"
nobis. Et contra 9. Quæ secundum Deum tristitia est pœnitentiam in sa-" *2. Cor. 7. 10.*
lutem stabilem operatur, sæculi autem tristitia mortẽ operatur. Rursũ"
oratione sua attollens opera in Christo facta. 10. In Christo Iesu neque" *Gal. 5. v. 6.*
circũcisio aliquid valet neq; præputiũ, sed fides quæ per charitatẽ ope-"
ratur 11. Qui seminat in Spiritu de Spiritu metet vitã æternã. 12. Bonum" *Gal. 6. v. 8. 9. 10.*
autem faciẽtes non deficiamus tempore enim suo metemus non defi-"
cientes, Ergo dum tẽpus habemus operemur bonũ ad oẽs maxime aũt"
ad domesticos fidei. 13. Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu" *Ephes. 2. v. 10.*
in operib. bonis, quæ præparauit Deus vt in eis ambulemus. 14. Hoc i-"
psum significat quod ait cum motu & tremore operari salute suam, cu-" *Philip. 2. v. 12.*
ius sententię vim debilitare cõnititur versio Geneuensis. 15. Quæcunq;"
facitis ex animo operamini sicut Domino & non hominibus scientes" *Colos. 3. v. 23.*
quod à Domino accipietis retributionẽ hæreditatis Domino Christo"
seruite. Et de matrefamilias loquens. 16. Saluabitur autem per filiorum" *1. Timoth. 2. v. 15.*
generationem si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cũ"
sobrietate. Item alias 17. Pietas autem ad omnia vtilis est promissionẽ" *1. Timoth. 4. 8.*
habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Huius autem optabilis fructus gu-" *2. Timoth. 4. 7.*
stum quendam atque experientiam se percepisse testatur his verbis Bo-"
num certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo"
reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus in illa"
die iustus Iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduen-"
tum eius. 18. Non enim iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri &" *Ad Hebr. 6. 7.*
dilectio-

Digitized by Google

,,dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis sanctis ,,& ministratis.

Iacob 1.12.

,, D. Iacobus eodem sensu loquens, iisdem etiam verbis est vsus, Bea- ,,tus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit acci- ,,piet coronam vitæ quam repromisit Deus diligẽtibus se. Et paulo post, ,,quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem nõ ,,habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Sic & fides si non habeat ,,opera mortua est in semetipso. Videtis quoniam ex operibus iustifica- ,,tur homo & non ex fide tantum? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

Iacob. 2. 14. 17. 24. 26.

2 Petr 1. v. 10.

Beza fatetur in antiquis exemplaribus esse διὰ τῶν καλῶν ἔργων.

Apocal. 2. v. 10.

Ibid. c. 7. v. 10.

,, Apex religionis D. Petrus concludit grauiter, Quapropter fratres ,,mei magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & e- ,,lectionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sed ,,& præpotens ipse Deus in Apocalypsi, Esto fidelis vsque ad mortem & ,,dabo tibi coronam vitæ. quod etiam clarissimorum martyrum exem- ,,plo confirmat, illos enim demonstrans, Hi sunt, inquit, qui venerunt ,,de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in ,,sanguine agni: Ideo sunt ante thronum Dei & seruiunt ei die ac nocte ,,in templo eius. Paulo ante dixerat, Ambulabunt mecum in albis digni ,,enim sunt. Vbi digni vox animaduertẽda est, & vt omnes eo felicissime ,,perueniãt ad omnẽ vitæ perfectionẽ hortatur in hæc verba, qui iustus ,,est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. & quasi coronidẽ addens, Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, reddere vnicuiq; secũdũ opera sua. Sed sanctissimorũ Patrũ verbis aures modo adhibeamus.

Apocal. 22. v. 11. & 12.

S. Ignatius scribens ad Ephesios, principium vitæ ait esse fidem, eiusdem autem finem caritatem, hæc autem duo quoties in vnum coeunt, Dei hominem perficere. S. Iustinus eos asserit beatæ vitæ præmia consequi posse, qui operibus suis testantur, ad diuinam se voluntatem totos aggregare. D. Irenæus Valentinianorum fraudes & errores reprehendens, trium maxime rerum nomine eos condemnat, quæ prope abest quin ore atque stylo à nostris Nouatoribus importune obtrudantur, 1. Sibi in animum inducere immortalitate se perfruituros, non per bona opera, sed quod spiritales forent. 2. Certos esse de salute sua. 3. A gratiæ possessione nulla vi posse deiici & deturbari.

Iustin. or. ad Anton. Pium.

Irenæus l. 1. c. 1.

Clemens Alexandrinus l. 2. Stromat. fidem monet veluti basim collocari, spem cum metu iunctam exædificare, caritatem deinde fastigium ,,absolutionemq; adiungere. Et lib. 5. ait nos gratia seruari, sed non sine ,,operibus bonis. Et lib. 7. quemadmodum medicus sanitatem adfert ,,iis qui medicinam non respuunt sed ea vtuntur, sic Deum gloria illos ,,& beatitate ornare, qui in agendo veluti adiutores illius sunt, & intelli- ,,gentia simul atque operibus illi obsecundant. Origenes in Cãtica, dupliciter constare salutem credentium affirmat, *per agnitionem fid i, operum perfectionem.* & in Matth. assimilari virginibus fatuis eos, qui profitentur quidẽ fidẽ in Iesum, non autem præparant se bonis operibus ad salutem.

Orig. hom. 1. in Cantica.

Et in

igitized by Google

Et in Epist. ad Roman. Ædificentur, inquit, fideles, ne putent sibi hoc solum sufficere posse quod credunt, sed sciant iustum iudicium Dei reddere vnicuiq; secundum opera sua. Et rursum, Alterum sine altero reprobatur, quia & fides mortua sine operibus dicitur, & ex operibus sine fide nemo apud Deum iustificatur.

S. Cyrillus Hierosolymitanus 15. Catechesi, Quomodo sempiternos ignes effugiemus, & quomodo in domicilia beatorum ingrediemur? Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare: viam addiscite, &c. Si hæc modo feceris beato regno potieris, si non feceris, condemnaberis. Et paulo post, Ne in hoc confidas quod solam lampadem habes, sed custodi illam ardentem, non in hoc solum cōfidas quod credis, sed fidem ardentem conserua, vt luceat lux tua coram hominibus per bona opera, ne blasphemetur per te Christus.

Cyrill Catech 15 post medium. Πῶς οὖν ἐρεῖ τις φύγωμεν τὸ πῦρ; καὶ πῶς εἰσέλθωμεν εἰς τὴν βασιλείαν; ἐπείνασα γάρ φησι, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· μάθετε τὴν ὁδόν. Et infra ταῦτα ἐὰν ποιήσῃς, συμβασιλεύσεις, εἰ δὲ μὴ ποιήσῃς, κατακρίνεται.

D. Gregor. Nazianz. orat. in Maximum cum ex agris in vrbē rediisset, Quemadmodū, inquit, si actio à fide deseratur, laudē nō meretur quandoquidē multi gloriæ studio atq; etiam à natura ita informati virtutem colunt, ita fides sine operibus mortua est. Et orat. 4. in Sanct. baptis. substructionem ita faciendam monet, vt instar fundamenti bona opera iaciantur, quod fides sine operibus mortua sit, quemadmodum opera sine fide. D. Gregorius Nyssenus paria scribit homilia 8. in Ecclesiasten. Et D. Ioannes Chrysostomus homil. 9. in Ioannem, Ne putemus, dilectissimi, fidem nobis ad salutem satis esse: nam nisi vitam exhibuerimus puram & hac cœlesti vocatione dignos nos induerimus vestimenta quibus ad nuptias admittamur, nihil nos eripiet, quin eodem quo ille miser afficiamur supplicio. Et homil. 30. sub medium, Nunquid ergo satis est ad vitam æternam in filium credere? minimè. non enim omnis, inquit, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum. Et paulo post, Et licet hoc loco dicat, Qui credit in filium habere vitam æternam, &c. non tamen dicimus satis esse solam fidem ad salutem, quod quæ de vita sæpe in Euangeliis dicuntur ostendunt. Cur enim non dixit ipsa est vita æterna sola, neque qui credit in filium solum habet vitam æternam, sed in vtroque vitam esse significauit? nam nisi mores sequantur, sequetur supplicium. Et 2. homil. in Epist. ad Philemon. Fides efficax est si habeat opera, nam sine operibus fides mortua est. Et serm. quodam de Eucharistia, Non satis fuerit simpliciter & vulgariter Christianos homines dici nos, eius rei si placet fide dignum testem fratrem Dei Iacobum adhibeo dicentem, Fides sine operibus mortua est. quare mandata conficere oportet sine quibus frustra Christiani diceremur. Adhæc S. Cyrillus Alexandrinus l. 2. in Ioan. Quod autem fides ad salutem non sufficiat Christi etiam discipulus ostendit scribens, Tu credis quia vnus est Deus, dæmonia etiam credunt & horrescunt: si ergo sola fides sufficeret, multitudo dæmonum perire non posset: quare oportet ad fidem opera charitatis accedere.

D. Hilarius in Matthæum cum dixisset nationum felicitátem à fide mana- Hilar. in Matth. can 7.

,, manare, vt ostenderet eam non sufficere adiungit, *& in præceptis Domini* ,, *vita est vniuersorum.*

,, D. Ambrosius l. 2. de Officiis, Scriptura diuina vitam beatam in cognitione posuit diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Denique vtriusque assertionis testimonium suppetit Euangelicum: nam & de scientia ita dicit Dominus Iesus, *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Et de operibus ita respondit, *Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut patrem aut matrem aut vxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit,* &c. Habet ergo vitam æternam fides, quia fundamentum est bonum, habent & bona facta, quia vir iustus & dictis & rebus probatur. Idem in cap. 11. Lucæ, Ne rursus fidei nos studiosos faciat, operum negligentes, perfectionem fidelis viri breui sermone concludit vt & fide & operibus approbetur dicens Hæc autem oportuit facere & illa non omittere.

,, D. Hieronymus Comment. in 7. cap. Matthæi, Sicut supra dixerat eos qui haberent vestem vitæ bonæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc è contrario asserit ne his quidem accommodandā fidem qui cum polleant integritate fidei turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruunt. Et lib. 2. in Iouinian. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus scienti bonum & non facienti illud peccatum est: quomodo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est, Nec grande putemus vnum Deum nosse, cum & dæmones credant & contremiscant. Atque hic quidem res foret vtilissima, sed fastidiis adhærescens plurima in medium testimonia Patrum adducere ad rem per se claram & perspicuam comprobandam: itaque vna claudat hanc disputationem ex eodem sapientissimo Doctore petita in 3. cap. Micheæ, vbi Vatis ea verba exponit, *Hæc dicit Dominus super Prophetas qui seducunt populum meum.* Si iuxta Septuaginta, inquit S. Hieronymus, quod dicitur, de hæreticis voluerimus accipere, qui verè pseudoprophetæ sunt & dicunt *Hæc dicit Dominus*, & Dominus non misit eos, non errabimus. Et paulo post de illorum moribus disputans, adiungit, Promittunt eis pacem & regna cœlestia, & dicunt, non necesse est vt viuas continenter & sanctè, habeto fidem quam docemus, & omnia promissa Domini consequeris, quæ loquentes magis aduersum eos iram Domini concitant, & prælium in illos sanctificant.

Rationes quæ veritatem hanc confirmant & plurimæ sunt & ad probandum arguendumque firmissimæ. 1. Nulla res mortua vitalem vim dare potest, fides autem sine operibus mortua est, non igitur potest vitam largiri. 2. Is ornari intima iustitia non potest, qui manet in morte: atqui sine caritate, vt Ioannis diuinum os prodit, manemus in morte, fides ergo sine caritate iustitiam non efficit. 3. Iustificari sola fide non potest cui nil prodest fides destituta & operibus incomitata, sed auctore Gentiũ Apostolo qui vel fide præditus est ea qua vasti & solidi montes trans-

res transferantur si nuda & inops sit caritas, nihil ei prodest. Sola igitur fides iustificare neminem potest. 4. Inter habitus siue ornamenta Intellectus & Voluntatis hoc est discrimen, quod per illa homo aut imperitus aut veritatis compos efficitur: per hæc autem bonus aut improbus: atqui fides vt etiam prudentia ad Intellectum pertinet: caritas verò & iustitia ad instructum apparatumque voluntatis: est igitur potius caritatis & iustitiæ hominem efficere probum & iustum, quàm fidei, quamuis necessaria sit fides vtrique, vt radix arbori, & ædibus fundamentum.

Quod verò diuinæ aliquando literæ salutem hominum ad fidem referre videantur: primum non solam fidem memorant: Deinde id maximè dicitur, quod vt monet Apostolus *iustus ex fide viuat*. quæ sine dubitatione seminarium est gloriæ. Præterea certum est in Scripturis, quod totius est proprium sæpe attribui parti, vt cum Rom. 8. dicitur nos *spe saluos fieri*, & cum salutis nostræ parens Christus famosæ mulieri dixit Luc. 7. plurima illi peccata fuisse remissa, *quod diligeret multum*. In aliis diuinæ paginæ locis quibus negatur operibus iustitiam nos consequi, perfacilis est responsio: nam aut loquitur de operibus ante susceptam fidem perfectis & ante gratiæ munus in animam infusum, aut de iis quæ ad veteres ceremonias pertinent, aut de iis denique ab homine scelerum contagione polluto fiunt, qua de re dicetur aliàs copiosius, nunc in dicto religiosissimi Iacobi conquiescamus, *Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum*, & videamus quibus modis conciliatio fieri possit in controuersia de iustificatione atque operibus meritoriis, modo pacate & æquis animis tota res audiatur.

Rom. 1. 17.
Ibid. 8 v. 24.
Iacob. 2.

DE IVSTIFICATIONE.

CAPVT X.

HAVD inuiti omnes cum Tridentino Concilio fatebimur efficientem iustificationis causam esse Dei misericordiam; formam, gratiam infusam atque in animis inhærentem; finem, esse diuinam gloriam, exemplar, vitam Christi Seruatoris; meritoriam causam, acerbissimam eius mortem: Instrumentum, Sacramenta; necessariam conditionem sine qua peccata commissa non deleantur, legitimum de patratis sceleribus dolorem.

Concil. Trident. sess. 6. c. 7

Hoc itidem concedetur maculas animorum elui & exuri gratiæ beneficio in nobis inhærentis: Præterea è certissimo D. Pauli effato nos *ablutos & sanctificatos* fuisse: Adhæc prout ad Romanos scribitur, charitatem Dei diffusam esse in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Insuper iuxta Vatis Ezechielis sententiam, illius animæ

1. Cor 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis.
Rom. 5.
Ezechiel 18. 24.

iustitias omnes & gloriosa facinora perpetua veluti obliuione sepeliri, quæ à directa mandatorum diuinorum regione atque via deflexerit.

Dabunt etiam æqui rerum æstimatores, si tantum iusti essemus propter imputatam nobis filii Dei iustitiam, inania illa scribi & sine ratione, *Qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.* Deinde si peccatorum labes perpetuo in nobis hærerent, nec alio modo abstergerentur, quam quod non imputentur nobis, corrigendum & commutandum videri eum Symboli Articulum, qui *Remissionem peccatorum* credi iubet: emendandum quoque videri aut certe mendacii coarguendum Apostolum, cum monet Corinthios non exutos elutosque modo eos fuisse à nefandis sceleribus, quæ paulo ante memorarat, verum etiam *sanctificatos & iustificatos in nomine Domini nostri Iesu Christi*: & cũ aliàs scribit, mundi Seruatorem sibi exhibuisse gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

Apocal. 22, 11.

1. Cor. 6. 11.

Ephes. 5. 26.

Non magnopere dissentit Catechismus Geneuensis, in quo ista leguntur, *Puer.* Quemadmodum Iesu Christi cruor nostra est ablutio, ita necesse est vt Spiritus Sanctus intimos animi nostri sinus aspergat, eoque eluantur. *Doctor.* Certior atque illustrior huius rei est adhibenda explicatio. *Puer.* Ita se res habet: Spiritus Sanctus in cordibus nostris habitans efficit vt vim Seruatoris nostri Christi sentiamus: nos enim grata luce perfundit vt eius gratias cognoscamus, imprimit easdem & inurit in animis nostris, easque opportunè collocat, nos regenerat & nouas creaturas efficit, sic vt illius præsidio omnia munera capiamus, quæ nobis in Christo Iesu offeruntur.

Atque hoc idem concludit Caluinus lib. 3. Institut. cap. 11. sect. 21. his verbis, Constat itaque quos Deus amplectitur, non aliter fieri iustos, nisi quod abstersis peccatorum remissione maculis purificantur, vt talis iustitia vno verbo appellari queat Peccatorum remissio.

Cum alio in loco diuersam opinionem tuetur, Christianæ concordiæ appetentes illum excusare conantur, dicentes sensum tum fuisse Caluini vt vellet peccata nostra semper in Dei conspectu hærere, quamuis ita nobiscum agat & versetur, quasi perpetua illa obliuione contriuisset; neque enim fieri posse vt æterna illa beataque mens omnes omnium sæculorum ætates complexa vllius rei obliuiscatur, cum actiones omnes nostræ, menses, anni, momenta, & tam multiplex variaque temporum intercapedo, instar momenti habeant in illa interminata atque immutabili æternitate Dei. Sic cum docet Caluinus fide nos iustificari, iidem ita interpretantur vt de viua fide loqui voluerit, quæ nunquam est sine instructu & ornatu caritatis: nullum posse merito ambigere, quin caritas fidei sit præferenda cum diuinus Apostolus illa tanquam ex oraculo pronunciet, *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc, maior autem horum est caritas.* Et rursum, Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans

Psalm 89. 4. *Quoniã mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna.*

Caluin. l. 3. instit. c. 18. §. 8.

1. Cor. 13. v. 13.

nans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam & nouerim « mysteria omnia & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita « vt montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et si « distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero « corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil « sum. Cum etiam multi sint olim futuri qui vociferantes *Domine*, *Domine*, sint vt ignoti à numero fœlicium repellendi. Præterea cum Caluinus pertinaciter defendit nullum inter homines iustum esse, iidem pacis concordiæque internuncii pronunciant eum indignum esse qui audiatur, aut sane debere intelligi, comparatione illius, qui totius iustitiæ fons & exemplar habetur, aut de eo qui iustus sit perfecta absolutaq; iustitia nullius culpæ & ne quidem venialis labecula aspersa: nam alias diuinis literarum monumentis toties impie repugnaret, quoties iustorum meminerunt Abelis, Noe, Loti, Iobi, Simeonis, Iosephi, Decurionis, Centurionis, Zachariæ, Elizabethæ, aliorum. Atque huic triplici explicationi respondemus si idipsum Caluinus non dixit, certè debuisse id sentire & dicere, qua in re profligata omni disputatione & controuersia, mentium & opinionum consensio fieri potest.

Matth 7.21.

Noe Gen 6 9. Lot. 2. Petri 27. Iob. ἄμεμπτος ἀνὴρ ἐδίκαιος. 70. Interpr. Simeon. Luc. 2.15. Ioseph Matth. 1. 19. Decurio. Luc. 23. 50. Centur. 10. Act 22. Zach. & Eliz. Luc. 1.6.

BONA OPERA DIVINA GRATIA NIXA SEMPITERNAM BEATORVM VITAM DIGNE PROmereri.

CAPVT XI.

ERVDITISSIMI in Theologia viri quatuor operum genera distinguunt, in Scholis ita nominãtur, Mortua, Mortificata, Mortifera & Viua, quam doctrinam iure nemo repudiabit. Mortua illa sunt de quibus Apostolus disputat prima ad Corinthios, quæ sine gratia & diuina caritate fiunt, quæque nullum præmium in æterna fœlicitate manet. Mortificata Ezechiel memorat cap. 18. vbi Deus Opt. Max. asseuerat se omnes eorum iustitias obliuioni mandaturum qui sese ab ipso auertunt. De Mortiferis eo ipso in loco proditur,

1. Cor. 13. 3.

Ezech. 18. 24.

Digitized by Google

Anima quæ peccauerit morietur. Et de Viuis hoc modo, *In iustitia sua quam operatus est viuet.* Viua nominantur, quod à meritis Christi Iesu vitam excipiant, quando gratiæ beneficio cum illo copulamur: Spiritus Sanctus dux & autor, mouens efficiensque est vt diuinitus effata significãt, sine ipso nos posse nihil, eundem opera omnia nostra operari in nobis, ipsum coronare nos in misericordia & miserationibus. Appellantur etiam meritoria, quod meriti fontem & principium continent, nimirum gratiam, & meritorum Christi communionem, qui non tantum promereri nobis tot & tanta voluit, verum etiam ita sua merita nobis adiungere, nos illis ita nobilitare, vt vi quadam eorum eximia freti, in ipso vel per ipsum merendo etiam consequi possemus. Adde quod meritum præmiumq; sese mutuo respiciunt, constat verò æternam mentem omnia tuentem & administrantem polliceri mercedem operibus nostris tametsi exiguis, vt ne quidem calicem aquæ frigidæ, præmii expertem & inanem esse patiatur. Et generatim de omnibus actionibus dicitur *Reddet vnicuique secundum opera eius.* Et cum Apostolus fructus eos enumerat quos Spiritus Sanctus progenerat in nobis, nõ possunt aut inutiles aut mali existimari videlicet Charitas, pax, patientia, mansuetudo, bonitas, longanimitas, fides, modestia, continentia & castitas. Cur etiam Scripturæ Sacræ laudibus eos cumularẽt qui bonis operibus dant operam, nisi & bona & laudanda forent? Ad extremum quomodo ad merendum accommodata illa non essent opera, pro quibus, Summus ille omnium Iudex in magna & postrema disceptatione vitam est sententia sua concessurus & æternæ gloriæ pondus tanquam iustum atque legitimum præmium meritorũ, vt iam ipse in effatis sapientiæ & oraculis veritatis prædixit? S.Ignatius frustra Mariam Cassabolitem a l spem præmiorum monitis suis excitaret si nulla essent: sic enim ipse loquitur, Hortor vt labori huic tuo increméta adiicias: præsens namq; labor modicus, multa autem quæ hinc expectatur merces. Frustra quoq; S.Irenæus diceret ex mente atq; sententia Salomonis fœnerari illum Domino qui miseretur pauperis: nam cum rerum omnium procreator nullius rei indigeat, opera nostra bona excipit, vt nos bonis suis atque muneribus cumulare possit. Non satis item considerate Seruator omniũ Christus pronunciasset, vt animaduertit Clemens Alexandrinus, mansiones esse multas in domo Patris æterni: qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, eum Prophetæ mercedem accepturum, & qui recipit iustum, iusti quoque mercede donandum: cum significare nimirum vellet esse præmiorum varietatem pro diuersitate meritorum vniuscuiusque.

Ioan. 15. 5.
Isai 26. 12.
Psalm. 102. 4.
Matth. 10 42.
Rom. 2. 6.
Matth. 5. 12. c. 16. 27. c. 19. 30. c. 10. 9
Luc 14. 14.
Coloss 3. 24.
Ephes. 6. 8.
Iacobi 1. 12.
Apocalypsis 2 10.
Esto fidelis vsq; ad mortem & dabo tibi coronam vitæ.
Genes. 4 c. 5. 24. c. 6. 8.
Num 25.
Psal 105. 30.
Iona 3 10
Hebræorum 13. 2.
S. Ignat. epist. ad Mariam Cassabol.
Prouerb. 19. 17.
Clem. Alex. l. 6. Strom.
Matth. 10. 41.

„ Origenes in 2. cap. Epist. ad Rom. Nunc inquiramus de iusto Dei iu-
„ dicio in quo reddet vnicuiq; secundum opera sua: & primo quidem ex-
„ cluduntur hæretici qui dicunt animarũ naturas bonas vel malas, & au-
„ diant quia non pro natura cuique Deus, sed pro operibus suis reddit.

D. Basilius homil. in Ascet. Monach. Custodientibus mandata eius retributio multa, merces nimirum illa copiosa est.

S. Cy-

Digitized by Google

S.Cyrillus Hierosolymit.Catech.1.Si exiguum laborem insumpseris, pauca recipies: si verò strenuè multumq; laboraueris magne te merces sequetur. Et D.Gregorius Nyssen. 1.orat. de pauperib.amand. *Pro suis*, inquit, *quemque meritis ornatum cerno*. Et S.Ioan.Chrysostomus.In mediis illis olympicis certaminib.corona post victorias nihil aliud est quàm folia lauri, quàm applausus & clamor vulgaris, quæ tamen omnia vespere ingruente marcescunt & pereunt: at corona quæ virtute & eius sudoribus datur nihil habet sensibile neq; in hoc sæculo nobiscum dissoluitur sed perpetua est,immortalis,extendens se in omnia sæcula. Idem hom. 36. ad pop.Antioch. Deo orationem tribuens qui nos ad beneficentiam & largitatem inuitet, Ne breuem,inquit, emas vitam hanc,sed vitam illam,æternam illam tibi vendo, non hanc, non illudo tibi. Ibidem nos admonet vt apud nos reputemus quanta sit Dei misericordia, qui non modo temporalem redimere mortē concesserit, verum etiam & æternā. Tertullianus aduersus Gnosticos generose, vt solet, acriterq; disputans, Quomodo,inquit,multæ mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum? quomodo stella à stella distabit in gloria nisi pro diuersitate radiorum? D.Cyprianus Epist.ad Nemesianum gratulatur piis hominibus, qui custodia detinebātur, quod eorum supplicia delata forēt, quo ad meritorum titulos tormentorum tarditate proficientes (verba sunt eximii Doctoris) habituri essent tot mercedes in cœlestibus præmiis,quot nunc dies numerantur in pœnis. D.Hilarius in S.Matth. De nostro est beata illa æternitas promerenda, præstandumq; aliquid est ex proprio. Et Prologo in Psalmos, Præstat Dominus sapientiam his, qui per meritum operum gratiam intelligentiæ consequuntur.

Cyrill. Hierosol. catech. 1. sub finem. Ἐὰν ὀλίγα κάμῃς, ὀλίγα λαμβάνεις, ἐὰν δὲ ἐργάσῃ πολλὰ, πολὺς ὁ μισθός.

Tertull. in Scorp. c. 6.

D.Ambrosius in Epistolis, Quæ salus nobis esse potest nisi ieiunio eluerimus peccata nostra cum Scriptura dicat Ieiunium & eleemosyna à peccato liberat? qui sunt ergo hi præceptores noui, qui meritū excludūt ieiunii? Nonne Gentiliū vox ista est dicentiū Manducemus & bibamus?

Ambros. l. 3. epi. 18.

S.Hieron.in Iouin. exponens laudata prius à nobis Christi verba, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*, pro sapientia sua meretur, vt pulcherrimam eius disputationem hic ponamus, sensus Scripturæ intuendus: Dicerem, inquit, vobis quia vado & præparabo vobis locum, si nō mansiones multæ essent apud Patrem, hoc est si non vnusquisq; mansionem sibi non ex largitate Dei, sed ex propriis operibus præpararet: & ideo nō est meum præparare, sed vestrum: quia & Iudæ nihil profuit paratus locus, quem suo vitio perdidit. Iuxta quem sensum & illud intelligendum quod ad filios dicitur Zebedæi, quorū alter à sinistris alter cupiebat sedere à dextris, Calicem quidem meum bibetis, sedere autem à dextris meis siue à sinistris, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, Non est filii dare, & quomodo Patris est præparare? Paratæ, inquit sunt in cœlo diuersæ & plurimæ mansiones plurimis diuersisque virtutibus, quas non personæ accipiunt, sed opera. Frustra ergo à me petitis quod in vobis situm est, quod Pater meus illis parauit, qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem.

Hieron. l. 2. aduersus Iouin. c. 15.

Hoc

Hoc loco mens sanctissimi Doctoris est ad extrema duo vitanda nos commonefacere, alterum est Manichæorum, qui cum nimium tribuere gratiæ vellēt, omne bonorum operum meritum elidebant: alterum Pelagianorum, qui tantum meritis tribuebāt, vt gratiæ vim plus quàm par esset imminuerent. Est quiddam interiectum atq; medium, verè scilicet à Deo primum & præcipue pendere salutem nostram, & eum gloriæ gradum, ad quem cœlites perueniunt, sed hac tamen conditione, vt eius gratia exsuscitati & præmuniti ipsi quoque adlaborent, atq; id negotiū promoueant, tum operibus à charitate profectis, tum integra mandatorum obseruatione.

D. Augustinus illa duo extrema mirabili semper contentione oppugnauit, & quidem aduersus eos belligerans, qui opera deprimunt, sic ait
" lib. de pefect. iustit. Post hanc vitam merces perficiens redditur, sed eis
" tantum, à quibus in hac vita eiusdem mercedis meritum comparatur.
" Et 1. libr. de moribus Eccles. Vita æterna est totum præmium cuius pro-
" missione gaudemus, nec præmium potest præcedere merita, & prius ho-
" mini dari quàm dignus est. Et aduersum eos qui gratiæ vim eleuabant,
" ad Sixtum ita scribit, Quod est ergo meritum hominis ante gratiā, quo
" merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in
" nobis faciat nisi gratia? & cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud
" coronat quàm munera sua. Et lib. de prædestin. Sanct. Nihil huic sensui
" tam contrarium est quàm de suis meritis sic quemquam gloriari tanquā
" sibi ipse ea fecerit non gratia Dei.

Alia congeri testimonia hic potuissent, vnum aut alterum modò sufficient de corona iustitiæ, de qua memorauit Apostolus, vt perspicuè intelligamus, Sanctos Patres, & maxime eruditissimum Augustinū no-
" biscum loqui & sentire. Audiamus igitur, inquit, magnum Paulum cum
" extremo fato vicinus esset & de corona sibi adornata, vt cygnea voce
" prædiceret. Bonum agonem certaui, cursum consummaui, fidem serua-
August. in Psal. 83. ui, superest mihi corona iustitiæ. Ille qui tribuit misericordiam seruat
" veritatem. Vnde seruat veritatem? Quam reddet mihi Dominus in illo
" die iustus iudex. Indulgentiam donauit, coronam reddet: donator est
" indulgentiæ debitor coronæ. Et paulo pòst expendens illa verba Quam
" reddet mihi Dominus in illo die, Quid, inquis, tibi reddet nisi quod ti-
" bi debet? Vnde tibi debet? quid ei dedisti? Quis prior dedit illi & retribuetur ei? Debitorem Dominus ipse se fecit non accipiendo, sed promittendo.

Calu. 3. Inst. c. 14 §. 9 Habemus, nec vnum à sanctis exire opus, quod si in se censeatur, non mereatur iustā opprobrii mercedem.
Paragrap. 11. Fortiter insi-

Cum igitur Caluinus l. 3. Institut. scribit omne opus nostrum quantumuis laudabile & bonū videatur, esse coram Deo scelus & maleficiū, noluit opinor id quod à Deo est in nobis, bonū non esse: sed docere voluit, aut sanè debuit, quod in actionibus nostrum est, & non ex Deo, id esse fœdum & aspersum labe: & quoniam in operibus bonis semper aliquid quod à nobis proprie manat admiscetur, & metallo scoria adiūgitur, eā

tur, ea gratia sordenti panno iustitiæ nostræ comparātur. Atq; adeo dici potest, si penitus à Deo & à filii ipsius meritis abiuncta spectentur, aut sine misericordia examinentur, pœnam illa potius quam mercedem postulare. Enimuero ab alio extremo tanquam à præcipitio cauendum est, neque dicendum gratiam diuinam nihil boni hominibus conferre, vel Spiritum sanctum nihil boni in nobis operari, nam alioqui si actio quælibet scelus est abominandum, consequetur gemina pariaq; videri hominem egentem atq; mendicum omnino spoliare, eique stipem largiri, nisi quod vnum altero maius peccatum sit, vtrumq; tamen nefarium & mortale. Quod si ita est, quid oro diuini Spiritus gratia perficere in nobis queat, quam tamen demirans Caluinus alias in cœlum tollit? quid purpureus innocentis Agni cruor, si consequi merendo non potuit, vt quidpiam nos mereri possemus?

stendum nullum vnquam extitisse pii hominis opus, quod si seuero Dei iudicio examinaretur, non esset damnabile.

Paragrap 9 *Primum dico, opus quod optimum ab illis proferri potest, aliqua tamē semper impuritate carnis respersum & corruptum esse, ac tanquam aliquid fæcis admixtum habere.*

August conf lib 9. cap 13. *Vae etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam.*

DE OPERIBVS QVÆ AD SATISFACIENDVM REFERVNTVR.

CAPVT XII.

SAPIENS religionis magister præclare id monebat, *Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur*. In eo vero hæc bona & prudens conquisitio versatur, vti agnoscam⁹, in quibus, quonam modo, & quid tandem diuinæ iustitiæ debeamus, etiam postquam Dei misericordia labes & maculæ animorum extinctæ sunt atque abolitæ. Hæc autem obligatio *quæ nascitur ex delicto*, proficiscitur ex peccatis iis, quæ vel mente animoque definiuntur, aut hærent in corpore, aut ad fortunæ bona referuntur. Vnde fit vt opera quæ ad satisfaciendum plurimum valent, sint præcipue tria, Oratio, Ieiunium, & Eleemosyna, oratio quod animam cum suo principio coniungat, Ieiunium quod deprimat & vt ita loquar pio sacrificio mactet corpus, cuius impetu & voluptatis appolitione, flagitium sit admissum: Eleemosyna, quod sancte & moderate iis vtamur bonis, quibus ante male fueramus abusi. 1. Cor. 11.13.

De Oratione Luc. 18. perscribitur, *Oportet semper orare & nunquam deficere*. Et Matth. 7. *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur* Luc 18.1. Matth. 7.7.

vobis. *Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.* Et 1. ad Thessal. *Sine intermißione orate.*

1. Thess. 5. 17.
Ioel. 2. 12. 15.
1. Esdr. 8. 21. 23.

De ieiunio est illud Ioelis oraculum, *Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & in fletu & in planctu.* Et paulo post: *Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum.* Esdras etiam, *Et prædicaui inquit ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua vt affligeremur coram Domino Deo nostro & peteremus ab eo viam rectam nobis.* Et paulo post: *Ieiunauimus autem & rogauimus Deum nostrum pro hoc, & euenit nobis prospere.* Atque vt omnes intelligerent Euangelica in lege id quoque locum habiturum, Venient dies, ait Seruator mundi, cum ablatus fuerit ab eis sponsus, tunc ieiunabũt in diebus illis.

Luc. 5. 34.

Tob. 12. 9.
Eccles. 3. 33.
Dan 4. 24.
Tob. 12. 9.
Ἀγαθὸν προσευχὴ μετὰ νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης καὶ δικαιοσύνης.

De Eleemosyna est etiam in sacris literis, *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam.* Et alias: *Ignem cadentem extinguit aqua & eleemosyna resistit peccatis, & Deus prospector est eius qui reddit gratiam.* Et rursum: *Quapropter rex consilium meum placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime & iniquitates tuas misericordiis pauperum.*

Et de tribus operibus simul beatorum spirituum vnus hoc memorabile dictum extulit: *Bona est oratio cum Ieiunio & Eleemosyna.*

Hoc tamen de his operibus aliisque omnibus quæ laudem & honestatem adiunctam habent, intelligendum est, quod quemadmodum in gratia perfecta, vi meritorum Christi vim merendi habent, sic adhiberi ad satisfaciendum nequeunt, nisi quatenus ipsius Christi satisfactionibus nituntur, cum quo beneficio caritatis iuncti & arctissime copulati omni ratione locupletamur vti Apostolus monebat. Et cum vita nostra abscondita sit cum illo in Deo, nostræ actiones illius sanctitate mirabiliter excitantur, illius operum splendore illuminantur, illorum etiam coniunctione merendi vim & satisfaciendi assequuntur, sic vt laus omnis atque decus in eum redundet, qui omnium bonorum quæ vspiam fiunt caput & causa est, fons, finis, efficiens, & exemplum.

Heb. 10. 35.

Atque hoc sensu capienda est illa confidentia seu fiducia quam pia mens in operibus bonis percipit, de qua sic disputat Apostolus ad Hebr. *Nam & vinctis compaßi estis & rapinorum bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remunerationem.* Quem in locum scribens Beza vocem illam παῤῥησίαν malitiose inobscurat verens, quem ex ea fructum capiamus, neque videt bonis operibus recreari, iisque vt par est confidere, nihil esse aliud, quam delectari in Domino, eius vi atque robore niti, eius fauore & præsidio confirmari.

1. Tim. 3. 13.
1. Ioan. 3. 21.

Quod idem Numinis internuncius & interpres Apostolus Timotheum docet, pari omnino sensu in hæc verba, *Qui bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent & multam fiduciam in fide quæ est in Christo IESV.* πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. D. Item Ioannes primo capite, longe quoque disertius pronunciat, *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad DEVM.* παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν θεόν. Quibus è locis colligitur,

tur, id vocabulum quod est in quæstione absolute sumi pro fiducia, non pro loquendi libertate vt vertit Beza, aut securitate vt non tam vertit quam peruertit Geneua, cum ἀσφάλεια & παῤῥησία non significatus modo habeant differentes sed certa quadam ratione oppositos: cum altera firmitudinem habeat iunctam sine vllo metu & hæsitatione, altera subindicet eam quam formidinem oppositi nuncupant. Quare & Septuaginta verterunt quod est in Leuit. 26. קוממיות Komemiouth καὶ ἤγαγον ὑμᾶς μετὰ παῤῥησίας, Geneua reddit Ie vous ay fait cheminer à teste leuee.

Quod hic vero communis Sanctorum omnium sensus fuerit, cum de suis operibus locuti sunt, quodque illa Deo obtulerint in se & à se perfecta, vtriusque Testamenti authoritate constat. Nehemias vir san- *1. Esdra 5.*
ctitate & incredili religione præditus, *Memento mei Domine*, inquit, *secundum omnia quæ feci populo huic*. Et regius Vates Psalm. 17. *Dominus secun-* *Psalm. 17. 21.*
dum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Simili ratione Ezechias Hebræorum moderator cum periculosissimo morbo extingueretur, vertit se ad parietem, & mundi parentem ita est precatus, *Obsecro Domine, me-* *Isai 38. 3.*
mento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Addit Isaias vt patefaceret bonus DEVS sibi hanc precationem minime displicuisse, respondisse illius ore, *Audiui orationem tuam & vidi lachrymas tuas, ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos.*

Esther pariter vitæ suæ innocentiam atque pietatem hoc modo Deo *Esther 14. 16. 17.*
Opt. Max. repræsentat. Tu scis necessitatem meam quod abominor signum superbiæ & gloriæ meæ quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detestor illud sicut pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei, & quod non comederim in mensa Amã, nec mihi placuerit conuiuium Regis, & non biberim vinum libaminum & nunquam læta fit ancilla tua, ex quo huc translata sum, vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham, &c.

D. Paulus etiam longe maiori de se fiducia loquitur 2. ad Timoth. ca. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddit mihi Dominus in illa die iustus Iudex, &c. Quæ sententia post etiam accuratius expendetur viamque sternet ad alterius Pauli vocem intelligendam, is fuit solitudinis cultor quem paulo ante quam ex hac vita migraret, hæc pronunciasse Diuus Hieronymus memorat, *Peracto cursu superest mihi corona iustitiæ.* Et D. Hieronymi exemplar innocentiæ & puritatis morti vicinus ad constantiam sese cohortans aiebat, *Egredere anima, egredere, quid times? septuaginta prope annis seruisti CHRISTO & mortem ti-* *Hieron. in vita Pauli.*
mes? D. Martinus authore Seuero Sulpitio, cum præsentem animaduertisset humani generis hostem, magno hæc animo pronunciauit, *Quid* *Idem in vit. Hilar.*
hic astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies, Abraham me suum excipiet.

S. Bonauent in vit. S. Francisc.
Psalm. 141. 8.

S. Franciscus demissionis Christianæ magister & religiosæ pietatis, iam iam spiritum emissurus, cum regio Vate illud cecinit, *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Me expectant iusti donec retribuas mihi.*

Ex hoc fonte haustæ illæ sunt monitiones & cohortationes ad virtutem quæ in Sanctorum monumentis ponuntur. Præclara inquit Diuus Cyprianus, & diuina res fratres charissimi salutaris operatio solatium grande credentium, securitatis nostræ salubræ præsidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati. Et Diuus Ioannes Chrysostomus, Nos oramus vt post baptismum vitam honestam habeatis: tu contra studes, nihilque non facis, vt hinc migres absque bona vita. At nos optamus vt ex benefactis habeas fiduciam. Author operis imperfecti in Matth. Sicut oleum inquit accendit lumen lucernæ, ita & bona opera excitant fidem cordis & dant confidentiam animæ. Diuus Ambrosius, Ex fide charitas, ex charitate spes, & rursus in se sancto quodam circuitu reuoluuntur. Idem ipse (si tamen non ab ipso alias) in 2. ad Corinthios, Nunc opus est vt crescat in nobis fiducia bonis actibus comparata. Diuus Augustinus præfat. in Psalm. 31. Ille sperat qui bonam conscientiam gerit, quem vero pungit mala conscientia, retrahit se à spe, & non sibi sperat nisi damnationem, vt ergo speret regnum, habeat bonam conscientiam, credat & operetur. Et sermon. 16. de verbis Apost. Quæ spes inquit est nisi de aliqua conscientiæ bonitate.

Cypr. serm. de Eleemos.
Chrysost. hom. 2. in ep. ad Corint.
Hom 15. in Matth.
Ambr. in c. 17. Luc.

Neque ad eandem rem probandam firma nobis deest ratio, nam cum Christus salutis nostræ vindex coronam vitæ iis pollicitus fuerit, qui eum verissimo amore sunt complexi, vt religionis Coriphæi Iacobus & Ioannes docent, hoc est iis, qui non lingua tantum atque in speciem eum adamarunt, sed etiam opere & veritate: sequitur duo reipsa esse necessaria ad salutem consequendam, alterum vt fidelis sit Deus in promissis, alterum vt ea exequamur, quibus veluti conditionibus intermediis suam voluit ratam esse pollicitationem. Id si pro officio nostro attulerimus, dubium nullum est quin Deus quoque liberet fidem suam, materiamque nobis suppeditet intimo in animo gloriandi, & solido gaudio triumphandi, in eo, *qui testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei, si autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi.*

Iacob. 1. 12.
1. Ioan. 3. 18.
Rom. 8. 16. 17.

Atque hæc gestientis animi lætitia non vanitate sed potius veritate nixa est, quæ ab eodem Apostolo illa exprimebat, Veritatem dico in Christo IESV, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto. quod testimonium vulgarem & communem fiduciam adfert, cum est commune & consuetum, singularem autem atque eximiam, cum est singulare.

l. 3 sent. dist. 26.

Quæ causa fuit cur Magister sententiarum diceret spem & fiduciam non à sola pollicentis Dei gratia generari, cum adhibitis certis conditionibus pollicetur, vt eo loco, *Si vis ad vitam ingredi serua mandata*: sed adhi-

adhibendam esse quoque actionem, deferendam obedientiam, meritum adiungendum.

Quare verissimile est Caluinum minime intelligentia, & cognitione complexum esse Catholicorum mentem atque sententiam, cum furiose prope incurrit in Petrum Lombardum, & exclamat lib. 3. Institut. cap. 2. sect. vlt. *Quis merito tales bestias non execretur*, &c. & ipsemet in sophismatis quoddam genus & fallacis argumentationis incidit quam scholæ vocant à Conditionali ad absolutum, cum certissimum sit eo modo diuinis promissis fidem esse adhibendam quo in diuinis scripturis concipiuntur, absolute, cum absolute Deus loquitur, cum conditione, si conditionem atque hypothesim adhibet, vt in hoc ipso quod est in quæstione quippe sæpius inculcauit & ore proprio & eorum scriptis quos elegit amanuenses, filium hominis venturum in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Et D. Paulus ad Roman. cap. 2. Qui reddet vnicuique secundum opera eius. D. Ioannes 22. Apocalyp. Ecce venio cito & merces mea mecum est reddere vnicuique secundum opera sua. Et Rex pius longe ante cecinerat, Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Et exemplar patientiæ Iob cap. 34. Opus enim hominis reddet ei & iuxta vias singulorum restituet eis.

ἐκ τοῦ κατά τι λεγομένου, πρὸς τὸ λεγόμενον ἁπλῶς.

Fatendum enimuero est tum propter inanitatis & cenodoxiæ periculum, tum propter incertitudinem iustitiæ gratiæque præsentis quæ nusquam in oculos incurrit, multo esse certius in diuinæ misericordiæ sinum confugere & in ea gloriari quæ in nobis opera sua coronat vt dicetur alias vberius, & fiduciam omnem nostram in eius infinita bonitate & paterna prouidentia collocare.

Atque huc scripturæ omnia testimonia referuntur, quæ Caluinus & qui eius sectam sectantur identidem in ore styloq; habent aduersus opera, qualis Danielis oratio c. 9. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Et Seruatoris documentum Luc. 17. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.

Ecclesia quoque docta diuinitus hoc genere orationis vtitur ea Dominica quam sexagesimam nominant, Deus qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus. Et in aduentu, Vbi nulla suppetunt suffragia meritorum tuis nobis succurre præsidiis. Et in Canone diuinissimi sacrificii qui post consecrationem quotidie dicitur, Intra quorum nos consortium non æstimator meriti sed veniæ quæsumus largitor admitte.

Sancti Patres referserunt Commentarios suos plurimis sententiis, consiliis, documentis, quibus admonent, ita omnibus in bonis operibus elaborandum esse, quasi ab iis solis sempiterna gloria salusque

 pen-

Digitized by Google

penderet; & ita ſpem omnem, mentem, animum, in diuina miſericordia figere & locare, quaſi de noſtris operibus deſperantes, illius vnius beneficio cœlo potiamur. Et ſane quæ pure atque ſimpliciter opera noſtra ſunt, indigna videntur quæ in Dei conſpectum veniant, atque vltionem magis pœnamque depoſcunt quam præmium: quæque DEI magis ſunt quam noſtra, in nobis ſunt diuinæ gratiæ vi & beneficio, & eiuſdem miſericordia excitantur. Itaque Sanctus Hugo Gratianopolitanus Antiſtes illa pie ſapienterque dicebat, *Bona mea nec pure bona ſunt nec pure mea ſunt, mala mea, & pure mala ſunt, & pure mea ſunt.*

Quis modo non ſatis intelligit, quanto interuallo Chriſtiana doctrina remoueatur à nefanda & contumelioſiſſima opinione, quam Catholicis affingunt ii, qui cum Eccleſiam voluntario infeſtoque odio proſequantur, damnant quæ non intelligunt, repudiant prius & aſpernantur, quam explicata videant & in clara luce poſita? Quis negauit Catholicorum vnquam, quin deteſtabile ſit palmariumque ſcelus, in propriis meritis ſpem omnem ſuam reponere? Sed quis etiam negare queat, quin de Dei miſericordia præſumere, hoc eſt, certo in animum inducere ornari ſe gratia, & ad æternam beatorum gloriam ſine bonis operibus venire poſſe, peccatum ſit in Spiritum Sanctũ? & quod ſequi neceſſe eſt in expiabile peccatum, quodque vix remitti poſſit, vt è diametro ipſi veniæ fonti & principi aduerſum? qui fieri poſſit vt extrema hæc duo vitentur niſi intermedia illa via progrediendo, illam Eccleſiæ doctrinam excipiendo, quam ante oculos ſubiecimus?

QVOD

QVOD SINE INTIMA ET CLARA DEI MONITIONE NEMO CERTE SCIRE POSSIT se diuino gratiæ dono ornari.

CAPVT XIII.

NON opus est diu in castris inter tubas armorumque strepitum fuisse, vt intelligatur, hoc vnum esse præcipuum stratagema ad fundendum hostem atque superandum, si nimirum perficiatur, vt insidias atque pericula, quibus circumseptus & pœne captus iam tenetur, minime animaduertat, & proinde aditus illi omnis ad salutem obstruatur.

Zebee & Salmana Madianitarum Reges somnum capiebant securi & sine vllius periculi metu, cum victor gladius fortissimi Gedeonis in eorum castra subito ingressus, ordines omnes aciemque turbauit, compulit in fugam, tota nocte insecutus est, & priusquã Sol diem reduceret, victos duces & constrictos inimicos vidit. Longe ante Gedeonem mirabilis ille Iosue cuius fama cum æternitate ipsa æquatur, bellicum id consilium & Stratagema explicauerat, qui cum fugam simularet & pauorem, hostes spe animoque inflatos in paratas insidias pellexit. Nunquam illi sexcenti bellatores ex tribu Dan Vrbem Lays vi victoriaque capere potuissent, si mature sibi consulere ac prospicere didicisset. Nunquam improbus versutusque Tryphon Ionatham tot laureis & triumphis ornatum Ptolemaidis in gremio vinxisset, nisi obiecta securitate viam sibi muniuisset ad scelus, qua spe captus generosissimus ille princeps, à copiis nudus & imparatus, perfidiosissimi hominis gladio latus iugulumque obiecit. Adeo verum contestatumque est, quod à doctissimo Aristotele 2. Rhetoricorum proditur, metum veluti consilii genitorem esse atque parentem, vt contra sapienter aiebat magnus Gregorius, Matrem negligentiæ solere esse securitatem.

Iudic. 8.1.
Iosue 8.
Iudic. 18.
1. Machab. 12.
Arist. l. 2. Rhet. c. 5.
ὁ φόβος βουλευτικοὺς ποιεῖ.
Greg. l. 24. Moral. c. 7.

Hanc ob causam diuinæ gloriæ perduellis & inimicus salutis nostræ

ſtræ & laudabilium actionum, omni ope atque opera contendit, vt in eorum mentibus qui nouitate & importuna licentia delectantur, hanc opinionem inſereret, nullam eſſe aliam iuſtitiam in hac vniuerſitate, quam quæ Dei filio tribuitur, illam eſſe grande innocentiæ paludamentum, quo ſcelera omnia noſtra quamlibet tetra & abominanda cooperiuntur, ſic vt nobis nihil magnopere ſit in hac vita laborandum, quam vt eam viua & virili & generoſa apprehenſione nobis applicemus, certiſſime credentes nos DEO gratos caroſque, omnia nobis donata, gloriæ aditum beatiſſimæ felicitate & facilitate patere.

Matth 7.14.
Matth 11.12.
Ioan 3.5.
Luc.13.3
Matth 7.21.
Heb.5.9. Factus eſt omnib obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.
Tit.2.12. Erudiens nos vt abnegantes impietatẽ, &c. Sobrie, & iuſte, & pie, viuamus in hoc ſæculo.
Calu.Inſt lib.3.c.19.16.

O cæcam & denſiſſimis offuſam tenebris antiquitatem, quæ arcanum hoc myſterium nunquam attigiſti! quæ in hanc tam directam ad cœlum viam tamque expeditam nunquam ingreſſa es! Hem doctores fatuos! Patres imperitos & inopes ab humanitate politaque doctrina! qui in ſimplici diuinæ ſcripturæ ſenſu puerorum more hæſiſtis! qui facile nimis CHRISTI IESV verbis credidiſtis, quibus monemur viam quæ ducit ad vitam, aſperam anguſtamque horrere, magna opus eſſe violenti animi contentione, domitas & compreſſas appetitiones habere oportere: Baptiſmum & pœnitentiam eſſe neceſſaria, neminem tametſi prodigiis & miraculis clarum de ſalute certum fore ſua, modum & conditionem qua Seruatoris iuſtitia nobis applicaretur, eſſe legum diuinarum obedientiam, vitæ & morum ſanctitatem: cum videamus ſempiternæ gloriæ domicilium tam vili pretio propoſitum, tam facile comparari poſſe, vt in ſchola reformata nihil requiratur aliud, quam mentis eleuatio, quam actus fidei & exaggeratæ fiduciæ ſeu perſuaſionis, quia Chriſtus Sanctus eſt, nos quoque ſanctos & innocentes eſſe quia ipſe beatiſſimo in gaudio ad dextram Dei parentis degit, nos quoque eadem gloria fruituros: atque hic apud nouæ religionis Doctores articulus fidei princeps atq; præcipuus exiſtimatur.

3 Reg.2.28 31.34.

Sed quemadmodum olim Ioab cum ſe tutum & ſecurum putaret in diuino Tabernaculo quo tanquam ad ſacram anchoram confugerat, cumque altaris cornu teneret, capitalis ſententia vim in eum ſuam obtinuit, & vbi perfidiæ ſuæ præſidium & barbaræ crudelitatis repertutum ſe opinabatur, ibi velut in claro illuſtrique theatro pœnas diuino iudicio conſtitutas dependit. Deus enim ratam illam ſuam eſſe legem voluit

Exod.24.14

quę in Exodo perſcribitur quaque prohibetur ne ara ſit Aſyli loco iis hominibus qui per induſtriam poſitiſque inſidiis violentas alteri manus attulerint: Par fatum heu! miſeris in fraudem inductis contingit, quod non animaduertant ſe Deo aduerſus Deum vti, qui pati non poteſt, vt filii ſui iuſtitia ad improbitatem concipiendam abutamur, neque eius mortis acerbitas ſit libidini contumaciæque noſtræ aſylum, neque eius obtemperatio nos ad violandam legum obedientiam promptiores liberioreſque faciat.

Igitur

Igitur parens Ecclesia Spiritus Sancti splendoribus illuminata alio plane modo liberos suos instituit, & cum Apostolo docet, vt cum Christo Iesu à cineribus ad vitam excitemur, moriendum prius esse peccato, & vt cum æterno Patre regnemus, filii eius imagini quamsimillimos esse oportere, & quod ad propositam quæstionem attinet clare denunciat quod literarum monumentis accommodatum esse voluit in Concilio Tridentino sess.6. Sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, sic quilibet dum seipsum suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.

Rom 6.10.
Ibid.8.29.
Trident.sess.6.cap.9.

At hic nimirum est communis Ecclesiæ sensus: nunc ad testimonia veniamus, & imprimis diuinæ Scripturæ. Id Prouerbiorum Salomonis effatum, *Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato?* eo ad hanc rem est accommodatius, quod vt notat Beda venerabilis, non ait Salomon nullum esse penitus, qui sit purus animo & à flagitio alienus, sed neminem de se posse dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato. Nam si Christiani nunquam ope gratiæ diuinoque præsidio ad eam animi puritatem & innocentiam peruenire possent, frustra religiosissimus Vates Psal.50. dixisset, *Cor mundum crea in me Deus*: & Psalm.118. *Beati immaculati in via.* Et ipse mundi Seruator Matth.5. *Beati mundo corde.* Sed quoniam illi ipsi qui hac puritate præcellunt, eam non vident, neq; euidenter agnoscunt, nullus est qui certò affirmare queat, iustum se esse, gratiaque diuina præditum. Neque verò labefactat hanc veritatem Geneuensium Doctorum versutia, qui vt se paulo in Hebræa lingua peritiores quàm Septuaginta Interpretes & D. Hieronymum ostentent, eum locum vertunt hoc modo, *Quis potest dicere, Expurgaui cor meum, purus sum à peccato meo?* Nam præter quàm quod Iudæorum Rabbini nostro illum sensu interpretantur, eodem etiam noua interpretatio illa decidit, quandoquidem ex hoc Scripturæ testimonio dicere nemo potest, se à peccato eximium & immunem esse. Et Salomon diuinitus afflatus satis intelligebat, Dei vnius esse proprium hominis cor expurgare. Hoc ergo agitur, vt intelligamus, hominem post patratum scelus diuina misericordia iustitiam consequutum, & postliminio ad gratiam redeuntó, tametsi verissimiles habeat coniecturas, perspicuam tamen & euidentem eius rei cognitionem non habere, nisi diuina mens singulari dono atq; munere id patefaciat. Hæc nimirum est rectissima & verissima huius loci intelligentia.

Prouerb.20.9.
Lxx. τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτιῶν.

Sed aliam quandam eiusdem Salomonis sententiam examinemus, quæ Ecclesiastæ 9. reperitur, *Sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.* Hoc loco de Sapientibus ipse non vnus de multis loquitur Sapiens, atq; de iustis, aitq; tamen eos in hoc vitæ cursu ignorare v-

Ecclesiastæ c.9.1.2.
Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futu-

Digitized by Google

rum seruantur incerta.

c. 8 *Sunt impii qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant: sed & hoc vanissimum iudico.*

Ecclesi. c. 5. *De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatū super peccatum: Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorū meorum miserebitur.*

Iob. 9. 28.

trum sint necne sint in gratia, cum in futurum tempus id reseruetur. In hoc sane cauti & prudentes quod salutari metu & demissione circunspecti ambulant, plurimum ab iis differentes de quibus superiori capite pronunciarat, *Sunt impii qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant: sed & hoc vanissimum iudico.* Qui locus nouæ opinionis architectis pudorem obiicere deberet. Sed ne viuis eos aculeis pungamus, satius forte est Ecclesiastici verba eisdem proponere, plena dulcissimæ cohortationis & beneuolentiæ, *De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum: Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Quid est quod huic sententiæ magis repugnet, quàm eorum inanis fiducia qui iustitia Christi blandiente, in Deo nihil præter bonitatem & misericordiam considerant, reiiciunt & ab intimo animo euellere conantur omnem iustitiæ meditationem, atque adeo metum exterminant vt perniciosum & qui fidei firmitatem possit quatere? Et ne forte hominibus minimè malis imponere videamur, proferam ea ipsa verba Institutionis Caluin. libr. 3. c. 2. sect. 7. Sed quoniam nec ad vocem Dei quamlibet cor hominis in fidem erigitur: inquirendum adhuc est, quid proprie fides in Verbo respiciat. Vox Dei erat ad Adam, Morte morieris: vox Dei ad Cain, Sanguis fratris tui clamat ad me de terra: sed quæ nihil per se, nisi fidem patefacere queant: tantum abest vt stabiliendæ sint idoneæ. Pergit deinde copiosius id ipsum explicare & in suorū mentibus fidem imprimere diuinæ misericordiæ & eius suauissimarum pollicitationum dulci veluti quodam melle perfusam, quas Numinis pollicitationes generatim in Scripturis Sacris piis & probis hominibus factas, vult ipse quemque ad se vt proprias accommodare, quasi in nostris nos rebus æqui iudices & æstimatores sapientes essemus, & diuini Spiritus internuncii. Quare de fide ita concludit, Nunc iusta fidei definitio nobis constabit, si dicamus, esse diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamque cognitionem: quæ gratuitæ in Christo promissionis veritate fundata, per Spiritum Sanctum & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur. Et §. 16. Hic præcipuus fidei cardo vertitur, ne quas Dominus offert misericordiæ promissiones, extra nos tantum veras esse arbitremur, in nobis minimè, sed potius eas intus cōplectendo, nostras faciamus. Denique vt hominis mentem paucis complectar, omnis eius post varios mæandros anfractusq; orationis, eo tendit disputatio, vt nouam quandam & excogitatam fidei formam delineet Prædestinatorum & filiorum Dei maxime propriam, quæ semper animum dulci voluptatis sensu titillet, certum & securum de præsente Numinis gratia deque felicitate sine dubio consequenda.

Hæc Theologia plurimum à Iobi sapientia discrepat, qui semper atque in omni muneris functione, tecta & arcana Dei iudicia reformidās, tametsi nullius maleficii conscientia vrgeretur, clarè tamen vereq; denunciat, se non esse tam lynceum, nec mentis oculis ita penetrare pectus suum, vt an simplex iustusque esset liquido cognosceret. Diuersa i-

tem à

Digitized by Google

tem à Dauidis religione pro ſceleribus minimè ſibi notis deprecantis, rogantiſq; toties ne in iudicio argueretur, cum tamen eſſet eiuſmodi qui Numini ſanctiſſimo poſſet dicere, *In innocentia mea ingreſſus ſum.* Sed quid tandem reſponderi D. Paulo queat de ſeipſo hæc memoranti, *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Et paulo poſt, *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo ne cum aliis prædicauero ipſe reprobus efficiar.* Beza vertit, *Reiectaneus fiam*, Geneua, *Ie ſois trouué non receuable*, & vt magis ſententiæ vim eleuet, addit, *en quelque maniere aliquo modo*, quæ nullo modo in textu reperiuntur.

Pſal. 25. 11.
1. Corinth. 4. 4.
1. Corinth. 9. 27.

Quonam modo quæſo intelligi à nobis volunt, quod idem Gentiũ grauiſſimus Doctor ait, cum in admonitis ſuis hoc ponit, Vt operemur ſalutem noſtram in metu & tremore, & qui ſtat, videat ne cadat, ſi hæ formidines fidem noſtram labefactant? & ſi filiorum Dei fides eſt ſalutis maxima quædam & indubitata & quæ falli nequeat certitudo, cur tam ſerio atq; ſollicitè moneret vt operemur quod partum iam eſt certoque tenetur, & cum metu & tremore operemur quod tam ratum & conſtitutum iam eſt, quàm eſt certum Dei filium ad æterni parentis dextram conſidere? Quomodo itidem Sapiens iudicare potuit *Beatum qui ſemper eſt pauidus?*

Philipp. 2. 12.
μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε.
Prouerb. 28. 14.

Videamus quemadmodum ſancti Patres in exponendis his diuinæ Scripturæ locis verſati ſint, quis fuerit eorum ſenſus atque intelligentia. D. Baſilius cap. 7. Conſtitut. Monach. *Multa peccantes*, inquit, *plurima neque intelligimus. Quapropter dicit Apoſtolus, Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, hoc eſt multa pecco & non intelligo.* D. Hieronymus Commentar. in Ieremiam locum hunc regii Vatis proferens, *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*, Non, inquit, *in comparationem Dei (vt veteres & noui hæretici volunt & patroni hæreticorum) ſed ad ſcientiam eius, Homo enim videt in facie, Deus in corde, & quod nobis interdum mundum videtur, illius oculis ſordidum deprehenditur.* S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 11. in 1. ad Corinth. *Multis de cauſis incertum eſt noſtrum iudicium: vna quod multa opera noſtra nos lateant, &c.* Auguſtinus Theologorum princeps ſerm. 23. de verbis Dom. *Fortaſſe tu nihil inuenis in conſcientia tua, inuenit ille qui melius videt.* Et homil. 35. *Quandiu viuimus hic, de nobiſipſis iudicare non poſſumus, non dico quod cras erimus, ſed quod hodie ſimus.*

Poſſent hic oſtiatim corrogari à Patribus teſtimonia luculenta & autoritates, ſed ne diffluat nimium oratio, illæ ſolum teneantur quibus ſequentes argumentationes ſiue rationes conſtabiliuntur. Venia peccatorum tantum iis promittitur, qui ex toto, quod aiunt, pectore ad Deũ conuertuntur Deuteron. cap. 4. nullus autem certò ſcire poteſt an ex toto corde ſit ad Deum conuerſus, certus igitur de venia peccatorum nullus eſſe poteſt.

Deuter. 4. 29.

2. Si homo nequam & ſceleratus omnium facinorum pœnitentiam egerit & præcepta cuſtodierit mea, inquit ore Ezechielis Deus, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non morietur. Caluinus autem

Ezechiel. 18. 21.

ſemper hominem ſceleribus implicari ait, nec vſquam reperiri qui mandata obſeruet, quique iuſtus verè dici queat; quæ ſi cum diuino illo effato iungantur, conſtat neminem certò poſſe dicere Vita viuam & non moriar.

3. Neque certius neque tutius de maleficiorum noſtrorum remiſſione loqui poſſumus, quàm diuini Prophetæ Apoſtoliq; fecerunt de iis, quos oratione ſua compellabant. Atqui Daniel cum Nabuchodonoſore colloquens eumq; ad dolorem de anteacta vita concipiendum cohortans, addit, *Forſan ignoſcet Deus delictis tuis*, ſecundum D. Hieronymũ & Septuaginta ἴσως ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου.

Iſai 48. &c

Ioel 2.14.

Ioel autem diuino afflatu eas memorans calamitates, quæ Iudæis im-
» pendebant, poſt grauem cohortationem ad pœnitentiam his verbis,
» Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio & in fletu & in plan-
» ctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini
» ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens
» & multæ miſericordiæ & præſtabilis ſuper malitia. Statim adiungit, quis
» ſcit ſi conuertatur & ignoſcat & relinquat poſt ſe benedictionem, ſacri-
» ficium & libamen Domino Deo noſtro. Et cum Ionas Numine impe-

Ion. 3.9.

rante atrox & horribile Dei iudicium Niniuitis propoſuit edixitq; pu-
» blicè, Operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum
» in fortitudine & conuertatur vir à via ſua mala & ab iniquitate quæ eſt
» in manibus eorum. Addit paulo poſt paria cum Ioele verba, Quis ſcit ſi
» conuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ & non peri-
» bimus?

D. Petrus Act. 8. cum Simonem Magum reprehendiſſet ſerioq; monuiſſet vt de admiſſa impietate doleret, ait, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri: non eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Vbi illa verba μετανόησον οὖν quæ pœnitentiam indicant, & εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. quæ ſolutionem à peccatis incertam ſignificant, notari debent: quæ quidem dubii animi obſcuritas æquæ in aientem quàm negantem partem conuenit, vt Beza ipſe declarauit opponens hulái אולי quod idem eſt cum εἰ ἄρα ex Geneſ. 18. dictioni phen פן, quæ ſignificat μήποτε 3. cap. eiuſdem.

Beza, Si forte εἰ ἄρα. Hebr. אולי hulai Gen. 18 24. Qua particula dubitationem quidem ſignificat, ſed cum ſpe coniunctam, ſicut è contrario eſt male ominantis. vt Gen. 3. 3. & 32. 11. פן id eſt μήποτε.

Ex hoc antecedenti ſequitur magnam & non ferendam eſſe temeritatem, contumaciam animi, & inconſideratæ mentis fraudem periculi pleniſſimam, ſi quis certò aſſeuerare auſit ſolutum ſe eſſe crimine atque noxa, & gratiæ dono ſine vlla dubitatione munitum, niſi forte cœleſti lumine mens colluſtrata & docta diuinitus id reſciat: nõ quod Dei pollicitationes fallere queant aut inani ſpecie illudere, ſed quod in nobis diſpoſitiones quædam requirantur, de quibus nemini liquido conſtare poteſt, quandoquidem vt diuinis oraculis monemur, humani cordis compre-

comprehensio ad solum Deum pertinet. *Prauum est cor hominis*, ait Ieremias, *& inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor & probans renes.* Et sanè quotidiana experientia videmus euenire, vt multi fallantur, qui se possidere ea putant quibus carent. D. Petrus magno & forti animo gloriabatur se paratum, vt diuini Magistri causa vitam poneret. S. Paulus pio aduersus Deum ardore inflammari se putabat, cum primæuam Ecclesiam ferociendo vexabat, sed errabant tamen. Quis verò scit an abscondito in animi recessu atq; latebris, tecta quædam hæreat malitia & propensio ad peccatum, quam minimè animaduertit? Quis certus esse queat omnem se perfectionem Christianæ virtuti necessariam mente & animo claudere, in virtutum functionibus exercere? Nonne in charitatis operibus, quæ gratiæ solēt esse indicia & claræ notæ, fraus adesse, & delusi animi opinio potest, quandoquidem fit nonnunquam, vt testimonio D. Pauli homo charitate spoliatus, omnia sua in pauperes largissime effundat, & instar martyris flammarum incendia perferat & varios cruciatus? Nonne oculis ipsis vsurpauimus aliquando hæreticos, qui pro tuendis erroribus suis, exquisita supplicia tolerarent, cum crederent, Deo se eximium deferre studium, verissimam fidem propugnare, ardere charitate, cuius ne scintillam quidem habuissent? quanam igitur alia in re quæ non tantum habeat excellentiam & dignitatē, existere illa euidēs intimæ iustitiæ possessio queat? imò verò cuius mentem non pia humilisq; in tanta ignoratione demissio occupabit, quæ plurimum, vt ait D. Hieronymus, prodest, vt dum homines dubii sunt de salute, *fortius agant pœnitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deū.* Et D. Augustin. in Psal. 50. exponens illa verba Dauidis *Incerta & occulta sapientia tuæ manifestasti mihi*, laudat Ionæ locum allatum superius, *Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus*, additq;, *Ii certum est cum dicitur quis scit, De incerto pœnitentiam egerunt, & certam misericordiam meruerunt.*

Ioan. 17. 9.
Psalm. 7. 10.
1 Paralip. 28. 9.
Rom. 8. 27.
Hieron. in 3. Ionae.

Quartum argumentum est huiusmodi, Id vnde gratiæ certitudo profluit, est tantum in coniectura positum, atqui certitudo gratiæ maior esse nequit ea certitudine vnde profluit, certitudo igitur gratiæ tantum ex coniectura pendet. Minor propositio sic probatur, Certitudo gratiæ manare aliunde non potest, quàm à certitudine fidei aut operum, non à priore quæ in improbis dæmonibus reperitur, credunt enim & contremiscunt, ergo à posteriore: atqui morum certitudo siue pœnitentiæ & conuersionis ad Deum, incerta est maxime atque dubia, pendeat igitur à coniecturis necesse est gratiæ certitudo. Quod paucis verbis aureo ore Ioannes vir sanctissimus ostendit homil. 11. in primam ad Corinth. Multis de causis, inquit, incertum est nostrum iudicium, vna quod multa opera nostra nos lateant. Quod si quis adhuc pertinacius obsistere velit atque dicere certam illam præsentis gratiæ persuasionem filii Dei iustitia tanquam proprio fundamento niti, respondeat igitur ille D. Augustino in Psalm. 41. vbi Dauidis sententiam explicans *Ad meipsum anima mea turbata est*, Noui, inquit, quia iustitia Dei mea manet, vtrum mea

Digitized by Google

" maneat, nescio. Terret enim me Apostolus dicens, Qui se putat stare
" videat ne cadat.

Quod si quispiam D. Augustini autoritatem pro nihilo putat, & ad Lutheri se opinionem aggregare velit, ex eo antecedente consequetur, ad Dei gratiam amittendam, & induendam peccati conditionem, necessarium penitus esse, vt homo fidem ex animo eiiciat, & proinde sit hæreticus aut infidelis & extra Ecclesiæ fines exterminatus. Quod si ita est, tantum igitur hæretici & infideles scelus concipiunt & peccant: fideles omnes culpa vacabunt neque in Ecclesia vlli erunt noxa contaminati. Qui fuit de impiis erroribus vnus quos D. Augustinus cæterique Patres in Donatistis reprehenderunt, quique refutatus à nobis fuit cap. 3. lib. 2. sed hæc quidem tam absurda tamq; abhorrentia à communi ratione non modo à splendore gratiæ, verum etiam à naturæ luce repudiantur.

Præterea ab iisdem quæritur de qua fide loqui velint cum gratiam insolubili nexu fidei fundamento coniungũt. Nam si fides illa est in Christum Iesum mediatorem, neque opus sit ad alios fidei articulos progredi, Igitur Donatistæ quondam, his temporibus Anabaptistæ, Sacramentarii, aliique hæretici omnes qui vnum Christum intuentur in eoq; repositam spem omnem habent, labi in peccatum non poterant, gratia ornabuntur, censebuntur in Ecclesia, & proinde iusti erunt & non erunt, in gratia & sine gratia, hæretici & non hæretici tamen. Quod si forte respondeant illis hominibus historicam vt vacant fidem, miraculorum item fidem deesse: obiiciam non eam ab illis fidem appellari iustitiæ effectricem, ne quidem si vel montes ipsos inaudita vi circumferrent. Si verò dicant alia religionis decora illis deesse neque fidei, vt ita dicam Encyclopædia ornari, opponam Sacramentarios paria de ipsis sentire, de Puritanis Catharisque nouis Anabaptistas, & de his Zuinglianos, & sic alii de aliis male sentiunt & opinantur. Quare aut ipsi cõueniant inter se, aut ab hoc temporis momento diris atque omni execratione impia huiusmodi doctrina configatur.

Adde quod iustissimæ rationes sunt propter quas Deus prouidus hominum parens intimi animi statum cuique ignotũ esse voluerit: de quibus vnam profert D. Augustinus in hæc verba, *In hoc loco tentationis tanta est infirmitas vt superbiam possit generare securitas.* Et D. Gregorius eodem spiritus afflatu, *Si scimus,* inquit, *nos gratiam habere, superbimus.* Quod præsertim tum eueniret, Pharisæi exemplo qui publicanum superbè contemnebat, si forte iustus componeret se & conferret cum tanta improborũ multitudine qui in hac temporum iniquitate vbique affluunt.

August. lib. de corrept. & grat. c. 13.
Gregor. l. 9. Moral. c. 7.

Quare paucissimis videmus à Deo patefactum, solutos illos esse à peccatis atq; expiatos, vt magno Antonio, quemadmodum refert S. Athanasius, vt S. Gallæ teste, magno Gregorio, vt S. Francisco, quemadmodum D. Bonauentura literarum monumentis consignauit. Alii in spe conquiescunt quæ data nobis quoque diuinitus est ad erigendam animi

S. Athanas. in vita S. Antonii.
D. Gregor. Dialog. l. 4. c. 13
Bonauent. in vita S. Franc.

Digitized by Google

nimi imbecillitatem infirmitatemq; solandam, quamq; propterea clarus Gentium Apostolus anchoram animæ tutam vocauit, vt etiam alias dixit fidem esse sperandarum substantiam rerum, argumentum non apparentium. Quemadmodum igitur promerentur apud Deum homines in iis credendis quæ oculis non vsurpant, sic & in sperandis quæ sensu & experientia non tenentur. Qua in re pia & sancta animi demissio nullā habet difficultatem quin potius incredibili gaudio perfruitur, patiturq; sponte se à diuina prouidentia regi, eidem sine proprii emolumenti spe inseruit, toto animi impetu obtemperat, de eius singulari bonitate plus sibi pollicetur, plusque fiduciæ in eius admirabili sapientia potentiaq; reponit, quam de propria malitia atque nota fragilitate diffidat.

Atq; in hoc castissimo animi sensu D. Ambrosius vltimum vitæ suæ diem morte conclusit, quo etiam hæc disputatio terminabitur. Diuinus hic vir in egregiis facinoribus occupatus ad diuinam gloriam amplificandam, spargens mirificum admirabilium virtutum splendorem doctrinæq; radios per omnem occidentem, cum hæreseos monstra felicissime confecisset, Tyrannorum ferociam compressisset, instruxisset magnos principes & ad modestiam reuocasset, cum denique velut fortissimus diuini exercitus moderator bella Domini generoso animo pugnasset, vehementem tandem aliquando cupiditatem sensit migrandi à corpore, & à vinculis naturæ labentis custodiaque euolandi: Et quidem sensit optatissimum illud tempus iam appetere, adeoque amicis in familiari sermone exposuit, non diutius hac luce quam vsque ad proximū Pascha fruiturum: quod tempus dum præstolatur Commentarios interea scribit in Psalmum 43. excipiente Paulino tum Amanuensi quiq; istud memoriæ prodidit. Tum verò subito globus igneus visus sanctissimi viri caput circumambiens, mutatur vultus, ipsius color, qui niueo splendore primum resplenduit, mox ad speciem primam formamque reducitur: corporis infirmitas nō est passa operi pulcherrimo colophonem addere. Quo tempore magnus mœror metusq; inuasit bonos omnes ne inexpectata quæpiam mutatio Romani Imperii statum labefactaret, illo ab humanis abeunte, qui publicam rem vitæ sanctitate, piis precationibus, sacrificiis, exemplo, consilio sustentabat. Quæ causa fuit cur Stilico apud Honoriū Imp. gratiosus & maxima dignitate præditus ad sanctissimum Antistitem viros quosdam nobiles mitteret, qui orent vt pro communi reip. bono longiorem vitæ cursum à Deo exposceret. Cumq; vrgerent vehementer & omni contentione in suadendo laborarent, D. Ambros. id respondit quod identidem in ore habuit atq; in animo D. Augustinus, *Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere, nec timeo mori quoniam Dominum bonum habemus.* Possidon. in vita Aug. c. 27.

Faxit vtinam supremus omnium rerum parens cuius prouidentia humanæ vitæ cursus ducitur, vt sanctè viuere & sine arroganti confidentia, tanti viri exemplo possimus, & cum migrationis tempus aduenerit consimili fiducia freti occumbamus.

Ad eam quidem Consilia Euangelica plurimum inseruiunt, de quibus modo agendum; ea enim post præcepta consequitur disputatio, & ad ea spectat opera quæ καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν in aurea cœli domo cōpensantur.

1.Cor.4 17.

DE CONSILIIS EVANGELICIS, DEQVE OPERIBVS QVÆ SVPEREROGATIONIS nominantur.

CAPVT XIV.

Instit.l.4.c.13.§ 12. Nulli vnquam veterum hoc in mentem venit, omnes vna voce clamāt nullā penitus voculam à Christo emissam cui non sit necessario obtemperandum.

Irenaus l.1.c.30.
Epiph heres.61.
August.heres 40.

Nazianz.or.1.in Iulian.

ENCRATITÆ, Apostolici, Iulianus piæ religionis desertor, & Pelagiani impiam opinionem ex eodem fonte libarunt, quem deinde Caluinus lib.4.Institutionum aperuit, nihil nimirum à Christo Domino in Euangelio traditum, cui non vt præcepto esset obtemperandum. Propter hanc enim rationem, teste Irenæo, Tatianus Encratitarum parens satorque asseuerabat Christianos ad continentiam perpetuam astringi. Apostolici, neminem posse aiebant in numerum beatorum venire qui non cœlibem vitam more Apostolorū ageret & à diuitiis & omnium facultatum genere imparatam. Iulianus Imp. Edictum proposuit ne vllus Christianorum aut quidpiam vt suum possideret, aut coniugii societatem iniret, cum ex Euangelio sententias depromeret quas vocabat Præceptorias.

E grege Pelagianorum quidam, vt monet D. Augustinus, spontaneā paupertatem esse ad salutem necessariam contendebant. Diuina tamen oracula, Patres, ratio contrarium docent.

Imprimis enim quod ad votum Obedientiæ spectat, qua se totū homo abiicit atq; repudiat, non est dubium quin de illo Christus verba faciat Matth.16. cum sic inquit *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* ait igitur Si quis vult venire post me, hoc est, proximè imitari. Præterea de voluntaria paupertate instituens idem mundi Seruator, non dixit, Volo, iubeo, sed *Si vis perfectus esse vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.* Tertio loco de continentia disputans & de Eunuchis qui vltro id decus appetiuerunt, non ait, Omnes id capiant, contra potius, *Non omnes capiunt verbum istud*, &, *Qui potest capere capiat.* Expresse & luculenter id decla-

Matth.19 21.

Matth.19.11.12.

id declarat olim in cœlo doctus Diuus Apostolus 1. ad Corinthios qui 1. Cor. 7. 25.
de virginibus præceptum Domini non habere scit, consilium autem dare. Atque hinc factum vt huiusmodi opera vulgo à Theologis *supererogationis* nominentur, hoc est opera non imperata, quibus faciundis nemo nisi arbitrio suo astringitur, quæque ex maxima voluntatis libertate & electione promanant.

Origen. in c. 15. ep. ad Rom. *Ea quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis, verbi gratia virginitas non ex debito soluitur, neque enim per præceptum expetitur: sed supra debitum offertur.*

Eusebius Cæsariensis, In Ecclesia inquit Dei duo modi instituti sunt Euseb. de demonstr. Euang. l. 1. c. 8.
alter quidem naturam nostram & communem hominum viuendi rationem excedens non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens, & soli diuino cultui ex immenso rerũ cœlestium amore addictus, &c. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus: Alter vero remissior atque humanior. Hic & modesto cõiugio & sobolis procreatione implicatur & rei familiaris curam assumit, &c. D. Athanasius, Pueri nondum maturi legum, virginitatem quæ supra leges est, profitentur.

D. Basilius lib. de vera virgin. Voluit Dominus eximiæ virtutis meritum non iussionis necessitati obnoxium fieri sed eximii ac singularis specimen atq; indicium esse, dum sponte sua nulla imperii necessitate cogente quod mandata omnia excellit, & supra naturæ humanæ modum est desiderio affectuq; virtutis efficeret.

S. Gregorius Nazianz. or. 3. in Iulian. Quomodo illud non animaduertis omnium sapientissime & ingeniosissime atq; ad virtutis arcem & verticem Christianos coarctans quod in legibus nostris alia parendi necessitatem imponunt nec sine periculo prætermitti possunt, alia non necessitate constringunt, sed in arbitrio & voluntate posita sunt, ac proinde hanc rationem habent vt qui ea custodierint præmiis & honore afficiantur, qui autem minus expleuerint nihil periculi pertimescant.

D. Ioannes Chrysostomus hom. 8. de pœnitentia, *Nequaquam Dominum accuses, haud mandat impossibilia, multi ipsá superant mandata.* Et cum exempla in medium attulisset castimoniæ & paupertatis, Seruatorem inducit ita loquentem, *Non cogo non grauo, sed proficientem quidem coronabo, non proficientem non punio.* Et homil. 21. in Epist. ad Corinth. Potuisset Deus si voluisset pręcepta magis intendere & augere & dicere qui non perpetuo ieiunat puniatur, qui non exercet virginitatem det pœnas, qui se omnibus non exuit facultatibus, luat vltimum supplicium: verum non ita sanxit tibi volens si volueris indulgere. Propterea cum dissereret de virginitate dixit qui potest capere capiat: & in diuite alia quidem præcipit, alia vero permisit libero animi arbitrio: non enim dixit vende omnia quæ habes, sed si vis perfectus esse vende. Theodoretus cum exposuisset Apostoli verba 1. ad Corint. cap. 7. allatis Christi verbis Matth. 16. ipsum Apostolum ita loquentem facit, Consilium do non præcipio: Etenim

Digitized by Google

» Deus cum quæ secundum naturam præcepisset adhortatur ad ea quæ » sunt supra naturam. Quoniam autem verisimile erat futurum vt quidã » huic rei tanquam rei nouæ contradicerent, consilio adiecit, tanquam » misericordiam consecutus cum solita modestia Apostolicam authoritatem ostendit, sum cõsiliarius fide dignus, inquit, per misericordiam Domini vocatus, & cui credita est prædicatio, &c. Et infra. Illud existimo » adiecit non dubitans virginitatem esse bonum & bonorum optimum » ac præstantissimum, sed ne adhortatio lex fieret adiecit dubitationem, » νομίζω τοῦτο καλόν. Theophylactus idem penitus scribit in c.4.1. ad Thessal.

Cyprian. de habitu virgin.

D. Cyprianus sanctas virgines alloquens ait Christum non eam vitæ conditionem imperare sed ad eandem cohortari, iugum necessitatis ibi esse non posse vbi plena & perfectissima est libertas, sed cum sciat multas esse mansiones in domo æterni Patris, ad splendidissimas capiendas inuitare.

Optat. l.6. cont. Parm.

Optatus Mileuitanus contra Parmenianum disputans vnde vox *supererogationis* manarit perspicue declarat, *A Paulo*, inquit, *cum quæreretur quid de virginibus præciperet, respondit sibi de virginibus nihil esse mandatum, confessus est se duo testamenta hoc est duos denarios erogasse, explicati erant quodammodo sumptus, sed quia qui saucium commendauerat promiserat se redditurũ quidquid in curam amplius erogasset, post impensos duos denarios non præcepta sed consilia erogat Paulus ad virginitatem, nec impedimento est voluntati nec nolentes impellit aut cogit, qui dederit inquit virginem suam bene facit, & qui non dederit melius facit.* Quæ sane verba consulentis sunt non autem præcipientis.

Ambros. l.3. ep.25. ad Eccles. Vercell.

D. Ambrosius ad Vercellensem Ecclesiam scribens, vbi de Virginitate, Præceptum inquit non habet, consilium habet, non enim præcipitur » quod supra legem est sed magis dato suadetur consilio, nec authoritas » præsumitur, sed demonstratur gratia. Et libro de Viduis cum attulisset » Apostoli sententiam de bono & meliori, Quod inquit bonum est vitandum non est, & quod est melius eligendum est: itaq; non imponitur sed » præponitur, &c. Præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur, » vbi præceptum est, ibi lex est, vbi consilium ibi gratia est, præceptum vt » ad naturam reuocet, consilium vt ad gratiam prouocet. Atque hoc consilium ter quaterue datum fuisse à D. Paulo animaduertit.

» D. Hieronymus aduersus Iouinian. lib.1. cap.7. Proponit inquit ἀγωνοθέτης præmium, inuitat ad cursum: tenet in manu virginitatis brauium: » ostendit purissimum fontem & clamitat, qui sitit veniat, & bibat, qui » potest capere capiat. Non dicit velitis nolitis bibendum vobis est atque » currendum: sed qui noluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat virgines Christus quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum, maiorisque gratiæ est offerre » quod non debeas quam reddere quod exigaris.

August. serm. 61. de Temp.

D. Augustinus Serm. 61. Aliud est consilium, aliud præceptum: consiliũ datur vt virginitas conseruetur, vt à vino & carnibus abstineatur, vt » vendantur omnia & pauperibus erogentur: præceptum vero datur vt

iustitia

Digitized by Google

iustitia custodiatur, vt homo diuertat à malo & faciat bonum. Denique “ de virginitate dicitur, qui potest capere capiat. De iustitia vero non dicitur qui potest facere faciat: sed omnis arbor quæ non facit fructum excidetur & in ignem mittetur: consilium qui libenter audierit & fecerit, maiorem habebit gloriam: præceptum qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, euadere pœnam non poterit. Alio loco quasi per saturam consilia enumerat quæ cæteris Apostolus dedit & vltro ipse elegit, deinde concludit illa esse quæ amplius *erogantur* saucio qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. quam parabolam ad hanc ipsam quæstionem accommodat vberius cap. 19. lib. 2. quæstio. « Euangelic. Stabulum inquit est Ecclesia vbi reficiuntur viatores de peregrinatione redeuntes in æternam patriam. Altera dies post resurrectionem Domini duo denarii sunt duo præcepta caritatis, quæ per Spiritum Sanctum acceperunt Apostoli ad euangelizandum cæteris, vel promissio vitæ præsentis & futuræ. Secundum enim duas promissiones dictum est, accipiet in hoc sæculo centies tantum & in futuro sæculo vitam æternam consequetur. Stabularius est ergo Apostolus quod supererogat aut illud est consilium quod ait, de virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do: aut quod etiam manibus suis operatus est, ne infirmorum aliquem in nouitate Euangelii grauaret, cum ei liceret pasci ex Euangelio. «

S. Paulinus Episcopus Nolæ epist. ad Seuerum Sulpitium allegoriam hanc eleganter continuat, additq; iumentum cui natura saucia imposita est ductaque in stabulum, Verbi esse humanitatem, oleum autem, eius gratiam, vinum, eiusdem sacrosanctum cruorem. *Pauli ep. 4.*

S. Fulgentius prolog. in lib. ad Monimum id ipsum eodem sensu profert. Et venerabilis Beda in c. 10. S. Lucæ. vbi Sapiens Lector animaduertat inculcari à Sanctis Patribus vocem *supererogationis* tanquam ore ipsius Seruatoris excogitatam, eandemq; applicari tum ad consilia, de quibus hactenus dictum, tum ad alia opera in Euangelio laudata, quæque ad diuinam gloriam spectant, neq; tamen præcipiuntur. Agetur & de iisdẽ in disputatione de Indulgentiis vbi quæ vis sit eorum ad satisfaciendum exponetur. Nunc breuiter tum Consilia tum illa ipsa opera enumeremus.

Priora tria sunt Obedientiæ, Castitatis, Paupertatis, de quibus allatæ superius sunt probationes.

Quartum est de *inimicis diligendis* quod quidem eatenus censetur esse consilii vt iis benigne faciamus reque iuuemus, quamuis animi propensio & affectio in præceptum cadat.

Quintum est *excellentis mansuetudinis* cum Seruator ait, *Si quis te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram.* *Matth. 5. 39.*

Sextũ *misericordiæ* seu *beneficentiæ*, de qua illud est *Omni petenti te tribue.* *Luc. 6. 30.* quod superfluũ in re domestica est, illi tribuere, qui extrema inopia premitur, spectat ad præceptũ, sed omnib. stipẽ erogare petentib. ad cõsiliũ.

Septimum *simplicitatis in sermone, Dictum est antiquis Non periurabis, ego autem dico vobis non iurare omnino.* Iurare pro veritate cum necessitas quæpiam vrget cum reuerentia, actus est religionis, imo etiam & Latriæ qui loco & tempore permittitur & licet : à iureiurando penitus abstinere, consilii est. Præterea de aliqua re copiose disserere, affirmare & confirmare aliquam veritatem non prohibetur, quamuis id consilii detur. *Sit autem sermo vester est, est, non, non.*

Matth.5.37.

Octauum est *Singularis patientia* de qua dicitur ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium : & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo.

Matth.5 40.41.

Nonum est euitare non modo occasiones illas quæ proxime aditum ad peccatum patefaciunt quod est præcepti, verum & quæ aliqua ratione ducere eo videntur, est enim in diuinis effatis, *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te, &c. & si manus tua dextra scandalizat te, abscinde eam.*

Decimum est *actionem cum doctrina coniungere*, quod oraculum veritatis pronunciauit, *quicunque fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cælorum.*

Vndecimum est *solicitudinem omnem deponere*, quandoquidem id clarũ est filii Dei admonitum, *Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* Et iterũ, *Nolite ergo soliciti esse in crastinum, crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi, sufficit diei malitia sua.* Scimus alioquin ipsummet vitæ nostræ parentem & Magistrum Christum emi curasse quę necessaria videbantur ad festum & solennem diem peragendum, Iudãque pecuniam in vsum oportunum seruasse. Illo diuinitus arcana patefaciente, Patriarcha Iosephus prouidit annonæ caritatem, & vitæ hominum studiose prospere longe antequam diuturna illa fames ingrueret: Apostoli quoque & Discipuli eam diligentia prouidentiaque occuparunt, quam Agabus sub Claudio Imperatore futuram prædixerat: Nos itidem sapiens ad formicas amandat tanquam in prudentiæ officinam. Patres è mente diuinissimi Apostoli thesauros condere liberis suis debent.

Gen.41 35.48.
Actor.11.28.
Prouerb.6.
2. Cor. 12.

Duodecimum est de fraterna correctione quam ex eodem fonte sapientiæ haurimus, *si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum*: est tamen certum etiam ex præcepto fraternam correctionem indici, cum noxa his tribus adiunctis distinguitur, 1. cum est mortalis. 2. cum certi sumus eam fuisse commissam. 3. cum spes est fore vt vtiliter monitio adhibeatur. Consilii vero tantum est in re leui, cumque incerti sumus an scelus patratum sit, & non sine ratione timetur ne peccanti plus sit detrimenti allatura quam commodi.

Hilar. Chrysostom. Hieron. Ambros. in c. 17. Luc. Aug. serm 16. de verb. Dom. secund. Matth. Theophylact. & Euthym. in 18. Matth.

Vbinam igitur iam sunt qui cæca persuasione consilia cum præceptis confundere voluerunt? Vbi audacia coryphęi qui Apostolum arguere mendacii non vereantur, cum de virginibus consilium dat, quod diserte expref-

expresseque negat præceptum fuisse? Vbi qui tam operosa & difficilia, imo & impossibilia Decalogi mandata putant, & tamen adiungere consilia illa duodecim volunt, quæ hactenus ostendimus, idque non sponte neque ex propria voluntate suscepta, nec vt supererogationis opera? Vbinam illi sapientes qui nos & amicos Dei faciunt, & simul diuinarum legum violatores? Vbi qui libris, concionibus, synodis & multiplici cõsistorio docere volunt quæ agere quæue credere oporteat, & tamen acrius defendunt & tuentur, in eo aliisque omnibus, nos libero arbitrio voluntatis carere? Vbi qui dulci & eliquata oratione Dei bonitatem prædicant, eundemque Tyrannum pingunt, asserentes impossibilia illum præcipere, quæ tamen necessaria sint ad salutem? Vbi qui erecto capite clare pronunciant esse Numini obsequendum, perficiendam esse ipsius voluntatem, & tamen rationes omnes eripiunt spemque illius rei consequendæ cum aiunt opera omnia nostra scelera esse, nihil fieri à nobis honestum atque laudabile, nihil quod diuinæ mẽti gratum esse possit: Vbi qui magnifice diuinam gratiam attollunt, & tamen negant eadem gratia fretos aut mandata aut Consilia & vota posse conficere? & proinde in diuinarum legum violatione soluunt omni religione animos obiecta misericordia Dei infinita, & Cõsilia euertunt, quod ea nullis viribus seruari posse videantur; Vota vero omni irrisione ludunt, claustra perrumpunt, Virginum Deo desponsarum castimoniam violant, Semnea religiosorum exinaniunt, pollicitationes sanctissimis ceremoniis factas rescindunt, Ecclesiasticam disciplinam omnem labefactant. Sed conemur hoc etiam loco perficere, vt delusæ mentis aberrationem animique impotentiam agnoscant.

DE VOTIS GENERATIM.

CAPVT XV.

NEMO reuocare in dubium potest quin vota pie & religiose obseruanda sint Deo præpotenti facta, nisi qui notis eius oraculis velit obsistere: *Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera.* Et alias, *Vota mea reddam in conspectu timentium te.* Et iterum, *Vota reddam quæ distinxerunt labia mea.* Et Numer. 6. iubentur Nazaræi obseruare vota sua. Pari modo Recabitæ apud Ieremiam Dei ipsius voce prædicantur, quod caste atque integre vota seruarent, quibus eos parens obligarat. Ecclesiast. 5. *Si quid vouisti Deo ne moreris reddere, displicet enim infidelis & stulta promissio, sed quodcunque voueris redde: multoque melius est non vouere quam post votum promissa non reddere.* Et 23. Deuteronom. *Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret eum Dominus Deus tuus, etsi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri absque peccato eris.* D. Iacobus in choro Apostolorum virtute clarissimus, nonne autor fuit D. Paulo, vt consuetis ceremoniis expurgaret se cum illis, qui Deo conscio votum conceperant Actor. c. 21. Ipse deinde Ecclesiæ Magister scribens ad Timotheum nonne viduas quæ votum suum perfregerunt, damnationem sibi comparare dicit? Sed Patres audiamus.

Psalm. 75. 12.

Hier. 35. v. 18.

Eccles. 5. 3.

Deut. 2. 3. 21. 22. 23.

Actor. 21. v. 23. 24.

1. Timoth. 5. 11.

S. Iustinus respondens quæstioni 99. ait Deum permisisse sacrificium Iephte, non quod cruore & crudeli hominum fato recreetur, sed vt doceret nihil esse vouendum temere, inconsiderate & indefinite: nam cum votum per se obliget, necesse est vt ex eo multa incommoda & absurda sequantur, si generatim tantum sine vlla præfinitione concipiatur. Origenes verba Salomonis exponens Prouerb. 20. *Laqueus inquit est viro forti cito aliquid de suis sanctificare: postea enim quàm vouerit euenit pœnitere.* additque fore sacrilegium & rem Deo eripi, si quis ea vtatur iam numini consecrata. Et homil. 2. in Numer. ostendit votorum vim, siue ad rem siue

ad

Digitized by Google

ad personam spectent, vnde fit vt quod vouetur Deo *Sanctum* appelletur. Eusebius lib. 3. de præpar. Euangel. cap. 7. asserit quoties vota facimus viris Sanctis, nos ea re profiteri eorum intercessione apud DEVM iuuari plurimum. Sanctus Athanasius magnum Antonium inducit fœdifragos comparantem cum vxore Lot, cumque iis, qui aratro manum admouentes retrorsum aspiciunt. *Athan. in vit. Antoni*

D. Basilius *solenne* appellat votum quod à religiosis in professione emittitur, aitque ipsius violatores inexpiabili sacrilegio se polluere, furari se ipsos Deo, & proinde esse plagiarios. Et lib. 1. de Instit. Monach. Apostatis qui nefarie à religione deficiunt exemplo Ananiæ Dei vindicis iram denunciat. Et in Psal. 49. exponens id vocabulum, *redde, recte* inquit, *dixit redde, transit enim res ista in debitum post promissionem.* *Basil. Magnus.*

D. Gregorius Nyssenus hom. 2. in orat. Dom. docet vt quis à Deo exaudiatur, perfectionem τῆς εὐχῆς hoc est voti, debere precedere τὴν προσευχὴν, orationem: & eam ob causam non dixisse Christum ὅταν εὔχησθε id est, cum votum facitis, sed ὅταν προσεύχησθε cum oratis, quasi id quod ad votum pertinet officium, iam ante præstitum esse conueniat, priusquam per orationem Deus adeatur. Deinde regii Vatis testimonium profert, quod superius adduximus. D. Chrysostom. in Psalm. 49. etiam emphasin dictionis, *redde*, notat, & cum D. Basilio in ea ipsa re consentit, nimirum votum in debiti naturam transire: quare *Annam magno se debito liberauisse*, cum Deo Samuelem obtulit: & in eam quoque rem adducit plenam illam veritatis & demississimæ humilitatis responsionem, quam Seruator mundi in ore suorum esse voluit, *quod debuimus facere fecimus.* Et in Psalm. 142. exponit sententiam Ecclesiastic. *ne iteres verbum in oratione tua*, & accommodat ad votum tantum, & non ad orationem, nam προσευχὴ vtrumque aliquando significat, quasi filius Syrach dicere voluisset, orationem quidem geminari atq; iterari posse, quemadmodum apud Lucam monet Christus *oportere semper orare & nunquam deficere*: votum autem euestigio perficiendum & minime differendum esse: laudatque ei rei confirmandæ quod paulo post idem ait Iesus filius Syrach, *Si quid vouisti Deo ne moreris reddere.* *Gregor. Nyssenus* *S. Chrysost.*

Palladius in historia Lausiaca de Philoromo memorat eum voti soluendi gratia bis Hierosolymam adiisse, pedestri itinere venisse Romam vsque, mox Alexandriam, vt eum locum pie veneraretur vbi Apostolorum principes, & fortissimus Christi Athleta Sanctus Marcus conquiescunt. Et alias Ruffinum ait viginti & septem annis de suo liberalissime habuisse Episcopos, Monachos, Virgines aliosque, qui Hierosolymam voti causa veniebant. Iam Socratem dixisse meminimus in disputatione de peregrinationibus, quomodo Augustã Eudoxiam Imperator Theodosius in Palæstinam miserit, vt se voto exolueret quod nuncuparat ad filiam honesto & felici matrimonio coniũgendã. Theodor. respõdens 11. quæst. in Numeros, quærit quid sibi velint ista verba *Quicumq; summũ vouerit votũ*, atq; multa votorũ genera fuisse, alios enim victimas, *Palladius in Lausiac. c. 113.* *Idem c. 118. de Ruffin.* *Socrat. l. 7. c. 46.*

Digitized by Google

victimas, quosdam pecunias, nonnullos seipsos, aliquos autem vouisse vinum se non bibituros, capillos posituros in certum tempus: atque de his locutum fuisse D. Iacobum cum D. Paulo diceret, *Sunt quidam votum habentes in seipsis, hos assume & sanctificare cum eis.*

Tertullianus lib. de ieiunio, cap. 11. docet *votum cum à Deo acceptatum est, legem in posterum facere per auctoritatem acceptatoris.* Et alias, animos illis addit, augetque constantiam, qui propter regnum cœlorum voluptates omnes respuunt cibi & potionis, aliarumque rerum, quæ alioqui licitæ iudicantur. Illius admirator D. Cyprianus l. 3. ad Quirinum, laudat memorata scripturæ loca ad voti vim declarandam, & cum Anania perfidiosos coniungit, iisdemque accommodat diras & maledictionem, quam intorquet Vates Ieremias in eos qui faciunt opus Dei negligenter. D. Hilarius in Psal. 64. legitimam voti materiam illam esse monet quam Ecclesia comprobauit, numeratque imprimis *contemptum corporis, castitatis custodiam, ieiunii tolerantiam*: atque ideo Regem pium dixisse: *Et tibi reddentur vota in Ierusalem*, quæ Ecclesiam repræsentat.

D. Ambrosius lib. 9. in Lucam ait *maiorem esse fidei contractum in voto, quam pecuniæ.* S. Hieronymus scribens ad Demetriadem ponit ante oculos meritæ laudis communisq; famæ testimonium, quod gentes omnes Agneti virgini tribuerunt: tum eos docet qui sese castissimis religionibus Deo vouerunt, ita vitam in hoc mundo agere, quasi inter scorpiones & colubros incedendum foret, accinctis lumbis, calceatis pedibus, & apprehensis manu baculis, aduersus callidi hostis & formidolosi insidias, tum exclamat, *felix illa conscientia & beata virginitas in cuius corde præter amorem Christi nullus alius versatur amor.*

Conc. Carth. 4. c. 104. Concil. Carthag. 4. viduas à communione arcet tametsi florenti adhuc ætate & pœne adolescentes, quæ viduitatis votum perfregerint quo se Deo obligassent, & in eam rem grauem illam Apostoli denunciationem profert quam superius adduximus.

D. Augustinus Epist. 45. ornatissime de hac ipsa quæstione disputat, & amicum suum erudiens, omnes docet, quanti momenti sit votum &
» pollicitationem Deo teste factam violare: hæc autem est diuini homi-
» nis oratio. Prius quam esses voti reus liberũ fuit quo esses inferior, quã-
» uis nõ sit gratulanda libertas, qua fit vt nõ debeatur quod cũ lucro red-
» ditur: Nunc vero quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnã
» iustitiã inuito, sed à magna iniquitate deterreo. Non n. talis eris si nõ fe-
» ceris ꝙ vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses, minor n. tunc esses
» non peior modo autẽ tãto (ꝙ absit) miserior si fidẽ Deo fregeris quanto
» beatior si persolueris. Nec ideo te vouisse pœniteat, imo gaude iam tibi
» non sic licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaq; in-
» trepidus, & dicta imple factis, ipse adiuuabit qui tua vota expetit, felix
» necessitas quæ ad meliora compellit. Idem exponens verba Dauidis,

August. in Psalm 75. *Vouete & reddite*, distinguit inter vota, & quædam fieri ait de re indifferente, vt si vidua secundis nuptiis renunciaret, alia de re prohibita lege

Digitized by Google

lege diuina, quale est ab tinere à furto, adulterium in omnem vitam reiicere & abominari, concludit autem vtrinque peccatum existere, si voti sanctitas integritasq; violetur, tum adfert grauissimum Apostoli testimonium asserentis damnationem illas habere quæ primam fidem irritam facerent.

Sed occurrit eorum hominum flagitiosa defensio, qui libidinibus furentes cum in cœno hærere semper cupiant, obiiciunt tanquam vallum quoddam impossibilitatem qua se tuentur, melius enim esse matrimonii societatem appetere, quàm vri. Verum si rem ipsam subtilius examinemus, clarissimè constabit, illam omnem quam prætexunt immensam & inexplicabilem difficultatem à prima illorum dispositione atq; nequitia manare, quod nimirum laborem nullum & contentionē sumere velint in cupiditatibus frangendis, in tentationum impetu & impressione cohibenda, in externis occasionibus vitandis: culpam omnem in diuinam potius vocationem, atq; in Spiritum Sanctum, à quo erant ad id vitæ genus excitati, quàm in suam improbitatem turpitudinemq; referunt: aduersus quam olim vt religiosissimus Augustinus piè reputabat, exurgent tot Iudices atque testes, quot religiosi boni fuere, quot honesti sacerdotes, aliiq; numero prope infiniti, qui castimoniæ laude floruerunt. Omnis autem quæ in hoc genere tentatio oriri potest aut existit ex carne voluptatum lenocinio titillante, aut è malo dæmone igneas faces intentante, aut à m ndo mouentia multa obiiciente. Aduersus carnem ieiunium valet plurimum, praui dæmonis conatus oratio sancta comprimit & coercet, occasiones si occurrunt, magno animo contemnendæ sunt & vitandæ. Sed totius mali fons in eo hæret, quod paucissimi reperiantur, qui serio atque generose cum appetitione belligerent, atq; motus aduersus rationem incitatos superare conentur. Quid super ea re duo Ecclesiæ Doctores vita & eloquentia clarissimi B. Basilius & aureus Chrysostomus senserint, hic audiamus.

S. Aguft. 8 confess. c. 11. *Ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa, & virgines anus, & in omnibus ipsa continentia, &c.*

Prior de Nonnis flagitiose viuentibus, quæ matrimonii nomine impudicam impudicitiam obtegebant ita loquitur, Cum Domino virginitatem professæ sint, carnali postmodum voluptate male blanda deli" nitæ, ac deuictę, stupri scelus honesto cōiugii nomine obtegere cupiunt," non ignorant huiusmodi quamuis ignorantiam simulant, quæ sponsi" dextrā & fœdera præuaricata sit, eam nec illius vltra esse sponsam quem" nequitiæ dans manus dereliquit. Et paulo post, Non se fallat qui à vir" ginitatis curriculo ad vitia deflexit. Coniugium quippe illi in peccatum" reputabitur: primum quidem quia pessimum huius coniunctionis fun" damentum voluptatē iecit, præuaricationisq; malum, deinde quia cau" sa non esset libera, neq; enim est mortuus vir eius, vt cui vult nubat, vi" uente immortali viro, merito censetur adultera quæ mortalem homi" nem ob carnis vitia Domini thalamus intulit. Nam quod solenne legi" timumq; connubiū sponsus ille occuparit, & virginitatis habitus & fœ" dera & cōuenta cum illo & præterea processus iste testatur. Et post pau"

Basil. de vera virgin. circa medium.

» ca, Neq; enim prolapsæ ad voluptatē quicquam ad excusationem pro-
» derit vmbra solatiumq; connubii, neq; viuentem virum sub prætextu
» coniugii non soluta circumuenire aut fallere poterit quæ mortalem ho-
» minem post eximios illos quos ab eo perceperat honores, impie per ad-
» ulterii nefas in honorem prætulerit. Nec sanè incongruè his quæ sunt e-
» iusmodi illud Apostolicum aptari potest, Quoniam cum fornicatæ à
» Christo fuerint nubere volunt, habentes damnationem, quoniam pri-
» mam fidem irritam fecerunt, non coniugium, sed adulterium male con-
» sumentes. Hactenus D. Basilius cum mulierculis egit, quæ continentiæ velum abiecerint, nunc videamus quid S. Chrysostomus dicat de presbyteris, deq; monachis libidine contaminatis, qui singulari impuden-

Chrysost. ep. 6. ad Theodor. Monachum.

» tia vocant matrimonium, quod perpetuum est sacrilegium & turpitudi-
» nis coniunctio, Bonum quidem nuptias, inquit, & ipse confiteor, Ho-
» norabiles, inquit, nuptiæ & cubile immaculatum, fornicatores autē &
» adulteros iudicat Deus, sed te etiam seruare non cōuenit priuilegia nu-
» ptiarum: Angelorum enim societate semel iunctum illud relinquere, &
» vxoris laqueis implicari, adulterii crimen incurrere est, quamuis fre-
» quenter hoc ipsum nuptias voces: ego tamen & adulterio illud tanto
» peius affirmo, quanto maior ac melior Angelus. Neq; forte vllus tibi
» persuaserit dicens, Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit?
» Nec me ignorare confiteor quod adulterium interdixit, nō nuptias ve-
» tuit, verum in te adulterii nomen accipiet si volueris vnquam (quod ab-
» sit) nuptias cogitare. Et quid mirum si nuptiæ tales quibus offenditur
» Deus adulterio comparantur? Et paulo post, Cum hæc ita sint, stupere
» desiste, si nuptiæ peiores adulterio iudicantur, quoties Christus offen-
» ditur. Atq; vt illud repetam, quod in principio posui Epistolæ, si militiæ
» vincula non tenerent, quis tibi desertionis crimen obiiceret. Nunc au-
» tem in te nihil penitus tui iuris est quippe qui tanto imperatori militare
» cœpisti: Nam si mulier proprii corporis potestatem non habet, sed vir,
» multo magis hi qui in Christo potius quàm sibi viuunt, conditionē cor-
» poris sui habere non possunt. Iste qui nunc, Theodore, contemnitur, i-
» pse tunc sine dubio iudicabit. Hoc præcipue cogitemus, prospiciamus
» illum igneum fluuium, qui ante conspectum ipsius præcedet, & quod
» qui illis semel traditus fuerit flammis, sperare non poterit requiem fi-
» nemq; pœnarum. Ita nimirum diuine loquens aureumq; flumen fun-
» dens orationis Chrysostomus illas libidinis & nequitiæ Salamandras voluntariis ardoribus vstas monet, ignem igne, flammas flāmmis commutare, & sempiterni incendii cogitatione impuras scelerum faces atq; ardentem cupiditatem restinguere.

DE VO-

Digitized by Google

DE VOTIS QVÆ A RELIGIOSIS NVNCVPANTVR.

CAPVT XVI.

TRIA sunt hominum Religiosorum genera: Primum eorum qui in sola cõtemplatione occupantur, quales Patres Carthusiani, Cœlestini, Monachi D. Basilii, S. Antonii, Benedicti, Bernardi, aliique. Secundum genus eorum est quorum vita potius ad actionem quàm ad contemplationem refertur, cuiusmodi sunt Equites S. Ioannis Hierosolym. Rhodii, Melitenses, quique Xenodochiis pietatis causa inseruiunt, tum qui in familiis religiosis literarum ignari domesticæ rei curam habent.

Tertium ex duobus illis prioribus est conglutinatum eorum qui actionem contemplationi coniungunt: atque in hac classe reponuntur Religiosi D. Dominici, Iesuitæ, & qui tralatitio nomine Mendicantes vocantur. Primi illi proprie dicuntur Monachi quod vocabulum Ecclesiasticæ Hierarchiæ autor exponit: Alii communi appellatione nominantur Religiosi, quorum munera, functiones, varietatem explicant Tertullianus libro de veland. virg. D. Cyprianus lib. de habitu virgin. D. Basilius in Constitut. Monachor. S. Hieronymus in Epistolis, D. Augustinus de moribus Ecclesi. Epiphanius in Compendio doctr. Ioannes Cassianus in Collationibus.

Communia illorum vota solennia sunt Obedientiæ, Paupertatis, Castitatis, præter alia quædam priuata, quæ pro sui instituti ratione variiq; Ordines habent. Eorum excellentiam votorum & præstantissimã dignitatem eleganter & pie persequitur Africæ lumen Augustinus libr. 1. de moribus Ecclesi. & libro de sancta virginit. & in Psalm. 75. Quod si veterum deesset autoritas, certa ipsa ratio quanti momenti sint declarare posset: Nam Obedientia mentem animumque ipsum dat, dicat consecrat libens merito, Paupertas facultates omnes & quæ falso bona for-

Marginal notes:

Dionysius Ecclesi. Hierarchiæ cap 6. *Diuini præceptores nostri sanctis eos nominibus appellari voluerunt, alii cultorũ, alii monachorum, à puro Dei famulatu & cultu, indiuiduaque ac singulari vita, quippe quæ eos vnum faciat sanctis rerum diuiduarum coniunctionibus, ad diuinam vnionem Deoque gratam perfectionem adipiscendam.*

Tertul. lib de velandis virginibus, Cyprian. de disciplina & habitu virginum. Basil. in Institut Monachorum Hieron ad Eustoch. de custodia virginitatis. August lib. de moribus Ecclesiæ. Epiphan. in compendio doctrinæ.

Cassian. Coll 18 c 4. 5 6.

Cœnobitarum disciplina à tempore Apostolicæ prædicationis sum sit exordium.

August lib. de morib Ecclesiæ c. 31. *Quis nesciat summa continentia, &c.*

Digitized by Google

tunæ tribuuntur Deo mancipat, Castimonia denique corpus vt victimam innocuam offert: Itaque nihil præterea homini reliquum est cum se totum rerum omnium parenti Deo pio nexu obligauit.

Ioan 12 25. Obedientiæ votum eo Christi Domini admonito nititur, *Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Monet quoque salutis nostræ vindex vt qui sequi illum cupit, *se abneget.* cum idem ipse factus sit *obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Voluntariæ paupertatis votum ex eo filii Dei oraculo manauit *Si vis perfectus esse, vade vende quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.* Deinde magnifica est illa pollicitatio, quæq; ingenuum animum excitare queat, *Omnis qui reliquerit domum vel fratres vel sorores aut patrem aut matrem aut vxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Castitatis votum etiam Seruatoris effato sancitur cum tria Eunuchorum genera distinguit, Quidam, inquit, de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt qui seipsos absciderunt propter regnum cœlorũ. tum adiungit, *qui potest capere capiat.* Paria paulo ante Discipulis suis responderat qui cum dixissent expedire hominibus coniugii vinculis non irretiri, subdidit, *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.*

Luc. 9. 23.
Ad Philip. 2. 7.
Matth. 19. 21.
Matth 19. 10. 11.
1. Cor. 7. 8.

Talis erat magnanimus Paulus cui non caro & sanguis id aperuerat quod scribit ad Corinthios, viduas, quiq; nondum matrimonio copulati sunt, cohortans, vt in eo statu in quo ipse erat manerent: additque paulo post, de Virginitate quidem præceptum non habere se, consilium autem dare tanquam misericordiam consecutum à Domino vt esset fidelis, hoc est qui singulari Numinis beneficio diuinam voluntatem super ea re cognouisset, eamque omni studio & fide sequeretur.

Quod attinet ad Regulas, Constitutiones, Ceremonias atque ritus, solitudinem, vestium genus, cantum, abstinentiam, delectum ciborum, quæq; alia familiarum religiosarum sunt propria, spectant illa ad communem disciplinam, iuuantque plurimum tum ad palmaria vota obseruanda, tum ad vitæ perfectionem consequendam, debentq; obseruari diligenter atque sancte ab iis qui cuique ordini nomen suum dedere, prout in perscripta diuinarum literarum autoritate cōtinetur de Nazareis Num. 6. in hæc verba *A vino & omni quod inebriare potest abstin. bant. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione & quidquid de vua exprimitur non bibent, vuas recentes siccasque non comedent cunctis diebus quibus ex voto Domino cōsecrantur, quidquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum non comedēt. Omni tempore separationis suæ nouacula non transi. it per caput eius vsque ad completum diem quo Domino consecratur, sanctus erit crescente cæsarie capitis eius.* Cur enimuero sponsio hominibus facta obligaret vnumquemque, scelerisq; reum faceret, & præter odiosæ perfidiæ crimen, quod importat si violetur, sarcienda incommoda omnia sunt, & detrimenta ab eo, qui fidem aliis datam fefellit: ille verò sit innocens & nullius flagitii conscius, qui fidem quam sanctissime Deo iurauit, & votum pie nuncupatum,

tum, perfidiose nequiterq; polluit? qui perruptis modestiæ repagulis, quod luce palam in Ecclesiæ conspectu solenni ceremonia spopondit communi omnium Deo Generatori animarum nostrarum, munificentissimo omnium rerum procreatori, abiicit, pro nihilo putat, eiurat? *Quæcunque promittimus Deo*, inquit D. Athanasius, *non ea deinde nostra sunt, sed Dei, & si inde quid defraudamus, expilatio est & sacrilegium.*

Athanas. lib. de passion. & cruce Christi, initio.

Quod ad libertatem Euangelicam attinet, quam obiiciunt quidam, facilis est & expedita responsio, *Seruire Deo regnare est*, neque est in rebus humanis libertas vlla maior & gratior, quàm quæ nos à peccati seruitute vindicat, quæ in infami & liberiore carnis licentia reperitur. De hac verò spiritali libertate optimus ille magister aiebat *Regnum Dei intra vos est.* Et Apostolus, *Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Vbi verò caro melius coercetur, stultæ appetitiones subiiciuntur rationi, liber spiritus in mediis difficultatibus viget & triumphat, nisi in familiis religiosis? Quibus item pollicitationes centupli factæ & æternæ gloriæ merces, nisi illis, qui è grege Christianorum eximii, Apostolorum exemplo, omnia propter Christum abiecerunt, parentes, fratres, sorores, vxorem, liberos, possessiones, omnia denique quæ apud hominum vulgus in pretio habentur?

Luc. 17. 21.
Rom. 8. 13.
Matth. 19. 29.
Philip. 3. 8.

In hoc igitur omnes consentimus, vt boni omnes religiosi bona omnium venia pace perfruantur, mali castigentur, exigantur atq; amandentur ii, qui nullo hominum studio corrigi, & ad meliorem mentem reuocari possunt. Est enim experientia D. Augustini certissima, qui aiebat nullos se meliores expertum, quàm qui in monasteriis profecerunt, nullos item peiores quàm qui in monasteriis ceciderunt. Diuina prouidentia bonorum virtute atq; exquisita doctrina vtitur ad Ecclesiam illustrandam, ita mali dæmonis improbitas malorum nequitia petulantiaq; abutitur ad Ecclesiam euertendam & religionem omnem labefactandam. Imitemur eum cui præstantissimus Vates singulari proprietate attribuit *butyrum & mel* quod reprobare malũ & eligere bonum nosset. Hoc quidem D. Augustinus agebat cum ita scribit in Psalm. 99. *Nemo vos fallat fratres: si non vultis falli & vultis amare fratres, scitote omnem professionem in Ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum, sed omnem professionem habere fictas personas: sunt Christiani mali, sed sunt & boni.* Et paulo post, *Inuenis sanctimoniales indisciplinatas: numquid ideo sanctimonium reprehendendum est?* &c. Et infra, sed *nunquid propter virgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore & spiritu?* Huc facit quod scribit epist. 137. ad populum Hipponensem, vbi de quodam presbytero suo qui se flagitio cõtaminarat: notat autem improborum esse consuetudinem, vt propter vnius culpam, integrum vnum ordinem condemnent, & si forte Episcopus vel Clericus vel Monachus vel Sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, iactent, contendant. Et paulo post istiusmodi hominum linguas comparat cum canibus qui Lazari vlcera lingebant. Ibidem quoq; hunc hæreticorũ esse morem animaduertit, vt quo sceleratã

August. epist. 137. Clero & pop. Hippon.

DE COELIBE VITA CLERICORVM.

Cap. XVII.

NICOLAVS Antiochenus qui de septem Diaconis vnus fuit, cum se lubens ab vxoris commercio seiugasset, illustrium virorum exemplo, qui Dei causa omni se voluptate spoliabant, sic postea libidinis impressione atque pugna captus fuit, vt non modo coniugem iterum suam ascisceret, verum etiam communem omnibus esse vellet; quo tempore nefaria quædam & pudenda excogitauit atq; docuit, vnde vagus & infamis luxuriæ vsus manauit. Vigilantiani neminem ad Diaconorum ordinem admittebant, qui non prius matrimonii societatem coiissent. Vitiza rex facinorosus & impudens cum flagitiosæ libidini suæ obtendere nubem vellet, non concessit modo, verum & præcepit vt quisque de Clericis vxores & cõcubinas vnam vel plures pro animi sui libidine publicè haberet, neve vllo modo Ecclesiæ legibus, quas Romanas Constitutiones nominabat, in eâ re obediret, quibus id prohiberetur.

Irren lib 1. c. 27.
Clem. Alex. l. 3. Strom.
Epiph. hær. 35.
Aug hær. 3.
Hieron. contra Vigilant.
Rodericus Toletanus rerum Hispanicarum l. 3. c. 15.
Petrus Blesensis.

Petrus Brusius autor erat Presbyteris atque Monachis vt vxores ducerent nisi diuinitus præditos se continentiæ dono atque præsidio sentirent. Ioannes Wiclefus Sacerdotes graui oratione reprehẽdebat, quod in se ipsi id Sacramentum negligerent, quod aliis tribuebant. Andreas Carolstadius Archidiaconus in Germania primus fuit qui consuetis Ecclesiæ religionibus consecratus publicè matrimonium iniret: & in gratiam huius tanti tamque egregii facinoris, Ecclesia Witenbergensis pura puta reformatione in eam rem missam adornauit, vbi inter alia, piam hanc & nimirum religiosissimis aris dignam orationem decantarunt, Deus qui post longam & tam impiam Sacerdotum cæcitatem, beatum Andream Carolstadium ea gratia donare dignatus es, vt primus nulla habita Papistici iuris ratione, vxorem ducere ausus fuerit, da, quæsumus, vt omnes sacerdotes recepta sana mente eius vestigia sequentes, eiectis concubinis, aut iisdem ductis, ad legitimum consortium thori conuertantur.

Ioan. Vuiclef. in sermon. Vigil. natiuit. Ioan. Baptist.
Idem tractatu de pastorali officio c. 29.
Vvitembergenses in Missa in laudem Carolstadii Archidiaconi tunc primum vxorati.

Lutherus,

Luther to 2. Germanico f. 214 & de vita coniugali. *Crescite & multiplicamini, non est præceptum, sed plusquam præceptum, quod nos non possumus impedire nec prætermittere, & perinde necessarium est ac edere & bibere, purgare, expuere, dormire, vigilare: sicut in mea potestate non est quo minus sim mas, ita minimè situm in me est, quo minus sim sine muliere.* In libro de vot mon. *Qui vouet castitatem, irridet Deum, non aliter quàm si voueat se fore episcopum.*

Lutherus eadem incensus noua & mirabili pietate ancillam aduocari iubebat, si vxor legitima abnueret, atque nemini esse desperandū, qui ad explendam voluptatem etiam concubinam in genialem torum admitteret. Sic nimirum hæresis atque impietas semper extrema sectatur, modo laicis matrimonii societatem prohibens, modo Clericos ad coniugium rapiens. Ecclesia verò Sponsa filii Dei castissima atque sapiens, longe alia ratione liberos suos instituit doctrinamque suam multiplici ratione corroborat.

Cum lex data fuit Hebræo populo, Moses aliquot dierum continentiam omnibus imperauit. Qui edebant Agnum Paschalem non sine magno arcanoque mysterio lumbos habuere præcinctos. Achimelechus Sacerdos propositionis panes nec permittere Dauid voluit neque illis qui eum assectabantur nisi prius didicisset eos ab omni corporis voluptate puros & mundos esse. Leuitæ quiq; diuinis sacrificiis præerant, illis diebus quibus sacris functionibus distinebantur, à nuptialis tori communione abstinebant. D. Paulus ad Titum scribit Episcopum esse oportere sobrium, iustum, sanctum, continentem, vbi animaduertendū est, continentem in Græco significare castum, vt S. Hieronymus interpretatur: sed quoniam matrimonium nō plenè continentiæ repugnat addit continentem esse debere. Et 2. ad Timoth. vult eum qui sub signis Seruatoris militat, non se negotiis sæcularibus implicare. Quis verò nescit matrimonii conditionem importare illam de qua idem Apostolus aliàs, carnis tribulationem, quamque etiam D. Basilius notauit? Idem quoque edicit Corinthiis vt etiam ii qui matrimonii iure tenentur ab eius concessa voluptate ad aliquot dies abstineant piarum precum & ieiuniorum gratia. Quibus è locis Origenes, Epiphanius & S. Hieronymus colligunt omnes Ecclesiæ addictos cœlibem vitam complecti oportere, quod eorum munus proprium & perenne sit, vitam omnem in Deo precando & propitiando consumere. Quod si ad eam rem sacrificium adiungimus, certum est id cœleste diuinumq; coniugii tricis impedimentisq; turbari, vt etiam idem Origenes obseruat homil. 4. in Leuiticum, vbi castimoniam presbyteris commendat his verbis, *Ante omnia Sacerdos qui diuinis assistit altaribus, castitate debet accingi.* Et in Numeros, *Certum est quia impeditur sacrificium indefinens iis qui coniugalibus necessitatibus seruiunt. Vnde videtur mihi quod illius est solius offerre sacrificium indesinens, qui indesinenti & perpetua se deuouerit castitati.*

1. Reg. 21. 4.

Ad Titum 1. 8. σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, &c.

2. Tim 2. 3.

1 Cor. 7. 28.
Basil c. 1. Constit. Monac. Nulla sunt curæ grauiores quàm eæ quæ à cōiugio profectæ gregatim innumerabiles sese aduolant.
Hieron. in 1. c. ep. ad Titū. Epiph. hæres. 59.
Origen hom. 23 in Numer. Idem homil. 4. in Leuiti.

» Eusebius Cæsariensis lib. 1. de Demonstrat. Euangel. cap. 9. Eos qui
» sacrati sunt atque in Dei ministerio cultuque occupati, continere dein-
» ceps seipsos à commercio vxoris decet, qui autem nō ad tantum assum-
» pti sunt sacerdotii munus, iis idem sermo diuinus indulget.

» D. Basilius in 3. cap. Isaiæ, Quisquis igitur præsidentia Cathedræ di-
» gnus censetur iamque ascriptus est ordini presbiteratus, qui talis est pre-
sbyter,

Digitized by Google

ſbyter, aut circunfert characterem presbyterii par eſt eum vel maxime eſſe vitæ irreprehenſibilis & expertem vxoris. Et epiſt. 17. ſcribens ad Paregorium Presbyt. vt nuncium vxori remitteret quam habebat domi, profert Nicænum primum Concilium quo vehementer prohibetur Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Clericiſque aliis ne mulierculam vllam ſubintroductam habeant, excepta matre, ſorore aliiſque huiuſmodi propinquis, additque, *Nec primi ſumus Paregori neque ſoli qui fœminas à virorum conſortio abiungamus: lege Canonem à Sanctis Patribus noſtris in Nicæna Synodo conſtitutum, qui manifeſtè interdixit, ne quis mulierculam ſubintroductam habeat. &c. Eiice igitur illam ex ædibus tuis & trade in monaſterium. Sit illa cum virginibus & tu inter viros miniſtra ne nomen Dei propter vos blaſphemetur.* Et in fine epiſtolæ graues minas adhibet, *Si verò ſine correctione tuiipſius auſus fueris ſacerdotii retinere functionem Anathema eris omni plebi, & ſi qui te receperint per omnem Eccleſiam excommunicabuntur.* Idem ipſe doctiſſimus Antiſtes in prima ad Amphilochium Epiſtola pœnam in Diaconum ſtatuit qui lapſus foret. Et 14. Interrogatione in reg. fuſius diſputat. Pulcherrimam hanc ſententiam hominum memoriæ commendari propagarique voluit, Qui ſeipſum ſemel Deo deuouit, hic ſi ad aliud deinde vitæ genus tranſiuerit, ſacrilegii ſe ſcelere obſtringit, quippe qui ſeipſum Deo, cui ſe conſecrauerat, veluti ſuffuratus ſit. Porro huiuſmodi hominibus rationi quidem conſentaneum fuerit vt nullo modo aperiantur fratrum ianuæ.

S. Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus catech. 12. Decebat ſanè puriſſimum puritatis Doctorem ex puris prodire thalamis: ſi enim qui apud Ieſum bene fungitur ſacerdotio, abſtinet ſe à muliere: Ipſe Ieſus quomodo ex viro & muliere prodituruseſſet? S. Ioannes Chryſoſtomus 2. Homil. in Iob. differentiam notat inter Eccleſiæ naſcentis tempora, & iam adultæ & corroboratæ, *Quoniam virgines*, inquit, *rarò inueniebantur, Paulus Epiſcopos ordinans dixit Tito, Conſtitue Epiſcopos ſicut ego diſpoſui, vnius vxoris viros, non ea ratione quod id nunc in Eccleſia obſeruetur. Oportet enim omni perſus caſtitate Sacerdotem ornatum eſſe.*

D. Ambroſius lib. 1. Offic de quibuſdam luxurioſis hominibus & aſotis queritur impudicis, quorum obiectionibus in hunc modum reſpondet, In pleriſque abditioribus locis cum miniſterium gererent vel etiam ſacerdotium, filios ſuſceperunt & id tanquam vſu veteri defendunt, quando per interualla dierum ſacrificium deferebatur & tamen caſtificabatur etiam populus per biduum aut per triduum, vt ad ſacrificium prius accederet, vt in veteri Teſtamento legimus, Et lauabat veſtimenta ſua. Si in figura tanta obſeruantia, diſce Sacerdos atque Leuita quid ſit lauare veſtimenta ſua, vt mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramẽtis ſi populus ſine ablutione veſtimentorum ſuorum prohibebatur accedere ad hoſtiam ſuam, tu illotus mente pariter & corpore, audes pro aliis ſupplicare, audes pro aliis miniſtrare.

Olim templum modo vnum reperiebatur, in quo ſacræ Deo hoſtiæ

irretitum fuisse dixisset, addit continuo, Ac cum de vno scriptum sit ac de cæteris tacitum, intelligere debemus sine vxoribus eos fuisse, de quibus nihil Scriptura significat. Et cap. 19. exponens laudata prius Apostoli verba quibus Iouinianus quasi propugnaculis in libidinis castello tueri se conabatur. ea non secus ac D. Ambrosius refert ad eam sacerdotii remoram, quam vulgo Bigamiæ irregularitatem appellant: ita verò differit, *Non dicit Paulus eligatur Episcopus qui vnam ducat vxorem & filios faciat, sed qui vnam habuerit vxorem & filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris non posse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat, alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur.* Et paulo post, Si laicus & quicunque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, Sacerdoti cui semper pro populo offerenda sacrificia, semper orandum est: Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Ibidem obuiam it Obiectioni quam patroni libidinis faciunt, temporibus videlicet Apostolorum presbyteros eligi solere matrimonio copulatos, respondet non eum numerum tum fuisse castorum atque virginitatis laude illustrium vt tanta copia Sacerdotum inueniri posset qui diuinissimis rebus tractandis necessarii viderentur. Et in Epistola quadam ad Pammachium, *Apostoli aut virgines, vel post nuptias continentes, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in æternum pudici.* His Ecclesiæ principibus qui Latinam pietatem illustrarunt, autoritatem Sancti Ioannis Chrysostomi vt purpureum pannum attexamus, vt iis ora tandem obstruantur, qui D. Pauli sententiam identidem obtrudunt & inculcant imprudenter: locus est homil. in Iob, Paulus enim Apostolus vbi ad gentes proficiscitur, summum virtutis pondus illis non imposuit. Sed vbi in orbe adulteriis fornicationibusque repleto voluit orbis pastores constituere: Et quoniam virtutes rarò inueniebantur, Episcopos ordinans, Tito dixit, *Constitue Episcopos sicut ego disposui tibi si quis est sine crimine*: porrò irreprehensibile tunc locum non habuit, quandoquidem pietatis vigor deficiebat.

Epist. 5. ad Pammach. & aduersus Iouin. c. 8.

Chrysost. hom. 2. in Iob.

Omnes igitur vltro assentientur sanctissime fuisse consultum in Nicæno Concilio vt posthac Presbyteri, Diaconi, & Hypodiaconi à mulierculàrum commercio abstinerent, quo tempore vnius Paphnutii postulatio obtinuit, vt qui iuncti matrimonio essent, non cogerentur vxores dimittere. Hoc etiam omnes calculis suis comprobabunt vi neminem adigendum esse vt castimoniæ voto se adstringat: verum si quis in animum suum induxit Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotii characterem excipere, & solenne votum nuncupare illis ordinibus connexum, mirari nemo debet, si ad voti promissionem retinendam fidemque seruandam postea compellatur, cum eos qui in Ecclesiæ luce matrimonium inierunt, quotidie cogi videamus, vt fidem mutuo datam seruent integram & inuiolatam. Cum etiam constet, alios omnes vi legum & autoritate compelli, ad pacta conuenta sanctè custodienda, quæ

Authen. episcopo Cod. de episc. & cler. *Episcopo nullam mulierem secum habere permittitur, sed si habere probetur ab episcopatu deiiciatur, quod se fecit indignum.*

Can. 3. Nic. Syn. *Μὴ ἐπισκόπῳ, μὴ πρεσβυτέρῳ, μὴ διακόνῳ, μήτε ὅλως τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τινὶ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφήν, ἢ θείαν ἢ ἃ μόνα πρόσωπα διαπέφευγε πᾶσαν ὑποψίαν.*

da, quæ communi iure sancita & constabilita fuerunt: qua in re nemo sanus dicat libertatem naturalem violari, vimque adferri voluntati: cum certum sit vim & tyrannidem ibi non esse, vbi ratio dominatur: sitque præterea consentaneum rationi, vt quandoquidem fides homini obligata, præstanda est atque seruanda, id in votis quæ præpotenti Deo nuncupantur valeat, quæ ratiocinatio est magni Basilii lib. de Virginitate circa medium.

Quam rem si omnes attentius apud se reputauerint, sperandum est, fore vt posthac non ita multi reperiantur, qui facile cœlestium promissorum violatores iuuent, desertores domo & beneuolentia excipiant, faueant iis, qui specioso matrimonii nomine incestum impurumque sacrilegium obnubunt.

Fatebuntur omnes commoda prope infinita ex cœlibe vita Clericorum manare: innumeras autem difficultates maritos Sacerdotes consequi. Itaque Caluinus libro de Scandalis, in se atque suis quiddam continentiæ simile optare videtur cum ita scribit, Ex quo me Dominus inde reuocauit plures annos sine matrimonio transegi, & ex quo vxor mea vitam cum morte commutauit iam annus effluxit cum dimidio, & in hoc meo cœlibatu lubens hæreo. Et vt ea quæ dixi incommoda saltem obiter cogitatione attingamus, Ioannes Nauclerus suis monumentis prodidit, cum primum in Germania Sacerdotes effractis modestiæ retinaculis vxores ducere liberosque procreare cœperunt, tantum fuisse contemptum Sacramentorum consecutum, vt Laici vel abstinere mallent ab illis religionis adiumentis, aut ea sibi ministrare, quàm percipere ab iis quorum manus atque mentes scelere forent & perfidia contaminatæ. Acciditque aliquando vt secerni distinguique amplius non possent Clerici à profanis, & ab ouiculis Pastores. Denique aut negandum est continentiam siue animi corporisque puritatem sumendæ Eucharistiæ & cœlestis mensæ dignitati congruere: aut fatendum, in eos quadrare potissimum qui quotidie diuinis mysteriis operantur, quique aliis innocentis Agni carnem debent tribuere. Et quidem animaduersum notatumque est à peritis, eodem ipso tempore in Eucharistiæ fide titubatum, quo castimonia Clericorum oppugnari cœpit: cum sensus ratioque ipsa suadeant, non nisi pure & caste adeundum esse Dei Filium, quem quisque præsentem veneratur. Ex quo etiam reciproca ratiocinatione licet concludere, deuios animos ad vnius fidem redituros, cum alterius honestatem atque sanctimoniam retinendam putabunt.

Quod attinet ad comparationem cœlibis vitæ cum matrimonio, controuersiam omnem tollit D. Paulus, cum docet, *qui matrimonio iungit virginem suam, bene agere, & qui non iungit* (cum illius consensu) *melius agere*: qua in re perspicue vnum alteri præferendum esse consulit, ponitque ante oculos incommoda matrimonii, quæ breui circumscriptione ver-

ne verborum *Tribulationem carnis* appellat. Aurifex non ideo pro nihilo putat argentum, quod aurum præferat, nec arator hordeum, si frumentum pluris faciat: neque medicus sinistrum oculum putat inutilem & eruendum, si dextero panchrestum medicamentum accommodet.

DE COELIBE VITA LAICORVM.

CAPVT XVIII.

FACILE venia tribuitur Mercurio Termaximo quod sobolis procreationem palmarium esse hominis opus existimarit, sterilitatem autem omnium malorum extremum: eosque esse miserrimos, & post mortem ab improbissimis Geniis supplicio excruciari, qui sine prole extremum vitæ diem obiissent. Philosophorum etiam Homerus Plato excusandus videatur cum 6. de Legibus statuit, vt si quis in cœlibe vita ad annum trigesimum quintum vsque perdurauerit, damnis & mulcta quotannis plectatur: si de maximo censu est, drachmis inquit centum, si de secundo, septuaginta, si de tertio sexaginta: si de quarto triginta: si quis singulis annis mulctam non soluerit, decuplum debeto, omnino honorem nullum iuuenes ei debent. Augustus Cæsar eandem ob causam laude potius quàm reprehensione dignus existimetur, quod autore Dione præmia maritis proposuerit, innuptis autem grauiorem mulctam imposuerit. Hi enim omnes micabant in tenebris, & in ea Paganorum cæcitate atque ignorantia, quasi per nebulam rerum honestatem intuebantur: nondum Euangelii splendor illuxerat, nondum Seruator hominum Iesus orbem sua præsentia cohonestarat, & castimoniæ florem & dignitatem vita & institutione sanciuerat. Sed quod Nicolaus de primis Diaconis septem vnius, mortale facinus consciscere eum hominem asseruerit, qui non quotidie impura se libidine polluisset: quod Gnostici, cœlibem vitam superbe contempserint, vt meminit Epiphanius: quod Eunomius grauissimo teste Hieronymo coniugii meritum virgineo pudori excellentiæque prætulerit: quod Vigilantius continentiam appel-

Hermes Trimegist. libr. 9. qui inscribitur sermo vniuersalis

Maxima in vita, & piissima cura est prudentibus filiorum procreatio: & maximum infortunium, & impietas sine filiis aliquem ex hominibus excedere, & pœnas iste dat post mortem dæmonibus.

Plato l. 6. de legib.

Dion l. 54 & 56.

Irenæus l. 2. c. 17.

Epiph. hæres. 26.

Hieron. aduers. Vigilant.

Augustin. hæres. 82.

appellarit seminarium impudicitiæ, & ea de re Ecclesiæ sententiam, fatuum errorem & hæresim: quod Iouinianus Nonnis velum impie detraxerit vt Matresfamilias efficeret: quod Heluidius eodem in gradu & consimili dignitate reposuerit Virgines & maritas: quod Faustus Manichæus cœlibem vitam doctrinam dæmoniorum appellauerit: quod Lutherus continentiam nō magis esse in nostra potestate dixerit, quàm mortuorum ad vitam excitationem: Angelum esse oportere & secretam à contagione corporis mentem, vt quis ἄγαμος viuat: castimoniæ dare operam integritatique seruire, idem esse penitus ac in solem iaculari & Gigantum more cum Deo bellare, ἀδωνίζειν θηλύνειν καὶ ὅλως θεομαχεῖν: non magis carere vxore quenquam posse, quàm efficere vt vir non sit: id dictum opificis omnium Dei, Crescite & multiplicate, nō modo esse præceptum, sed plus quàm præceptum, tam humanæ naturæ necessarium, quàm excreare, tussire, dormire, bibere & comesse: cœlibem vitam, decimam esse faciem Antichristi: vnumquemque ad generandum sibi similem fuisse à Deo procreatum: Eustochium potuisse D. Hieronymi tentationes omnes extinguere: vouere Castitatem perinde esse atque si quis se nouum cœlum fabricaturum, aut futurum Dei Matrem voueret, ô intolerandam insolentiam! ô impudentiam singularem! ô monstra & portenta opinionum! ô indignissimam in Deum contumeliam! ô præcipitia infandissimorum errorum, qui exterminari ex hominum memoria potius quàm refutari debeant. At enimuero libandum aliquid est & tantisper in hoc cœno insistendum, ad honorem filii Dei qui specimen est & exemplar Virginum, & in sanctissimæ eius Matris prædicationem.

Hieron. aduers. Heluid.

Luther. ep. ad Vvolfgangū.

Idem de vita coniugali.

Id contr. Ambros. Cathar & ad c. 7. 1. ad Corinth.

Idem in Colloquiis Germ. c. de vita coniugal.

Imprimis cum Apostoli dixerunt Christo, *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere*, an sine ratione oraculum æternæ Sapientiæ respondit, *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat.* Nonne hoc ipso significauit, vt prius dictum fuit, illam de castitate & virginitate doctrinam communi hominum fragilitate superiorem & augustiorem esse? An non hoc ipsum docere voluit inter Ecclesiæ proceres clarus & illustris Paulus 1. ad Corinth. cum dixit optare se vt sui similes omnes essent, hoc est continentes & ex propria animi inductione castos, sed vnumquemque proprium habere donum ex Deo. Tum adiungit, *Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego.* Et iterum, *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino vt sim fidelis.* Et iterum, *Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui verò sine vxore est solicitus est quæ Domini sunt quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Rursum eandem rem inculcans, *Qui matrimonio*

Matth. 19. 10. 11. 12.

1. Corinth. 7. 7. 8.

trimonio iungit virginem suam bene facit: & qui non iungit, melius facit. Denique de vidua loquens, *Beatior*, inquit, *erit si sic permanse it secundum meum consilium: puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam*: hoc est congruenter & consentanee diuino Spiritui loquor, & diuinus Spiritus ore meo loquitur.

Illud autem quod de beatiore & meliore dixit, etiam in 14. Apocalypseos exprimitur, vbi sic beatissimus Ioannes, Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum & tanquā vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharisantium in citharis suis. Et cantabant canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia & Seniores: & nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia qui empti sunt de terra: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. Quoniam verò hæ diuinarum literarum testificationes tam claræ sunt tamq; perspicuæ, nunc à Sanctis Patribus doceamur, quo tandem in numero fuerint delectæ huiusmodi mentes & eximiæ, præsertim ab eo tempore quo fœcunditas simul & pudicitia, in vnum magnæ matris & virginis sinum coierunt. *Apocal. 14. 2. 3. 4.*

S. Ignatius in Epist. ad Philadelph. de iis verba faciens qui stolam virginitatis puram illibatamq; seruarunt, eo in numero ponit Melchisedecem, Iosue, Heliam, Eliseum, Ieremiam, Ioannem Baptistam, gratiosissimum Discipulū Ioannem, Timotheum, Titum, Euodium & Clementem. Abdias cuius Scriptoris autoritas haud contemnenda videri possit, in vita S. Matthæi, Iphigeniam memorat Regis Æthiopū filiam, suam virginitatē Deo consecrauisse, illius Apostoli ductu & monitione.

S. Ambrosius refert D. Teclam à D. Paulo excitatam idem præstitisse. Venerabilis Beda testatur Flauiam Domitillam Deo sanctam & dicatam fuisse, & perennis castimoniæ velum S. Clementis manibus excepisse. D. Martialis missus à S. Petro in Galliam quique primus Lemouicensium Episcopus fuit, testatur autorem se fuisse Valeriæ, vt virginitatis votum Deo nuncuparet. Maior quidam & speciosior numerus castarum animarum, ab Ignatio præstanti Episcopo designatur, cum in Epistola ad Philippens. ita loquitur, *Saluto Collegium virginum & cœtum viduarum.* Et aliàs, *Eas quæ in virginitate degunt, in pretio habete, velut Christi Sacerdotes, viduas in pudicitia manentes vt altare Dei.* Et in Epistola ad Heronem Diac. Antioch. *Virgines serua vt pretiosa Christi monilia.* Et hanc ipsam virtutem eidem commendans, *Consecra*, inquit, *teipsum in castitate vt Numinis domicilium, Tu es enim templum Iesu Christi & organum Spiritus Sancti.* Et ad eundem numerum sese aggregans, *Scis*, inquit, *quomodo te instituerim, & quamuis sim minimus omnium, me imitare.*

Ambros. l. 1. de virgin.
Beda in Martyrol. 7. Maii.
S. Martial. ep. ad Tholosan. c. 8.
Ignat. ep. ad Philippenses.
Idem ep. ad Tarsens.
Idem ad Heronem.

Iustinus Martyr idem confirmat Apol. 2. ad Imp. Antonin. Permulti profectò vtriusq; sexus & sexaginta & septuaginta nati annos apud nos qui à pueris sunt disciplinam Christi affectati, incorrupti & cœlibes perdurant &

» durant & glorior me per omne genus hominum nostrorum tales monstrare posse. Hi sunt inquit Theophilus Antiochenus, qui supra terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum Dei, & ii faciunt vnum tricesimum, quod ad coniuges pertinet: aliud sexagesimum quod ad viduas spectat: aliud centesimum quod virginibus conuenit. Athenagoras in Apologia pro Christian. idem testatur, Reperire est apud nos permultos viros & mulieres, qui in cœlibatu consenescunt, spe illa adducti quod in tali vitæ genere conuersari prolixius cum Deo possint.

Theophil. Antioch. l. 2. Alleg. in Marcu fere initio.

Clemens Alexandrinus l. 3. Stromat. *Nos propter delectationem in Dominum, & propter ipsum honestum, amplectimur cõtinentiam, templum Spiritus sanctificantes.* Atque vt omnes intelligant comprobatam Catholicorum illam continentiam nihil habere commune cum errore Marcionistarum, qui matrimonium excogitata malitia repudiabant, quod carnem opus esse diaboli dicerent à malo Principio inductum, addit paulo post, *Qui autem propter odium aduersus carnem susceptum, à coniugali coniunctione liberari desiderant, indocti sunt & impii, & absque ratione continentes.*

Ammonius Alexandr. in Harmonia sua de supremo omnium Magistro disputans, ait eum difficultatibus iis magnis & continuis quæ in matrimonio reperiuntur, prætulisse vitã cœlibem, cum Eunuchos esse nonnullos diceret, qui se propter regnum cœlorum exsecuissent. Minutius Felix quam latè æuo suo patuerit eius religionis vsus clare testatur, aitq; magnam partem Christianorum frui potius illo virginitatis perpetuæ bono, quam eandem inani gloriola efferri. Et quoniam obiicere hic aliqui possent cultam ab iis castimoniam qui fictis olim numinibus inseruirent, Origenes scribens aduersus Celsum, differentiã eleganter persequitur, Apud Christianos inquit non propter humanos honores, non propter mercedes pecuniarias, nõ propter gloriolas viget studiũ virginitatis. Idem suis in Epist. ad Rom. Commentariis ostendit custodiam integritatis, supererogationis esse opus, hoc est, ad consilium non ad mandatum pertinens.

Ammon. in Harm. c. 8. to. 1 Biblioth. Patrum.

Minutius in Octauio.

Origen. contr. Celsum l. 7. multo post medium.

Idem l. 10. in c. 15 ad Rom. Neq; enim per præceptũ expetitur, sed supra debitum offertur.

Philo Iudæus apud Euseb. Cæsariens. refert Marci temporibus qui Seruatoris sacram historiã pertexuit, efflorescentis Ecclesiæ quasi adolescentia, multas fuisse mulieres quæ in laudata castitate consenescerent. Et in vita Constantini idem Euseb. exponit quibus honorib. sacras Deo mentes prosequeretur, Imperator inquit maximis eos honoribus prosequebatur qui vitã suam cœlesti Philosophiæ dedicassent: sanctissimũ ergo perpetuarũ virginum cœtũ constanter colebat, quod in earum mentibus Deũ ipsum, cui se consecrarant, inhabitare crederet. Par fuit geminaque pietas Helenæ Augustæ Constantini matris, nã vt Ruffinus annaliũ monumentis prodidit, cum sanctas virgines ad prandiũ inuitasset, quas quidẽ Hierosolymis inuenire potuit, indignum putans vt cõsuetis vterẽtur officiis, ipsa suis manibus reuerentiæ testandæ gratia famulari vestitu ornatuq; cibos apponebat, ministrabat pocula, aquã manib. infundebat. Idem præterea Scriptor l. 1. de demonst. Euang. c. 9. tres profert rationes cur cœ-

Euseb. l. 2. hist. c. 7.

Idem in vita Constant. l. 4. c. 28.

Ruffin. l. 1 hist. c. 8.

Euseb. l. 1. de Demonst.

Digitized by Google

cur cœlebs vitā, non tanta fuerit existimatione atq; pretio ante Euangelicam legem. Prima est quam superius attigimus, quod cum adhuc mundus in crepundiis veluti suis hæreret, ante & post diluuium & prope vniuerso legis naturæ decursu, opus fuerit humani generis propagatione. Secunda, quod consequentibus scriptæ legis ætatibus numerus eorum foret exiguus, qui veri Dei cognitione florerent, quem augeri par fuit. Tertia est quam diuinus Apostolus protulit, quod nihil ad perfectum adducit lex Euangelii comparatione. *Hebr. 7. 19.*

S. Athanasius in Apolog. ad Constantium Imperat. inter verissimæ notas religionis ponit, quod in sola Catholica Ecclesia professio sit perpetuæ virginitatis, quam vocat *exemplar Angelicæ sanctitatis.* ait prætereà meritissimo Ecclesiam nominare sponsas Christi eas Virgines, quæ huius virtutis splendore atque pulchritudine vestitæ ornatæq; forent, admirationi quoq; esse Ethnicis, vt quæ sint Templa & Dominicilia Spiritus Sancti. At in libro de virgin. ita ratiocinatur, Si qui se mundo copu-" lant, relinquunt patrem & matrem, & mortalibus hominibus copulā-" tur: quanto magis virgo continens relinquere debet terrestria omnia &" Domino soli agglutinari. Et eo quidem magis, quod vt notat D. Basilius, magnum ac præclarum quiddam esse oporteat virginitatem, vt quę hominem incorruptibili Deo simillimum faciat. *Basil. l. de vera virgin.*

S. Ioannes Chrysostomus virginitatis laudes præconio suo concelebrans, inter alia pronunciat tanto matrimonio superiorem videri, quanto stelliferi orbes sublimiores sunt terra, & quanto beatarum mentium conditio humanam imbecillitatem superat. Imo vero si accuratius res perpendatur, illam corporis exquisitam castimoniam Angeli sortem anteire, quod in carne de carne ipsa gloriose triumphat, quod æternis spiritibus minime est concessum.

Chrysost. de Virgin. c. 11. Καλὸν παρθενία, σύμφημι κἀγὼ ἀλλὰ καὶ τοῦ γάμου κρείττων, καὶ τοῦτο συνομολογῶ καὶ εἰ βούλει καὶ τὶ, ὅσον κρείττων προστίθημι, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανὸς, ὅσον τῶν ἀνθρώπων οἱ ἄγγελοι. εἰ δὲ χρή τι καὶ βιαιότερον εἰπεῖν, καὶ πλέον,

Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in Genesim docet quod tametsi Chri-" stiani magni faciant matrimonium, pluris tamen sine comparatione" ducere eam vitam & singulari honore prosequi, quæ nos proxime ad-" iungit DEO & labentium rerum cura molestiaque exspoliat, cum" certum sit maritum solicitum esse quomodo placeat vxori, & diuisum" esse.

Socrates lib. 4. hist. cap. 18. recenset clarissimum virtute Ammonem in perpetua cum vxore virginitate æuum traduxisse, cum ipso nuptiarum die, caput septimum Epistolæ ad Corinthios sponsæ legisset: vtrumque deinde se in Nitriæ montem contulisse, diuersa tandem petiisse monasteria.

Sozomenus scriptis suis ad ęternam rei memoriam reliquit, quemadmodum Iouianus Imperator edictum proposuerit, quod iubebat (verba sunt historici) vt qui sacratam virginem vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lasciuo solum obtutu aspiceret, maxime omniū si per vim rapere tentaret, capitis supplicio mulctaretur. Et lib. 9. de Pulcheria Theodosii Imperatoris sorore ita scribit, Primum quidem Deo *Sozom. l. 6. hist. c. 3.* *Idem l. 9. c. 1.*

virginitatem suam deuouit, deinde & sorores suas ad idem vitæ institutum educauit,&c. Et vt perennis esset pulcherrimi & religiosissimi facinoris memoria, magnificum & admirabile donarium quoddam in Ecclesia Constantinopolitana dedicauit, in eoque vncialibus literis exprimi totam rem curauit.

Tertull. l. de Virg. veland. cap. 3.

Tertullianus tam tetrum tamque incestum sacrilegium arbitratur nō modo violare, sed vel nudare velo virginem, vt exclamet, *O sacrilegæ manus quæ dicatum D. o habitum detrahere potuerunt! quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset?* Et alias, Prohiberi nuptias nusquam omnino legimus vt bonum scilicet. Quid tamen bono isto melius sit accipimus ab Apostolo. Et alio in loco, sanctitatem sine nuptiarum damnatione nouerimus, & sectemur, & præferamus, non vt malo bonum, sed vt bono melius.

Idem l. 1. ad vxorem. c. 3.

Idē l. 1. cont. Marcion. c. 29.

Cyprian. de disciplin. & habit. Virgin.

D. Cyprianus pios aculeos subdens virginibus ad excellentis vitæ perfectionem, prærogatiuæ continentiæ dona enumerat & oratione attollit, atq; inter cætera, Prima sentētia inquit crescere & generare præcepit, secunda continentiam suasit. Cum adhuc rudis mundus & inanis esset copiam fœcunditate generantes propagamur & crescimus ad humani generis augmentum. Cum iam refectus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viuentes castrantur ad regnum. Nec hoc iubet Dominus sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit quando maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cum habitationes multas apud patrem suum dicat melioris habitaculi hospitia demonstrat: habitacula ista meliora vos petitis carnis desideria castrantes maioris gratiæ præmium in cœlestibus obtinetis.

Ambr. l. 1. ep. 7.

D. Ambrosius in Epistol. ad Papam Syricium, cum *lupos* appellasset eos, qui decora virginitatis malitiose negare audent, verba magni Apostoli vsurpat, *Qui virginem suam iungit bene facit, & qui non iungit melius facit.* Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi: illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum, illa sub lege, ista sub gratia; bonum coniugium per quod est inuenta posteritas successionis humanæ, sed melior virginitas, per quam cœlestis regni hæreditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio, & per mulierem cura successit, per virginem salus venit. Et epist 6. libri primi, *Nos sane nuptiarum vota non aspernantes accipimus, quibus velamini interfuimus, sed virginum nuptias Deo deuotas maiore honorificentia honoramus.* Et quoniam certi homines maleuolentia ieiuni & scelere polluti longe diuersa ratione loquebantur, cum fidei Catholicæ detrimento, eodem ipso in loco à sacrorum communione eos alienos & anathemate confixos declarat, & imprimis Iouinianum, Auxentium, Genialem, Germinatorem, Felicem, Prontinum, Martianum, Ianuarium & Ingeniosum, eosq; nominat *incentores nouæ hæresis & recentis blasphemiæ inuentores.* De ea quoque re expostulat & queritur epist. 25. li. 3. quam ad Ecclesiam Vercellensem mittit, de duobus libidinis emissariis, luxuriç publicæ lenonibus Sarmatione

d by Google

tione & Barbatiano, qui continentiam temperantiamque ridebant, eosque *nouos Epicureos* indigitat, & addit ad extremum, *fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis.*

D. Hieronymus eodem ipso tempore floruit, pari gratia pollens, eodem ardore pio incensus, pro eadem veritate belligerās, eosdem aduersarios erudita disputatione vrgens iisdem pœne verbis, *Inter Iouinianum & nos ista contentio est*, inquit, *quod ille exæquet virginitati nuptias, nos subiiciamus: ille parum vel nihil, nos multum interesse dicamus.* Et paulo post, *Aurum virginitatem, argentum diximus matrimonium. Centesimum & Sexagesimum & tricesimum fructum de vna terra exposuimus, & de vno semente generari, licet multum differat in numero.* Et in ep. 22. ad Eustochium, Dicat aliquis, Et tu audes nuptiis detrahere, quæ à Deo benedictæ sunt? Non est detrahere nuptiis cum iis virginitas antefertur. Nemo bonum malo comparat. Alia D. Hieronymi luculenta testimonia proferri hic potuissent, nisi quisque intelligeret illi bellum indictum à Luthero, & ab eius laternariis infestum & perpetuum, præsertim propter hanc doctrinam, scripsit enim aliquando se neminem ex Doctoribus Ecclesiæ plus odisse quam Hieronymum; quippe qui semper in ore habeat delectum ciborum, ieiunium, virginitatem. Sed videamus an D. August. cuius ordinem atq; regulam complexus fuerat ei magis arridebit. Inprimis autem à Possidonio intelliget c. 26. vitæ illius, diuinum hunc virum & eo honore quo perfungebatur dignissimum, mulierculas omnes domus suę aditu prohibuisse, sic vt ne sororem quidem, tametsi religiosam, atq; cæterarũ antistitem admitteret, non consobrinas, non fratris filias etiam Deo sanctissimis religionibus consecratas, cum diceret quamuis propter illas quidem nulli⁹ periculi suspicio esse posset, quæ illas tamen assectarentur, aut in comitatu forent, laqueos tendere, aut rumoris fabulam spargere posse. In Soliloquiis autem occurrens certorum hominum obiectioni qui honestissimam animi voluptatem capi solere dicerēt ex matronis quæ pulcherrimi animi dotibus, singulari venustate, pudore, gratia, excellentium virtutum choro septæ & ornatæ forent, *Quantum*, inquit, *velu licet eam pingere atq; cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum quam concubitum esse decreui: nihil esse sentio quod magis ex arce deiiciat animum virilem, quam blandimenta fœminea, corporumque ille contactus, sine quo vxor haberi non potest.* Et paulo post, ita sibi se moderari atq; imperare profitetur, vt nullam nec quærere nec ducere nec attingere fœminam velit. Et alio in loco de piis mulieribus loquens quæ inseruiebant Apostolis, duo quædam magni momenti docet ad eos homines errore liberandos, qui in fœce huius æui, vsuram nequitiæ voluptatisque defendunt. Alterum est non vxores illas fuisse, sed vt sorores comitatas, vt studio piisq; officiis atq; opum abundantia, in grauissimis laboribus illis adessent: Alterum est D. Paulum ab ea ipsa re abstinuisse, tametsi vt ipse ait, potestatem concessamque libertatem haberet: verba sanctissimi Doctoris hæc sunt, Hoc quidam non intelligentes, non sororem mulierem, cum ille diceret, nunquid nō

Hieron. Apol pro libris aduersus Iouin initio.
Ego si bene Problematum meminí: inter Iouinianum & nos ista contentio est, quod ille exæquet virginitati nuptias, nos subiiciamus: ille parum vel nihil, nos multū interesse dicamus.

August. in Solilog. l. 1. c. 10. med.

Idem Aug. l. de operib. Monach. c. 4.

Digitized by Google

» habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sed vxorem » interpretati sunt: fefellit eos verbi Græci ambiguitas quod & vxor & » mulier eodem verbo Grece dicitur: quanquam hoc ita posuerit Aposto- » lus, vt falli non debuerint, quia neque mulierem tantummodo ait sed » sororem mulierem neq; ducendi sed circunducendi. Veruntamen alios » interpretes non fefellit hæc ambiguitas quia sororem mulierem non v- » xorem interpretati sunt. Sed tanquam è diuerticulo ad decora veniamus » & priuilegia cœlibis vitæ & continentiæ, atque de ea te ipsum loquentē audiamus. *Profecto*, inquit, *habebunt magnum aliquid præter cæteros in communi illa immortalitate qui habent aliquid iam non carnis in carne.* Et infra lib. de S. Virg. exponens illam sententiam *sunt Eunuchi*, &c. ita Iouiniani sectatores coercet, » Quid veracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit, » veritas dicit, virtus & sapientia Dei dicit eos qui pro proposito ab vxore » ducenda se continuerint castrare seipsos propter regnum cœlorum, Et » contra humana vanitas impia temeritate contendit, eos qui hoc faciūt » præsentem tantummodo necessitatem molestiarum coniugalium deui- » tare, in regno cœlorum amplius quicquam cæteris non habere. »

Idem l. de S. Virg. c. 13.

Ibid. c. 23.

Libro 1. contra duas epist. Pelagian. Iulianum scribit appellauisse Catholicos Manichæos, vt prius quoque fecerat Iouinianus, qui ore impio atque sacrilego virginitatem Dei matris oppugnabat, æquabatque nuptias castitati: nec ob aliud inquit Sanctus Doctor id obiiciebat Catholicis, nisi quia eos videri volebat accusatores vel damnatores esse nuptiarum. Quod Nouatores his quoque temporibus simili artificio moliuntur. Idem lib. 2. Retract. cap. 2. ait hæresim nequissimi Iouiniani tantum Romæ potuisse, dum pudicitiæ meritum coniugii bono exæquat, vt ferantur Nonnæ plurimæ vinculis matrimonii se obligasse, quarum integritas & castimonia nulla prius suspicione laborauerat, additque illi monstro Ecclesiæ communem consensionem fortiter & generose obstitisse. Et cap. 14. lib. de bono viduitatis præferri matrimonio continentiam viduarum scribit, huic autem virginum castimoniam. Et alio in loco, *Bonum Susannæ in coniugali castitate laudamus, sed tamen bonum viduæ Annæ, ac multo magis Mariæ virginis anteponimus.* Quam distinctionem felicitatis libris de Ciuitate Dei cum tribus tabulatis comparat quæ in Arca Noe fuerunt, & triplici fructu Euangelii tricesimo, sexagesimo, & centesimo, & lib. de S. Virgin. ca. 30. vltimos eos fructus vtilitate & gloria præcellentes ad opera supererogationis refert.

Idem l. de bon. coniugal. c. 8. l. 15. de Ciuit. c. 6.

Atque vt illi ipsi qui matrimonii iugo tenentur intelligant, quemadmodum sese gerere ex mente S. Augustini debeant, si voto se forte obligassent, hæc sapientissimi viri monitio est lib. de fide ad Petrum cap. 3. *Similiter & coniugati viri & coniugata mulieres, si ex consensu perennem Deo vouerint continentiam, nouerint se su voti obnoxios detineri, nec iam sibi debere commixtionem carnis quam primitus licitam habuerunt, sed Deo se debere continentiam quam vouerunt.* Et quoniam proci corporis & hirudines voluptatis identidem fremunt, & inculcant prohiberi matrimonium, hæresim excitari latiano-

latianorum & Encratitarum, & doctrinam illam Dœmoniorum, de qua 1. ad Timotheum, eruditissimus Doctor ita respondet, *Ille matrimonium prohibet qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius anteponit.* Denique hominum querelis satisfacit qui rogant. Vnde subsistet genus humanum. Vtinam inquit omnes hoc vellent duntaxat in charitate de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, multo citius Dei Ciuitas compleretur, & acceleraretur terminus sæculo. Quid enim aliud hortari Apostolum apparet vbi ait cum inde loqueretur. Vellem omnes esse sicut meipsum: aut in illo loco, hoc autem dico fratres tempus breue est, reliquum est vt qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non ementes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi.

August l.31. contr. Faust. Manich. c 6.
Idem de bon. coniugal. c.10.

DE CORONA SACERDOTVM.

CAPVT XIX.

NON est vt de hac re pluribus disputandum videatur, vt tamen omnes intelligant, communes Ecclesiæ ritus & consuetudines niti ratione, nihilq; fieri quod non prudentum cogitata ratio postulet, animaduerti hoc imprimis debet, iam inde ab exoriente religione qua vocamus *coronam Clericorum* in vsu fuisse. Isidorus rem ad D. Paulum refert qui vt Iudæos Nazaræosq; pelliceret, comas suas in Templo consecrauit, & in flammas holocausti coniecit. Quæ causa fuit cur D. Hieronym. eo facto stupefactus ita compellaret, O Paule & in hoc te rursum interrogo cur caput raseris, cur nudipedalia exercueris de cærimoniis Iudæorum: cur obtuleris sacrificia & secundum legem pro te hostiæ fuerint immolatæ? vtique respondebis ne scandalizarentur qui ex Iudæis crediderunt.

Isidor. l.2. de diuin. offic. c. 4.
Actor. 21.24.26.
Hieron. ep 79.

Germanus Episcopus Constantinopolit. in Theoria Ecclesiast. scribit attonsum fuisse D. Petrum à Gentilibus ignominiæ causa, quod tum esset cõsuetudo mancipiorum atq; reorum, vt capillos ponerent. Deinceps vero qui Ecclesiæ muneribus sunt addicti, pia quadam imitatione

Germanus Patriarcha Constantinop. in Theoria Ecclesiastica.
Tonsura capitis sacerdotis & rotunda eius pilorũ me-

Digitized by Google

dia sectio, vice corona est spinea quam Christus gestauit. Duplex corona circumposita capiti sacerdotis, ex capillorum significatione, imaginem refert venerandi capitis Apostoli Petri: qua cum missus esset ad prædicationem Domini & Magistri ei tonsa est, ab iis qui eius sermoni non credebant vt illuderetur ab ipsis, &c. Beda l.5. de gest Angl. c.22. Ammian. l.22.

in decus & insigne religionis id conuertisse, quod vile prius despicatumque fuit, cũ honori sibi ducerent atq; gloriæ, cum Principe & coryphæo Apostolorum in numero mancipiorum & famulorum Christi Iesu censeri. Beda venerabilis D. Petrum tulisse coronam putat, vt spineam illam Domini ceruicibus impositam semper in mente memoriaq; gestaret, & moneret Clericos eorum vitam continuam quandam imitationem vitæ Christi esse oportere. addit è ritibus Ecclesiæ *nullum magis sequendum & amplectendum videri.* Alii opinantur coronam hieroglyficum esse perfectionis quod rotunda figura atq; sphęrica maxima sit omnium quas Isoperimetras Græci nominant.

Quidquid sit, hoc constat, eum tonsuræ morem esse antiquissimum. Nam præter ea quæ paulo ante protulimus, Amraianus Marcellinus autor est Apostatæ Iuliani temporibus Theodorum quendam extremo supplicio Paganorum crudelitate fuisse affectum, quod puerulos quosdam totondisset, quos Ecclesiæ dedicabat. Cyrillus Otreium Episcopũ Melitensem refert qui seniore Theodosio imperante florebat vt ex 3. libro Codicis intelligitur, Euthymium sacris vndis elutum renunciauisse Lectorem, cum de more ipsius comas totondisset. Res perscribitur in vita Euthymii apud Metaphrastem à quo Lipomanus tomo 5.

Apud D. Augustinum etiam legimus ep. 147. in more positum fuisse quondam vt qui aliquid obtinere à Presbyteris vellent, eos *per coronam obtestarentur.* Ita S. Hieronymus ad eundem Augustinum scribens, *per coronam* precatur, salutari suo nomine Alipium & Euodium. Constitutio Aniceti Papæ 12. iam ante mille quadringentos annos lucem vidit, qua monet Episcopos vt in diœcesi quisq; sua prohibeat ne vllus de Clericis qui exemplo esse omnibus debent virtutis, honestatis, pudicitiæ, grauitatis, parere Apostolo recuset, *Comam*, inquit, *non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ radant: quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere.*

Anicet ep. ad Gall. Episc. c. 4. & refertur d. st. 23. Can. Prohibete fratres & habetur tom. 1. Concil.

Concil. Carthag. 4. cap. 44. Clericus nec comam nutriat nec barbam. Concil. Agath. can. 20. 1. Cor. 11. 14. 15.

Eadem Constitutio reperitur in 4. Concil. Carthag. Can. 44. vbi tonsus index religionis Clericis commendatur. Et in Agathensi præcipitur vt Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiaconis (etiamsi noluerint) inuiti detondeantur. Neq; dici potest huiusmodi Canones, ad Apostoli præceptum id pertinere, de quo ep. ad Corinth. *Vir si comam nutriat ignominia est illi*: nam hac quidem ratione, Traditio Apostolorum, Summus Pontifex Anicetus, & Concilia, nihil noui Clericis imposuissent, cum D. Pauli sententia æque ad omnes sacros & profanos spectet.

De Corona Sacerdotis speciatim Euagrius Scholasticus lib. 3. histor. c. 26. scribit Martianum Leonis generum, Anthemii filium, cum res illi non ex animi sententia cecidisset, Cæsaream Cappadociæ demigrasse, inde missum ab Imperatore Tarsum Ciliciæ, vbi coma abrasa presbyter designatus est.

Greg. Naz. orat. in Maxim.

Iam Episcopos etiam corona insignes fuisse, luculentus D. Gregorii Nazianzeni locus declarat in orat. contra Maximum, qui cum à peca & baculo

Digitized by Google

baculo & canina philosophia subito ad Episcopi dignitatem euasisset, de eo deq; similibus laruis pietatis dictum fuit, *ad pastoralis muneris administrationem nihil aliud omnino contul. sse, quam quod comam cui alendæ & ornandæ turpiter studuerant, raserint.*

Turonensis Gregorius magni vir ingenii & doctrinæ sanctissimũ Nicetium scribit Treuerensem Episcopum, iam inde à natalitiis, Clericorũ insignia tulisse, quippe qui partu effusus nihil admodũ capillorum haberet, quam seriem quandam atq; orbem in coronæ modum. Contra vero Sidonius Apollinaris nescio quem Germanicum reprehendit Episcopum, quod inter alia vanitatis indicia, quibus leuissime & nimium importune se iactabat, coronam etiam alia quam cæteri forma gestaret.

Greg. Turon. in vit. SS. Pat. c. 17.

Sidon. epist. 13.

Sed vt curiosis hominibus satisfiat, quatuor omnino obiectionibus respondendum est, quæ fieri in hac controuersia possunt. 1. est, quod in eo tonsu imitari Gentilium mystas & sacrificulos videamur. 2. quod Ecclesia & pietatis administri omnium ludibrio obiiciantur, si ad sacros ordines nullus præter tonsos, vulsos, rasos, glabrosq; aspiret. 3. quod diserte id à Deo sit prohibitum Leuitic. 21. 4. Quod D. Hieronymus & Epiphanius quorum magna est in omnem partem autoritas improbare illam consuetudinem videantur.

Quod ad primam obiectionem attinet, generatim respondetur non ideo reprehendi Ethnicos quod ea cerimonia atq; more vterentur, sed impium finem conuelli & exagitari: neq; enim in eo scelus consciscebāt quod honorem adhiberent, quod laudarent, quod venerarentur, sed quod ea omnia fallacibus Diis stygiisque laruis tribuerent.

Nam alias licitum minime nobis fasq; esset laudare Numen atq; venerari, eiq; studium omne nostrum voluntatemque deferre, quod similia à Veteribus erga fictitios Deos adhiberentur: Scelus quoq; esset vti cerimoniis, auscultare Doctoribus, stipem largiri, obsecundare principibus viris atque Regibus, quod illa & sexcenta similia communia nobis sunt cum Paganis.

Quare sacrificuli Baal adorent si ita lubet & venerentur Genium illũ suum Deumq;: non perficient vti Elias à suo colendo venerandoq; abstineat. Sacerdotes Isidis & Serapidis pilos corporis omnes abradant, quoties libitum fuerit ex animi sui sententia: Sane D. Paulus cõsecrationis suæ die id præstabit. Tragenii & Assyrii Iudæis confines tondeant capillos & in Templo Numini offerant, non propterea Nazaræi à pio suo more desistent. Romani vt Suetonius suis monumentis reliquit primam barbam & cincinnos falsis numinibus consecrent: Ezechiel quidē certe Dei iubentis vocem lubens excipiet. *Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos & assumes eum & duces per caput tuum & per barbam.* Neq; nos segniores erimus in hac ipsa cerimonia obeunda ex Conciliorum mente, è Canonum decretis & Ecclesiæ Catholicæ vsu.

Hier. hom. 40 in Ezech.
Sacerdotes Isidis & Serapidis omnes corporis pilos penitus abradebant.
Ambros. ep. 30. edit Ro.
Tragenii & Assyrii Iudæis confines tondebant capillos, & in Templo numini offerebant.
Vide Lucianum in Dea Syria, in fine.
Romani cumprimum barbã radebant atq; crines numini quoq; dedicabant.
Suet. in Nerone c. 12. & ibi interpretes. Ezech. 5. 1.

Quod spectat ad alteram obiectionem certum est Domitianum Imperat. cum Apollonium Tyaneum in custodiam tradidisset, imperasse vti

Philostr. de vita Apoll. Thyan lib 7. c. 4. ...

τὸ ἐξῆλθέ τι τῆς ἐς τὸ ἀνδραπό-δισμος, ξυρῶν τε ἀποκείρας αὐτὸν, καὶ χαίτης, ὥσπερ τοὺς κακουργοῦντας δούλους. Cyprian. epist. 77. *Semitonsi capitis horrescit capillus.*
Cicero Roscio Comœdo. *Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, clamitare calliditatem videntur?* Lucianus in cõuiuio. *Moxq; ingressus deformis quidam, deraso capite, pauculos capillos in vertice gestans, eosque crista in morem erectos.*
Suetonius in Caio cap. 35. *Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat.*

vti capillis non sine ignominiæ nota, & prolixa Philosophiæ barba nudaretur. Et si quæ fides PseudoProchoro adhibenda est, idem ipse Domitianus tonderi sanctissimum Ioannem Euangelii scriptorem & omnium irrisioni ludendum proponi iussit: quod iis fieri consueuit qui ad metalla damnarentur si præsertim Christiani forent: qui vt magis ridiculi etiam viderentur semitonsi capitis illuuie dehonestabantur vt meminit S. Cyprianus. Id ipsum de homine leuissimo narrat M. Tullius, Lucianus de morione quodam, Suetonius de comatulis quos Imperator Caius quoties sibi occurrerent occipitio raso deturpabat.

Hebr. 13. 13.
German. in Theoria. habetur in Bibl. PP.

1. Corint. 1. 23.

Plautus in Amph. Act. 1. scena 1. *Vt ego hic hodie raso capite caluus capiam pileum.*
Qui maris tempestatem euasissent, rasis capitibus Diis vota persoluebant. vide Lucianum in dialog. Deor.
Pomponius Arb. *Audio non licere cuiquam mortalium in mari neque vngues, neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.*
Lucianus in Dea Syria. *Certis autem notis compunguntur omnes, alii quidem in vola manus, alii autem in ceruice: inde est quod cuncti Assyrii notas inustas habent.*
Idem ibidem multa refert de Syris communia cum Hebræorum ritib.
Leuit 19. 26 27. 28.

Sed iis omnibus respondetur, id ad Crucem Christi opprobriumque pertinere, atq; ad improperium de quo monet Apostolus quod sane cupide primi Christiani hauriebant imitatione D. Petri, si Germano Constantinopolitano credimus, aut potius ipsius filii Dei exemplo: Neq; enim videtur conueniens delicata esse membra sub capite spinis horrente vt religiosissimus aiebat Bernardus. Sic nimirum Crux olim scandalũ Iudæis, stultitia Gentilibus, nunc virtus & Dei sapientia delectis & æternæ gloriæ desponsis reputatur. Adde quod præter mysticum illum significatum de quo hactenus, hieroglyphica hac nota Clerici significare omnibus volunt, felicissimos arbitrari sese, quod diuinæ seruitutis indicia ferant. Et vt Romani circumtendere mancipia solebãt testimonio quodam seruitutis, vt M. Varro Tacitusque memorant, aliquãdo etiam eosdem radebant in argumentum libertatis authore Luciano: Sic illi arbitrabantur tum libertatem se assecutos, cum primum se Deo pietatique mancipassent. Præterea significare eo ritu volebant cum è communi vita sese in portum Ecclesiasticæ disciplinæ contulissent, fugisse eos scopulos, ad quos in mundo allisa nauigia plurimorum & hausta fuisse constaret, quemadmodum fuit consuetudo vt naufragium passi vngues & capillos ponerent, eosq; è vestigio cum in terram enatassent, offerrent Deo. Deniq; cum abrasio capitum solennis in luctu olim fuerit, vt proximo capite ostendetur, tacite eo genere tonsus, alios seque monebant, proprium esse Clericorum non deflere modo, verumetiam vt Scriptura loquitur deuorare peccata populi.

3. Obiectio. Prohibuit olim Deus ne Sacerdotes comas & barbam raderent. Responsio. Verum quidem est, sed causa ibidem apponitur, cap. 19. Leuitic. quod nimirum Iudæi in Ægypto à primis annis instituti, aut eorum liberi, qui in media barbarie & væsano cultu idolorum vitam egissent, ad detestabile illud scelus magna animi propensione ferrentur: quare cum finitimæ nationes & præsertim Syri, non alios Sacerdotes ad rem diuinam adhiberent quam rasos, quique etiam corpus, vt etiamnũ Turcarum Mystæ, sanguine fuso inciderent: prouidus omnium rerum parens cum monere populum suum vellet, ne à vicinis vllam partem impie-

Digitized by Google

impietatis mutuaretur, capillos vetuit abscindere. Hanc vero propriam fuisse causam, scripturæ diuinæ verba declarant, *Non in rotundum attondebitu comam, nec radetis barbas, & super mortuo non incidetis carnes vestras, neq; figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Ego Dominus.* Adde quod vt animaduertit Isidorus, in vmbris adhuc legis, & veluti monográmo in Testaméto hærebant, sub Mosis velamento, quod cum à Christo sublatum fuerit, Sacerdotes & Clerici comas debent abiicere vt legis Mosaicæ velamentum mulieris nomine à magno Paulo diuinitus expressæ. Ad extremum fatentur omnes nubes illas veterum cerimoniarum dissipatas atq; abolitas fuisse, cum primum sol veritatis resplenduit.

Restat vltima Obiectio ex duobus summis viris Hieronymo Epiphanioq; deprompta, quę facile expediri potest. Nam si quis prioris quidem Commentarios in manus sumet in 44. caput Ezechielis & in 3. & 6. Isaiæ liquido comperiet, tria duntaxat illum in animo habuisse. 1. vt morem Ethnicorum repudiandum esse doceat, tonsuram item vsque ad cutem sine vllo pilorum vestigio, & frequentem radendæ barbæ consuetudinem, præsertim apud Orientis populos vbi longe promissiorem quam in Occidente barbam alere consueuerant. Quod attinet ad Epiphanium eos tantum reprehendere comatulos voluit qui capillos in gradus formant, calamistris inurunt, varie discriminant, Ne inquit meretricio more ob comam efferaris hæc enim ipsius verba sunt Constitutiones Apostolicas proferentis quas honorifico nomine Diuinam Scripturam vocat, quasq; non alias fingere animo & cogitare possumus quam quæ nomine Clementis vulgantur. Huiusmodi enim monitiones grauissimorum virorum plurimæ in monumentis reperiuntur tum sacris tum prophanis. Idem Epiphanius ob eandem hanc causam Mesopotamiæ Monachos exagitat, Qui muliebres producerent comas cum è contra laudet Ecclesia filios in tonsura reuerendos. Hac igitur in re vt in omnibus aliis abusus tollamus, & laudabilem vsum retineamus, neque vlla ratione committamus, vt propter aduentitia quædam rem ipsam perdidisse videamur.

Epiphan. hær. 80.

Constit. Clem. l. 1. c. 4.

DE TONSVRA PROPRIA RELIGIOSORVM ET NONNARVM.

CAPVT XX.

Dionysius l. Hierarchiæ eccles. c. 6. *Vbi iste illa omnia continenter promiserit, consignans eum crucis signo Sacerdos, tondet trinas diuinæ beatitudinis personas inclamans, exutumque veste omni, alia induit.* & infra. *Porro tonsura crinium vitam mundissimam indicat & nulla figura fucatam.*

SI verum est Magni Augustini eximii Doctoris effatum, omnia quæ communi Ecclesiæ more tenentur, ad primam Apostolorum institutionem esse referenda, cum obscurum eorum initiũ in tenebris latet: omnino necesse est tonsuram ipsam religiosorum ad puram & primæuam Apostolorum doctrinam reuocare. Clare imprimis atque perspicue ipsius vox antiquitatis id cõfirmat. Diuus enim Dionysius c. 6. cœlestis Hierarchiæ docet Monachũ tonderi prius oportere, quam solitudinem capessat, & veste indui à communi aliorum more distinctam. Sanctus quoque Athanasius lib. de vera virg. idem scribit de virginibus Deo sacris. Quod pariter facit in Vitis Patrum eruditus Palladius cap. 41. & Abdias non futilis autor in vita S. Mathæi Ipsigeniam memorat Regis Æthiopum filiam huius sanctissimi Apostoli manibus castimoniæ velum excepisse.

Hieron. ep. 48 c. 3.

D. Hieronymus epist. ad Sabinian. de religiosis verba faciens Ægypti atque Syriæ, Moris inquit est in Ægypti & Syriæ Monasteriis, vt tam virgo quam vidua quæ se Deo vouerint, & sæculo renunciantes omnes delitias sæculi conculcarint, crinem Monasteriorum Matribus offerant desecandum, non intecto postea contra Apostoli voluntatem incessuræ capite, sed ligato pariter ac velato. Nec hoc quisquam præter tondentes nouit & tonsas, nisi quod quia ab omnibus fit, pœne scitur ab omnibus. Et alio in loco de vestitu harum loquens ait omnium vnum fuisse habitum, linteamini ad tergendum solum manus vsas: A viris autem separari consueuisse, ne ansam vllam hominum maledictis rumoribusq; darent.

Idem epist. 17 de obitu Paul. c. 10.

D. Ambrosius testatur idem lib. 3. de Virginibus his verbis, Tempus est soror sancta ea quæ mecum conferre soles beatæ memoriæ Liberii præcepta reuoluere, vt quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namque is cum

" is cum in Seruatoris nostri Natali ad Apostolum Petrum virginitatis ꝓfessionem vestis quoq; mutatione signaret quo enim melius die quam quo virgo posteritatem acquisiuit, atq; etiam astantibus puellis Dei cōpluribus quæ certarēt inuicem de tua societate, bonas inquit filia nuptias desiderasti. Et c. 8. lib. ad Virg. lapſ. Lugubris tibi accipienda est vestis, & mens ac membra singula digna castigatione punienda. Amputentur crines qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præbuerunt. Totum corpus iniuriis & ieiuniis maceretur cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudine placuit. Item ibidem, Nō es memorata diem Sanctum, diem Dominicæ resurrectionis in quo diuino altari te obtulisti velandam. Præterea Epist. 30. ad Sabinum respondet iis qui factum clarissimum Paulini & vxoris eius carpebant, quod multam salutem dicentes mundo, sese ad Monasterium contulissent, quique reprehendebant Christianos quod vestem mutarent & attonderentur, cum in sinum religiosæ familiæ succederent, Hæc inquit quæ corporeo aspectu fiunt turpia sacrosanctæ religionis contemplatione reuerenda sunt, vt qui ista reprehendunt ipsi in laqueos reprehensionis animas suas inducant. Paulo post eos homines cum Michole componit, quam asperius Dauid appellauit, quod insita leuitate magnū regem contempsisset, veste & incessu diuinam arcam honorantem. Operosum haud foret istiusmodi Patrum autoritates congerere, quæ veterē hunc Ecclesiæ morē contestatum faciunt: sed forte congruentius esse videatur, rei notæ mysticā significationē quæq; ad mores spectet exqrere.

Certum est atque exploratum, procreatorem omnium rerum Deum cum vastitatem populo suo comminaretur, prius Vatum prædictionibꝰ monuisse, futuros gemitus, & lamenta, & euulsiones capillorū, vt cum ore Isaiæ denunciatur, *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci.* Apud eundem cap. 3. Sic Deus luxum illius temporis vanitatemque exagitat: *In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum & lunulas & torques & monilia & armillas & mitras & discriminalia & periscelides & muranulas & olfactoriola & inaures & annulos & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria & palliola, & linteamina, & acus & specula & sindones & vittas, & theristra: & erit pro suaui odore fœtor & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium.* Quod Micheas paucioribus quidem ille verbis sed eadem vi atq; spiritu prosequitur, *Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut Aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.*

Isaia 21. 12.

Idem c. 3. v. 18. 19. &c.

Miche. 1. 16.

Communis naturę sensus id Ethnicis quoque hominibus insinuabat. Suetonius enim in vita Caligulæ meminit Regulos quosdam barbā posuisse & vxorum capita rasisse in indicium maximi luctus. fecisse id Græcos Herodoti monumentis intelligimus, & Syros authore Luciano. Soli Romani cum pro consuetudine vulgo raderentur, summittere capillū solebant in luctu & grauiori calamitate. vt de Iulio & Augusto Cæsare produnt Scriptores, cum tristem horribilemque nuntium accepissent: quod

Suet. in Caio Calig. c. 5. *Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse in indicium maximi luctus Archiui mœroris causa. Idem præstabant apud Herodotum libro quinto, histor. idem Syri apud*

quod de reis Vlpianus Iurisconſ. Seneca aliique teſtantur. Propter ſimilem igitur rationem, Religioſi vt ſe triſtes & mœrore confectos ſignificarent, tum propter proprias noxas, tum propter flagitioſam vitam cæterorum, ſibi comas præſciderunt eo more modoque, quem Paulinus deſcribit epiſt. 7. & Saluianus Maſſilienſis libro de prouident. Dei cum miſerabilem Eccleſiæ Africanæ conſuetudinem deplorat. Et quoniam ſalutis inimicus Dæmon ea tonſura viles abiectoſque reddebat, fiebat ſæpe vt Religioſi minus pii, quique inanitate commouerētur, creſcere comas non inuiti ſinerent contra morem cæterorum. Qua de re queritur D. Auguſtinus Tractatu de oper. Monach. c. 31. vbi diſerte ait Apoſtolicum illos præceptum violare & perturbare Eccleſiam. Quæ fuit etiam querela S. Epiphanii aduerſus Meſopotamię monachos & Religioſos.

Lucianum in Dea Syria. Suet. in C. Iul. c. 67. *Diligebat vſque adeo, vt audita clade Tituriana, barbam capillumque ſubmiſerit, nec antea ademerit quàm vindicaſſet.* Vlpian l. veſtem. D. de iniuriis & fam. libellis. Paulinus epiſt. 7. *Nos adeant & recuſant cō ſeruuli & compalliduli noſtri, non veſtibus pictis ſuperbi, ſed horrentibus cilicii humiles: nec chlamide curtalini, ſed ſagulis palliati: nec balteo, ſed veſte ſuccincti: nec improba attonſi capitis fronte criniti, ſed caſta informitate capillū ad cutem caſi, & inæqualiter tōſi, & deſtituta fronte præraſi, & ornatu pudicitia inornati.* Epiphan. hæreſ 80.

Nicęnum Concilium in Arabicis Canonibus adeo clarum eſt & perſpicuum, vt Iulianus impius religionis deſertor cum Monachum ſimulare voluit, radi ſe curauerit vt meminit Socrates. Et tertium Toletanū Concilium ſtatuit, vt Epiſcopi & Presbyteri tonſuram, ſaccum, & cineres illis admoueant, qui mulctam ab Eccleſia indictam pœnitentiamq; publice ſuſcipiunt. Atq; hæc princeps & palmaria eſt Tonſuræ & abraſionis ſignificatio præter eas quas ſuperiori capite attulimus. Et ſi omnia placet excutere diligentiuſque examinare, quæ in admittendis probandiſque religioſis eueniunt, ſic reperiemus, nihil myſterio vacuum, nihil quod non inſigne quoddam ad mores documentum contineat.

Socrat. l. 2. hiſt. c. 1.

Concil. Tolet. 3. can 12.

Nominis mutatio nouam quandam vitæ rationem, mundi contemptum, rerum humanarum deſpicientiam notat. Veſtitus omnis, turturis inſtar perpetuo gemere, cœleſtis ſponſi ardere cupiditate monet. Profeſſio vitam ſignificat abſconditam in Deo in Chriſto. Et quemadmodum Iob exhauſta re familiari bonis omnibus ſpoliatus capillos ſuos totondit: ita illi tonſuram circunferentes, tantum non exclamant, habere ſe nihil quod magnopere amittere vereantur, Chriſtum vnum ſibi lautæ & copioſæ hæreditatis loco eſſe, nudos ſe velle crucifixum nudum ſectari.

Iob 20 21.

Pſalm. 15. 72.

Quis vero tam delicati faſtidii homo, hac religione offendatur? quis merito queri poſſit quod res diuinæ plurimi fiant, caducæ temnantur? Quis non exclamet cum Regina Saba, O mundi Rex pollens & beate! quam felices illi tui qui in tuo domicilio habitant, qui ſemper incredibili tuæ ſapientiæ ſuauitudine perfunduntur! Quis verior Salomon, quam tu pacifer humanis generis Seruator, qui cœlum cum terra conciliauiſti? Licet vero magnus hic Salomon omnium rerum moderator & princeps magnam habeat ſeruorum varietatem, quis negare tamen poteſt, quin veluti atrienſes illi ſint, cari maxime & honorati, qui veluti in regio palatio ſemper hærent, eius mandatis obtemperant, ad omnia

prompti

prompti & expediti, quique ea gratia parentes, amicos, & fortunæ commoda reliquerunt?

Aut apparatissimum illud conuiuium & spiritale, de quo sapiens, nunquam inter homines visum & repertum fuit, aut ab iis percipitur, qui liquidarum voluptatum summam copiam & vbertatem diuinitus experiuntur, quam bonus & munificus mundi parens cum inusitato animi solatio & iucundissima quiete solet concedere.

DE VESTITV MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

Capvt XXI.

CVM intima quæ in recessu animi sunt, non nisi externo cultu in hominum cognitionem venire possint, cumque non minus sit consentaneum, vt sacri homines secernantur ab iis, qui non se Deo consecrarunt, quam vt res sacræ à prophanis discriminentur; ab omni hominum memoria diuina prouidentia voluit, vt externa in specie ac vestitu, certú inter homines esset discrimé.

Helias Thesbites 4. Regum c. 1. non vulgari ratione amictus pingitur. Consimili modo Ioannes Baptista innocentiæ specimen 3. c. D. Matthei aliique plures ab Heroe magno epist. ad Hebræos: Circuierunt inquit in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ.

Hebr. 11. v. 37.

Propter hanc ipsam rationem in Canone Arabico 76. Nicæni primi Concilii decretum fuit, vt religiosorum vestimenta deinceps à cultu laicorum distinguerentur. D. Athanasius tract. de Virginit. qua materia, forma, & colore constare debeant, diligenter explicat. Idem refert quemadmodum Magnus Antonius vir sanctissimus de pallio, tunica & cilicio priusquam ab hominibus demigraret pie disposuerit. D. Basilius epist. 1. ad D. Gregorium Nazianzenum speciatim exponit quonam modo cingi tunicam oporteat.

1. Concil Nicænum can. 76 Arabico.

Religiosi tum Monachi, tũ moniales habeant alia indumenta, & alios mores quam laici: & tondeant caput in modum corona, & cingant se.

S. Epiphanius hæresi 20. de Tonsura disputat deque vestitu eorum qui Deo consecrantur.

L. 5. C. de Episc. audient.

D. Gregorius Nazianzenus orat. 12. quam præsente Genitore dixit de reconciliandis Monachis, ponit ante oculos qualis debeat eorum esse cultus, incessus, & vitæ ratio. Imperatores Theodosius, Arcadius & Honorius Edicto expresse vetuerunt ne mimi & Histriones religiosorum vestitum in theatrum inducerent. Diuus Ioannes Chrysostomus hom. 56. ad popul. Antioch. & 69. in Matth. de vestimentis loquitur è caprarum & camelorum pilis confectis, quæ sui temporis Religiosi ferebant eorum imitatione qui vitam in terra cœlestium æmulabantur, Heliæ, Ioannis Baptistæ, Apostolorum. Ioannes Cassian. lib. 1. de Institutis Cœnobiorum, copiose de hac tota re disputat, & imprimis cucullum innocentiam & simplicitatem paruulorum ait exprimere.

Cassian. l. 1. c. 2. & 5. 4.

Sozomenus lib. 3. historiæ cap. 13. prodit Tabennesiotas cultu fuisse à reliquis Ægypti Monachis differentes, & velamentorum significationes tropologicas & morales persequitur. Theodoretus in historia Sanctorum Patrum de eorundem ciliciis tunicisque memorat. Cum Tertullianus ad Christianam religionem animum appulit, quod contigit Imperatoris Seueri anno quinto, abiecit Togam, palliumq; sumpsit religiosis hominibus vsitatum, vt externo hoc cultu Christianam simplicitatem innueret. Et quoniam à facetis quibusdam hominibus ea causa fuit irrisus, scripsit librum de Pallio, qui primum in eius operibus sibi locum vendicat.

Theodor. in hist. Patr. c. 14.

Ambr. l. 1 ad virg. Lapsi. c. 5.

D. Ambrosius lib. 1. ad Virg. lapsam, reuocat in memoriam eum diem, quo sancto altari admota velum exceperat. Et lib. 3. de virginibus refert Papæ Liberii verba quibus mirabilis ille Pontifex vsus fuerat in velanda Marcellina in Natalitiis Christi. Et in Epist. 36. quandam veluti pertexit Apologiam pro clarissimo viro Paulino atque eius vxore, qui cum mundo valedixissent, vestem Religiosorum induerant, eosque vehementius increpat, qui eum ornatum contemnerent, cum tamen Isidis Sacerdotum cultum boni consulerent qui vsque ad supercilia ipsa radi consueuerant, hortatur autem Religiosos vt insolentium hominum dicta & cauillationes magno animo perferant exemplo Moysis qui Christi Seruatoris opprobrium regiæ pompæ & Pharaonis palatio honoribusq; prætulisset, Dauidis quoque æmulatione qui ante Arcam in luce & conspectu vniuersi populi tripudiasset, exemplo denique Isaiæ, qui nudis pedibus per vrbem ingrediens prædictiones futurarum rerum fundebat.

Exod. 2.
2 Reg. 6. 16.
Isai. 20.

D. Hieronymus in vita S. Pauli primi solitudinis cultoris fuse disputat de tunica sanctissimi illius viri è foliis palmæ confecta, quam veluti propriam hæreditatem creuit deinde Magnus Antonius, nec nisi solennibus diebus Paschæ & Pentecostes, honoris & religionis causa gestabat. Idem ipse Doctor in vita Sancti Hilarionis narrat quemadmodum vir ille diuinus Hesychio discipulo suo reliquerit moriens Euangelium suum tunicam sacceam, cucullum & palliolum. Et epistol. 4. ad Rusticum cap. 2. monet,

d by Google

2.monet, vt quid vestis ipsa significet, qua induitur, diligentius apud se reputet. Et rursum epist.8.cap.3. Demetriadi memorat Eustochium Paulæ filiam subito pretiosa monilia & graues censibus vniones ardentesque gemmas abiecisse, & prouolutam ad matris pedes iacuisse, vili palliolo intectam. Et epist.15. ad Marcellam, idem de Asella recitat, quam ait loco pretiosissimæ vestis, qua sibi antea vehementer placebat, tunicam fusciorem induisse, vt eo instructu mundi vanitatem luxumque damnaret.

Concilium Carthaginense 4.cap,11.statuit,vt Virgo cum velanda ad Episcopum accesserit,ea ipsa veste amiciatur, qua vti reliquo vitæ cursu debet. Et cap.104. declarat viduam in eam Apostoli damnationem incurrisse,cum religiosam vestem ponit,vt matrimonium ineat. S. August. in epist.109. quam ad Nonnas siue Moniales scribit, monet vt omnem vestium luxum & præsertim in teneris capitum tegminibus vitent. Seuerus Sulpitius in vita Sancti Martini cap.7. austeram vitæ rationem oratione sua percurrens,quam Turonensis Monasterii religiosi complectebantur,ex iis multos ait camelorum setis fuisse amictos.

Post hæc tanta veteris æui testimonia,qui vestitum religiosorum sibi exagitandum sumeret, is profecto à contumelia Constantini Copronymi non longe abesse videretur,qui Monachos in Amphitheatra omnium irrisione ludendos immittebat. Ad eorum sanctissimas functiones gradum faciamus, & breuiter eorum occasione de horis canonicis tractemus. *Cedrenus in Copronymo.*

DE

S. Epiphanius hæresi 20. de Tonsura disputat deque vestitu eorum qui Deo consecrantur.

L.5.C.de Episc. audient. D. Gregorius Nazianzenus orat. 12. quam præsente Genitore dixit de reconciliandis Monachis, ponit ante oculos qualis debeat eorum esse cultus, incessus, & vitæ ratio. Imperatores Theodosius, Arcadius & Honorius Edicto expresse vetuerunt ne mimi & Histriones religiosorum vestitum in theatrum inducerent. Diuus Ioannes Chrysostomus hom. 56. ad popul. Antioch. & 69. in Matth. de vestimentis loquitur è caprarum & camelorum pilis confectis, quæ sui temporis Religiosi ferebant eorum imitatione qui vitam in terra cœlestium æmulabantur, Heliæ, *Cassian.l.1.c.2. & 5.4.* Ioannis Baptistæ, Apostolorum. Ioannes Cassian. lib. 1. de Institutis Cœnobiorum, copiose de hac tota re disputat, & imprimis cucullum innocentiam & simplicitatem paruulorum ait exprimere.

Sozomenus lib. 3. historiæ cap. 13. prodit Tabennesiotas cultu fuisse à reliquis Ægypti Monachis differentes, & velamentorum significatio- *Theodor. in hist. Patr. c.14.* nes tropologicas & morales persequitur. Theodoretus in historia Sanctorum Patrum de eorundem ciliciis tunicisque memorat. Cum Tertullianus ad Christianam religionem animum appulit, quod contigit Imperatoris Seueri anno quinto, abiecit Togam, palliumq; sumpsit religiosis hominibus vsitatum, vt externo hoc cultu Christianam simplicitatem innueret. Et quoniam à facetis quibusdam hominibus ea causa fuit irrisus, scripsit librum de Pallio, qui primum in eius operibus sibi locum vendicat.

Ambr. l.1 ad virg. Lapsf c.5. D. Ambrosius lib. 1. ad Virg. lapsam, reuocat in memoriam eum diem, quo sancto altari admota velum exceperat. Et lib. 3. de virginibus refert Papæ Liberii verba quibus mirabilis ille Pontifex vsus fuerat in velanda Marcellina in Natalitiis Christi. Et in Epist. 36. quandam veluti pertexit Apologiam pro clarissimo viro Paulino atque eius vxore, qui cum mundo valedixissent, vestem Religiosorum induerant, eosque vehementius increpat, qui eum ornatum contemnerent, cum tamen Isidis Sacerdotum cultum boni consulerent qui vsque ad supercilia ipsa radi consueuerant, hortatur autem Religiosos vt insolentium hominum dicta & ca- *Exod. 2.* uillationes magno animo perferant exemplo Moysis qui Christi Serua- *2. Reg. 6. 16.* toris opprobrium regiæ pompæ & Pharaonis palatio honoribusq; præ- *Isai. 20.* tulisset, Dauidis quoque æmulatione qui ante Arcam in luce & conspectu vniuersi populi tripudiasset, exemplo denique Isaiæ, qui nudis pedibus per vrbem ingrediens prædictiones futurarum rerum fundebat.

D. Hieronymus in vita S. Pauli primi solitudinis cultoris fuse disputat de tunica sanctissimi illius viri è foliis palmæ confecta, quam veluti propriam hæreditatem creuit deinde Magnus Antonius, nec nisi solennibus diebus Paschæ & Pentecostes, honoris & religionis causa gestabat. Idem ipse Doctor in vita Sancti Hilarionis narrat quemadmodum vir ille diuinus Hesychio discipulo suo reliquerit moriens Euangelium suum tunicam sacceam, cucullum & palliolum. Et epistol. 4. ad Rusticum cap. 2. monet,

Digitized by Google

2. monet, vt quid vestis ipsa significet, qua induitur, diligentius apud se reputet. Et rursum epist. 8. cap. 3. Demetriadi memorat Eustochium Paulæ filiam subito pretiosa monilia & graues censibus vniones ardentesque gemmas abiecisse, & prouolutam ad matris pedes iacuisse, vili palliolo intectam. Et epist. 15. ad Marcellam, idem de Asella recitat, quam ait loco pretiosissimæ vestis, qua sibi antea vehementer placebat, tunicam fusciorem induisse, vt eo instructu mundi vanitatem luxumque damnaret.

Concilium Carthaginense 4. cap. 11. statuit, vt Virgo cum velanda ad Episcopum accesserit, ea ipsa veste amiciatur, qua vti reliquo vitæ cursu debet. Et cap. 104. declarat viduam in eam Apostoli damnationem incurrisse, cum religiosam vestem ponit, vt matrimonium ineat. S. August. in epist. 109. quam ad Nonnas siue Moniales scribit, monet vt omnem vestium luxum & præsertim in teneris capitum tegminibus vitent. Seuerus Sulpitius in vita Sancti Martini cap. 7. austeram vitæ rationem oratione sua percurrens, quam Turonensis Monasterii religiosi complectebantur, ex iis multos ait camelorum setis fuisse amictos.

Post hæc tanta veteris æui testimonia, qui vestitum religiosorum sibi exagitandum sumeret, is profecto à contumelia Constantini Copronymi non longe abesse videretur, qui Monachos in Amphitheatra omnium irrisione ludendos immittebat. Ad eorum sanctissimas functiones gradum faciamus, & breuiter eorum occasione de horis canonicis tractemus. *Cedrenus in Copronymo.*

DE

DE HORIS CANONICIS QVÆ VVLGO IN TEMPLIS TVM A RELIGIOSIS TVM AB ALIIS RECITARI SOLENT.

Capvt XXII.

CVM primum Christiana fides & piæ religionis disciplina, è spelæis desertisque locis atque abdita è solitudine in apertam lucem prodire cœpit, quod tempore magni Constantini contigit: si quos improbo animarum hostis reperire potuit emissarios, & furentis malitiæ suæ adiutores, ad turbandum Ecclesiæ otium & tranquillitatem, eos ipsos in Religiosos armauit, quos mystici corporis Ecclesiæ potiores esse partes videbat: idque bellum & consceleratam impressionem duobus maxime modis sibi instituendum existimauit, vi nimirum imperioque summo, tum etiam excogitata malitia & calliditate.

Primus omnium & astutia doloq; importunissimus, si dominari diutius potuisset, fuit Iulianus Christianæ religionis desertor, qui non tam armis & cruciatuum vi Christianos & maxime religiosos vexauit, quibus vt meminit Gregor. Nazianzen. martyrii decus & honorem inuidebat, quam variis artibus subtilique machinatione callidissimi ingenii: cuius omnem industriam ponebat in exagitandis varie illis hominibus qui primitiæ sunt gregis Christi, columnæ Ecclesiæ coronæque, fidei decora (vt Theologus ille idem Orientis lumen loquitur) polita illius Templi saxa cuius Seruator hominum Christus lapis angularis est & fundamentum.

Post importatam à Iuliano vexationem sequuta est Valẽtis impietas, qui magnum Basilium nimis barbare inhumaniterq; tractauit. Edictum is Imperator emisit, quo propositis exquisitis suppliciis horribilibusque pœnæ generibus, Monachos omnes ad militiam capessendam adegit armaq; ferenda. Quod væsani hominis imperium nimium quantũ Dei seruos solicitos habuit, quod qui iussa detrectarent, contumeliosissime atque

Digitized by Google

atque indignissimè raptarentur. Sed qui magnifica olim pollicitatione dixit, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, breui temporis interiecto spatio, furiosi tyranni immanitatem coercuit: nam cum Valens fuso fugatoque exercitu in pastoritiam casam fugisset, igne iniecto, cum delectis viris è primaria nobilitate vstus fuit, & miserabiliter consumptus, sicut & priorem illum, post breuissimi imperii vsuram, telum diuinitus immissum confecit.

In horum tamen vestigia notata cruore innocentium, Constantinus nomine infami Copronymus est ingressus, qui animi sui ferociam & immanitatem exprompsit in Religiosos, quos non modo inusitato supplicio affecit, sed omni genere cõtumeliæ sic depressit, vt pæne oppressi viderentur, cum prouidit humani generis bonus parens, qui Copronymo vita & scelere spoliato Leonem filium subrogauit hominem maximè comem & humanum, mox etiam Augustam Irenen quæ ruentis Ecclesiæ damna sarciit, religiosorum ordines recreauit, & bonis omnibus commodisque nudatos singulari munificentia locupletauit.

Huius lectissimæ mulieris pietatem excepit deinde Nicephorus Imperator incredibili quodam studio & amore erga homines Deo sacros. Sed paulo post vt verissimum id effatum esse videatur hominis vitam militiam esse in terra: antiquus & capitalis Ecclesiæ hostis nouam tempestatem nimbumque horribilem ciet, contaminato spiritu Leonis Armenii, qui non modo exagitauit Monachos, verum etiam alios omnes qui illi vitæ rationi fauerent, quos nudabat fortunæ bonis, carcere, vinclis, exilio puniebat, omni ope artificioque torquebat. Neque tamen in eo cursu improbitatis atque nequitiæ diu versatus est: nam cum aliquando fugisset ad aram tanquam ad certissimum vitæ præsidium, ibi à furente milite obtruncatus fuit, neque passa est diuinæ mentis æquitas in eo loco esse homini asyli perfugium, quem locum scelere antea perfidiaque violasset.

His exemplis quæ ex Veterum annalibus eruuntur, iungi posset miseranda seculi nostri perturbatio atque vastitas, qua prouinciæ illæ afflictæ sunt, ad quas flamma impuræ hæreseos penetrare potuit: nam non modo euersæ illorum domus, dissipata monasteria, expilatæ opes atq; direptæ: verum & corpora ipsa magnis religionibus Deo dicata, tot fuerunt tantisque suppliciis, tam impia tamque inaudita crudelitate lacerata, vt satis constaret eam exprompram immanitatem non tam ab humano ingenio proficisci quàm ab infesto & inueterato Satanæ odio, quo tam illustrem florem pietatis & filii Dei patrimonium cupit euertere.

Et vt illi vi & violentia sunt vsi apertoque prælio ad nocendum: ita multi aliud oppugnandi genus adhibuerunt minus quidem cruentum & barbarum, non minus tamen opinor formidolosum: cum studio omni & industria contenderent vt famosis libellis, versiculis, aliisque ingenii monumentis, contumelia, maledictis, nomen Religiosorum violarent.

larent. Sanctissimi Hieronymi tempore dæmon improbus duos excitauit, Romæ Iouinianum, Vigilantium in Gallia, quorum vnus matrimonium anteferebat castimoniæ, alter eodem in loco dignitatis atque meriti opulentiam piamque paupertatem locabat, vterque verò religiosæ vitæ perniciem moliebatur.

Longo post tempore Vviclefus in religiosum statum vim & arma sua conuertit, cum diceret id vitæ genus ab insulsis hominibus excogitatum; nihil esse plenius atque perfectius communi conditione quàm salutis nostræ parens & Seruator inuexisset: Id totum quod à Monachis fieret repugnare parentũ venerationi & Decalogo. Quæ somnia insanissimaq; mendacia doctè refellit atq; egregie Thomas Vvaldêsis, & inepti hominis insolentiam refutauit, qui haud satis mirari poterat quomodo is hæreticus Manetis potius stylum impium ad oppugnandam religiosam vitam adhiberet, & non potius D. Augustini commentationes atque eruditam sanctitatem, ad eandem propugnandam. Concilia omnino duo huic errori opposuerunt se, à quibus fuit penitus sepultus obrutusque, alterum celebratum fuit Romæ Ioannis 22. summi Pontificis auspiciis, alterum Constantiæ Martini quinti autoritate, quorum decretis Conciliorum atque sententiis, huius hominis infandæ hæreseos architecti memoria, è tabulis Ecclesiæ erasa fuit, cadauer eius è Maiorum cœmeterio effossum coniectumque in cloacam.

Thomas Vvaldens. libr. de Sacram. tit 9. a cap. 83.

Concil. Constantiens. sess. 45. & alib.

Præterito sæculo atque adeo hoc ipso in quo viuimus, non ferax minus vberque fuit impietas in iis generandis, qui dictorum importunitate geminaque audacia religiosi nominis dignitatem carperent, & Ecclesiæ hunc florem malitiose infringerent, quem nescio quo fato acerbissimis odiis prosequuntur. Lutherus inter alias contumelias quas in hoc vitæ genus euomuit, nullum esse Religiosum aiebat in Papatu, qui non corpus suum idolo Moloch quasi victimam inauspicatam offerret. Caluinus eorundem vota, dæmonis esse quædam retia contendit. Melanchthon ritus appellat è Mahumetis perfidia pullulantes qui Alcoranum redoleant. Denique ad hoc tempus nemo fuit Ecclesiæ perduellis, qui ore aut scripto non religiosos petierit, qui non plusquam Vatiniano odio sit eorum nomen, professionem & conditionem insectatus, qui non pro virili parte in omnium contemptum eos adduxerit. Sunt quidem in ea re similes Pharaonis superbissimi quondam in Ægypto crudelissimique tyranni, qui pueros infantes Hebræorum, statim ac lucem vidissent extinguendos & necandos curabat, eas tantum mulierculas retinebat, à quibus nihil periculi & molestiarum timeri posse videbatur.

Expertus sanè hoc quidem est sanctissimus Benedictus, in nouitio suo grege: nam vt memorat S. Gregorius, cum bonorum omnium hostis prouideret multos & speciosissimos in Ecclesiam fructus ex eo instituto redundaturos, Florentem nescio quem excitauit maleuolentia ieiunum aliosque sceleratæ factionis duces, vt veneno diuinum hominem è

nem è medio tollerent. Sed cum Deus inexpiabile id facinus auertisset, quippe scyphus salutari signo crucis in varias partes dissiluit, aliud quoddam homini consilium dæmon iniecit ad tenellas noui Ordinis plantas nequitia & libidine adurendas. Sed non diu impunita fuit perditi hominis improbitas, nam cum labentis vnius domus ruina fuisset inuolutus, pœnas diuino iudicio dependit, qui nobile vnum domicilium virtutis & sanctitatis subruere atque penitus euertere moliebatur.

Aliquot deinde post ætatibus, ad deprauatos hominum mores diuinitus expoliendos, Sapiens mundi gubernator Deus Ecclesiæ suæ prouidit Ordines duos moribus inclytos, doctrina mirabili excultos, Franciscanorum & Dominicanorum, in quo subito is qui Cedros & omnem Libani gloriam dehonestare cupit hostili odio & inflammata perfidia incurrit. Nam Gulielmi cuiusdam Matisconensis pectus dira inuidiæ contagione compleuit, atque alterius nomine Giraldi Doctoris Parisiensis, duorum post homines natos cœca impietate furentium, vt omnibus ingenii viribus & contentione, ore, scriptis duos illos nouarum copiarum duces in odium & offensionem vocarent, Ordinum leges diuinitus excogitatas probatasque Summorum Pontificum iudicio conuellerent, palam & publice dicerent iis minimè licitum esse aut emendicare, aut dare operam studiis, aut concionari ad populum, aut denique pie de peccatis confitentes audire. Itaque vehemens quædam & periculosissima tempestas coorta est, & nauiculæ illæ duæ diuino instinctu ornatuque volitantes naufragio abiectæ fuerunt toto mari inuidiæ flabris & sæculi turbinibus horrescente. Quippe illi duo hominũ existimatione florentes & doctrinæ opinione inflati, callidis artibus & disputandi subtilitate multos in fraudem induxerant, non modo ex leuitate populari, sed ipsa primaria nobilitate & delectis reipublicæ viris, qui ad eosdem maleuolentiæ scopulos adhæserant. Sed hunc tantum tamque nefarium conatum religiosissimi duo viri studiorum laude præstantes, virtute clarissimi, æui sui lumina fregerunt, Thomas Aquinas è familia D. Dominici, & Bonauentura Ordinis Franciscani Principibus, quorum alter scripsit Apologiam pauperum acrem & agentem, miro pietatis splendore illuminatam, alter eruditissimos Commentarios elaborauit aduersus Religionis inimicos, queis à Dauidis aurea testudine initium dedit, Ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput.

Gulielmus Matisconensis citatus Romam fuit nominatim Alexandri IV. Summi Pontificis imperio, & sistere se coactus in cœtu Patrum purpuratorum, auribus excipere purgationem duorum Ordinum quos impotenter paulo ante oppugnauerat, haurire oculis funestum spectaculum, quo famosus illius liber vrebatur, quo tempore vidit subito se omni dignitate Ecclesiæ nudari, bonis spoliari, è Galliæ finibus eiici in perpetuum, Ludouici sapientissimi Regis decreto. Giraldus autem non tam comem & humanam Dei vindicis manum sensit: nam paulo post

Digitized by Google

DE TONSVRA PROPRIA RELIGIOSORVM ET NONNARVM.

Caput XX.

Dionysius l. Hierarchiæ eccles. c 6. Vbi iste illa omnia continenter promiserit, consignans eum crucis signo Sacerdos, tondet trinas diuinæ beatitudinis personas inclamans, exutumq; veste omni, alia induit. & infra. Porro tonsura crinium vitam mundissimam indicat & nulla figura fucatam.

SI verum est Magni Augustini eximii Doctoris effatum, omnia quæ communi Ecclesiæ more tenentur, ad primam Apostolorum institutionem esse referenda, cum obscurum eorum initiũ in tenebris latet: omnino necesse est tonsuram ipsam religiosorum ad puram & primæuam Apostolorum doctrinam reuocare. Clare imprimis atque perspicue ipsius vox antiquitatis id cõfirmat. Diuus enim Dionysius c. 6. cœlestis Hierarchiæ docet Monachũ tonderi prius oportere, quam solitudinem capessat, & veste indui à communi aliorum more distinctam. Sanctus quoque Athanasius lib. de vera virg. idem scribit de virginibus Deo sacris. Quod pariter facit in Vitis Patrum eruditus Palladius cap. 41. & Abdias non futilis autor in vita S. Mathæi Ipsigeniam memorat Regis Æthiopum filiam huius sanctissimi Apostoli manibus castimoniæ velum excepisse.

Hieron. ep. 48 c. 3.

D. Hieronymus epist. ad Sabinian. de religiosis verba faciens Ægypti atque Syriæ, „ Moris inquit est in Ægypti & Syriæ Monasteriis, vt tam vir„ go quam vidua quæ se Deo vouerint, & sæculo renunciantes omnes „ delitias sæculi conculcarint, crinem Monasteriorum Matribus offerant „ desecandum, non intecto postea contra Apostoli voluntatem incessurę „ capite, sed ligato pariter ac velato. Nec hoc quisquam præter tondentes nouit & tonsas, nisi quod quia ab omnibus fit, pœne scitur ab omnibus. Et alio in loco de vestitu harum loquens ait omnium vnum fuisse habitum, linteamini ad tergendum solum manus vsas: A viris autem separari consueuisse, ne ansam vllam hominum maledictis rumoribusq; darẽt.

Idem epist. 17 de obitu Paul. c. 10.

D. Ambrosius testatur idem lib. 3. de Virginibus his verbis, Tempus est „ soror sancta ea quæ mecum conferre soles beatæ memoriæ Liberii præ„ cepta reuoluere, vt quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namque is cum

is cum in Seruatoris nostri Natali ad Apostolum Petrum virginitatis ꝓfessionem vestis quoq; mutatione signaret quo enim melius die quam quo virgo posteritatem acquisiuit, atq; etiam astantibus puellis Dei cõpluribus quæ certarẽt inuicem de tua societate, bonas inquit filia nuptias desiderasti. Et c. 8. lib. ad Virg. lapſ. Lugubris tibi accipienda est vestis, & mens ac membra singula digna castigatione punienda. Amputentur crines qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præbuerunt. Totum corpus iniuriis & ieiuniis maceretur cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudine placuit. Item ibidem, Nõ es memorata diem Sanctum, diem Dominicæ resurrectionis in quo diuino altari te obtulisti velandam. Præterea Epist. 30. ad Sabinum respondet iis qui factum clarissimum Paulini & vxoris eius carpebant, quod multam salutem dicentes mundo, sese ad Monasterium contulissent, quique reprehendebant Christianos quod vestem mutarent & attonderentur, cum in sinum religiosæ familiæ succederent, Hæc inquit quæ corporeo aspectu fiunt turpia sacrosanctæ religionis contemplatione reuerenda sunt, vt qui ista reprehendunt ipsi in laqueos reprehensionis animas suas inducant. Paulo post eos homines cum Michole componit, quam asperius Dauid appellauit, quod insita leuitate magnũ regem contempsisset, veste & incessu diuinam arcam honorantem. Operosum haud foret istiusmodi Patrum autoritates congerere, quæ veterẽ hunc Ecclesiæ morẽ contestatum faciunt: sed forte congruentius esse videatur, rei notæ mysticã significationẽ quæq; ad mores spectet exqrere.

Certum est atque exploratum, procreatorem omnium rerum Deum cum vastitatem populo suo comminaretur, prius Vatum prædictionib9 monuisse, futuros gemitus, & lamenta, & euulsiones capillorũ, vt cum ore Isaiæ denunciatur, *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & adplanctum, ad caluitium & ad cingulum sacci.* Apud eundem cap. 3. Sic Deus luxum illius temporis vanitatemque exagitat: *In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum & lunulas & torques & monilia & armillas & mitras & discriminalia & periscelides & muranulas & olfactoriola & inaures & annulos & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria & palliola, & linteamina, & acus & specula & sindones & vittas, & theristra: & erit pro suaui odore fœtor & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium.* Quod Micheas paucioribus quidem ille verbis sed eadem vi atq; spiritu prosequitur, *Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut Aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.*

Isaia 21. 12.

Idem c. 3. v. 18. 19. & c.

Michæ. 1. 16.

Communis naturę sensus id Ethnicis quoque hominibus insinuabat. Suetonius enim in vita Caligulæ meminit Regulos quosdam barbã posuisse & vxorum capita rasisse in indicium maximi luctus. fecisse id Græcos Herodoti monumentis intelligimus, & Syros authore Luciano. Soli Romani cum pro consuetudine vulgo raderentur, summittere capillũ solebant in luctu & grauiori calamitate. vt de Iulio & Augusto Cæsare produnt Scriptores, cum tristem horribilemque nuntium accepissent: quod

Suet. in Caio Calig. c. 5. *Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse in indicium maximi luctus Archiui mœroris causa. Idem præstabant apud Herodotum libro quinto, histor. idem Syri apud*

Digitized by Google

quod de reis Vlpianus Iurisconſ. Seneca aliique teſtantur. Propter ſimilem igitur rationem, Religioſi vt ſe triſtes & mœrore confectos ſignificent, tum propter proprias noxas, tum propter flagitioſam vitam cæterorum, ſibi comas præſciderunt eo more modoque, quem Paulinus deſcribit epiſt. 7. & Saluianus Maſſilienſis libro de prouident. Dei cum miſerabilem Eccleſiæ Africanæ conſuetudinem deplorat. Et quoniam ſalutis inimicus Dæmon ea tonſura viles abiectoſque reddebat, fiebat ſæpe vt Religioſi minus pii, quique inanitate commouerētur, creſcere comas non inuiti ſinerent contra morem cæterorum. Qua de re queritur D. Auguſtinus Tractatu de oper. Monach. c. 31. vbi diſerte ait Apoſtolicum illos præceptum violare & perturbare Eccleſiam. Quæ fuit etiam querela S. Epiphanii aduerſus Meſopotamię monachos & Religioſos.

Lucianum in Dea Syria. Suet. in C. Iul. c. 67. *Diligebat vſque adeo, vt audita clade Tituriana, barbam capillumque ſubmiſerit, nec antea ademerit quàm vindicaſſet.* Vlpian. l. veſtem. D. de iniuriis & fam. libellis. Paulinus epiſt. 7. *Nos adeant & renuſant cō ſeruuli & compallidi noſtri, non veſtibus pictis ſuperbi, ſed horrentibus cilicis humiles: nec chlamide curtalini, ſed ſagulis cīnctati: nec balteo, ſed veſte ſuccincti: nec improba attonſi capitis fronte criniti, ſed caſta informitate capillū ad cutem caſi, & inæqualiter tōſi, & deſtituta fronte prærasi, & ornatu pudicitiæ inornati.* Epiphan. hæreſ. 80.

Nicęnum Concilium in Arabicis Canonibus adeo clarum eſt & perſpicuum, vt Iulianus impius religionis deſertor cum Monachum ſimulare voluit, radi ſe curauerit vt meminit Socrates. Et tertium Toletanū Concilium ſtatuit, vt Epiſcopi & Presbyteri tonſuram, ſaccum, & cineres illis admoueant, qui mulctam ab Eccleſia indictam pœnitentiamq; publice ſuſcipiunt. Atq; hæc princeps & palmaria eſt Tonſuræ & abraſionis ſignificatio præter eas quas ſuperiori capite attulimus. Et ſi omnia placet excutere diligentiuſque examinare, quæ in admittendis probandiſque religioſis eueniunt, ſic reperiemus, nihil myſterio vacuum, nihil quod non inſigne quoddam ad mores documentum contineat.

Socrat. l. 2. hiſt. c. 1.

Concil. Tolet. 3. can 12.

Nominis mutatio nouam quandam vitæ rationem, mundi contemptum, rerum humanarum deſpicientiam notat. Veſtitus omnis, turturis inſtar perpetuo gemere, cœleſtis ſponſi ardere cupiditate monet. Profeſſio vitam ſignificat abſconditam in Deo in Chriſto. Et quemadmodum Iob exhauſta re familiari bonis omnibus ſpoliatus capillos ſuos totondit: ita illi tonſuram circunferentes, tantum non exclamant, habere ſe nihil quod magnopere amittere vereantur, Chriſtum vnum ſibi lautæ & copioſæ hæreditatis loco eſſe, nudos ſe velle crucifixum nudum ſectari.

Iob 20 21.

Pſalm. 15. 72.

Quis vero tam delicati faſtidii homo, hac religione offendatur? quis merito queri poſſit quod res diuinæ plurimi fiant, caducæ temnantur? Quis non exclamet cum Regina Saba, O mundi Rex pollens & beate! quam felices illi tui qui in tuo domicilio habitant, qui ſemper incredibili tuæ ſapientiæ ſuauitudine perfunduntur! Quis verior Salomon, quam tu pacifer humanis generis Seruator, qui cœlum cum terra conciliauiſti? Licet vero magnus hic Salomon omnium rerum moderator & princeps magnam habeat ſeruorum varietatem, quis negare tamen poteſt, quin veluti atrienſes illi ſint, cari maxime & honorati, qui veluti in regio palatio ſemper hærent, eius mandatis obtemperant, ad omnia

prompti

Digitized by Google

prompti & expediti, quique ea gratia parentes, amicos, & fortunæ commoda reliquerunt?

Aut apparatissimum illud conuiuium & spiritale, de quo sapiens, nunquam inter homines visum & repertum fuit, aut ab iis percipitur, qui liquidarum voluptatum summam copiam & vbertatem diuinitus experiuntur, quam bonus & munificus mundi parens cum inusitato animi solatio & iucundissima quiete solet concedere.

DE VESTITV MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

CAPVT XXI.

CVM intima quæ in recessu animi sunt, non nisi externo cultu in hominum cognitionem venire possint, cumque non minus sit consentaneum, vt sacri homines secernantur ab iis, qui non se Deo consecrarunt, quam vt res sacræ à prophanis discriminentur; ab omni hominum memoria diuina prouidentia voluit, vt externa in specie ac vestitu, certũ inter homines esset discrimẽ.

Helias Thesbites 4. Regum c. 1. non vulgari ratione amictus pingitur. Consimili modo Ioannes Baptista innocentiæ specimen 3. c. D. Matthæi aliique plures ab Heroe magno epist. ad Hebræos: Circuierunt inquit in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ.

Hebr. 11. v. 37.

Propter hanc ipsam rationem in Canone Arabico 76. Nicæni primi Concilii decretum fuit, vt religiosorum vestimenta deinceps à cultu laicorum distinguerẽtur. D. Athanasius tract. de Virginit. qua materia, forma, & colore constare debeant, diligenter explicat. Idem refert quemadmodum Magnus Antonius vir sanctissimus de pallio, tunica & cilicio priusquam ab hominibus demigraret pie disposuerit. D. Basilius epist. 1. ad D. Gregorium Nazianzenum speciatim exponit quonam modo cingi tunicam oporteat.

1. Concil Nicænum can. 76 Arabico.

Religi si tum Monachi, tũ moniales habeant alia indumenta, & alios mores quam laici: & tondeant caput in modum coronæ, & cingant se.

Digitized by Google

S. Epiphanius hæresi 20. de Tonsura disputat deque vestitu eorum qui Deo consecrantur.

L. 5. C. de Episc. audient.

D. Gregorius Nazianzenus orat. 12. quam præsente Genitore dixit de reconciliandis Monachis, ponit ante oculos qualis debeat eorum esse cultus, incessus, & vitæ ratio. Imperatores Theodosius, Arcadius & Honorius Edicto expresse vetuerunt ne mimi & Histriones religiosorum vestitum in theatrum inducerent. Diuus Ioannes Chrysostomus hom. 56. ad popul. Antioch. & 69. in Matth. de vestimentis loquitur è caprarum & camelorum pilis confectis, quæ sui temporis Religiosi ferebant eorum imitatione qui vitam in terra cœlestium æmulabantur, Heliæ, Ioannis Baptistæ, Apostolorum. Ioannes Cassian. lib. 1. de Institutis Cœnobiorum, copiose de hac tota re disputat, & imprimis cucullum innocentiam & simplicitatem paruulorum ait exprimere.

Cassian. l. 1. c. 2. & 3. 4.

Sozomenus lib. 3. historiæ cap. 13. prodit Tabennesiotas cultu fuisse à reliquis Ægypti Monachis differentes, & velamentorum significationes tropologicas & morales persequitur. Theodoretus in historia Sanctorum Patrum de eorundem ciliciis tunicisque memorat. Cum Tertullianus ad Christianam religionem animum appulit, quod contigit Imperatoris Seueri anno quinto, abiecit Togam, palliumq; sumpsit religiosis hominibus vsitatum, vt externo hoc cultu Christianam simplicitatem innueret. Et quoniam à facetis quibusdam hominibus ea causa fuit irrisus, scripsit librum de Pallio, qui primum in eius operibus sibi locum vendicat.

Theodor. in hist. Patr. c. 14.

Ambr. l. 1 ad virg. Laps. c. 7.

D. Ambrosius lib. 1. ad Virg. lapsam, reuocat in memoriam eum diem, quo sancto altari admota velum exceperat. Et lib. 3. de virginibus refert Papæ Liberii verba quibus mirabilis ille Pontifex vsus fuerat in velanda Marcellina in Natalitiis Christi. Et in Epist. 36. quandam veluti pertexit Apologiam pro clarissimo viro Paulino atque eius vxore, qui cum mundo valedixissent, vestem Religiosorum induerant, eosque vehementius increpat, qui cum ornatum contemnerent, cum tamen Isidis Sacerdotum cultum boni consulerent qui vsque ad supercilia ipsa radi consueuerant, hortatur autem Religiosos vt insolentium hominum dicta & cauillationes magno animo perferant exemplo Moysis qui Christi Seruatoris opprobrium regiæ pompæ & Pharaonis palatio honoribusq; prætulisset, Dauidis quoque æmulatione qui ante Arcam in luce & conspectu vniuersi populi tripudiasset, exemplo denique Isaiæ, qui nudis pedibus per vrbem ingrediens prædictiones futurarum rerum fundebat.

Exod. 2.
1. Reg. 6. 16.
Isai 20.

D. Hieronymus in vita S. Pauli primi solitudinis cultoris fuse disputat de tunica sanctissimi illius viri è foliis palmæ confecta, quam veluti propriam hæreditatem creuit deinde Magnus Antonius, nec nisi solennibus diebus Paschæ & Pentecostes, honoris & religionis causa gestabat. Idem ipse Doctor in vita Sancti Hilarionis narrat quemadmodum vir ille diuinus Hesychio discipulo suo reliquerit moriens Euangelium suum tunicam sacceam, cucullum & palliolum. Et epistol. 4. ad Rusticum cap.

2. monet,

Digitized by Google

2.monet, vt quid vestis ipsa significet, qua induitur, diligentius apud se reputet. Et rursum epist.8.cap.3. Demetriadi memorat Eustochium Paulæ filiam subito pretiosa monilia & graues censibus vniones ardentesque gemmas abiecisse, & prouolutam ad matris pedes iacuisse, vili palliolo intectam. Et epist.15. ad Marcellam, idem de Asella recitat, quam ait loco pretiosissimæ vestis, qua sibi antea vehementer placebat, tunicam fusciorem induisse, vt eo instructu mundi vanitatem luxumque damnaret.

Concilium Carthaginense 4.cap.11. statuit, vt Virgo cum velanda ad Episcopum accesserit, ea ipsa veste amiciatur, qua vti reliquo vitæ cursu debet. Et cap. 104. declarat viduam in eam Apostoli damnationem incurrisse, cum religiosam vestem ponit, vt matrimonium ineat. S. August. in epist. 109. quam ad Nonnas siue Moniales scribit, monet vt omnem vestium luxum & præsertim in teneris capitum tegminibus vitent. Seuerus Sulpitius in vita Sancti Martini cap. 7. austeram vitæ rationem oratione sua percurrens, quam Turonensis Monasterii religiosi complectebantur, ex iis multos ait camelorum setis fuisse amictos.

Post hæc tanta veteris æui testimonia, qui vestitum religiosorum sibi exagitandum sumeret, is profecto à contumelia Constantini Copronymi non longe abesse videretur, qui Monachos in Amphitheatra omnium irrisione ludendos immittebat. Ad eorum sanctissimas functiones gradum faciamus, & breuiter eorum occasione de horis canonicis tractemus. *Cedrenus in Copronymo.*

DE

DE HORIS CANONICIS QVÆ VVLGO IN TEMPLIS TVM A RELIGIOSIS TVM AB ALIIS RECITARI SOLENT.

CAPVT XXII.

CVM primum Christiana fides & piæ religionis disciplina, è spelæis desertisque locis atque abdita è solitudine in apertam lucem prodire cœpit, quod tempore magni Constantini contigit: si quos improbo animarum hostis reperire potuit emissarios, & furentis malitiæ suæ adiutores, ad turbandum Ecclesiæ otium & tranquillitatem, eos ipsos in Religiosos armauit, quos mystici corporis Ecclesiæ potiores esse partes videbat: idque bellum & conscceleratam impressionem duobus maxime modis sibi instituendum existimauit, vi nimirum imperioque summo, tum etiam excogitata malitia & calliditate.

Primus omnium & astutia doloq; importunissimus, si dominari diutius potuisset, fuit Iulianus Christianæ religionis desertor, qui non tam armis & cruciatuum vi Christianos & maxime religiosos vexauit, quibus vt meminit Gregor. Nazianzen. martyrii decus & honorem inuidebat, quam variis artibus subtilique machinatione callidissimi ingenii: cuius omnem industriam ponebat in exagitandis varie illis hominibus qui primitiæ sunt gregis Christi, columnæ Ecclesiæ coronæque, fidei decora (vt Theologus ille idem Orientis lumen loquitur) polita illius Templi saxa cuius Seruator hominum Christus lapis angularis est & fundamentum.

Post importatam à Iuliano vexationem sequuta est Valētis impietas, qui magnum Basilium nimis barbare inhumaniterq; tractauit. Edictum is Imperator emisit, quo propositis exquisitis suppliciis horribilibusque pœnæ generibus, Monachos omnes ad militiam capessendam adegit armaq; ferenda. Quod væsani hominis imperium nimium quantū Dei seruos solicitos habuit, quod qui iussa detrectarent, contumeliosissime atque

atque indignissimè raptarentur. Sed qui magnifica olim pollicitatione dixit, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, breui temporis interiecto spatio, furiosi tyranni immanitatem coercuit: nam cum Valens fuso fugatoque exercitu in pastoritiam casam fugisset, igne iniecto, cum delectis viris è primaria nobilitate vstus fuit, & miserabiliter consumptus, sicut & priorem illum, post breuissimi imperii vsuram, telum diuinitus immissum confecit.

In horum tamen vestigia notata cruore innocentium, Constantinus nomine infami Copronymus est ingressus, qui animi sui ferociam & immanitatem exprompsit in Religiosos, quos non modo inusitato supplicio affecit, sed omni genere cõtumeliæ sic depressit, vt pæne oppressi viderentur, cum prouidit humani generis bonus parens, qui Copronymo vita & scelere spoliato Leonem filium subrogauit hominem maximè comem & humanum, mox etiam Augustam Irenen quæ ruentis Ecclesiæ damna sarciit, religiosorum ordines recreauit, & bonis omnibus commodisque nudatos singulari munificentia locupletauit.

Huius lectissimæ mulieris pietatem excepit deinde Nicephorus Imperator incredibili quodam studio & amore erga homines Deo sacros. Sed paulo post vt verissimum id effatum esse videatur hominis vitam militiam esse in terra: antiquus & capitalis Ecclesiæ hostis nouam tempestatem nimbumque horribilem ciet, contaminato spiritu Leonis Armenii, qui non modo exagitauit Monachos, verum etiam alios omnes qui illi vitæ rationi fauerent, quos nudabat fortunæ bonis, carcere, vinclis, exilio puniebat, omni ope artificioque torquebat. Neque tamen in eo cursu improbitatis atque nequitiæ diu versatus est: nam cum aliquando fugisset ad aram tanquam ad certissimum vitæ præsidium, ibi à furente milite obtruncatus fuit, neque passa est diuinæ mentis æquitas in eo loco esse homini asyli perfugium, quem locum scelere antea perfidiaque violasset.

His exemplis quæ ex Veterum annalibus eruuntur, iungi posset miseranda seculi nostri perturbatio atque vastitas, qua prouinciæ illæ afflictæ sunt, ad quas flamma impuræ hæreseos penetrare potuit: nam non modo euersæ illorum domus, dissipata monasteria, expilatæ opes atq; direptæ: verum & corpora ipsa magnis religionibus Deo dicata, tot fuerunt tantisque suppliciis, tam impia tamque inaudita crudelitate lacerata, vt satis constaret eam exprömptam immanitatem non tam ab humano ingenio proficisci quàm ab infesto & inueterato Satanæ odio, quo tam illustrem florem pietatis & filii Dei patrimonium cupit euertere.

Et vt illi vi & violentia sunt vsi apertoque prælio ad nocendum: ita multi aliud oppugnandi genus adhibuerunt minus quidem cruentum & barbarum, non minus tamen opinor formidolosum: cum studio omni & industria contenderent vt famosis libellis, versiculis, aliisque ingenii monumentis, contumelia, maledictis, nomen Religiosorum violarent.

nem è medio tollerent. Sed cum Deus inexpiabile id facinus auertisset, quippe scyphus salutari signo crucis in varias partes dissiluit, aliud quoddam homini consilium dæmon iniecit ad tenellas noui Ordinis plantas nequitia & libidine adurendas. Sed non diu impunita fuit perditi hominis improbitas, nam cum labentis vnius domus ruina fuisset inuolutus, pœnas diuino iudicio dependit, qui nobile vnum domicilium virtutis & sanctitatis subruere atque penitus euertere moliebatur.

Aliquot deinde post ætatibus, ad deprauatos hominum mores diuinitus expoliendos, Sapiens mundi gubernator Deus Ecclesiæ suæ prouidit Ordines duos moribus inclytos, doctrina mirabili excultos, Franciscanorum & Dominicanorum, in quo subito is qui Cedros & omnem Libani gloriam dehonestare cupit hostili odio & inflammata perfidia incurrit. Nam Gulielmi cuiusdam Matisconensis pectus dira inuidiæ contagione compleuit, atque alterius nomine Giraldi Doctoris Parisiensis, duorum post homines natos cœca impietate furentium, vt omnibus ingenii viribus & contentione, ore, scriptis duos illos nouarum copiarum duces in odium & offensionem vocarent, Ordinum leges diuinitus excogitatas probatasque Summorum Pontificum iudicio conuellerent, palam & publice dicerent iis minimè licitum esse aut emendicare, aut dare operam studiis, aut concionari ad populum, aut denique pie de peccatis confitentes audire. Itaque vehemens quædam & periculosissima tempestas coorta est, & nauiculæ illæ duæ diuino instinctu ornatuque volitantes naufragio abiectæ fuerunt toto mari inuidiæ flabris & sæculi turbinibus horrescente. Quippe illi duo hominũ existimatione florentes & doctrinæ opinione inflati, callidis artibus & disputandi subtilitate multos in fraudem induxerant, non modo ex leuitate populari, sed ipsa primaria nobilitate & delectis reipublicæ viris, qui ad eosdem maleuolentiæ scopulos adhæserant. Sed hunc tantum tamque nefarium conatum religiosissimi duo viri studiorum laude præstantes, virtute clarissimi, æui sui lumina fregerunt, Thomas Aquinas è familia D. Dominici, & Bonauentura Ordinis Franciscani Principibus, quorum alter scripsit Apologiam pauperum acrem & agentem, miro pietatis splendore illuminatam, alter eruditissimos Commentarios elaborauit aduersus Religionis inimicos, queis à Dauidis aurea testudine initium dedit, Ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput.

Gulielmus Matisconensis citatus Romam fuit nominatim Alexandri IV. Summi Pontificis imperio, & sistere se coactus in cœtu Patrum purpuratorum, auribus excipere purgationem duorum Ordinum quos impotenter paulo ante oppugnauerat, haurire oculis funestum spectaculum, quo famosus illius liber vrebatur, quo tempore vidit subito se omni dignitate Ecclesiæ nudari, bonis spoliari, è Galliæ finibus eiici in perpetuum, Ludouici sapientissimi Regis decreto. Giraldus autem non tam comem & humanam Dei vindicis manum sensit: nam paulo post

Digitized by Google

soluto paralysi corpore atque rigente, fœdissimæ deinde lepræ maculi notatus fuit, & miserabili vitæ fine in summa turpitudine volutatus, declarauit diuinitus se puniri, quod eos impie & crudeliter exagitauisset qui laboribus suis Ecclesiam & innocentia vitæ sustentabant, quosque magnus Paulus non dedignatur Dei adiutores dicere.

1 Corint 3.9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί.

Societas Iesu, de qua superius obiter egimus, non debuit in communi hac labe & religionis oppugnatione, lætiorem expectare fortunam. Et vt silentio prætercam eius processum & progressionem, rerum gestarum memoria constat, ipsis eius initiis, cum vix iacta forent tantæ substructionis fundamenta, repertos fuisse omnino quinq;, quorum nomina tacebo de industria, qui variis in locis, Romæ præsertim atque in Hispania, toto, quod aiunt, pectore incubuerunt vt eius auctorem Instituti secundum Deum, B. Ignatium calumniis infamarent, obruerent maledictis, hæreseos si Diuis placet arcesserent: quos scimus non leues temeritatis suæ pœnas dependisse, cum perspicuè Deus opus suum tueretur. Nam cum eam mentem Iudicibus impressisset integritatis & iustitiæ opinione clarissimis, vt perhonorifico suo decreto atque sententia ab omni criminis suspicione Societatem liberarent, atque improbos accusatores pœna atroci pro varietate facinorum & importunæ audaciæ comprimerent, in exilium actus vnus fuit, alter pestifero morbo tactus vitam exhalauit, cum se vehementer incusaret, quod negotium iis hominibus exhibuisset, qui nihil aliud quàm diuinam gloriam & salutem animarum quærerent. Tertius cum sceleri fuga Romam deseruisset, in infami tabella pictus meriti incendii pœnas luit. Quartus hæreseos conuictus reliquos vitæ suæ dies tetra atque horribili in custodia peregit. Vltimus ad Lutheranorum sectam tanquam in arcem confugit, quod ego quidem omnium incommodorum maximum & perditissimi animi supplicium grande & funestum puto.

Atque hic mirari satis nequeo, quonam fato error & vitium semper extrema sectentur: Nam quod imprimis obiiciunt quidam huic Societati, è diametro iis repugnat, quæ olim cæteris Religiosis obiiciebantur: nam si quidem Iesuitas reprehendunt quod non more aliorum ad pios cantus horasque persoluendas chorum habeant, Illi verò canendi consuetudinem in aliis illudebant & eiectam volebant, omnes autē in cōmune hactenus habuere propositū, vt Dei seruos omni ratione lacesserent. At prioribus illis respondemus quod tametsi Chorum Iesuitæ non habeant, nec contenta simul voce concentus edant in horariis precibus celebrandis, eos tamen priuatim recitare, non exactè minus & religiosè (quod tamen non comparandi causa dictum sit) quam à piis Monachis cæterisque Sacerdotibus fiat. Neque verò ideò à cantu abstinent, quod non eum plurimi faciant & laudandum putent, sed quod eorum Institutum, cui voluntatem suam atque omnem mentem deuinxerunt, alia munera functionesque habeat Ecclesiæ vtiliores,

tiliores, quæ minimè patiuntur, vt seruire choro possint, hoc enim ex certa animi inductione omnes spectant quod ad maiorem Dei gloriam facere posse videatur.

Quod ad eos verò attinet qui aliud extremum consectantur, & Horarum cantum reprehendunt, quæ Canonicæ dictæ sunt, quod ex certa diei naturalis descriptione, earum modus definitus sit & ratio omnis tributa, Paulo Samosateni errorem ab inferis excitant, de quo meminit Eusebius, & Hilarii Arriani, de quo D. Ambrosius, Donatistarum item renouant insaniam, quam prodit S. Augustinus, & Vigilantii & dormiturientium quorundam qui Nyctasontes dicebantur, vt S. Hieronymus & Isidorus meminerunt. Par igitur est atque necessarium vt his quas subiicio rationibus illi respondeant.

Paulus Samosatenus circa annum Domini 280. Hymnos ab Ecclesia remouere nitebatur quasi neotericos & nuper inuentos, vt refert Eusebius l. 7. c. 26. Vigilantius non totum officium, sed Nocturnas Vigilias, reprehēdebat, vt refert Hier. Epist. ad Riparium.

Hilarius Arrianus arguebat cantus Ecclesiasticos Ambr. orat contra Auxentium lib. 5. Epist. Donatistæ nolebāt cantica Prophetarum psalli in Ecclesia. Aug Epist. 119. c. 18. Nyctazontes, id est, somniculosi superfluas dictitabant sacras vigilias Isid. de off. Eccl s. l. 1. c 22. Matth. 26. 30.

Atque imprimis quod ad pium Psalmorum cantum generatim attinet, est illius Christi Seruatoris exemplum & Apostolorum Matth. 26. Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Ad illud quoque imitandum Doctor Gentium Paulus suos Ephesios his verbis inuitat, *Implemini Spiritu Sancto loquentes vobismetipsis in Psalmis & Hymnis & Canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino.*

Deinde si orationem quæ fit voce intueamur, & in septem horas tribuitur, regius Vates tametsi grauissimis in negotiis occupatus, de se tamen aperte ait, *Septies in die laudem dixi tibi propter iudicia iustitiæ tuæ.* Quatuor autem illæ vices tum lectionis tum adorationis, de quibus apud Esdram libro 2. perscribitur, tres item quarum mentio apud Danielem à sanctissimis viris Cypriano & Hieronymo de precibus horariis exponuntur quæ respondent nostris.

Psal. 118 164.

Esdræ 9 3. Daniel 6. 10. Cyprian. serm. 6 & Hiero. Comment. in Daniel.

Tertio Scripturæ diuinæ partite & sigillatim omnium exempla suppeditent.

De Matutinis precibus quæ circa mediam noctem recitantur est in Psalmo 118. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.* Et Actor. 16. *Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabāt Deum: & audiebant eos qui in custodia erant.*

De Laudibus quæ post matutinum aut appetente die persoluuntur Psalm. 62. *Sic memor fui tui super stratum meum.* Et Psal. 118. *Memor fui nocte nominis tui, Domine, & custodiui legem tuam.*

Psalm 62. 7. Psalm. 118. 55. 56.

De Prima quæ mane accinitur Psal. 5. *Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam.* Et Psal. 91. *Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.*

Psalm 5 4.

De Tertia memoratur in Actis Apostolorum cap. 2. cum eodem in loco versarentur Apostoli. Spiritum Sanctum in eos effusum, idque circa tertiam horam euenisse. Testatur id quidem D. Petrus, *Non enim sicut vos estimatis hi ebrii sunt cum sit hora diei tertia.*

 De Sex-

Digitized by Google

Actor. 10. De Sexta, eodem in loco narrat D. Lucas S. Petrum priusquam ederet in superiora conscendisse ad orandum, idque circa horam sextam.

Actor. 3. 1. De Nona cap. 3. *Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.*

De Vesperis Psalm. 54. *Vespere & mane & meridie narrabo & annunciabo & exaudies vocem meam.* Et Psal. 140. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

De Completorio D. Basilius quæst. 37. in regul. fusius disput. vocat *officium completæ diei*, & cum vesperis coniungit: & quidem tertia Danielis oratione comprehendit. Atque hic animaduertendum est hæc ipsa diuinæ Scripturæ loca eodem sensu atque fine laudata citataq; fuisse à S. Basilio quæst. illa 37. & libro 1. de Instit. Monach. & à Ioanne Cassiano lib. 3. Collat. Patrum c. 3. & à doctissimo Cypriano lib. de oratione Dominica. Sed in eam rem Patres sequentes audiamus.

Clemens Romanus lib. 8. Constitutionum Apost. cap. 40. *Precationes*, inquit, *facite mane, tertia hora, ac sexta, & nona & vespere, atque ad galli cantum.* Et proximè deinde exponit quem in finem vnamquamque precationem referri oporteat. S. Dionysius in epistola ad Demophilum de Carpo narrat consueuisse illum circa mediam noctem excitari ad fundendas preces, vsitatosq; hymnos concinendos. Clemens Alexandrin. lib. 7. Strom. cum prædictas horas descripsisset, addit pium & religiosum quemque minimè consuetis illis precibus contentum esse, sed perenni & perpetua quadam familiaritate cum Deo versari, quod præsertim de breuibus illis orationibus quas *iaculatorias* vocant debet intelligi.

» S. Athanasius lib. de virginitate quem alii de meditatione inscribunt, » Oriens, inquit, Sol videat librum in manibus tuis. Post Tertiam synaxem conficies, quoniam ea hora defixum est lignum crucis: Sexta hora absolues deprecationes cum Psalmis, ploratu & supplicationibus: » quoniam hac hora pepēdit filius Dei in cruce. Nona hora rursum in hymnis & glorificationibus eris cum lacrymis & confessione peccatorum » tuorum supplicabis, quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit spiritum suum. Tum addit, Media nocte excitaberis & hymnis celebrabis Dominum Deum tuū: ea enim hora surrexit Dominus à mortuis & Patrem suum hymnis celebrauit.

S. Basilius videretur in hac quæstione controuersiaq; suspectus quod religiosus ipse fuerit & omnium in Oriente Monachorum pater, quodque tam multa protulerit ad totam hanc rem illustrandam. Igitur aliorum testimonia proferamus.

Synodus Nicæna 1. Can. Arab. 64. *Vt in omnib. horis diurnis, in principio, & in fine orationis fiat memoria Episcopi, & oretur pro salute eius, & vt in oratione eius adunetur populus.*

S. Epiphanius in Compend. doctr. personare templa Christianorum ait perpetuo psalmis, hymnis, orationibus, idq; summo mane ad lucernam. Canon 64. Arabicus Concilii Nicæni de nocturnis diurnisq; horis tractat. Laodicenum Canon 18. Nonam Vesperasq; nominat.

Ioan. Cassian. lib. 2. Instit. cap. 2. piam vigilantiam & attenti animi religionem celebrat qua veteres Monachi vtebātur in diurnis orationum officiis Tertia, Sexta, Nona.

His te-

Digitized by Google

His testimoniis Græcorum Patrum, Latinorum autoritatem adiungamus, vt Orienti Occidens consentiat.

Tertullianus cap. 2. Apologet. Plinium ait secundum cum ad Traianum Imp. scriberet super Edictis quæ in Christianos emiserat, monere, se cum diligentissime inquisisset de vita & moribus Christianorum, nihil omni industria scrutantem deprehendere potuisse, nisi antelucanos cœtus fieri ad Christi laudes canendas, seque mutuo exhortandos, vt parricidium, adulterium, fraudem, perfidiam, atque alia maleficiorum genera vitarent. Ex his autem literis consecutum scribit Tertullianus vt iuberet Imperator non inquiri deinceps Christianos, oblatos autem puniri posse.

S. Cyprianus lib. iam laudato de orat. Domin. non solum testimonia diuinarum literarum allata superius in medium ipse adducit, verum etiam mysticam rationem profert & anagoricam horarum significationē, quam ad diuinissimam Trinitatem accommodat. S. Hilarius in Psalm. 118 litera Heth speciatim de Matutinis horis disputat.

Omnium Tractatorum industriam vincit B. Hieronymi in hoc quidem genere diligentia: sic enim in Epist. ad Eustochiū loquitur, Quanquam Apostolus orare nos semper iubeat, & Sanctis etiam ipse sit somnus oratio: tamen diuisas orandi horas debemus habere, vt si fortè aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officiū tempus admoneat. Horam Tertiam, Sextam & Nonam, diluculum quoq; & vesperam nemo est qui nesciat. Et epist. ad Lætam de institutione filiæ sic habet, Præponatur ei probæ fidei ac morum & pudicitiæ virgo veterana, quæ illam doceat & assuescat exemplo ad orationes & psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensaq; lucerna reddere sacrificium vespertinum. Epistola quoq; 22. cum de Monachorum in Ægypto varietate explicuisset, ita subdit, Veniamus ad eos, qui plures sunt, & in commune habitant, id est quos vocari Cœnobitas diximus. Prima apud eos confœderatio est, obedire maioribus, & quidquid iusserint facere. Diuisi sunt per decurias atque centurias, &c. Post horam nonam in commune concurritur: Psalmi resonant, Scripturæ recitantur ex more: Et completis orationibus cunctisque residentibus, medius quem Patrem vocant incipit disputare, &c.

Hieron. ep 2. ad Eustoch. de custod. virg. c. 16.
Idem ep. 27. ad Eustoch. in Epitaphio Paulæ c. 10.
Idem ad cap. 6. Daniel.

S. Augustinus lib. 9. Confess. cap. 7. refert iis temporibus quibus Iustina Augusta persequeretur Ecclesiam, piam plebem excubare cum sanctissimo Ambrosio in Templo consueuisse ad Psalmos canendos, tumque hymnorum cantum ad morem Orientalium partium fuisse compositum. Ipse verò proprio præconio superius declarauit, quàm liquida suauitate compleretur eius animus, è pio hymnorum concentu atque symphonia, quam in sacris ædib. percipiebat. Quin & serm. 55. de Tempore suos auditores inuitat ad Tertiam, Sextam, Nonam, & vt maturè exurgerent ad alias horas audiendas. Alcimus Auitus qui ante centum supra

August. l. 9. Confess. cap. 6. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, &c.

August. serm. 55. de Tempore. *Ad Vigilias maturius surgite, ad Tertiam, ad Sextam, ad Nonam, ante*

Digitized by Google

ſupra mille annos verſus pangebat, Pſalmos alternis decantari ſolitos ſcribit. Sed omiſſis teſtimoniis proferendæ rationes ſunt & inquirendæ cauſæ cur principes Eccleſiæ adminiſtri & gubernatores hanc piam conſuetudinem induxerint.

Plurimi egregii doctrina viri in hac quæſtione elaborauerunt vt Iſidorus, Amalarius, Rabanus, Hugo de S. Victore, Rupertus, aliique, ſed à Patribus animaduerſas rationes antiquitate potiores nos adferamus.

omnia conuenito: nullus ſe à ſancto opere ſubtrahat, niſi quem infirmitas, aut publica vtilitas, aut fortè certa aut grandis neceſſitas tenuerit occupatam.

Alcimus Auitus de conſolatoria caſtitatis laude c. 1 *Nam quoties ſanctum compleueris ordine curſum: Alternos recinens dulci modulamine Pſalmos, Quos viuens in corde chelys virtute corona, Interiore ſono & caſtis concentibus aptat.* Iſidorus l. 1. de offic. diuinis. Amalarius l. 4. de offic. Eccleſiaſticis. Hugo de S Victore lib. 1 de offic. eccleſiaſt. Rupertus Tuitienſis in lib. 1. de diuinis offic. Rabanus autem l. 2. de Inſtit. Clericorum, ſic ait, *Iſte eſt Catholicus ordo diuinarum celebrationum, qui in vniuerſa eccleſia Chriſti incommutabiliter ſeruatur.*

Prima igitur eſt D. Cypriani ſerm. 6. citato, qui in honorem ſanctiſſimæ Triadis diem æque ac noctem in ternas horas fuiſſe diuiſam prodit, & vt populus Chriſtianus intelligeret, grates illi eſſe agendas, gloriamque tribuendam, cuius propria eſt æternitas, quique eandem nobis feliciſſimam largitur in pręmium eius breuiſſimi temporis, quod in eo colendo venerandoq; poſuimus, ſtatuit Eccleſia vt hymnis de die precibuſque celebraretur prima, Tertia, Sexta & Nona: de nocte verò tribus Nocturnis & Laudibus.

Secunda ratio eſt ad gratias Numini perſoluendas pro creationis beneficio quę diebus ſeptem abſoluta fuit, & quoniam cõmunis à mortuis excitatio de nocte fiet, vt mundi Seruator apud Lucam & Matth. docet, ſeptem horis adiunguntur Laudes quæ nocturnæ precationis partem conficiunt.

Tertia ratio dignitate palmaria S. Athanaſii, Baſilii & Caſſiani eſt propria, vt nimirum memori mentè liberationis noſtræ beneficium contineamus, habeamuſq; ſemper ante oculos quam ſimus immortaliter obſtricti filio Dei, quod morte ſua nos in vitæ poſſeſſionẽ vindicarit: nam horis veſpertinis à quibus officium diuinum ſumit exordium, Chriſtus Dominus paſchalem agnum ritu pio cum ſuis Apoſtolis comedit, lauit eorũ pedes, diuiniſſimũ Sacramentum inſtituit. Hora Completorii torrentem Cedron traiecit, metu & mœrore incredibiliter afflictus ſanguineum cruorẽ emiſit, vinculis cõſtrictus, ductus ad Annam, mox ad Caipham. Hora Matutinę precationis quæ circa mediam noctẽ intelligitur, initum Concilium apud Caipham, vbi ipſe interrogatus & inexpiabili ſcelere mortis reus iudicatus. Prima ductus ad Pilatũ, à Pilato ad Herodem, ab hoc iterum ad Pilatum remiſſus. Tertia Barrabæ infami latroni poſtpoſitus, ligatus ad columnam, dire verberibus affectus, ſpinis coronatus, & omnium oculis propoſitus ad intuendum. Sexta furcam indicem opprobrii tulit, in crucem fixus & ſublatus, verba ſeptem pronunciauit, magnum illud auguſtumq; ſacrificium expleuit obtulitque Deo Patri pro totius mundi liberatione. Nona ſpiritum Deo parenti reddidit, deſcendit in Limbum ſeu veterum Patrum cuſtodiam, dæmonis imperium euertit.

Rurſum

Digitized by Google

Rursum Vespertinis horis filii Dei corpus sublatum à Cruce fuit, exceptum à matre, collocatum in sepulchro à Iosepho ab Arimathea. Hora Completorii, sepulchrum obsignatum, milites adhibiti custodes: Sub finem Matutini à morte ea prope hora surrexit qua superbum Pharaonis exercitum in Arabico mari submerserat. Prima piis mulieribus apparuit. Tertia obtulit se videndum tum Petro tum Magdalenæ. Sexta ingressus est in id conclaue vbi Apostoli coacti morabantur, qui illius monitu & imperio cœnæ reliquias protulerunt fauum mellis & partem piscis. Sub Vesperam cum Cleopha & socio in vicinum castellum euntibus iter faciebat. Circa horam Completorii in fractione panis cognitus ab eorum aspectu euanuit. Qua ipsa hora verissimile est Apostolos tectis & parietibus clausis propter metum Iudæorum ipsum vidisse, cum adesset Thomas, & exclamaret *Dominus meus & Deus meus.*

Quis ergo deinceps tam piam laudatamque consuetudinem reprehendendam existimabit, quam sæpe cantu & symphonia beatæ mentes comprobarunt, vt constat eorum authoritate scriptorum, quos nullus posset temeritatis vanitatisque arguere? Cui non lectum vel auditum illud est Sozomeni de Iuliano Apostata, quem ait inuidentem Christianis hoc tam sapiens sanctumque institutum, voluisse, vt sacrificuli idolorum atque Mystæ id æmularentur? Quis ignorat Lutherum cum impunita licentia Canonicas omnes horas peruertisset, fuisse deinde coactum nouas quasdam more suo instituere præpostero nimirum & peruerso? Tres enim Psalmos Matutino, totidem Vesperis attribuit: *Te Deum*, & *Benedictus* è propriis locis sustulit, quam potuit maxime ab vniuersæ Ecclesiæ consuetudine recessit. Proh Deus immortalis! quantam improbus Dœmon perniciem pestemque inuehit in eorum animos, qui se à grege Catholicorum seiugarunt, & infesto odio D. Petri solium prosequuntur! Contemnunt atque respuunt omnia, nisi quod ipsi infando consilio excogitauerunt.

Ioannes Cassianus lib. 2. de Institutis cœnobiorum, refert non solum humano sed Angelico etiam ministerio & magisterio Canonicarũ horarum ordinem esse constitutum.

Ado Treuirensis in martyrologio ad nonum diem Ianuarii, ait, tempore persecutionis Diocletiani auditam fuisse circa sanctorum reliquias, cœlestem psalmodiam mane & vespere, & rursum hora tertia, sexta, & nona.

Sozom lib. 5. c. 15. de Iuliano Imperatore.

Instituit animo delubra Gentilium tum apparatu, tũ ordine religionis Christianæ adornare: subselliis preterea & primariis sedibus, doctorib. lectoribusque Gentilis doctrinæ, & exhortationum quinetiam precibus in certas horas diesque præscriptis.

Digitized by Google

DE BREVIARIO ET EIVS ANTIQVITATE.

Capvt XXIII.

BREVIARIVM vt ipsa vox declarat, nihil est aliud, quam communium precationum breuis cōprehensio, qua diuinum officium atq; orantium munus continetur, & præsertim horæ Canonicæ de quibus supra disputatum est: nunc eodem orationis textu atque filo, eius antiquitatem iis demonstremus, qui nouitate nimium quantum capiuntur, quam tamen venditare non audent.

Hęc in summa Breuiario comprehensa reperiuntur, Psalmi, Cantica, Hymni, Lectiones, Responsa, Antiphonæ, Capitula, Collectæ, Symbola, Confessiones.

Psalmi & Cantica in dubium reuocari nequeunt, quod è visceribus diuinarum literarum eruantur, quodque fuerit in more positum apud nascentis Ecclesiæ proceres, vt Christiano in cœtu pie concinerent: quod 1. ad Corinth. magnus Apostolus ostendit cum sic inquit, *Quid ergo est fratres? cum conuenitis vnusquisque vestrum psalmum habet doctrinam habet*, &c. Tertullianus testimonio id suo comprobat libro de velandis virgin. extremo, & lib. 2. ad vxorem, quod etiam Laodiceni Concilii Canon. 15. & 17. perspicue declaratur.

1. Cor. 14. 26.

Concil. Laodicenum sub Syluestro can. 15. *Non oportet amplius præter eos qui regulariter cãtores existunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitū conscendere, & in Ecclesia psallere.* Et can. 17. *Quod in conuentu fidelium nequaquam Psalmos continuare conueniat, sed per interuallum, id est per psalmos singulos recenseri debeant lectiones.*

Ea diuina laus cuius initium est *Te Deum*, in Canticis quidem non est è scriptura depromptis, sed non eximi ab eorum numero debet, quæ diuinitus excogitata, & Ecclesiæ vniuersæ consensione admissa fuerunt. Nam Dacius qui Iustini senioris temporibus Mediolani fuit Antistes vt è S. Gregorii Dialogis constat lib. 3. cap. 4. Annalium suorum monumentis consignatum reliquit, compositum id fuisse à sanctissimis viris Ambrosio & Augustino, cum sibi alternis responderent, summa omniū qui tum audiebant admiratione, idque post diuini lauacri purgationem: vt non sine diuinæ mentis afflatu id contigisse videatur. Fuit autem salutaribus vndis ablutus S. August. Mediolani, S. Ambrosii manibꝰ anno

anno trecentesimo octogesimo quinto post natum mundi Seruatorem. Addit S. Dacius religiosum id opus faustis omnium votis exceptum, & inter Cantica Ecclesiæ positum fuisse. Quod etiam antiquissima regula D. Bened. cõfirmatur quæ iubet *Te Deum laudamus* post lectiones recitari.

Quod ad *Hymnos* attinet, Apostoli iam voce didicimus ad Colossenses & Ephesios scribentis, psalmorum illos concentum adhibuisse, *loquentes*, inquit, *vobismetipsis in Psalmis, Hymnis, & Canticis spiritualibus*. Et iterum: *Commonentes vosmetipsos Psalmis, Hymnis, & Canticis spiritualibus*. Quibus verbis inquit Haymo, innuere videtur hymnos & cœlestia cantica, quæ primi exorientis Ecclesiæ Christiani ad prędicandum Christum Iesum pangebant. Quod expressius apud Eusebium legimus Philonis Iudæi scripta laudantem, & apud antiquissimum Dionysium qui Hierothei summi viri sacros hymnos memorat cap. 4. de diuinis nominibus. Pauli quoque Samosateni in iis respuendis impietas eam ipsam antiquitatem corroborat, qui ante mille & trecentos annos vixit: nam quos ille neotericos hymnos tum appellabat, nunc antiquissimos censeri oportet, cum etiam æuo superent illos quos doctissimi Episcopi Hilarius & Ambrosius reliquerunt, quosque videmus in Ecclesiæ consuetudinem inductos Concilii Toletani quarti sanctione quod ante mille circiter annos coactum fuit & mirabili omnium consensione perfectum.

Ephes. 5. 19.
Colos. 3. 16.

Euseb l. 2. hist. c. 16.

Concil. Tolet. 4. c. 12. vbi de hymnis canendis Saluatoris & Apostolorum Matth. 26. exemplum & Ephesiorum 5. protulit, subiungit. *Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & martyrum triumphos cõpositi esse noscuntur, ergo orationes, ita & hym- Hispaniaque celebrent: ex-*

sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, &c. & infra. *Sicut nos in laudem Dei compositos, nullus nostrum vlterius improbet, sed pari modo in Gallia, communicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint ausi*

Lectiones peculiariter in officio nocturno adhibentur quod ea gratia in primum secundum tertiumque Nocturnum tribui dicitur pro numero vigiliarum noctis. Vulgo iam numerantur nouem, vt ternæ sint in quoque Nocturno: primæ è diuinis scripturis sumuntur, secundæ è vita, rebus gestis, & obita morte sanctorum. Vltimæ ex Homiliis Patrum. Vsus ab vltima antiquitate repetitur. Nam Iustinus Martyr qui annis post Christum centum & quinquaginta scribebat res mentionem facit secunda apologia extrema: Concilium item Laodicenum ante annos mille & ducentos celebratum statuit c. 17. inter psalmorum interuallum hymnos & Lectiones interiici oportere. Carthaginense tertium cap. 47. decernit vti Lectiones de vita gloriosaque morte Sanctorum ad scripturæ diuinæ recitationem adiungantur, quibus olim subiici etiam consueuisse Ephremi clarissimi viri sermones D. Hieron. lib. de scriptoribus Ecclesiasticis prodidit.

Iustin. Apolog. 2. sub fin.

Lectiones pro numero psalmorum duodecim olim fuere tempore Ioannis Cassiani vt ex eius libro constat, quem de Institut. Cœnob. conscripsit. Gelasius Summus Pontifex iam inde à mille annis in eum ordinem redegit, quem memorat Gratian. dist. 15. Et quoniam lapsu tẽporis noua quædam & inusitata priscis sæculis in Breuiarium irrepserant, Gregor. VII. expurgauit & antiquæ formæ restituit iã ante quingẽtos annos,

Digitized by Google

idque in Generali Concilio vt habetur Canon. *in die De Consecratio. dist. 5.* Quod eandem ob causam Pius V. fœlicissimæ memoriæ Pontifex sibi faciendum putauit. Clemens VIII. extremam illi manum nuper addidit, opera vsus in ea re præsertim illustrissimi Cardinalis Bellarmini.

Isidorus l. 1. de officiis diuinis c. 8.

Rabanus lib. 2. de Institut. cleric. c. 51.

Azor Institut Moral. tom. 1. lib. 12. c. 21.

Trithemius de viris illustribus Ordinis Benedictini lib. 1. cap. 2. narrat fuisse in hoc ordine Cœnobia quindecim millia: c. 5. refert ex hoc Ordine fuisse summos Pontifices Romanos decem & octo: Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ 184. Archiepiscopos 1104. Episcopos ter mille quingentos duodecim.

Responsoria quæ ita nominata fuere teste Rabano, quod cum præcentor inchoauisset, alii sequerentur, fontem in Italia primum habuerunt si Rabano ipsi atq; Isidoro credimus. Walfridus vni maxime D. Ambrosio tribuit: sane ante sæcula D. Benedicti fuisse è Regula ipsius cognoscitur quam regulam atque vitæ institutionem tanta vbertate & copia effloruisse videmus ab ann. Christi quingentesimo vigesimo nono, vt Pōtifices maximos octodecim gubernandæ Ecclesiæ dederit, purpuratos Patres centum octoginta quatuor, mille centum sexaginta quatuor Archiepiscopos, ter mille quingentos & duodecim Antistites, variis temporibus è domiciliis sanctitatis eductos, cum nimirum quindecim millia Monasteriorum in amplissimo illo ordine censerentur, autore Tritemio, quem laudat Azor tomo 1. lib. 12. Instit. Moral. c. 12.

Capitula quæ vocantur repudiari iure non possunt, cum aliud nihil sint, quam insignitæ quædam sententiæ è penu diuinarum literarū prōptæ, quarum mentio est in Concilio Agathensi ca. 30. & doctrinam vtilem contineant, tum Clericis tum populo ipsi accommodatam.

Concil. Agathense sub Symmacho Papa can. 30. *Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est sicut vbique fit, vt post antiphonas, collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel vespertini decantentur diebus omnibus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum & Missarum, post hymnos capitella de Psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione mittatur.*

Collectæ orationes quædam sunt quæ Deo Opt. Max. bonis verbis & maturo iudicio extructis, quæ necessariæ Ecclesiæ vniuersæ videantur, proponunt atque explicant. Lucet earum antiquitas apud Iustinum Martyrem loco citato, & Tertullianum cap. 39. Apologetici. Est quoque in manibus diuinissimi Pauli mandatum 1. ad Timotheum cap. 2. vbi propria earum orationum materia præscribitur, quæ vnicuique priuatim, aut generatim Ecclesiæ necessaria colligunt, vnde Collectæ nominantur, earumque vsitata clausula est *Per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Subditur autem אָמֵן *Amen*, hoc est, *vere, fideliter*, deduciturque à verbo אָמַן *Aman*, quod in *Hiphil credere* significat, & in *Niphal* esse firmum atque stabile. Græci dicunt γένοιτο *fiat*, Galli *Ainsi soit-il*. Res in idem recidit, nam qui respondet hoc vult dicere, *sit ita, fiat, res vere eueniat, fideliter compleatur.* Iustinus Martyr rei antiquitatem ostendit loco superius laudato, D. Hieronymus Prologo secundi libri in Epist. ad Galatas ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboasse confirmat cum plebs sacerdotibus responderet. S. Augustinus id ipsum testatur epist. 107. Sed longe potior antiquiorque est ipsius Doctoris Gentium autoritas, qui 1. ad Corinth. cap. 14. *Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ quomodo dicet Amen?*

Theodoret. l. 1. hist. c. 24.
Sozom. l. 3. c. 19.

De versiculo *Gloria Patri* &c. hoc constat, antiquissimum illius fuisse vsum in Ecclesia. Nā Theodor. atq; Sozomenus ea quasi certissima nota cognitos aiunt Antiochiæ temporibus Constantii Imperatoris Catholicos, & secretos ab Arrianis, quod hi quidem in fine psalmorum accinerent Gloria patri per filium in Spiritu sancto. S. Basilius de hoc ipso versi-

Digitized by Google

versiculo disputat lib. de Spiritu S. cap. 28. Concilium item Vasionense iam ante centum supra mille annos habitum can. 5. testatur non modo Romæ verum & in toto Oriente addi solitum, *Sicut erat in principio, &c.*

De Litaniis est à nobis actum supra. Reliquæ sunt *Antiphonæ*, quas nominant Græci ἀντίφωνα, & voces sibi mutuo respondentes significant, itaque per antiphonas canere, nihil est aliud, quam alternis modulari. Adde ex Amalario, quod tono atque modo Antiphonarum psalmi decantentur, quibus finitis chorus vterque in vnius Antiphonæ harmonia consentit. Hic porro concinendi modus atque ratio perspicua est apud Tertullianum lib. 2. ad vxorem loco citato, & ex eo liquet quod memorat Socrates libro 6. histor. c. 8. qui refert θεοφόρον Ignatium, à beatarum mentium choro didicisse ritum hunc concinendi Deo laudes alterna vice, eundemque postea Antiochenæ Ecclesiæ reliquisse: quam deinde consuetudinem idem Socrates ab omnibus Ecclesiis receptam & probatam confirmat.

Budeus Ἀντίφωνον apud Platonem de legibus contraria voce respondens, vel obuersarium vel pari instar, primo vltimum.

Amalarius l. 4. de offic. Eccles. c. 7.

Proximo libro idem annalium scriptor cap. 22. iunioris Theodosii facta inclytasq; virtutes commendat, atq; inter alia pulcherrimæ vitæ decora omnium gentium laude & præconio efferenda, quod eius palatium non absimile Monasterio foret, nam pia sacrarum literarum lectio ab eo celebrabatur, sermo illi familiaris & consuetus de rebus diuinis, lucebat incredibilis quædam animi demissio atque modestia, pietas, religio, omnium denique virtutum exercitatio, indicta Ecclesiæ ieiunia accurate seruabat, priuatim ipse diebus Mercurii atque Veneris, quas Græci τετράδας καὶ παρασκευὰς ἡμέρας vocant ieiunabat. Primo diluculo ipse cum sororibus suis hymnos alternatim decantatos recitauit, pronũciauit quoque memoriter sacras literas, de quibus docte cum Episcopis & perite disputabat. Hæc apud Socratem plane & diserte. Ex quibus cõstat quod apud Theodoretum est de Flauiano & Diodoro, quasi principes ipsi fuerint in Psalmis alterna vice cantandis. de prima institutione non posse intelligi, sed potius de instauratione, aut forte soni varietatem & commutationem vocum ab iisdem excogitatam qua suauius pietatis sensus in aures influeret.

Socrat. hist. l. 7. cap. 22. de Theodosio. Nam primo diluculo ille ipse cum sororibus suis hymnos alternatim decantatos recitauit. Quin etiam sacras literas memoriter pronunciauit. Nam cum episcopus, perinde ac si sacerdos iam olim designatus fuisset, de iisdẽ disseruit.

Theod. l. 2. c. 24.

Laudet qui volet, atq; magnifice prædicet ingeniosissimi Archimedis sphæram, quæ exigua circumscriptione orbium cœlestium motus, stellarum errantium cursum tarditate & celeritate dissimili, progressiones, institiones, oppositiones erat complexa: sit in ore prophanorum & gloria. Tarentini Architæ columba, quæ libratis ponderibus, atque abdito artificio per aerem volitabat. Rhetorum pompa & copia in cœlum feratur Timantis Cyclops stratus humi & grege Satyrorũ circunseptus, qui eius pollicem thyrso metiebantur, sed ea picturæ machinatione, vt tabella vnguis humani vix magnitudinem æquaret. Celebretur currus Phaëtontis de quo meminit Galenus, cum Myrmeridis quadriga & nauigio, quæ apicula pinnis integeret. Catholici laude & prædicatione digna existimabunt non artis industriæque opera, sed gratiæ, non inuenta

Cic. 1. & 5. Tuscul.

Plin. l. 35. c. 10.

Galen. de vsu part. l. 17.

Plin. l. 7. hist. c. 21.

hominum, sed diuini Spiritus sapientiam, non Homericam Iliadem in nuce conclusam, sed arcana mysteria, preces supplicationes, gratiarum actiones, oblationes, laudes, obtestationes, aliasque pii animi affectiones quæ Breuiario continentur, quod ego vere deuotionis formulam, pietatis epitomen, fidei compendium, sanctitatis periocham, diarium caritatis, horologium orationis, astrolabium salutis, & vt breui dicam Breuiarium religionis Christianæ & Catholicæ nuncupauero.

DE DECIMIS QVÆ VETVSTO MORE ECCLESIÆ PERSOLVVNTVR.

Capvt XXIV.

Epiphanius, & Damascenus de Audeanis.
Augustinus hæres. 40.
Apostolici qui se arrogantissime isto nomine vocauerunt eo quod in suam communionem non reciperent vtentes coniugibus & res propr as possidentes, quales habet Ecclesia Catholica, & Monachos & clericos plurimos.
Æneas Syluius hist Bohem. c. 35.

IAM inde ab anno salutis trecentesimo quinquagesimo, Audeani magnas opes & redundantem opulentiam obiicere Catholicis Episcopis & exprobrare cœperunt. Quinquaginta fere post annis Anthropomorphitæ apertius docuerunt, nemini licere Antistiti, fortunas diuitiasque possidere. Waldenses corrogata stipe viuere sacerdotes oportere aiebant. Albigenses negabant quidpiam ab Ecclesia possideri posse nisi in communi. Beguini vero ad consequendam Euangelii perfectionem nihil penitus nec priuatim neque in communi retineri. Marsilius Patauinus bonis tantum spiritualibus abundare Ecclesiam volebat. Wiclefus paulo etiam audacior, reipublicæ administros atque Principes inuadere in Ecclesiæ poss ssiones & bona debere, vt eo modo coerceatur & castigetur quo peccat. Denique Ioannes Hus & post illum Anabaptistæ & Trinitarii, in Ecclesiæ opes inflammato studio inuecti sunt, cum illi contenderent omnia communia esse debere, hi vero à falso Christo suos administros diuitiis auctos & locupletatos dicerent, veri Christi contemptu qui suos nudos & à fortunis imparatos esse cupiebat. Enimuero scriptura, Patres, Ratio contrarium docuerunt.

Exodi 22. *Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.* Et Leuitici 27. addit

Digitized by Google

addit *omnes decimas terra*. S.Clemens l.2.Constitution.Apostolic.c.25.ita præscribit, *Quæ ex decimis & primitiis secundum mandatum Dei dantur, Episcopus vt Dei homo consumat*. Origenes homil.11.in Numeros cap.18. cum de primitiis monuisset, illas ait offerri Deo cum Sacerdotibus penduntur: antiquæ legis morem hac quidem in parte obseruandum, neque minus in nouo Testamento, quam in Veteri obligare. Ita quidem intellexit Constantinus Magnus; nam in Epistola ad Prouinciales Palestinæ apud Eusebium lib.2.eius vitæ c.39. edicit vt non modo nulla re spolietur Ecclesia aut vexetur, quin potius restituantur ei omnia, quæ fuissent aliquando erepta. Et in Christo quod idem Eusebius profert lib.10.cap.5. Anulinum Proconsulem iubet in Ecclesiæ iura prædia possessionesque inquirere diligenter, vt quæ ablata sunt & interuersa quam celerrime omnia reddantur.

S.Ioannes Chrysostomus flore orationis & mirabili elegantia, more suo, persequitur rationes, propter quas Ecclesia coacta fuit opes à piis hominibus oblatas excipere, & imprimis auaritiam plurimorum, & extinctam pœnæ pietatem numerat. Nam cum pauperum inopia & miseriis, pupillorum orbitate, viduarum solitudine nemo commoueretur, & pauci in Christiano populo inuenirentur qui religiosa munificentia quæ ad diuinum cultum spectarent, & splendorem pietatis, vltro prouiderent: coacti fuerunt Clerici, minime respuere atque aspernari eas opes, quæ diuinitus æternæ mentis prouidentia suppeditabantur, quo possent & misericordiæ opera conficere, & augusti sacrificii decus atque apparatum instruere. quo loco doctor ille singularis non sine stomacho panis ante oculos, Iudæorum veterum caritatem, qui plusquam viginti millia Leuitarum olim aluissent, & cum his viduas & parentibus orbes. Deniq; sancte pronunciat magno Clericorum mœrore factum esse, vt externas ciuilesq; res administrarent, nec nisi necessitate compulsos ad id munus accessisse. Et hom.15.in 1.ad Timoth.c.5. vlterius exponit quot & quanta incommoda oriantur, ex eo, quod propter caducarum rerum curam atque vilium, spiritalia negligantur: & ea causa parentem mundi vniuersi Deum prouidisse, vt Primitiæ, Decimæ, aliaque huius generis Ecclesiæ persoluantur.

S.Cyrillus Alexandrinus aliam profert rationem è Christi verbis atque Apostoli sententia depromptam, quod nimirum spiritalium rerum administratio, iustam quandam temporalium mercedem præmiumq; mereatur. Id præsertim Constantinum mouit Imperatorem, vt scribit Sozomenus, vt ex vrbium Canone atq; vectigali decerperet quędam, & ad Clericos ornandos & alendos converteret, quod eius Edictum post Iuliani Imperatoris necem ratum in perpetuum fuit. Valentinianus & Marcianus Imperatores id deinde confirmarunt, circa annum Domini quadringentesimũ quinquagesimum tertium, & quindecim post annis Leo & Anthemius. Et quoniã illa bonorũ administratio, & multiplices in tuẽdo iure actiones, Episcopos à propriis munerib. auertere potuerũt,

Cyrill. Alex. de adorat. in spirit & verit. l.13.

Valentin & Martianus A. A. L. Priuilegia. C. de Sacros. Eccles.

Priuilegia quæ generalibus constitutionibus vniuersis Sacrosanctis Ecclesiis ortho doxæ religionis retro principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuũ decer-

can.26.

nimus custodiri. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quæ contra canones Ecclesiasticos interuentu gratiæ, vel ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est egenos prospicere ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint: salaria etiam quæ sacrosanctis Ecclesiis in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque inconcussa & à nullo prorsus imminuta præstari: liberalitatiq; huic promptissime perpetuam tribuimus firmitatem.

can. 26. Concilii Chalcædonensis decretum fuit, vt in quaque Diœcesi Oeconomi constituerentur, ad quos ea omnis cura externarum rerum pertineret, sic tamen vt neq; ipsis Oeconomis, neq; Episcopis liceret Ecclesiæ bona vendere, profundere, donare, commutare, aut abalienare, vt in Authentica Iustiniani de hac ipsa re perscribitur, vbi expresse alienationis nomen generatim ponit vt complecteretur omne genus venditionis, donationis, permutationis & perpetuæ emphyteusis, & Leonis sanctionem aduersus Edicti huius violatores renouat. Hic ēt facit secundū Cōc. Nicæn. quo statuitur vt Episcopus & Monasterii præfectus quorum scelere aut negligētia dissipata bona Ecclesiæ distractaq; forent à dignitate & officio exturbētur vt qui male disparint q̄ non congregauissent.

S. Cyprianus epist. 34. de sportulis & erogationibus agit quæ multorum largitate dabantur Ecclesiæ: & S. Ambrosius l. 2. de pœnitent. cap. 9. de iis qui impio sacrilegio Ecclesiæ opes sibi vindicant, D. item Augustin. lib. de hæresib. hæres. 40. de Apostolicis qui Clericos reprehendebant quod quidquam possiderent. Et in Psalm. 46. exponens illa verba, *Qui producit fœnum in montibus*. Ista inquit omnia quæ Ecclesiæ ad necessitatem seruientium Deo dantur à diuitibus quid sunt nisi fœnum? Et lib. 50. homiliarum homil. 48. Maiores nostri ideo omnibus copiis abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant, modo autem, quia cessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Possidonius in eius vita refert magnum illum virum per literas incusasse grauiter ciuem Carthaginensem qui cum sponte Ecclesiæ prædia esset largitus, irritam illam esse donationem postea voluisset

Possidon. in vit. c. 24.

Prosper. l. 2. de vit. cont. c. 9.

S. Paulinus & beatissimus Hilarius ad eam impietatem minime adhæserunt, nam cum patrimonium vterque suum lautum & opulentum pauperibus erogauisset, suæ tamen Ecclesiæ facultates non contempsit vt Prosper author est, sed pia cura amplificauit, non vt rerum earum Dominus, sed vt Oeconomus & Christi IESV procurator, cum vterq; iuxta Patrum traditionem doceret *res Ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum & patrimonia pauperum*. Quæ verba Carolus Magnus lib. 1. legum retulit, c. 83.

Cassiod. l. 2. ep. 29.

Apud Cassiodorum Theodoricus Gothorum Rex, S. Eustorgii precibus inuitatus, decernit vti prædia quæ in Sicilia ad Ecclesiam Mediolanensem pertinebant, salua & intacta seruarentur. Concilia Agathense Aurelianense, Turonense, & Matisconense idem confirmant, & in Epistolis identidem suis Magnus Gregorius.

Concil. Agath. c. 22. Aurelianense 1. c. 16. Aurel. 3. c. 23. Aurelian. 4. c. 9. Aurel. 5. c. 13. Synodus 2. Turon. c. 25. Concil. Matisconens. 2. c. 5.

Rationes diuinæ & humanæ id ipsum conficiunt, nam ore Malachiæ Deus ita pronunciat, *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea*. Quod si locum id habuit in Veteri Testamento, cum in Leuitis & sacrificulis esset tantum nostrorum sacerdotum adumbratio, quanto religiosius obseruari par est, eo fine, vt facilius & expeditius diuinis mysteriis caste adesse, & consuetis sacris operari queant? Quod si ratio naturæque lumen ostendit Principibus, militibus, & Doctoribus è pu-

Digitized by Google

è publico salaria stipendiaque esse tribuenda, quod publicæ rei & omnium commodis inseruiant, quamuis humanas tantum res pertractêt, quanto magis illi alendi sunt & necessariis rebus instruendi, qui in hoc studio omni elaborant, vt generatim omnibus, & pro virili parte cuiq; salutem concilient, & cœlestia bona impartiantur? *Quis* vt ait diuinus Paulus, *militat suis stipendiis vnquam? aut quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?*

Fateri igitur cum principe Theologiæ S. Thoma omnes debent, in veteri quidem Testamento præceptum de solutione Decimarum, partim fuisse morale, partim iudiciale: sic & in Euangelica lege partim esse ex iure naturali ex diuina institutione robur habens, partim etiam ex institutione Ecclesiæ, quatenus determinatione sua id definit.

S. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 1 in corpore.

DE EXEMPTIONIBVS ET IMMVNITATIBVS CLERICORVM,

CAP. XXV.

IN graui illa tempestate quam turbulento perfidiæ spiritu Iulianus Imperator in Ecclesiam excitauit, nihil atrocius fuisse meminit Sozomenus, quam quod omnem Clericis immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipsis à Constantino donata sustulisset. Vitiza crudelis in Hispania dominator idem fecit, euocauit Iudæos & Ecclesiæ iura & priuilegia in eorum Synagogas transtulit. Petrus de Cugneriis circa annum Domini millesimum trecentesimum vigesimum tertium oppugnare easdem immunitates voluit, vt apparet ex Commentariis Petri Bertrandi, quos aduersus illum adornarat. Marsilius Patauinus & Ioannes Iandunus viginti post annis in eadem vestigia sunt ingressi, atque adeo docuerunt Christum Dominum soluisse tributum, non tantum quod ipsi ita libuisset, sed quod certo iure obligaretur. Lutherus Bucerusque acerbius suis in libris in eam ipsam rem declamitarunt, quorum exemplum sequuti alii quoq; sunt Nouatores, qui furiosa prope contentione in deformanda Ecclesia elaborant.

Sozom. l. 5. c. 5. *Iulianus Apostata clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipsis à Constantino donata, ademit, legesque eorum causa conditas abrogauit, & eos denuo curiis addixit.*

Rodericus Toletanus lib. 3. c. 16. & Ioannes Vasaus in Chronicis Hispaniæ.

Ioannes à Turrecremata l. 4. summa de Ecclesia, parte 2. c. 37.

Luther. in respons. in libr. Ambrosii Katharini.

Bucerus ad 17. Matth.

Caluin. ad c. 27. Ierem. v. 12

Digitized by Google

Vsus tamen ratione firmatus, diuinæ scripturæ autoritate stabilitus, perennis in Ecclesia fuit atq; perpetuus, eos à communi grege eximendi, & priuilegiis ornandi, qui altari seruirent.

Genesis 47. Iosephus cum reliquam Ægyptum vniuersam ad regium patrimonium adiunxisset, prædia sacerdotum & possessiones exemit. Et vt discimus è Commentariis Esdræ in literis Artaxerxis magni Regis hæc continebantur, *Vobis quoq; notum facimus de vniuersis sacerdotibus & Leuitis & cantoribus & Ianitoribus Nathineis & ministris domus huius, vt vectigal & tributum & annonas nec habeatis potestatem imponendi super eos.* Et lib. 3. cap. 8. in earum literarum exemplari, sic Esdram Rex affatur, *Vobis autem dicitur vt omnibus sacerdotibus & Leuitis & sacris cantoribus & seruis Templi & Scribis templi huius nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obiicere eis quidquam.* Grauissimus Apostolus 1. ad Corinth. sic ait, *Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare*, cum ostenderet Ecclesiæ tribunal à ciuili atque politico esse diuersum.

1. Esdr. 7. 24.

1. Cor. 5. 12.

Sed quoniam Imperatores, Reges, Dynastæ, Principes & Magistratus, hac in re sibi iniuriam fieri putare fortè possent, quod tamen non ita est, neque enim propterea Clerici non eorum potestatem & autoritatem agnoscunt & demisse venerantur; non abs re fuerit inquirere, & subtilius inuestigare, quo primum tempore benigna ipsorum Edicta in Ecclesiæ gratiam effloruerint à fundata & constituta religione, quod sanè Constantino Magno Imperatore antiquius esse non potest, anno videlicet post Christum fere trecentesimo, quod Ecclesia prius ignota foret orbis terræ Dominis atque principibus, aut continua iactatione atq; hominum impiorum bello vexata. Constantinus igitur Orientis atque Occidentis Imperator ad Africæ Proconsulem Auilinum scribens, vt Eusebius & Nicephorus meminerunt, cum sapienter monuisset reipublicæ otium & felicitatem à religione pendere, Edictum in hæc verba dedit, *Quare honoratissime Auiline, eos qui in prouincia tua fidei concredita in Ecclesia Catholica cui Cæcilianus præest huic sanctæ religioni inseruiunt (quos Clericos nominare solent) ab omnibus omnino communibus & ciuilibus rerum publicarum ministeriis immunes & solutos volo, vt nullo modo per errorem vel per sacrilegam & profanam prolapsionem quæ in huiusmodi negotiis accidere solet à cultu diuinæ maiestatis debito abstrahantur, sed absque vlla molestia propriæ legi obsequium præstent.*

Euseb. lib. 10. c. 7.
Niceph. l. 7. c. 42.

Triginta post annis Constantius Imperator easdem exemptiones rerum & personarum confirmauit, vt constat ex Codice Iustinianeo, vbi significat, hanc sui genitoris voluntatem fuisse, vt à ciuilibus omnibus muneribus Clerici eximerent, & proinde eadem priuilegia in sobolem quoque illorum deriuari sua Constitutione iubet.

Aut. Cod. de episc. & cler.

Sozomenus lib. 1. cap. 9. quæ de Constantino Magno dicta sunt etiam recenset, quemadmodū Clericos immunitate donari voluerit eosque à ciuili iurisdictione & Iudicum potestate exemerit. Et lib. 3. cap. 16. aucta eadem priuilegia & amplificata refert à Constante & Constantio, & cap.

Digitized by Google

&cap.20.reuocationem S. Athanasii & Ecclesiæ iura describit. Libro item 6.cap.3. Iouinianum scribit restituisse eas immunitates, exemptiones, priuilegia, quæ perfidiosus Iulianus sustulerat, idemque ius virginibus atque viduis concedi voluisse.

Imperatores Valentinianus & Marcianus hæc omnia rata esse voluerunt vt Codice perscribitur de sacrosanctis Eccles.leg.12. Et eodem Codice Leo & Anthemius AA. de Episcopis & Clericis, leg.31. etiam Xenodochiis seu Prochotrophiis id accommodant.

Valentinianus & Martianus L.12. C de Sacrosan. Eccl. *Priuilegia quæ generalibus constitutionibus, vniuersis Sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ religionis retro principes præstiterunt firma, & illibata in perpetuum, decernimus custodiri. Leo & Anthemius* l. omnes parag. priuilegiis, c. de Episc. & Cler. *Priuilegia sanè singulis quibusque Sacrosanctis Ecclesiis Orthodoxæ fidei, Xenodochiis seu Prochotrophiis tam generaliter quam specialiter attributis perpetuo obseruanda. Nullis eas earumque sacerdotes aut clericos (cuiuscunque gradus sint) aut monachos aut Prochotrophos aut Xenodochos, orthodoxæ fidei deputatos extraordinariis muneribus præcipimus prægrauari. Eas enim sarcinas oneris, quas plerisque personis diuersa ratione remittimus, imponi beatissimis viris nostro sæculo inconueniens esse indicamus.*

Iustinianus eadem priuilegia quibus fruuntur Sacerdotes, Diaconi & subdiaconi, ad monachos extendit, hoc est ad eos qui à communi hominum commercio disiuncti vitam agebant. Et leg.fin.Cod.de Epis. & Cler. statuit vt liberi qui parentum etiam & tutorum potestate continentur, præter illorum voluntatem religiosam vitam inire possint, neque tamen ius amittant succedendi in hæreditatem, quæ vel testamento vel ab intestato illis obueniat. Et §. penult. addit bona Monasterio quæsita Religiosi donatione, non amitti si fortè is à religione egrediatur.

Iustinianus Imp. l. Deo nobis 42. & vltima Cod. de Episc. & Cler. *Hoc etiam cognitum nobis correctione nostra dignum esse indicamus: vt si quis in parentum potestate constitutus, vel constituta, vel forsan huiusmodi iure absolutus, vel absoluta, elegerit, se monasterio vel Clero sociare, & reliquum vitæ suæ tempus sanctimonialiter degere voluerit: non liceat parentibus eosdem vel easdē, quocunque modo abstrahere, &c.*

Anacletus Papa qui anno post Christum 90. floruit memorabile dictum scriptis suis reliquit epist. 1. ait enim Seruatorem mundi Christum præcepisse Apostolis, vt priuilegia Sacerdotum & Ecclesiarum intemerata & inuiolata summa fide & cura tuerentur.

D. Hieronymus Commentariis in c.17. Matth. de tributo disputans quod persoluit Christus causam reddit cur ex pecunia quam seruabat Iudas id non penderit, quod nimirum pauperibus illa sustentandis, hoc est Apostolis desponsa foret, proindeque Petrum iussit è mari nummum educere, adeo verum est similia bona sacrosancta atque immunia esse. Cuius rei cum Theodericus & Theodebertus obliti viderentur, S. Gregorius Magnus in memoriam illis reuocat maiorū pietatem, indignumque videri ait, vt è patrimonio Crucifixi tributa exigantur. *Greg. l. 7. indict. 2. ep. 114.*

Carolus Magnus noua comprobatione easdem immunitates, exemptiones, priuilegia tum Ecclesiæ, tum Clericorum bonorumque eorum sanciuit & corroborauit, excepta pontium instauratione atque viarum publicarum, quæ in eiusdem essent Ecclesiæ territorio; quique hæc iura violarent, iisdem quibus sacrilegi pœnis mulctari voluit. *Carol. Magn. l. 6. leg. c. 169* Ex eadem mente Concilium Lateranense sub Innocentio 3. dirarum obnuntiatione coercet & anathemate eos omnes, qui à Clericis tributum exigūt, aut alia ratione perfringunt Ecclesiæ ius & immunitatem, & consimiliter ad- *Concil. Later. sub Innocent. 3. c. 46.*

ter adiutores omnes atque administros, eousque à fidelium communione secretos, donec plenè & perfectè satisfecerunt. Quæ iudicia Constantiense deinde Concilium & Basiliense confirmarunt, vt & Federici 2. Constitutiones, & Canones Synodi Coloniensis, Moguntiæ & Treuirensis.

Concil Constant. in confirmatione constitutionum Friderici 2.
Synodus Basileensis in appendice in epistola ad Episc. Adriensem.
Conc. Col parte 9 c. 20.
Moguntinum c. 76.
Treuirense c. de Immunit. Ecclesiarum.
Colon. vbi supra. Immunitas Ecclesiarum vetustissima res est iure pariter diuino, & humano introducta, quæ in duobus potissimum sita est, primum vt Clerici, illorumq; possessiones & bona à vectigalibus & à tributis, aliisq; muneribus laicis libera sint, &c.
Liuius l. 2.
Gellius l. 10 c. 15.
Plutarch in Numa.
Strab. l. 4 & 15. & 15.

Sed concludamus, dicamusque vt verum est aduentitia omnia siue accessoria principem rem consequi, ita si immunis & eximia est Ecclesia necesse est Clericos ipsos atque eorum bona eodem priuilegio gaudere.

Et quanquam plurimæ rationes in medium adferri possunt, cur ab omni hominum memoria diuinæ humanæq; leges tum sacræ tum politicæ & ciuiles, Clericorum & Religiosorum ordinem ea munerum vacatione, tot beneficiis, tantis honoribus exornarint, princeps mihi atque palmaria videtur illa, quod habeant aut habere certè debeant mirabilẽ cum diuina mente coniunctionem, cui se totos consecrarunt. Eximius religionis cultus & quotidiana ipsa rerum sanctissimarum tractatio eos hominum generi suspiciendos venerandosq; reddit, vel si tantum naturæ ductum & lumen sequamur. Nam vt nulla in hac rerum vniuersitate gens reperitur, tam barbara, tamq; vacua humanitatis, quæ non habeat informatam quandam notionem in animo, esse quoddam æternũ Numen beatissimamq; naturam, ad quam se omnes debeant conuertere, siue vt bona & humanæ vitæ necessaria consequantur, siue vt mala noxiaq; demittat, cuius vim ac potestatem vereri debeant, quam venerari certo cultu, & ceremoniis prosequi: Ita nullus est qui non iudicet, eos honore & obseruantia prosequendos, qui felicius cum eadem natura copulantur, quorum vita morumq; ratio, vt liquidior & sanctitate illustrior, diuinam mentem quantũ homini fas est in terris imitatur. Quod videmus omnium sæculorum ætatibus, omnium prope nationum studiis, vsu & consuetudine celebratum.

In Ægypto quidem Sacerdotes publica annona & commeatu alebantur. Apud Romanos Pontifices, quos Flamines indigitabant quiq; summa varietate & numero fuerunt, pro Numinum varietate, quorum sacris operabantur: Augures & præsides sacrificiorum ea fuerunt dogmatis existimatione & gloria, quam summo ambitu Candidati persequerentur, cum blanditiis & affectatione, vi nonnunquam & impressione populi suffragia colligerent: cumq; vulgo odiosum esset regium nomen, & æquis auribus vix in ea imperii sede exciperetur, tamen augustæ venerationis causa, in eo gradu dignitatis hæsit. Flaminem autem dialem sic valuisse autoritate accepimus & religionis emanentis, vt rei de salute metuentes, ad eum tanquam ad sacram anchoram confugerẽt, qui si vincti ad eius pedes accidere potuissent, e uestigio soluebantur, sontes & noxii supplicio omni liberati dimittebantur. Quod ad Vestales virgines attinet, quæ veteribus eodem loco fuerunt, quo apud nos Deo dicatæ Moniales, ea fuerunt veneratione inter suos, vt ne quidem fas foret illas attingere: lictores semper duo præcedebant, & si fortè in

damnatum

Digitized by Google

damnatum incurrerent, pro animi sui sententia & voluntate, ex atrocitate suppliciorum eripiebant, & incolumitatem largiebantur.

Nemo nescit quanta fuerint laudis & gloriæ opinione ad Caucasum Gymnosophistæ, Brachmanæ in India, Magi in Perside, in Assyria Chaldæi, Druydæ & Bardi apud Gallos. Quem locum etiamnum teneant Caliphæ in Arabia, Syria & Ægypto, Talismanni cæterique sacrificuli in Turcarum dominatu, & in Iapone Bonzii, quos vt Heroas atque Indigetes venerantur, atq; ita suspiciunt, vt nihil sacri neque profani grauioris momenti geratur, sine illorum consilio & interposita autoritate. Denique hoc constat apud omnes populos & nationes, apud quas humanitas viguit & Numinis cultus, magno in honore fuisse illos qui supremæ diuinitati sacri & deuoti forent: non quod mutuis ad hoc colloquiis, scriptis, institutione, aut eorum lege qui res administrabant, adigerentur, sed tantum naturæ instinctu & impulsu inuitati sine cuiusquã eruditione. Est autem constans atque perpetuum hoc omnium iudiciũ, documentum esse naturæ tacitamq; veluti vocem, quod nationum omnium consensione fieri solet.

Quod si hæc non modo inanis atque fallax, sed impia detestabilisq; superstitio in impuris iis Geniis venerandis, qui aliud nihil fuerũt quàm anilia quædam spectra à dæmone in amentium hominum opinione fabricata, tantam vim olim habuit, & nunc etiam in quibusdam regionibus obtinet, vt in primo reipub. ordine atque dignitatis gradu sacrificuli ponantur, quanto magis apud Christianos certa fides & veri Numinis religio valere debet?

Est igitur vero simile, futurum posthac neminem qui non fateatur, quo maius augustiusque illud est, quod Christiani credunt & profitentur de veri Dei maiestate, quam quod Barbari de idolis portentisq; suis concipiunt: eo etiam augustiores honores deferendos esse illis hominibus, qui propius ad eam ipsam diuinæ mentis excellentiam maiestatemque accedunt: præsertim cum sanctissima quæque religionis mysteria diuinaq; bona, illorum functione nobis communicentur, qualia Sacramenta sunt de quibus modo est agendum.

DISPVTATIO DE SACRAMENTIS.

DE BAPTISMO ET EIVS NEcessitate.

CAPVT XXVI.

Tertull. de Baptism. c. 13.
Aug. hæres. 46.
Epiph. hær. 40.
Guido de Armeniis
Philast. & Aug. in illorum hæresibus.
Theodoretus lib. 4. c. 10.
S. August. hær. 69.
Guido de Armen. error 16.
Trithem in Chronic. Hirsaugiensi.
Luther l. de cap. Babylo. c. de baptismo.
Melancht. in locis communibus editis anno 1522. cap. de signis.
Caluin 4. Instit. c. 14. § 17.
Cauendum præterea ne in errorem huius affinem nos adducant, quæ ad amplificandam Sacramentorũ dignitatem paulo magnificentius à veterib. scripta sunt: vt scilicet arbitremur latentem aliquam virtutem Sacramentis adnexam infixamque esse, quò ipsa per se Spiritus Sancti gratias nobis conferant.

NVMERO plurimæ, conditione flagitiosæ, reipsa portenti prodigiique simillimæ fuerunt hęreseos, quas prædo animarum malus Dæmon aduersus hoc Sacramentum inuexit, quod veluti aditus quidam est atque ianua cæterorum.

Caiani Baptismum aiebant nullo modo esse necessarium, solam enim ad salutem fidem sufficere. Manichæi paulo iniquiores, non necessitatem modo omnem adimebant, verum etiam vtilitatem. Archontici haud minori insania id penitus aspernabantur. Armeni pueros infantes qui sine baptismo de vita migrarent, in terrestri paradiso locabant. Seleuciani & Herminiani aquam ab eo remouebant. Messaliani pro lauacro preces inducebant. Pelagiani ad labem peccati originis tollendam, id docebant esse inutile. Armeni generatim profitebantur, Sacramenta nouæ legis non producere gratiam. Lollardi cum balneis atque thermis componebant baptismum. Flagellantes scuticarum se veluti baptismo tingebant, cum nullum quam sanguinis baptismum agnoscerent. Lutherus tanto in speciem fidei amantior quanto infestior bonis operibus, omnes baptismi effectus vni fidei attribuit. Melanchthon asseruit, baptismi vndam & Cœnæ panem, nihil esse aliud, quàm decantatas σφραγῖδας diuinæ voluntatis. Par est & geminum Ioannis Caluini iudicium, vt constat ex eius lib. 4. Institut. cap. 14. tametsi aliud sensisse omnem antiquitatem fateatur.

Aduersus nefarios hos errores duo quædam faciamus: absolutam imprimis necessitatem Baptismi ostendamus, tum eius præcipuas ceremonias & adiuncta probemus.

Duplex

Digitized by Google

Duplex fundamentum est huius necessitatis, nimirum peccatum originis in primi satoris nostri Adami culpa generatum; deinde Christi noui Adami præsentis remedii institutio. Quod ad primum attinet, tam in naturæ lege, quam scripta, & Euangelica, labis originis quantum sit pondus & grauitas experimur, siue piis parentibus nati simus siue infidelibus.

David boni genitoris filius confitetur in iniquitate se conceptum & genitum fuisse. S. Paulus ad Romanos cap. 3. omnes in Adamo peccasse denunciat. Et cap. 2. ad Ephesios, *Eramus*, inquit, *natura filii iræ sicut & cæteri*. Et 1. ad Corinth. cap. 15. *In Adam omnes moriuntur*. Quæ causa fuit cur doctissimus Hieronymus diceret, *fieri non autem nasci Christianos.* *Psalm 50.7.* *Hieron. ep. ad Latam.*

Quod ad Christi institutionem spectat, est diserta & perspicua illius oratio, qui cœleste domicilium qua lubet ratione largitur, Ioannis 3. vbi sic clarè, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in regnum cælorum*. Non ait, Nisi quis renatus fuerit ex parentum & sponsorum voluntate, aut fidei vi & virtute, sed explicatè atque dilucidè, ex aqua & Spiritu Sancto. Cuius dicti autoritatem secutus eius Apostolus, *Sanctificatam ab eo Ecclesiam & mundatam* asserit, *lauacro aquæ in verbo vitæ.* Et alio loco, *Saluos nos fieri per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti*. Quam renouationem inexplicabili suo bono erat expertus, vt ipse memorat Actor. 22. cum sic illum compellauit Ananias, *Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius*. Vnde conficit S. Petrus epistola sua prima, quod quemadmodum extra Arcam nemini salus incolumitasque fuit proposita magnæ eluuionis tempore, sic nisi in baptismo nemo salutem consequatur, hæc ipsius verba sunt; *Quando expectabant Dei potentiam in diebus Noe cum fabricaretur Arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam: quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi.* *Tit 3.5.* *1. Petr. 3. 20. 21.*

Patres hoc ipsum viderunt, vt copiosius post dicetur, cum indicarũt extremo in periculo si fortè Episcopus absit, Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, aut quispiam è Clero, posse quemlibet nullis sacris initiatum baptismum adhibere, ne res planè necessaria defuisse videretur.

Origenes homil. 14. in S. Lucam, huius necessitatis rationem, ad eam sententiam reuocabat, *Nemo mundus à sorde nec infans cuius est vnius diei vita super terram*. Et libr. 5. in sextum caput Epist. ad Romanos, perite notat corpus à magno Paulo nominari *Corpus peccati*, quod in peccato conceptum fuerit. Itaque D. Gregorius Nazianz. orat. 40. præstare dicit absq; sensu emori, quàm iis vndis à quibus sanctificatio est spoliari.

S. Ioan. Chrysostomus homil. ad Neophytos, Hac de causa, inquit, infantes baptizamus, vt non sint coinquinati peccato, vt iis addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, vt eius membra sint omnes, vt Spiritus habitatio fiant. Et in homil. de Adamo & Eua, Ideo prædicat Ecclesia Catholica vbiq; diffusa paruulos baptizari propter peccatum originale.

Iustinia-

Iustinianus Imperator in Authentica quadam contra errorem eorum qui vsum rationis expectabant decernit, vt nulla habita Catechismi ratione quem paruuli excipere non possunt, salutaribus tamen vndis eluantur. S. Ambrosius l. 2. de Abrahamo cap. 11. exponens ea Christi verba, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. Nullum, inquit, excepit, non infantem, non aliqua præuentum necessitate. Habeant tamen opertam pœnarum immunitatem, nescio an habeant regni honorem.

S. Hieronymus Dialogo 3. contra errores Pelagianorum cap. 6. inducit Critobulum sciscitantem, cur baptizentur infantes, & in quo tandem peccauerint. Cui respondet Atticus Apostoli verbis ad Romanos, *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiam in eos qui non peccauerunt*, intellige eos illud non peccasse peccatum quod peccauit Adam præuaricando in paradiso præceptum Dei.

D. Augustinus lib. de origin. animæ vberius de hac quæstione disputans acriter Pelagium oppugnat, qui in contraria sententia versabatur. Et primo libro de meritis & remiss. pec. ca. 30. exquisitius hæc verba examinat, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest intrare in regnum Dei.* Et Epist. 89. ait Si quis fortè paruulum ostenderit, qui ex cōcupiscentia generatus non sit nec ex Adami prosapia ortus, dictum se e-uestigio non illi opus esse baptismo ad cœlestem gloriam adipiscēdam, & ab eo communi Apostoli dicto excipiendam, *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt.*

Carthaginense 5. Concilium cap. 6. tanti æstimat hanc necessitatem, vt edicat iis omnibus, qui an baptizati fuerint aliquando non sine verisimili oratione dubitare possunt, aut qui nullo certo id testimonio confirmarent, vt elui se se curent pio Ecclesiæ more, vti scrupulo & periculo omni liberentur, quod intelligi debet addita conditione. Et in Epist. ad Innocentium quæ 92. est inter ipsius Epistolas, Aurelius aliique Episcopi Africæ aberrantem eorum opinionem confidentia plenam exagitant, qui existimant, paruulos sine subsidio Sacramenti beatos esse posse. Sed eundem eruditissimum Augustinum lib. 3. de origine anim. præclarè ista monentem audiamus, *Noli credere*, inquit, *noli dicere, noli docere infantes antequam baptizentur, morte præuentos, peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.* Et Epist. 47. ad Valentinum, Paruuli qui nondum habēt opera propria vel bona vel mala secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lauacrum regenerationis non subuenit gratia Saluatoris.

Quod attinet ad eam obiectionem, indignum videri & minimè rationi consentaneum, vt propter aquulæ inopiam, anima pereat, quam cruore suo mundi Seruator & vitæ profusione vindicauerat. De aqua quidem respondetur cum D. Cypriano nullam esse temeritatem in præcepto, vbi autoritas diuina interuenit. De sanguine pretiosissimo cōstat ex ipsius Christi duntaxat voluntate, vitam, mortem, meritaq; eius nobis ap-

bis ap-

Digitized by Google

bis applicari, sic autem ipse voluit, vt ante vsum rationis id remedii nobis accommodaretur: & si vas esset ratiocinando aduersus diuinam mentem pugnare, æquo iure concludi posset, quærique cum Adamum atq; omnem eius posteritatem, imo vero cur filium carissimum propter exigui pomi contactum morte mulctauerit.

Igitur fatemur pomum & vndæ guttulam rem esse leuissimam, non autem minimum existimandum, offendere maiestatem in omnes partes infinitam, & potentissimum rerum omnium procreatorem, cuius sapientia atque bonitas cum æquo veluti pede gradiantur, tam facilem medicinam nobis inuexerunt, quam communis epidemicus hic morbus est originis, & necessaria quadam hæreditate contingit. Quare quemadmodum sine vlla nostra actione aut propriæ voluntatis metu in scelere concipimur, sic infans sine vlla sua actione diuinitus potest elui animoque expiari. Quæ causa fuit cur in eam rem Deus elementum id elegerit quod esset in promptu & commune vbique, tribus tantum verbis adhibitis quæ facillime pronunciantur.

Aiunt illi paruulos in fide parentum sanctificari. Id si verum esset, Esau magno genitore procreatus Isaaco certam & propriam animi sanctitatem fuisset consecutus, de quo tamen in diuinis literis perscribitur odiosum Deo fuisse priusquam in lucem ederetur. Et nemo nescit Dauidem Iesseo patre natum singularis innocentiæ viro atque perfecto, de se tamen fateri Psalm. 50. quod iniquitatibus esset conceptus. Apostolus ipse parentem habuerat diuina luce collustratum & fidelem vt ipse epistol. ad Galatas significat, & tamen sese aggregat ad eorum numerum qui natura essent filii iræ certissimis suppliciis obiecti. Denique id clarissimo antiquorum Patrum effato repugnat, quo vti prius vidimus non nasci nos Christianos sed fieri aiunt; pugnat item cum dicto S. Augustini lib. 2. de pec. orig. ca. 40. Regeneratus inquit non regenerat filios carnis sed generat, ac per hoc in eos non quod regeneratus sed quod generatus est traiicit.

Vrgent tamen Aduersarii illa verba magni Pauli 1. ad Corinth. cap. 7. vbi ait *sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, alioqui filii vestri immundi essent.* Sed peritissimus Augustinus nodum eum soluit de iisdem verbis disputans in hunc modum: *Illud sine dubitatione tenendum est quæcunq; illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi Christiana & Ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fideles.* Et sane si ipsa Apostoli verba prout sonant vim haberent, & vt ab istis obiiciuntur, sequeretur mulierem idolorum superstitione irretitam, si matrimonii societatem ineat cum homine Christiano, cœlo frui posse vt à viro fideli sanctificatam: quæ consecutio cum sit perspicue falsa & absurda, falsum quoque & impium Antecedens esse oportet.

August. l. 3. de peccat. mort. c. 12.

Ex quibus colligere necesse est eo loco diuinum Apostolum loqui de

by Google

sanctificatione aut œcumenica, aut politica, aut instrumentaria, aut quæ notet parentum voluntatem. Oeconomica quam ciuilem nominat S. Ambrosius in eo cernitur quod liberi censeantur minime spurii: Politica, quod patrium ius assequentur atque in hæreditatem legitimam succedent. Instrumentaria, quod vnus alterius salutem procurabit, hoc est, Genitor pie liberos suos & religiose instituet.

Vltima est, quod parentum alter (cum Christianus sit) paruulum veri Dei cultui mancipat, despondet iam inde baptismo, curaturusq; sit deinceps vt mundi parentem Deum omni animi & corporis contentione veneretur.

Tertull. l. 2. ad vxorem. Hieron. l. 1 aduers. Iouin. [illegible] er. 53. ad Paul. Aug. [illegible] l. 2 de peccat. & [illegible] 6. [illegible] l. 3. de origine an.

Ita quidem exponunt Sancti Patres & maxime D. Hieronymus contra Iouinianum & in epist. ad Paulinum.

Concludamus igitur cum S. Augustino & eleganti ipsius stylo hic ad extremum vtamur. Noli credere, noli dicere, noli docere infantes antequam baptizentur morte præuentos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum si vis esse Catholicus.

QVOD BAPTISMI SACRAMENTVM *ingruente necessitate, à quolibet, seu mas seu fœmina fuerit, administrari possit.*

CAPVT XXVII.

CONGRVENS fuit, vt quemadmodum nulla animi nostri contumacia & liberi arbitrii motu nascimur filii iræ & maculosi in lucem prodimus, sic facilis illi malo medicina à diuina mente prouideretur. Quare salutis nostræ Deus Baptismi Sacramentum instituit ea materia, quæ in medio posita vbique inueniretur, ea verborum comprehensione, quæ sit breuissima; eiusque administrandi potestatem fecit omnibus ingruente necessitate, vt olim de Circumcisione sanxerat.

Exod. 4. 24. 25.

Hoc autem esse verissimum, diuini Moysis claro testimonio cognoscitur, de quo sacra monumenta sic habent, Cumque esset in itinere in diuersorio occurrit ei Dominus & volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram & circumcidit præputium filii sui. Et lib. 2.

2. Machab. 6. 9. 10.

Machabæorum ita proditur, Erat ergo videre miseriam: duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse: quas infantibus ad vbera suspensis cum publice per ciuitatem circumduxissent per muros præcipitauerunt. De Baptismo quoque legimus Actorum 9. vbi Ananias (qui

Actor. 9. 17.

neque

neque fuit Sacerdos neque Diaconus) abiit & introiit in domum, & imponens ei manus dixit Saule frater, Dominus misit me, IESVS qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas & implearis Spiritu Sancto.

Hanc doctrinam communi animorum inductione S. Patres nobis reliquerunt, Tertullian. lib. de Baptismo ca. 17. vbi monet Diaconum cedere Presbytero debere, hunc vero Episcopo nisi forte vrgeat necessitas, nam tum laicis ius quoque esse baptizandi quod munus si ipsi abnuant & puer moriatur, grauissimi sceleris sint rei. Clare hoc ipsum doctus Hieronymus Dialogo aduers. Luciferian. c. 4. Sine Episcopi iussione, neque Presbyter, neque Diaconus ius habet baptizandi, quod frequenter si tamen necessitas cogat, scimus & laicis licere. Illustris etiam D. Augustinus l. 2. contra Parmenian. cap. 3. docet peccare laicum cum nulla cogente necessitate quempiam tingit, verum tamen esse baptisinum & minime iterandum. Si autem necessitas vrgeat, aut nullum aut veniale modo esse peccatum. Et in epist. ad Fortunatum addit hunc communem totius Ecclesiæ sensum temporibus suis fuisse, cum vrget periculum baptismum valere à quocunque tandem cõferatur, cum ii absunt ad quos ius illud officiumque pertinet. Ecclesiæ Annales memorabilem historiam continent atque iudicium quod huic illustrandæ quæstioni maxime facit. Nam Alexander Episcopus Alexandriæ de consilio virorum illustrium & sapientissimorum pronunciauit, baptismum ab Athanasio in littore maris collatum, vim habere suam oportere, cum didicisset & pronunciata ab eo solennia verba, & id facere voluisse, quod in eo genere præstat Ecclesia. Sozomenus & Ruffinus rem gestam memorarunt.

Sozom. l. 2. hist. c. 17. Ruffin. l. 1. hist. c. 14.

Deinceps omnes opinor in eo consentient, vt salutem paruulorum in tuto collocatam velint & communem Ecclesiæ vsum sequantur, quemadmodum de ministri concione Nouatores constituerunt, quam negant, si Molinæo Prædicanti fides, esse ad baptismum infantium necessariam.

BAPTISMVM IOANNIS NON PERINDE *ac Seruatoris nostri valuisse ad animi labes expiandas.*

CAPVT XXVIII.

August l 2. contr. epist. Petil. c. 32. 34. 37.

PETILIANVS aduersus quem singularis Doctor Augustinus scripsit, docebat in aqua baptizasse Ioannem, Christum in Spiritu, in igne Paracletum: tres autem hos veluti baptismi gradus ad vnum idemque sacramentum referri.

Euthym. in Panopl. par. 2. tit 22. c. 16.

Phil Melancb. in loc. commun. tit. de baptismo Ioannis: Ioannes de passuro Christo, Apostoli de passo & resuscitato prædicant, tamẽ ministerium fuit idem, & effectus eosdem habuit in credentibus.

Bogomilę censebant inter nostrum & Ioannis baptismum nihil esse discriminis, quod aqua fiat, & vetus ille, vt inductus à Seruatore spiritu perficeretur. Ater Melanchthonis Genius in locis cõmunibus scriptum reliquit, inter Ioannis & Apostolorum baptismum non aliam esse differentiam, nisi quod ille Christum præsignificaret qui mortem erat obiturus. hic vero eundem Christum perpessionibus deffunctum.

Diuina Scriptura soluit hanc controuersiam & Ioannes ipse discrimen insinuat inter suum & filii Dei baptismum cum ita loquitur in Matthæo, Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta soluere, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Sed totam rem penitus conficit definitque os sacrosanctum æternæ sapientiæ, ita primigenios religionis patres alloquentis, *Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Hunc fuisse exorientis Ecclesiæ sensum, ex eo patet, quod Apostoli Christianis vndis elui eos curarent, qui Ioannis baptismo tincti fuerant, quod Actorum 19. his verbis plane & diserte explicatur, *factum est autem cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos, dixitque ad eos, si Spiritum Sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: sed neque si Spiritus Sanctus est audiuimus. Ille vero ait, in quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, in Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos & loquebantur linguis & prophetabant.* Et vt diuinis litteris diuinitatis internuntios Patres adiungamus, Origenes tract 8 in Ioannem hunc locum citat exponitq;: & rationem etiam adiungit, quod regeneratio non Ioannem sed Christum & eius discipulos sequeretur.

Actor. 1. 5.

Actor. 19.

Laudatur & idem locus Tertulliano lib de baptismo, cap. 10. Optato Mileuitano lib. 5. contra Parmenianum, & S. Hieronymo Dialogo aduersus Luciferianos cap. 3.

Hanc

Hanc ob causam Iustinus Martyr baptismum Ioannis Procemium Euangelii gratiæ nuncupauit. Et beato nomine Macarius Episcop. Hierosolymitanus Nicœno Concilio primo l. 2. respons. 2. distinguit inter baptismum pœnitentiæ & baptismum remissionis, asseritque debeatis spiritibus nullum, aut alium quempiam, excepto verbo humanitate nostra vestito, potuisse baptismum adoptionis inducere. *Iustin. q. 37.*

S. Athanasius quæst. 134. baptisma Ioannis *introductorium* appellat, non adhuc omnino spiritale, quo nos baptizamur.

S. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 3. Bonus is qui baptizabat, sed quid tandem si cum eo conferatur qui baptizabat in Spiritu sancto & igne. *Καλὸς ὁ βαπτίζων ἐν ὕδατι ἀλλὰ τί πρὸς βαπτίζοντα ἐν πνεύματι ἁγίῳ.*

S. Basilius in exhortatione ad baptismum expressius id etiam docet his verbis, *Initiatorium erat Ioannis baptisma, istud vero perfectorium, à peccato illud auocabat, istud cum Deo coniungit & familiarem reddit.* Idem homil. de baptismo, Quantum discriminis inter Spiritum & aquam, tantundem videlicet est & inter eum qui baptizat in Spiritu sancto & eum qui baptizat in aqua.

Illius studiorum æmulus par dignitate & virtute consimilis Gregorius Nazianzenus Orat. 39. componens baptismum Moysis in mari & nube factum, cum Ioannis lotione, hanc item, cum Euangelica mersione conferens, tantum à postrema superari secundam ait quantum secunda primam antecellit.

S. Ioannes Chrysostomus hom. 12. in Matth. ita loquitur, Gratia Spiritus S. est in Christi baptismo, quam Ioannis baptismus non habet. Sed accommodatissima mihi videtur & peroportuna similitudo qua Cyrillus Alexandrinus vtitur primo libro in Ioannem c. 26. & lib. 2. cap. 57. cum ait quod quemadmodum Ioannes vt vox quędam solitudinis viam Christo præparabat qui est Verbum Patris, ita eius baptismus ad baptismum Christi disponebat.

Tertullian. l. de baptismo cap. 10. baptismum Ioannis neque Spiritum Sanctum neque peccatorum remissionem contulisse probat hac ratione, Si Spiritus non erat diuinitus concessus quia Christus nondum erat glorificatus, quonam modo id quod Dominus nondum conferebat, seruus præstare posset? Probat item neque cœlestem fuisse illius ipsius dicto: *Qui de sursum venit super omnes est, qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur.*

D. Ambrosius serm. 2. de Natiuit. Christi ait non secus ac lucernæ lumen radiis solis inobscuratur, ita baptisinum Ioannis immenso Christi splendore haustum & obtectum fuisse. *Ambros. serm. 8. de tempore.*

Ingenio pollens & oratione Hieronymus non scribit modo idem, verum etiam argumentatur, vrget, confirmat aduersus Luciferianos exemplo Centurionis Cornelii de quo accepimus Spiritus Sancti compotem fuisse factum ante baptismum, quem Spiritum D. Ioannes dare non potuisset etiam cũ baptismo. Profert etiam id quod sacra in pagina

continetur, baptiſma præcurſoris baptiſma fuiſſe pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum id eſt in futuram remiſſionem, quæ eſſet poſtea per ſanctificationem Chriſti ſubſecutura. Rem etiam corroborat Epheſiorum eo facto de quo ſuperius, cuius etiam meminit epiſt. ad Hedibiam.

In Enchirid. ad Laurent. c. 47.

S. Auguſtinus Tractat. 5. in Ioan. Serui baptiſmum non ſatis fuiſſe ad ſalutem ait, ſed Domini vim gratiamque fuiſſe neceſſariam. Et in Enchiridio ſcribit, Ioannis vnda nos inſtructos atque diſpoſitos ad eius excipiendam purgationem qui totius ſanctitatis autor eſt, & qua vna non alia regeneramur.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Baptiſmo can. 1.
Caluin. l. 4. Inſt. c. 15. ſect. 7. Nec recipienda eſt illa Auguſtini argutia, &c.

Vnde conſtat non ſine ratione Tridentinum Concilium execratione illos deuinxiſſe, qui tuentur baptiſmum Ioannis, cum baptiſmo Chriſti vim eandem habuiſſe: quamq; præter rationem omnem Ioann. Caluinus in hac quæſtione antiquitatem omnem pro nihilo pendit, aurei Chryſoſtomi pondus & autoritatem infringit, vanitatis arguit præſtantem in omni genere S. Auguſtinum.

DE BAPTISTERIO.

CAPVT XXIX.

Athanaſ. epiſt. ad omnes Orthod. cum per Arrianos perſecutio fieret.
Quid ſimiliter in bello aut perſecutione factum eſt vnquam? Siquidem & eccleſiis & baptiſteriis flamma iniecta: magnus agitur luctus & eiulatus per ciuitates
Εἰσήειτε πρῶτον εἰς τὸν προαύλιον τοῦ βαπτιστηρίου οἶκον καὶ πρὸς τὰς δυσμὰς ἑστῶτες ἠκούετε καὶ προσετάττεσθε ἐκτείνειν τὴν χεῖρα, καὶ ὡς παρόντι ἀπετάττεσθε τῷ Σατανᾷ.

S. Athanaſius cum bacchantes in funeribus Chriſtianorum Arrianos deſcribit, conqueritur quod malleolos atque nefarios ignes in baptiſteria conieciſſent. Et in vita Magni Antonii quod per viſum eidem ſancto viro diuinitus patefactum fuerat, tantum eueniſſe ita meminit, Proh ſcelus? horret animus replicare quæ geſta ſunt. Virginum matronarumque ereptus pudor, ſanguis ouium in Chriſti templo effuſus veneranda reſperſit altaria. Baptiſterium pro voluntate Gentilium pollutum eſt. Hieroſolymitanus Cyrillus catecheſi prima myſtagogica in memoriam reuocat initiatis quomodo in aditu Baptiſterii conuerſi in Occidentem manuſque intendentes Satanæ abrenunciaſſent. Et Demoſthenes Chriſtianus à liquida fandi copia nomen habens Ioannes hom. 60. ad populum Antiochenum meminit eorum qui adſtarent Baptiſterio.

Socrat. hiſt. l. 7. c. 4.

Socrates in hiſtoria Eccleſ. Epiſcopum memorat Atticum mandauiſſe vti Iudæus quidam paralyſi miſerabiliter oppreſſus in Baptiſterium deferretur qui diuinitus ſanitatem recuperauit ſtatim ac baptiſmum conſecutus eſt. Sanctus Ambroſius lib. 4. de Sacrament. cap. 1. ait Chriſtianum Tabernaculum in quod vna cum ſacerdote ingredimur eſſe Baptiſterium, eoque in loco virgam Aaronis hoc eſt animam illius qui tingitur ſine humore gratiæ languentem, ſubito efflorеſcere. Et lib. 5. epiſtol. 53. ſe teſtatur in BAPTISTERIO Chriſtianam inſtitutionem tradidiſſe.

S. Dama-

Digitized by Google

S.Damasus epist.4.Chorepiscopos vetat in baptisterium aut in sacrarium introire ante Episcopum, vel eo præsente infantem tingere aut signare. Et in Pontificali in vita S.Syluestri, delineat Constantini Mag. Baptisterium è porphyretico lapide exædificatum, coopertum laminis argenteis magni ponderis intus & foris: in ipsius fontis medio columna fuit porphyretica, phialam in summo fastigio sustinens pondo quinquaginta, vbi ardebant balsami libræ ducentæ: in labro fontis agni fuit perelegans effigies ex auro purissimo, triginta librarum quę aquam funderet.

Sanctus Augustinus libr.22.de Ciuitate Dei capit. octauo. Fœminam refert lectissimam & religiosissimam nomine Innocentiam, quæ in mamilla cancrum habebat tetrum & periculosum, cœlesti prodigio fuisse liberatam, cum ex viso diuinitus sibi oblato in baptisterium introisset, & benedictionem excepisset illius, quæ primo fuisset eluta. Aquitaniæ laus splendorque Paulinus Nolanus Episcopus ad exornandum baptisterium versus condidit, quos Seuerus inter duo Templa collocari curauerat. Atque huiusmodi locus olim fuit S.Stephani nomine insignis qui Lugduni inter Sanctæ Crucis & Diui Ioannis sacras ædes etiamnum visitur. Arausicanum etiam Concilium prohibet ne Catechumeni in Baptisterium admittantur dum rudes animi Christiana doctrina imbuuntur.

Paulin. ep.12. ad Seuer. Sanctus in hunc cœlo descēdit spiritus amnem. Cœlestique sacras fonte maritat aquas.

Obiici hic posset nascēte Ecclesia nullām baptisterii mentionem fieri, sed facilis est responsio quod ad Baptisterium ad vim sacramenti non sit necessarium, neq; tunc haberi potuit, cum Tyranni crudelitate furentes etiam Templa Oratoriaq; prohiberent.

DE BENEDICTIONE AQVÆ Baptismi.

CAPVT XXX.

TAMETSI ad integritatem Sacramenti consueta fontis benedictio minime requiratur, est tamen vi præcepti adhibenda, nisi quædam necessitas impediat: atque hoc modo quæ subiicientur rationes atque testimonia intelligenda sunt.

Constantinus de donatione sua loquens, exponensq; rationes munificæ largitatis suæ, de se ait, *Benedicto fonte* trina mersione purgatum. Et Nicænum Concilium 1.Canone Arabico 68.statuit vt quotannis aquæ & olei sancti benedictio renouetur.

D.Basilius in Psalm.28. spiritali quodam gaudio perfunditur, quod baptismi mysterium vbiq; administretur, expurgante naturam aquarum diuina

Cyrillus Catech.3. τὸ λιτὸν ὕδωρ πνεύματος ἁγίου καὶ Χριστοῦ καὶ πατρὸς τὴν ἐπίκλησιν λαβὸν δύναμιν ἁγιότητος ἐπικτᾶται.

diuina inuocatione. Et lib. de Spiritu S. cap. 27. Consecramus inquit aquam baptismatis & oleum vnctionis. Et vt intelligatur cuius vi atque virtute hæc fiat sanctificatio, S. Cyrillus Hierosolymitanus 3. Catechesi. scribit aquam sanctificari inuocatione Patris, filii & Spiritus S. quod argumentum sit vnius substantiæ in diuinitate.

Nyssenus Gregorius omnem aquam asserit baptismo accommodatam modo benedictio sacerdotis accedat quæ illam sanctificet. Et quoniam etiam altius hęc benedictio petenda est S. Ioan. Chrysostom. serm. de Pentecost. Spiritu sancto inquit sacerdotes ordinantur, Doctores declarantur, vnguentum consecratur, aquæ purgantur, Dœmones abiguntur: D. Cyprian. ep. 10. primi lib. diserte ita scribit, *Oportet ergo mundari & sanctificari aquam prius à Sacerdote, vt possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere*. Et Concilio Carthaginensi disputans contra baptismum hæreticorum, hac aduersus eos palmaria vtitur ratione, quod aqua baptismo necessaria nequeat ab iisdem sanctificari.

S. Ambrosius lib. 1. de Sacram. c. 5. quærit cur prius in aquam descendit Christus, & deinde Spiritus S. adfuerit, cum in Ecclesiæ more sit positum, vt prius exorcismi fiant religiosæque adiurationes, tum preces & inuocatio, & sanctificatio fontis, mox eorum aspersio qui salutis vnda eluendi sunt.

Respondet vero id factum quod non ab aquis sanctificationem petiturus veniret, sed eandem potius collaturus. Et ca. 3. de Initiatis eodem quo B. Cyprianus sensu loquens de præcepti Ecclesiæ necessitate, quod ad fontis benedictionem attinet, addit Sacerdotis benedictionem idem perficere quod lignum olim in amarissimum fontem Mara immissum à Moyse. Et rursum lib. 1. de Spiritu S. c. 7. Angelum eum qui probaticæ piscinæ vndam mouebat & sanandi vim tribuebat, adumbrauisse ait Sacerdotis benedictionem, quæ diuinam purgandi vim aquis tribuit.

Concludamus verbis D. Augustini lib. quinquaginta homiliarum hom. 27. *Quia baptismus id est salutis aqua non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur.*

DE

Digitized by Google

DE SANCTO CHRISMATE.

CAPVT XXX.

IVSTINVS Martyr Dialogo cum Tryphone, sanctum Chrisma illud oleum exultationis esse putat, quo Christus è regii Vatis prædictione delibutus fuit pro consortibus suis. Et quæstione 137. respondet ab hoc Chrismate nos vocari Christianos, & vnctione testari nos peccati sepulturam cui morimur per baptismum. Canon Arabicus 68. Concilii Nicæni adductus superius fuit in quo de aqua, oleo & chrismate. Sanctus Basilius etiam illa nobis sua ad intēdum obiecit, Consecramus aquam baptismatis & oleum vnctionis, præterea ipsum qui baptismum accipit ex quibus scriptis? nonne à tacita secretaque traditione? ipsam porrò olei inunctionem quis sermo scripto proditus docuit? Cyrillus item Hierosolymitanus Catech. 2. initiatos erudiēs sic eos affatur, Deinde verò iam exuti, exorcizato oleo à summis capillis ad infimos vsque peruncti estis & participes effecti fructiferæ illius oleæ Iesu Christi. Excisi enim ex oleastro in oleam frugiferam inserti estis & pinguedini illius oleæ quisque vestrum particeps effectus. Illud ergo exorcizatum oleum symbolum est pinguedinis Christi nobiscum communicatæ & quod omne vestigium diabolicæ operationis in nobis deletum sit.

S. Basil. l. de Spirit. S. c. 27.

S. Ioannes Chrysostomus homil. 6. in 2. caput Epist. ad Colossens. rationem reddit cur vnctio adhibeatur illis qui baptismo debent elui, vt nimirum ostendatur in apertum campum aciemque illos progredi vt cum Dei perduellibus suæque salutis inimicis contendant, & vt Athletæ strenuè generoseq; luctentur.

S. Chrysost. *ἀλείφεται ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ εἰς στάδιον ἐμβησόμενος.*

Scribit Theodoretus, consueuisse antiquos Patres Nouatianis chrisma adhibere, cum ad fidei communionem regrediebantur, quod apud ipsos non esset illius vsus in baptismo. Ex quo apparet, consecrationem & benedictionem, de qua superius, non fuisse ab illis existimatam necessariam necessitate Sacramenti, sed præcepti tantum, cum Nouatianorum baptisma non iterarent, sed tantum supplerent vnctionem.

Theodoret. lib 3. hæretic. fabul.

S. Ambrosius lib. 1. de Sacrament. cap. 2. & S. Augustinus tract. 33. in Ioan. dictum S. Ioan. Chrysostomi oratione sua confirmant, nimirum moneri nos vnctione vt ad luctam & dimicationem animos comparemus, non solum aduersus mundum, carnem & sanguinem, sed, vt Apostolus clare denunciat, aduersus principatus & potestates, aduersus rectores mundi huius & tenebrarum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quam eandem ob causam, vnctio in humeris adhibetur, vt indicetur eum qui baptismum percipit, magno animo & constanter Christi crucem laturum, & iugum Euangelicæ legis, gratiæ præsidio, quæ oleum est Spiritus Sancti, de quo Vates Isaias, *Auferetur onus eius de humero*

Ambros. *Vnctus es quasi athleta Christi, &c.*
August. *Ideo autem nos vnxit, quia luctatores cōtra diabolum fecit.*

Isaia 10.

mero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei.

Atque hoc in loco de Cruce disputare foret operæpretium, sed quoniam de eo signo aliàs copiosius actum fuit, hic sufficiet cum S. Augustino dicere, Quid est quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ ex qua regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.

August. tract. 118. in Ioan.

DE ABRENVNCIATIONE.

CAPVT XXXII.

MVTÆ sunt apud sanctos Patres grauissimæq; rationes cur solennis ista fiat Abrenunciatio: Nam Origenes imprimis hom.12. in Numeros Christianis eadem proponit, quo in officio illos contineat suo, ne cupiditatibus suis & inanissimis huius sæculi pompis velificentur. Et homil.2. in Psal. 38. inducit dæmonem arguentem homines perfidiæ & inconstantissimæ voluntatis, qui hostibus se vltro dediderint, postquam eorum partes & factionem abiudicauissent. Et ne fortè Christiani putent, nouam esse consuetudinem in Ecclesiam inductam, Origenis testimonio constat esse antiquissimam, vt quæ tanta sæculorum intercapedine præcesserit. S. Basilius lib. de Spiritu Sancto cap.27. Abrenunciationem quæ fit Satanæ atque Angelis eius in Baptismo, ad Traditiones Ecclesiæ reuocat, quæ sunt communes, quæ cum originem habeant ignotam atq; retrusam in antiquitate, non nisi ad Apostolos referri posse videantur. S.Ephrem dedita opera illam disputationē illustrauit, & luculenta scriptione docet in magno iudicii die reddendam nobis esse rationem illius pollicitationis, Abrenuncias diabolo & cunctis operibus eius? Abrenuncio. Opera autem diaboli esse fornicationem, adulterium, impudicitiam, mendacium, furtum, inuidiam, magorum impietatem, ebrietatem, aliaque huiusmodi scelera & vitiositates. S. Ioannes Chrysostomus in Psalm.14. animaduertit non in senectute, sed iam inde à prima pueritia nos Satanæ abrenunciauisse, vadesque promissorum dedisse: & proinde maturè assuefaciendos esse pueros paruos ad contemptum rerum inanium & peccatorum fugam. Et homil.21. ad popul. Antiochen. & in cap. 2. Epist. ad Colossens. eadem ipsa verba renunciationis profert.

Origen hom.12. in Num. *Videamus ergo quando nos ista promisimus, quando hæc verba diabolo renunciauimus, recordetur vnusquisque fidelium, cum primum venit ad aquas baptismi, cum signacula fidei prima suscepit, & ad fontē salutaris accessit, quibus ibi tunc vsus sit verbis, & quid renunciauerit Diabolo: non se vsurum pompis eius, neq; operibus eius, neq; vllis omnino seruitiis eius ac voluptatibus pariturū.*

Tertull. lib. de Corona mil. cap.3. tempus ipsum abrenunciationis prodit, fierique ait proximè ante aspersionem in manibus ipsius Antistitis. Et lib. de spectaculis cap.4. ait Theatri choragium spectare ad pompam diaboli, idque imprimis solenni sponsione repudiatū vnà cum cultu idolorum. Et cap.24. Christianū monet, ne decipi se patiatur, ne pollicitationem violando signaculum rescindat. S.Cy-

Tertull. de spectac. c.4. *Cum aquam ingressi Christianā fidē in legis sua verba profitemur, renunciasse nos Diabolo & pompæ & Angelis eius ore nostro contestamur, &c.*

S. Cyprianus in Exhortat. ad martyr. in medium etiam adducit illam promissionem & in eos qui obliuione eandem contriuissent, laudat hãc Christi sententiam, Qui ponit manum suam ad aratrum & respicit retro non est aptus regno Dei.

S. Ambrosius lib. 1. de oper. sex dierum cap. 4. ait eam vocem *Abrenuntio* ad spiritalem Pharaonem mundi huius principem & dominatorem referri. Et lib. de Initiatis cap. 2. *Renunciasti diabolo & operibus eius, mundo & luxuria eius ac voluptatibus, tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, sed in libro viuentium.* Et lib. 9. in Lucam cap. 20. conqueritur quod plurimi verbo tenus non autem operibus abrenuncient. Ambr. l. 1. Hexamer. c. 4. *Deserit principē istius mūdi dicens, Abrenuncio tibi Diabole & angelis tuis, & operibus tuis, & imperiis tuis.*

Eruditissimus Hieronymus suis in Amos Commentariis eleganter ait renunciare nos ei qui in Occidente est, & versos in Orientem pactionem inire, quod per baptismum illi moriamur, qui semper hæret in Occidente flagitii atque noxæ, & cum eo paciscimur, qui Sol est oriensque iustitiæ. In Matthæi 5. caput ait quosdam ea verba de quibus agimus retulisse ad id Seruatoris effatum, *Esto consentiens aduersario tuo in via,* hoc est, pactum serua quod inisti cum aduersario tuo, alioqui tradet te Iudici, mitterisque in custodiam, neque inde exibis donec reddas nouissimum quadrantem. Et in Psalmo 118. comparat illam Hebræorum pollicitationem Mosi factam, *Omnia quæcunque dixerit Dominus faciemus,* cum baptismi illo pacto, quod solenni formula continetur.

S. Augustinus lib. 1. 3. & 4. de Symbolo docet & vberius exponit quænam his verbis obligatio contineatur Abrenuncio Diabolo, pompis, & Angelis eius, atq; implacabilem dæmonis iracundiam in eos vehementius inflammari qui ea pronunciant. Et sane illius fraudibus & calliditate factum est, vt Nouatores id ipsum quod ei vehementer displicebat, à Baptismo tollerent, cuius item Sacramenti characterem & necessitatem errore impio sustulerunt. August. lib. 1. de Symbolo c. 1. *Quisquis huic ædificio coniungi desiderat, renunciet diabolo, pompis & angelis eius.*

DE SALE QVOD IMMITTITVR IN *os eorum qui baptizantur.*

CAP. XXXIII.

SAL hieroglyphica nota est Sapientiæ, vt explicat D. Gregorius in ea Summi Doctoris verba *Vos estis sal terræ.* Hic autem significat primò eum qui sacris vndis abluitur, vita & morum sanctitate perfecturum, vt omnes animi gustu percipiant, quàm suauis Deus sit omnibus, qui verissimo illum amore prosequuntur. Præterea doctrinā Christianam vindicare mentem à corruptione, spemque ingenerare certissimam, fore vt corpus à morte ad vitam excitetur. Tertiò quæ sit differentia inter Christianam sapientiam, & inanem mundi prudentiam. Adhæc eum qui Matth. 5. 13. Psalm. 71. 1 Cor 1. 9.

Digitized by Google

expiatus vndis est, experiri oportere penitusque intelligere, amaras & acerbas huius vitæ calamitates, quas scelus inuexit, vi baptismi mitigari, quemadmodum Hiericuntis aquæ, iniectione quondam salis, ad potum opportunæ sunt factæ. Denique monetur initiatus, vt pro virili parte mundo patefaciat, solos veros & excellenti virtute Christianos instar salis hominum mores iucundissima quadam suauitate condire.

4. Reg. 2. 21.

Origenes has omnes significationes attingit homil. in ea verba cap. 6. Ezechielis *neque sale salita*. Eloquentissimus item & grauissimus in dicendo Ambrosius in 22. Lucæ de baptismo loquens, Per te, inquit, fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia situ viscera asperso sale in multam seruantur ætatem.

Carthaginiense Concilium 3. cap. 5. statuit vt per solennes Paschæ dies non aliud Catechumenis Sacramentum detur nisi solitum sal. Et D. Augustinus lib. 1. Confession. cap. 11. Audieram ego adhuc puer de vita æterna nobis promissa per humilitatem Domini Dei nostri descendentis ad superbiam nostram, & signabar iam signo crucis eius, & condiebar eius sale, iam inde ab vtero matris meæ.

S. Gregorius lib. de Sacrament. de ordine disputans quem obseruare par est cum Catechumenis benedictionis salis formulam integram ponit. Et Isidorus Hispalensis qui circa annum sexcentesimum floruit de diuino officio tractans lib. 2. cap. 20. inter alios sacros ritus, Initiatis sal applicari monet, quo tacitè instituantur, ne retro ad pristinam vitæ consuetudinem redeant, ne idem quod vxori Loth illis eueniat, cum id tanquam ex oraculo dictum fuerit, In via Dei non progredi retrogredi est, & non proficere, deficere.

DE SALIVA.

CAP. XXXIV.

August. l. 50. homil. 43.

SALIVA defluens è capite filium Dei repræsentat, qui à magno Genitore procedit, estque vera & æterna sapientia, vt doctissimi Augustinus & Euthymius exponunt, de cœlo Euangelico disputantes, ad cuius oculos saliuam Christus adhibuit terræ commixtam. Admouetur autem eorum qui abluuntur sensibus, vt intelligant mundi Seruatorem illos guber‑naturum, & deinceps eorum opera, dicta, cogitationes, gratia & sapientia ornatum iri. Sed præsertim organis auditus atque odoratus imponitur, vt primo quidem innuatur donum fidei fuisse diuinitus infusum in baptismo: altero verò laudabilium odorem actionum, creditis per fidem, vim & pondus additurum, vt exponit Theologorum Coriphæus S. Thomas, aut vt significetur veræ fidei adiunctum iri obedientiæ donum & exquisitæ prudentiæ, vt interpretatur S. Bonauentura.

S. Thom. 3. part. q. 71. art. 2.
Bonau. in 4. sent. dist. 7. q. 3

Sed

Digitized by Google

Sed quoniam Ioannes Caluinus lib. de reformatione Ecclesiæ, solita modestia illos irridet, qui ad istam rem illustrandam Christi Domini factum memorant erga cœcum natum, ibidemque stulta audacia pernegat, nullum in hoc genere bonum scriptorem & alicuius autoritatis nominari posse, age videamus an prolatis tabulis confidentis hominis temeritas possit coargui.

S. Ambrosius libr. 1. de Sacrament. hæc ipsa profert, Ergo quid egimus Sabbato? nempe apertionem, quæ mysteria celebrata sunt apertionis quando tibi aures tetigit Sacerdos & nares. Quod significat in Euangelio Dominus noster Iesus Christus cum ei oblatus esset surdus & mutus, & tetigit aures eius & os eius. Aures quia surdus erat, os quia mutus: & ait Ephota quod Hebraicum verbum est & Latinè dicitur Adaperire, ideo ergo tibi Sacerdos aures tetigit, vt aperirentur aures tuæ ad sermonem & ad eloquium Sacerdotis. Et infrà, Quare nares? vt bonum odorem accipias pietatis æternæ, vt dicas, Christi bonus odor sumus Deo, quemadmodum dixit Apostolus Sanctus, & sit in te fidei deuotionisque plena fragrantia. Idem repetit lib. 3. cap. 2. & lib. de Initiatis cap. 1. *Ambros. lib. 1. de sacr. c. 1.*

Petrus Chrysologus qui anno Domini quadringentesimo quinquagesimo virtute & eloquentia erat spectabilis idem confirmat. Et S. Gregorius libr. de Sacrament. agens de modo instruendi paruulos, ait Sacerdotem cum paruuli auriculas attingit, debere pronunciare Epheta, hoc est *Adaperire*, ad nares autem, in odorem suauitatis.

Beda Venerabilis homil. in Euangelium Dominicæ 12. post Trinitatem, docet impositam in aures saliuam, cum solenne illud *Epheta* dicitur, subindicare cœlestis Sapientiæ gustum, per tactum verò narium, moneri vt solum Christi amplectantur odorem, & exemplo beati Iob memores esse oportere, vt donec superest halitus in eis, & Spiritus Dei in naribus eorum, ab omni sceleris contagione fugiant.

Addit Alcuinus, hac ceremonia sponsores in baptismo moneri, paruulum vt ita instruant, vt etiam cum vitæ periculo diuinam gloriam & honorem sibi tuendum existiment, quandiu spiritum ducunt & vitalibus auris fruuntur.

DE EXSVFFLATIONE IN Baptismo.

CAP. XXXV.

SACERDOTIS afflatus nostri generis inimico nimirum quantum displicet, quod imprimis Spiritum Sanctum adumbret, qui à Patre & Filio tanquam ab ore vno procedit. Secundo quod ea veluti ceremonia hominem Deus *3. Reg. 19. 11. Non in igne Dominus, & post ignem sibilis aura tenuis.*

Digitized by Google

Gen. 2. 7.
Ioan. 20. 22. 23.

procreauerit, vt Geneseos cap. 2. perscribitur. Tertio quod Seruator mundi Christus cum Apostolos ad gentium omnium conuersionē instrueret, insufflauerit dicens, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Quarto propter ipsummet Sacerdotem Deo sacrum, cuius pectus tabernaculum veluti quoddam est atque sacrarium, in quo filii Dei corpus religiosissimè collocetur. Denique hic agendi modus pungit offenditque Satanam, qui vt incredibili tumet superbia, rei leuissimæ subiici æquo animo non potest.

Huius pii ritus antiquitas ex eo apparet, quod Iulianus Pelagii admissarius solenni hæreticorum insania fastidiose morem hunc illuderet, vt è scriptis eruditissimi Augustini constat. Sed antiquior est Cyrillus Hierosolymitanus, cuius hæc diserta verba sunt 2. Catechesi, *Vt insufflationes Sanctorum, & nominis Dei inuocatio tanquam vehementissima quadam flamma vrit dæmones & in fugam conuertit, sic & exorcizatum oleum.* S. Ioan. Chrysostomus homil. de Adam & Eua de iis qui aspirant ad baptismum verba faciens, Non prius, inquit, vitæ fontem ingrediuntur, quàm exorcismis & exsufflationibus Clericorum spiritus ab eis immundus abigatur.

Tertullianus in Apologetico, ex eo probat fidei Christianæ veritatem aduersus Gentiles, quod dæmones Christum timentes in Deo, & Deum in Christo, subiiciuntur serui Dei & Christi, sic vt contactum afflatumque eorum mirandum in modum reformident.

August. de nuptiis & cōcupisc. lib. 2. c. 29. *Hos iste audeat dicere Manichæos, & antiquissimam Ecclesiæ traditionē isto nefario crimine aspergat, qua exorcizantur, vt dixi, & exsufflantur paruuli.*

Et exsufflat ter in faciem, dicens, Exi ab eo Satana, redde honorem Deo viuo & vero.

D. Augustinus lib. 2. de nuptiis & concup. Pelagianos oratione persequens qui negabant Dæmones vllum habere ius in paruulos ante baptismum, obiecta absurdi consecutione contra disputat: nam si illa vera est opinio, vniuersa Ecclesia quam late patet toto orbe terrarum, esset reprehendenda, à qua paruuli & exsufflantur & certo ritu expiantur, vt ab illa sede iniquitatis iræque diuinæ nefarius mundi princeps exturbetur, vbi antea domicilium suum collocauerat. Et Gregorius Magnus lib. de Sacrament. exorcismi formulam ipsam profert, & ea verba quibus Sacerdos vtitur, cum exsufflat ter in faciem illius qui salutariter ablui debet.

August. de nupt. & concup.

Hanc deinceps consuetudinem quæ ex regula D. Augustini ex Apostolico fonte manauit, cum sit Ecclesiæ vniuersæ communis, qui animo infesto reiecerit, peior omnino stultissimo Pelagio esse videbitur, qui respondens cuidam libro S. Augustini, non est ausus hunc afflatum impugnare, *ne ipse à toto orbe exsufflandus & exsibilandus esset.*

DE TRI-

DE TRINA IMMERSIONE *siue aspersione.*

CAP. XXXVI.

TRINÆ immersiones quibus iam totidem aspersiones respondent, fiunt, vt animaduertit Origenes lib. 3. de Principiis, *Excellentissimæ Trinitatis autoritate, id est Patris & Filii & Spiritus Sancti cognominatione complentur.*

Origen. lib. 2. c. 3.

S. Athanasius quæst. 124. respondet id fieri ad filii Dei mortem, & trium dierum noctiumque interuallum, quo sepultus Christus fuit, significandum. Hierosolymitanus Cyrillus 2. Catechesi idem scribit, vt & Nyssenus Gregorius pari elegantia & sanctitate oratione Catech. 35. & oratione de Baptism. ad tres hypostases id refert.

Cyrill. mystag. 2. *κατεδύετε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνεδύετε, καὶ ἐν τούτῳ διὰ συμβόλου τὴν τριήμερον τοῦ Χριστοῦ αἰνιττόμενοι ταφήν.*

S. Ioannes Chrysostomus homil. 24. in Ioannem, baptizandos ait aquis immergi quemadmodum in sepulchro, vt intelligamus veterem hominem nobiscum emori in baptismo, cum autem educuntur postea, significari nos cum Adamo nouo à mortuis surrecturos: ter autem id fieri, vt Sanctissimæ Triadis vis & inuocatio declaretur.

Chrysost. serm. 24. *In aqua tanquā in sepulchro caput immergentibus, vetus homo sepelitur.*

Tertullianus libro de Corona milit. cap. 3. notat quod quemadmodum tribus rebus in baptismo renunciamus, diabolo, pompis, angelisque ipsius, ita vicibus tribus immergamur.

Tertull de cor. c. 3. *Contestamur nos renunciare diabolo & pompæ eius, & angelis eius, dehinc ter mergimur.*

S. Ambrosius libro 2. de Sacrament. cap. 7. sic memorat, Interrogatus, Credis in Deum Patrem omnipotentem? dixisti Credo, & mersisti, hoc est sepultus es. Iterum interrogatus es, Credis in Dominum nostrum Iesum Christum & in crucem eius? dixisti Credo, & mersisti, & ideo Christo consepultus es. Tertio interrogatus es, Credis & in Spiritum Sanctum? dixisti Credo, tertio mersisti vt multiplicem lapsum superioris ætatis absolueret trina confessio.

S. Hieronymus in Dialogo aduersus Luciferianos ad Traditionem hanc consuetudinem refert, quam ait vim præcepti obtinuisse & scriptę legis autoritatem. D. Augustinus serm. 91. de Tempore docet peccata trina immersione profluente Christi Domini sanguine hauriri & sepeliri, non secus atque Ægyptios in maris Erythræi profundo.

DE CAN-

Digitized by Google

DE CANDIDIS VESTIMENTIS atque funalibus.

CAPVT XXXVII.

SANCTVS Dionysius c. 2. Ecclesiasticæ Hierarchiæ monet, externo illo vestium splendore, intimum animi candorem significari, qui Baptismi vi generatur.

S. Cyrillus Hierosolymitanus 4. Mystagogica docet cum monemur ambulare in albis, id de toto vitæ cursu intelligendum, non quod ad vestium apparatum pertinet, sed quod ad morum innocentiam & vitæ puritatem. Amphilochius Iconii Episcopus Basilium scribit à Maximo Antistite ritu pio vndis fuisse ablutum & peracto sacro nitente veste indutum, quam stolam resurrectionis appellat. In historiæ Ecclesiasticæ monumentis prodit Sozomenus lib. 7. c. 8. Nectarium adhuc baptismi amiculo vestitum, communi populi voce atque suffragiis ad Ecclesiæ Constantinopolitanæ gubernationem electum fuisse.

Cyrill. catech. 2. myst. οὐκ ἔτι φορεῖν ὑμῖν ἔξεστι τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον χιτῶνα, οὐ τοῦτον πάντως λέγω τὸν αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ἀπάτης, ὃν μὴ εἴη πάλιν ἐνδύσασθαι τῇ ἅπαξ τοῦτον ἀποδυσαμένῃ ψυχῇ.

Theodoretus lib. 3. cap. 3. Constantinum Magnum refert cum Maxentio prælium initurum, edixisse militibus suis, vt qui non essent baptismo initiati, continuo solitam religionis illam stolam inducerent, indicem fidei & mysteriorum, alioqui positis armis domum se conferrent.

S. Ambrosius cap. 7. lib. de Initiatis huic rei Dauidis eximii dictum accommodat, *Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor.* Candorem eum Isaiæ quondam vaticinio præsignificauerat cum sic ait Si fuerint peccata vestra sicut Phœnicium, vt niuem dealbabo. Hinc Sponsa in Canticis, *Nigra sum & decora filia Ierusalem.* Et iterum, *Quæ est ista quæ descendit de lauacro?*

S. Paulinus Episcopus Nolanus Epist. 12. & Fortunatus libr. 3. de resurrect. Christi peruagatam eam consuetudinem & communem fuisse docent.

Paulinus epist. 12. *Inde parens sacro ducit de fonte Sacerdos Infantem niueo corpore, veste, habitu.*
Fortunatus de Resurrect. Christi l. 3. *Candidus egreditur nitidis exercitus vndis Atq; vetus vitiũ purgat in amne nouo.*

Quod ad faces cereosque attinet eloquentissimus Nazianzenus oratione 40. de baptismo significat, lumina in baptismo accensa adumbrare lampades illas Euangelicas, nosque monere, vt ornati instructique simus fidei splendore oleoq; bonorum operum, ad aduentum Sponsi, si cum eo in thalamum nuptialem ingredi libet, & liquida nuptiarum voluptate gaudioque perfrui.

DE SPON-

DE SPONSORIBUS QUOS PATRINOS vulgo nominant.

CAPUT XXXVIII.

BULLINGERUS de Anabaptistis memorans, Euangelicos reformatos scribit, non alia ratione illos, quos Patrinos vulgo nominamus in Baptismo agnoscere, quam vt testentur vndam paruulo non inuitis parentibus iniici.

Bulling. de Anabapt. *Testes tantum in baptismo adhibemus qui testentur, parentes petere vt infans præsenti signo fœderis in fœdus recipiatur.* *Magd. cent. 7. l. 2. c. 6.*

Rogant Centuriatores vbinam Eunuchus in solis locis & remotis ab hominum frequentia spōsores inuenire potuerit. Sed curiosis hominibus, & vt sibi quidem videntur ingeniosis, respondetur, sponsores siue patronos non esse de essentia Baptismi, illorum autem vsum & consuetudinem sapienter ab Ecclesia excogitatam probatamque fuisse, quæ cum sit Ecclesiæ vniuersæ communis, obscuramque habeat originem, & tot sæculorum fluxu latentem, ad Apostolorum institutionem referenda est, vt Theologorum maximus D. Augustinus in similibus rebus censuit.

Et quidem S. Dionysius eius meminit lib. de Ecclesiast. Hierarch. c. 2. & 7. & Iustinus Martyr quæst. 56. Canonibus item Arabicis qui Nicæno Concilio tribuuntur, statuitur ne quis cum patrinis matrinisque societatem matrimonii contrahat, id qui faciat, pro Ethnico habendum esse. Quam etiam ob causam Canon. 22. præcipit, vt in baptismo viri viros, fœminæ mulieres teneant.

Dionys. Eccl Hierar. c. 2. *Sacerdos aliquis, ex tabula professionis & eum qui baptizatur & sponsorē citat.* Concil 1. Nicænum can. Arabico 21. *Nemo fidelium cum patre, aut matre spiritali matrimonium contrahat, id est cum Patrinis aut matrinis, & qui hoc commiserit, habeatur tanquam Ethnicus.*

S. Basilius epist. 128. dolere se ait quod nō sponsor Posthumiano fuerit. Et S. Ioannes Chrysostomus homil. 12. in epist. 1. ad Corinth. c. 4. grauissime omnes admonet, vt quos de fonte vndæ salutaris susceperint, diligentissime instruant, ad sanctissimum signum Crucis efformandum, ipsique in frontibus pusionum id imprimant, cum per ætatis teneritudinem obsignare se non possunt.

L. Si quis alienorum. C. de Nuptiis.

Imperator Iustinianus rationem reddens cur matrimonium inter eos contrahi non debeat qui baptismi societate copulantur, ait spiritale vinculum quod in sacramento intercessit, cum corporeo hærere non posse, q̄ alterū naturale tm̄ sit, alterum supra naturā efferatur, additq; nihil esse quod ęque iustas nuptias prohibere possit, quam huiusmodi nexum impedientem. Tertullianus lib. de baptismo c. 18. Sponsores in baptismo respondere posse ait quamuis mortales ipsi sint & fortasse prius obituri, quam fidem liberare suam valeant, & paruuli sanctissima illa pacta & conuenta sint aliquando violaturi.

Itaque S. Augustinus Serm. 116. de Tempore eosdem cohortatur vt filios & filias quas religioso amore exceperunt, de castitate, de humilitate, de sobrietate admonere vel docere non desinant, & agnoscant se fideiussores esse ipsorum.

Et tractatu de nomine Christiani sponsores ait æquo iure cum parentibus paruulos castigare.

Gregorius Turonensis lib 6.histor.Franc.c.27. Regem Chilpericum memorat Parisios ingressum filium procreauisse nomine Theodoricum exceptumque de lauacro à Ragnemodo ipsius vrbis Sacerdote. Et lib. 8.c.37.Magnericum ait Treuerorum Episcopum de sacro fonte suscepisse Theodebertum filium regis Childeberti.

Atque hic animaduertendum est, quod quemadmodum ciuilis cognatio atq; affinitas hoc est adoptio naturam imitatur, ita spiritalis quæ oritur ex baptismo naturalem olim imitabatur, quod quidem ad matrimonii impedimentum pertinet, vt & illa quæ in catechismi institutione contrahebatur. Sed hæc quidem abrogata est, penitusque desiit, ista vero à Concilio Tridentino ad quatuor hominum genera fuit reuocata, ad sponsores nimirum, parentes, paruulum & eum qui baptizat. Quo eodem modo spiritalis cognatio quæ ex sacramento Confirmationis oritur, definita fuit ad eum qui confirmat, qui oleo inungitur, eiusdem parentes, & sponsorem. Et quoniam hominum flagitia multa in matrimonium incommoda importabantur, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur ad 1. & 2. gradum eadem Synodus summa prouisione restringit, vt publicæ honestatis impedimentum ad primum.

Concil. Trid. sess. 14. c. 2. 3. & 4.

Sed quoniam de tota hac re dicetur postea copiosius, concludamus moneamusq; eos qui à recta religionis via deflexerunt, si nouitas venerandæ antiquitati præferenda est, si exiguus numerus maximo, si vnius iudicium, vniuersæ Ecclesiæ iudicio & sapientiæ anteponendum est, causam futuram esse aliquam, propter quam ipsi communes & contestatas omnium sæculorum ætatibus cerimonias de quibus hactenus actum est, non temere abiudicasse videantur. Et si forte Theodoreti viri grauissimi autoritatem non minus contemnendam putant ex illius scriptis intelligent consueuisse Christianos, Martyrum nomina liberis suis imponere, quorum in tutela præsidioque forent, aut etiam Apostolorum, vt Dionysius Alexandrinus Antistes apud Eusebium refert septimo libro historiæ cap.20. Sed tempus iam est vt discrimen inter sacramenta nouæ legis & antiquæ proferamus.

Theodoret. l.8. Grac. affec. Martyrum nomina magis quam familiarium cuncti mortales sciunt. Quinetiã nascentibus filiis ea imponi curant, ita custodiam illis tutelamque certissimam comparãtes. Euseb. l.7. cap 20. Nomina Petri & Pauli fidelium liberi crebro ferunt.

(o)

ANTI-

ANTIQVÆ LEGIS SACRAMENTA NON EADEM VI ET VIRTVTE POLLERE QVA NOVÆ LEGIS MYSTERIA.

CAPVT XXXIX.

AB omni hominum memoria nullus repertus est hæreseos antesignanus, qui antiquæ legis Sacramenta nouis & Christianis æquaret. Lutherus in eo genere audaciæ princeps fuit lib. de Captiuit. de Baptismo disputans, quem secutus haud multo verecundior Caluinus l. 4. Institut. c. 14. & in Antidot. Concil. Trident. in Canonem 2. sessionis 7. quos haud obscurum est minus in ea re diuinam scripturam consuluisse, & Sanctorum Patrum autoritatem.

Luther. de captiu Babyl. de baptismo. *Fieri non potest vt sacramenta noua differant ab antiquis.*

Caluinus l. 4 Inst. cap. 14. parag. 23. *Hoc dogma scholasticum quo tam longum discrimen inter veteris & noua legis sacramenta notatur penitus explodendū.*

Ecclesiæ magister Paulus dedita opera in epist. ad Roman. probat Abrahamum summum illum Patriarcham, non in Circumcisione, sed in præputio iustitiam consecutum. Et in 1. ad Corinthios vtrumque nihil esse ait. Galatas item reprehensionis aculeis grauius insectatur, quod iterum ad infirma & egena elementa (ita vetera Sacramenta nuncupat) temere conuerterentur. In literis ad Philippenses sæpe iustitiam quæ progignitur ex lege nominat *detrimentum*, & Circumcisionem per contemptum concisionem. Collossensibus autem denunciat iudicari velle se neminem in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ inquit sunt *vmbra futurorum.*

Rom. 4. 10.
1. Cor. 7. 19.
Galat. 4. 9.
Coloss. 2. 16.

Ad Hebræos 9. asserit cerimonias antiquæ legis externum tantum hominem expiare: Itaq; nonnunquam *Iustitiam carnis* appellat. Et cap. 10. *Vmbram* inquit, *habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum nunquam potest accedentes perfectos facere.*

Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphone, Circumcisionem probat in signum tantum fuisse concessam non ad iustitiam, ex eo quod muliebre genus eo præsidio frui non posset. S. Ireneus lib. 4. aduersus hær. c. 30. ita loquitur, & quia per hæc non iustificabatur homo, sed in signum data sunt populo, ostendit quod ipse Abraham sine circuncisione, & sine obseruatione sabbatorum, credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Origenes homil. 3. in Genes. Apostoli fretus autoritate ostendit non carnis circuncisionem sed spiritus generare iustitiam. S. Athanasius Orat. in illud *Omnia mihi tradita sunt à Patre*, quemadmodum à Dominica die eiecta fuit Sabbati celebritas, ita Circumcisionem à Baptismo exterminatam cum tantum positæ natiuitatis signum foret.

S. Basilius inter effectus Circumcisionis & Baptismi differentiam eam collocat non modo quæ inter vmbram est & corpus, verum etiam *inter somnium & veritatem, inter vmbras & imagines, & ea quæ vere sunt.*

D. Ioannes Chrysostomus homil. 27. in Genesim diserte monet, Circuncisionem non ideo fuisse inductam, quod ad animæ salutem perficere aliquid posset, sed vt hoc veluti grati animi indicium circunferrent, & ne cum profanis & impia superstitione obligatis miscerentur. Et homil. 39. ait non secus ac creditor à malis nominibus pignus capit, sic Deum Opt. Max. genti leuissimæ & perfidiosissimæ Circuncisionem imposuisse, qua de Numine venerando agnoscendoq; monerentur.

Et homil. 40. hunc effectum Circuncisionis profert, quod ea nota à cæteris nationibus Hebræus populus discerneretur.

Alexandrinus Cyrillus lib. 10. aduersus Iulianum, Circuncisionem præsignificasse contendit flagitiosæ voluptatis & libidinis amputationem, quam in electa gente quęrebat mundi opifex Deus, quamq; in nobis etiamnum esse quam illustrem cupit.

Theodoretus quæst. 67. in Genesim probat ab ea nullam progigni iustitiam posse, quod Ismaelitæ, Argyronytæ, Idumæi, Ægyptii aliiq; infideles circunciderentur eodem quo Israelitæ modo, nec quidquam inde vtilitatis caperent.

Idem confirmat Tertullianus c. 2. & 3. lib. contra Iudæos, vbi ostendit, multos sanctitate præstantes atq; iustos nunquam circuncisos fuisse, vt Adamum, Abelem, Melchisedecem, quorum vni primum peccatum fuit proprium, aliis autem originis.

S. Cyprianus pari consensione in eandem sententiam discedit. 1. libr. cont. Iudæos c. 8. & lib. 3. Epistolarum animaduertit octauum diem Circuncisionis assignatum qui sabbatum subsequitur, vt esset vmbra atque sacramentum resurrectionis, quæ illo ipso die fieri debet.

S. Ambrosius epist. 72. signum inquit Circuncisio corporalis, veritas circuncisio spiritalis. Et lib. 1. de Sacrament. Illud præmitto quod diuiniora & priora sunt sacramenta Christianorum quam Iudæorum. Item lib. de Initiatis cap. 8. Probatum est antiquiora esse Ecclesiæ Sacramenta, nunc cognosce potiora. Reuera mirabile est quod manna DEVS pluerit patribus & quotidiano cœlo pascebantur alimento, vnde dictum est, Ista autem esca quam accipis, iste panis viuus qui de cœlo descendit vitæ æternam substantiam subministrat, & quicumque hunc panem manducauerit non morietur in æternum, & est corpus Christi.

Diuus Augustinus in Psalm. 73. Alia inquit Sacramenta sunt dantia salutem

ſalutem alia promittentia Saluatorem. Sacramenta noui Teſtamenti dant ſalutem, Sacramenta veteris Teſtamenti promiſerunt Saluatorem. Mutata ſunt Sacramenta, facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, fœliciora. Et lib. 19. contra Fauſtum ca. 13. Non venit Chriſtus ſoluere legem ſed adimplere, & alia ſunt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

Hinc concludent veritatis ſtudioſi atque vltro fatebuntur, Sacramenta veteris legis moralia quædam fuiſſe inſtrumenta, & veluti emortua, quibus præſentibus Hebræi iuſtitiam conſequebantur: nouæ autem legis Sacramenta, vi quadam ſupra naturam excitata, ad intimam ipſam animam penetrare, gratiamque producere ſigno externo elementoque notatam, modo nihil efficientiam retardet.

TRIBVS IN SACRAMENTIS BAPTISMO, ORDINE, CONFIRMATIONE, INTIMVM QVENDAM IN ANIMO CHARACTEREM inuri qui deleri nequeat.

CAPVT XL.

IOANNES Wiclefus lib. 4. Trialogi cap. 15. affirmat Characterem Sacramenti nec Scriptura neque ratione probari. Lutherus lib. de Captiuit. præpoſtere de Ordine diſputans, ait ſublato hoc Sacramento, illico Papatum cum characteribus ſuis ruiturum. Ioannes Caluinus in Antidoto Concilii Trident. nō ignotum fuiſſe veteribus characterem fatetur, ſed magicis tamen incantationibus propiorem quam Euangelicæ doctrinæ videri. Sed huiuſmodi religionis perduelles doceamus eum ipſum quem exterminatum volunt, Scripturæ, Patrum, & rationis ipſius voce & autoritate cōprobari.

Affirmat Ioannes Wiclefus lib. 4. Trialog. cap. 15. Characterem ſacramentalem nec ſcriptura nec ratione probari.

Luther li. de capt. Babyl. *Commentum illud characteris indelebilis, iam olim irriſum eſt. Concedo vt Papa nunc imprimat ignorante Chriſto*

Calu. cont. Synodum Trident. ſeſſ. 7. *Quod de charactere in[illegible] fabulantur veteribus ignotum fuit, & magis conſentaneum eſt incantationibus magicis quā ſacræ Euangelicæ doctrinæ.*

Mundi imprimis ædificator Deus Iſaiam compellans ita infit, *Venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis, & venient & videbunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum.* Quod ſignum vt perſpicue dicitur etiam ad gentes & nationes pertinet, vt & illud proprium Iudæorum fuit de quo Ezechielis 9. cum ſic ait, *Signa Tau ſuper frontes virorum gementium & dolentium.*

Iſaia 66. 18.

Digitized by Google

2.Cor.1.21.22.

Nostrum autem Apostoli ore significatur 2. ad Corinth. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Et ad Ephesios c.1. *Signati estis Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Et rusum ibid c. 4. *Nolite contristare Spiritum S. Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.* Quæ loca ab eruditissimis Patribus ad hanc ipsam rem probandam adferuntur.

S. Basilius Exhort. ad baptis. similitudinem ducit à bellatoribus qui per tesseram & signa dignoscuntur, tum hæc addit. Nisi signatum sit super te lumen vultus Domini, nisi *characterem* in te agnoscat Angelus, quomodo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? Quomodo inquam dices, Dei sum signa non ostendens! An ignoras quemadmodum signatas domos in Ægypto exterminator Angelus præteriit, in non signatis vero primogenita peremit? Thesaurus non obsignatus furibus facile patebit. Ouis item absq; nota insidiis protinus est obnoxia. Et paulo post baptismum circumscribens, Baptismus inquit est captiuorum & æris alieni remissio, peccati mors, animæ regeneratio amictus splendidus, *character indeprehensibilis.*

Hierosolymitanus Cyrillus in Præfat. Catechef. iisdem pœnæ verbis vtitur quibus & character exprimitur. Sanctum inquit signaculũ quod elui & exuri non potest, σφραγὶς ἁγία ἀνεξάλυτος. Et Catechesi 3. Aqua eluit corpus, at Spiritus σφραγίζει τὴν ψυχὴν animam signat. Et Catechef. 17. Catechumenum alloquens fontem sacrum aditurum, Tu quidem inquit accede ad baptismum, accede autem non vultum tantum istum visibilem baptizantium respiciens, sed memineris istius Spiritus Sancti de quo nunc nobis sermo est. Hic enim paratus adest obsignare animam tuam & dare tibi *signaculum* quod dæmones tremunt, cœleste quoddam & diuinum, sicut scriptum est, in quo etiam credentes signati estis Spiritu sancto promissionis.

Sanctus Gregorius Nazianzenus Orat. 40. de sanct. baptism. effectus huius Sacramenti memorans, eadem cum Basilio Symmista suo & æmulo studiorum similitudine vtitur, Petrus inquit non facile insidiis appetitur, quæ autem minime SIGNATA EST, à furibus facile capi potest.

S. Ioan. Chrysost. hom. 2. in epist. ad Ephesios laudata superius verba exponens diuinam erga nos caritatem & prouidentiam aureo flumine orationis exornat, neque enim bonus ille humani generis parens tantũ ad baptismum nos vocauit, verum etiam notis insigniuit suis, vt perennem omnem memoriam & procurationem habeat, & perspicue declaret se beneuolentissima caritate eos recognoscere, qui olim in diuinæ mentis præscientia fuerunt. Adiungit paulo post Israelitas fuisse quoq; signatos, sed Circumcisionis nota vt pecora & bruta: nos autem signatos vt filios, nimirum Spiritu sancto.

Theodoretus in 1. ca. 2. ad Corinth. exponens illa verba, *qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos*, Sic habet, Deus autem horum bonorum causa est.

Ipse

Ipse autem nobis firmam in Christum fidem donauit: ipse nos vnxit & *sanctissimi Spiritus signaculo* dignos duxit, veluti quandam futurorum bonorum archam hanc nobis gratiam largiens.

D. Ambrosius lib. 1. de Spiritu S. cap. 16. cum allatas superius Apostoli sententias protulisset, ita concludit, etsi specie signemur in corpore, veritate tamen in corde signamur, vt Spiritus S. exprimat in nobis imaginis cœlestis effigiem. Et c. 7 lib. de Initiatis, Repete quia accepisti *signaculum spiritale*, spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilii atq; virtutis, spiritum cognitionis atq; pietatis, Spiritum sancti timoris, & serua quod accepisti. Signauit te Deus Pater, confirmauit te Christus Dominus & dedit pignus spiritus in corde tuo.

Idem monet pluribus in locis laus Antistitum & Ecclesiæ columen Augustinus vt lib. 6. de baptismo, cap. 1. libro contra Crescentium cap. 30. Tractatu 6 in Ioann. & epistol. 50. ad Bonifacium. Sed illustrius libr. 2. contra Epistolam Parmeniani cap. 13. vbi cum eruditissime baptismi characterem cum bellica tessera & vexillo cōposuisset, illius ipsius characteris probationem longe clarissimam ponit ob oculos, aitque nisi baptismus in anima notam inureret quæ tolli & deleri nequeat, iterum infideles atque hæreticos esse tingendos cum è perfidiæ iactatione in fidei se portam & Ecclesiæ sinum conferunt, quod tamen communi Ecclesiæ consuetudini repugnat. Denique vt inter vtramque militiam sacram & prophanam earumque signa intercedere non exiguam similitudinem ostendat, profert locum diuinissimi Pauli scribentis ad Timotheum. Et Tractatu 5. in epist. 1. Ioannis, si baptizatus non habet charitatem, *characterem* quidem impositum habet, sed desertor vagatur.

S. Gregorius epist. 32. lib. 2. eandem rationem accommodat ad probandam characteris impressionem in Ordine: docetque eum qui iam sacris initiatus in flagitia sese ingurgitat, & gradus sui sanctitatem polluit, si forte postea ad bonam frugem redeat, debere quidem obire pœnitentiam, non esse tamen denuo consecrandum. Et lib. 12. epist. 31. de Confirmatione consimili modo argumentatur, de quo post paullo dicetur, sed characteris impositam animo notam luculentis testimoniis comprobemus.

Clemens Alexand. apud Eusebium de adolescente verba faciens sic infit: *Postea vero vbi sigillo Domini tanquam perfecta tutaq; animi custodia Episcopus obsignasset, &c.* Theologorum subtilissimus Nazianzenus vnctionem ait non corpus modo, verum etiam & animam consignare, quemadmodum olim Hebræorum postes agni cruor obsignabat. Disertius etiam Theodoretus *signum* appellat *atque notam quandam regiam spiritalis vnguenti Chrismate inuncti.* *Euseb. l. 3. c. 17.* *Greg. Naz. or. 40.* *Theodoret. in c. 1. Cantic.*

Inter Latinos scribit S. Cyprianus Spiritum sanctum per impositionem manuum communicari baptizatis, eosdemque signaculo Dominico consummari. *Cyprian. ep. 73. ad Iubaianum.*

S. Ambro-

Digitized by Google

S. Ambrosius copia orationis abundans variis nominibus characterem eundem prosequitur, vocat enim *spiritale signaculum* lib. de Initiatis cap. 7. & lib. 3. de Sacramentis c. 2. lib. autem 6. c. 2. Deus qui te vnxit inquit & signauit. Deinde ex octauo Canticorum id laudat *Pone me vt signaculum in corde tuo, sicut signaculum in bracchiis tuis.* paulo post aliquoties appellat *signum, sigillum, characterem spiritalem.*

Innocentius I. in epist. ad Decentium cap. 3. iisdem verbis vtitur, aitque solius Episcopi esse proprium ex officio Sacramentum hoc administrare. Sed redeamus ad magnum Ambrosium & cum eo totam hanc

Ambros. l. 1. de Spiritu S. c. 6.

» disputationem claudamus: Sic enim primo libro de Spiritu Sancto do-
» cte & eleganter scribit, sicut in Christo morimur vt renascamur, ita &
» spiritu signamur vt splendorem atque imaginem eius & gratiam tenere
» possimus quod est vtique spirituale signaculum. Et aliquanto post:
» Atque vt sciamus cordis nostri magis hoc quam corporis esse signa-
» culum docet Propheta qui dicit signatum est in nobis lumen vultus tui
» Domine.

Concil Trid. Sess 7. Can. 9. Idem habetur Sess 23. can. 4. ex Decretis Eugenii in Concil. Florent.

Damnet qui volet atque inanitatis arguat hęc testimonia, refellat etiam si ita lubet: sed primum illud fieri non potest sine impietate offensionis plenissima, alterum vero sine incredibili temeritate, vtrumque vero hæreseos labe contaminatur, cum anathema illud formidandum negligitur, quod in hoc negotio Tridentini Concilii ore parens Ecclesia contorquet.

DE

Digitized by Google

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

CAPVT XLI.

QVI Sanctæ Ecclesiæ doctrinam cæca audacia refutarunt, priusquam Sacramentum confirmationis impiè conuellerent, considerare opinor debuerunt & exquirere diligentius, num à sæculorum omnium memoria alii quam hæretici id repudiarunt. Cum enim constet Confirmationem de qua hic quærimus, nihil esse aliud quàm manuum impositionem, quæ vt olim, sic etiam hoc tempore populo vniuerso adhibetur: si eam ipsam actionem Catholici omnes iam inde ab exordio propagatæ religionis ad Sacramenti vim pertinere iudicauerunt, verisimile est neminem fore posthac sic oblitũ sui, modestiæque immemorem, nisi fidei violatæ perduellem, qui aspernari id velit & è numero cæterorum excludere.

Videamus igitur quinam præfractè id reiecerunt, quinam etiam Sacramenti loco habuerunt. Nouatus cum Clinicorum more Christianis vndis fuisset elutus, periculosa videlicet ægrotatione lecto affixus, cum pristinam corporis valetudinem recuperasset, quæ defuerant tum baptismi ceremonias neglexit, & præterea Spiritus Sancti sigillum, quod huius Sacramenti vi & efficientia imprimitur, vt Theodoretus prodit lib.3. hæret. fabul.

Non væsane minus Arriani pro nihilo idipsum habuerunt, vt ex eo constat quod Ecclesiæ decreto Catholici Episcopi omnes sanctum chrisma iis admouerent, qui Arrianorum factionem deserebant, & commutata velificatione ad Ecclesiæ communionem aduolabant.

Concil. Nicæn. can. Arab. 31.
Arelat. Synod. 2. c. 17.
Prima can. 7.
Synod. Trull. c. 95.

Optatus Mileuitanus lib. 2. aduersus Parmenian. autor est Donatistas indignissimis contumeliis hoc Sacramentum polluisse, & diuinum prodigiũm memorat, de sacra ampulla, quæ cum fuisset in lapidum cumulum petulanti malitia coniecta, frangi tamen, etsi vitrea esset, non potuit.

Armeni & Flagellantes in deliram eam impietatem coibant, vt dicerent Confirmationem nihil esse aliud, quàm inanem & superstitiosam ceremoniam.

Guido Error. 21. Armen.

Waldenses & Picardi proferri locum è diuina Scriptura poscebant qui huius Sacramenti meminisset. Martinus Lutherus vt à malo Genio sæpe agitabatur, tum hærebat attonitus, cum manuum impositionem sacram dici audiebat, quam mere naturalem & profanam semper existimauit.

Æneas Sylu. hist. Bohem. c. 35. & ep. 130.
Luther. de captiuit. Babyl.

Horum omnium importunæ temeritati illud Apostoli effatum possemus obiicere *Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis*, aut præstabilem illam sententiam ex Epist. ad Corinth. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus: qui & signauit nos & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Atque hæc quidem si alia loca deessent, satis opinor forent ad eos coarguendos atq; refellendos, cum pro negante parte nullum ipsi habeant: & tamen simile quidpiam esset ab illis repetendum priusquam ad aientem partem refutandam & amoliendam aggrederentur. Sed vt penitus os obstruamus impudentiæ, è Sacra pagina, veterum Patrum scriptis, & ratione, alia testimonia proferamus.

Ephes. 4. 30.
2. Corinth. 1. 21. 22.

Atque imprimis dubitare quis potest, quin Apostoli manuum impositione Spiritum Sanctum concesserint? Nonne hoc etiam constat, cum D. Paulus de Apostolica doctrina meminit, in eodem ab eo loco numeroque poni, de baptismo doctrinam, deq; manuum impositione? ille ipse clarissimus Gentium Doctor nonne 2. ad Corinth. ait, *qui confirmat nos vobiscum in Christo & qui vnxit nos Deus*? Et ad Ephesios scribens, nonne grauissime illos monet, non contristare Spiritum Sanctum in quo signati essent. An non pius & cœlesti ardore incensus Ioannes inflammatum animi sui desiderium aperit, vt quàm sui vnctionem accepissent à Deo, maneret in ipsis? Nonne ab omni antiquitate Patres id ipsum tum priuatis commentariis, tum publicis Conciliorum sententiis declarauerunt?

1. Ioan. 2. 27.

Concilium Eliber. statuit, vt qui in summa ægritudine baptismi Sacramentum susceperit, cum primum sanitatem recuperarit, ad Episcopum deducatur, vt impositionem manuum recipiat. Arelatense primum vetat rebaptizari hæreticos, sed manus eis tantum imponi, vt accipiant Spiritum Sanctum. Secundum idem penitus statuit, & chrismatis disertè meminit, vt & Laodicenum quo decernitur vt Nouatiani sancto chrismate vngantur. Et Canon. 5. Concilii Aurelianensis præscribitur vt nemo ad Confirmationem accedat nisi ieiunus, legitimæ ætatis, & peracta exomologesi, vt puri ab omni labe atq; nitidi, possint diuini Spiritus dona percipere. Et in Meldensi etiam decretum fuit vt ieiunus Episcopus Sacramentum hoc administraret. Hæ Synodi priuatæ quidem fuerunt, sed Ecclesiæ vniuersæ cœtus & Concilia hoc idem comprobant. Constantinopolitanũ sextum can. 7. Florentinum in Instruct. Armen. & Concilium Trident. sessione 7. can. 1. Sed iam Patres sigillatim eruditam animi sapientiam fundentes audiamus.

Concil. Eliber. can. 38.
Concil. Arelat. 1. c. 8.
Conc. Arelat. 2. c. 17.
Conc. Laodic. c. 48.
Conc. Aurel. apud Gratia. de consecr. D. 5. C. vt ieiuni.
Concil. 6. Constantinop. c. 7.
Trident. sess. 7. can 1.

Inter Græcos sublimis Ecclesiæ vertex Dionysius Chrisma nominat

Dionys. Eccl. Hierar. c. 2.

diuinum

Digitized by Google

diuinum ac prorsus deificum vnguentum, idq; ait vndequaq; perfectam efficere animam & operi Spiritus Sancti vltimam veluti manum imponere. Clemens item Alexandrinus Stromat.lib.6. *beatissimum signum* appellat. Eusebius ex versione Christophorsoni cum de adolescente loquitur, quem D.Ioannes cuidam Antistiti commendauerat, iuuenem ait post baptismum & *sigillum Christi*, ad vitium & flagitiosam animi consuetudinem deflexisse. Origenes homil.8.in Leuitic. gratiam monet donumq; Spiritus Sancti significari oleo, vt baptismi aqua, sceleris expiatio. Eusebius Cæsariensis libr.6.histor. Nouatum nouæ hæreseos architectum refert, cum à mali Genii vexatione consueto Ecclesiæ more liberatus fuisset, minimè curauisse post baptismum, vt *Domini sigillo* ab Episcopo obsignaretur. *Euseb.l.6.hist.c.35.*

Canone Arabico 55. Nicæni Concilii statuitur vt Chorepiscopus cum parœcias & Monasteria inuisit, pueros & puellas sibi sisti iubeat, vt signet eos signo Crucis, manuū impositione atq; benedictione confirmet.

Catecheses mystagogicas quinq; Cyrillus Hierosolymitanus nobis reliquit, quarum priores duæ de bapti[illegible], tertia de Sacramento Confirmationis, postremæ duæ de Euchar[illegible] tractant, quæ tria Sacramenta vno eodemq; die Neophytis dari consueuerant; vnde constat doctissimum Cyrillum existimauisse Confirmationem non modo notam esse rei sacræ, verum etiam propriè Sacramentum, quod illam in eadem ponat serie & gradu cum baptismo & Eucharistia. Præterea Catechesi 3. sic habet, Sicut panis Eucharistiæ post illam Sancti Spiritus inuocationē, „ non est amplius panis communis, sed Christi corpus, sic sanctum hoc „ vnguentum nō amplius est vnguentum nudum neq; si quis ita appel- „ lare velit cōmune, postquam consecratum est, sed est chrisma Christi „ quod aduentu Spiritus Sancti per ipsius diuinitatem energiam habet „ quo frons & alii sensus corporis sui symbolice inunguntur, & corpus „ quidem isto visibili vnguēto perungitur, anima verò sancto viuificoq; „ Spiritu sanctificatur. Idem in 3. Catech. mystago. duas ob causas monet in summo vultu chrisma applicari, nimirum ad delendū pudorem quem Adami scelus nobis in fronte impressit, & vt is qui signatur intelligat, fore vt deinceps ore nudo & aperto Deum Opt.Max. videat in hac quidē vita per gratiam, in alio verò diuini luminis collustratione. *καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ μύρῳ τὸ σῶμα χρίεται, τῷ δὲ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι ἡ ψυχὴ ἁγιάζεται.*

Amphilochius in vita S. Basilii Antistitem Maximum refert Eubulū & Basilium salutari fonte expiasse, induisse candidis vestibus, *chrismate inunxisse*, Angelorum pane recreasse. S.Gregorius Nazianz.orat.4.quæ est in sanctum Baptism. diuinam maximè prouidentiam ad eos tuendos inuigilaturam ait, qui tincti pio ritu fuerint & *Spiritus vnctione signati*, quemadmodum olim Hebræi agni cruore in liminibus imposito, ab internecione liberati fuerunt.

Notat Epiphanius Simonem Magum nunquam oleo sacro delibutū & confirmatum fuisse, quod Philippus, à quo fuerat Christianis vndis ablutus, Diaconus tantum esset, neq; haberet potestatem imponendi *Epiphan.hæres.21.*

Digitized by Google

Et tractatu de nomine Christiani sponsores ait æquo iure cum parentibus paruulos castigare.

Gregorius Turonensis lib 6.histor.Franc.c.27. Regem Chilpericum memorat Parisios ingressum filium procreauisse nomine Theodoricum exceptumque de lauacro à Ragnemodo ipsius vrbis Sacerdote. Et lib. 8.c.37. Magnericum ait Treuerorum Episcopum de sacro fonte suscepisse Theodebertum filium regis Childeberti.

Concil. Trid. sess. 24. c. 2. 3. & 4.

Atque hic animaduertendum est, quod quemadmodum ciuilis cognatio atq; affinitas hoc est adoptio naturam imitatur, ita spiritalis quæ oritur ex baptismo naturalem olim imitabatur, quod quidem ad matrimonii impedimentum pertinet, vt & illa quæ in catechismi institutione contrahebatur. Sed hæc quidem abrogata est, penitusque desiit, ista vero à Concilio Tridentino ad quatuor hominum genera fuit reuocata, ad sponsores nimirum, parentes, paruulum & eum qui baptizat. Quo eodem modo spiritalis cognatio quæ ex sacramento Confirmationis oritur, definita fuit ad eum qui confirmat, qui oleo inungitur, eiusdem parentes, & sponsorem. Et quoniam hominum flagitia multa in matrimonium incommoda importabantur, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur ad 1. & 2. gradum eadem Synodus summa prouisione restringit, vt publicæ honestatis impedimentum ad primum.

Theodoret. l. 8. Græc. affec. Martyrum nomina magis quam familiarium cuncti mortales sciunt. Quin etiã nascentibus filiis ea imponi curent, ita custodiam illis tutelamque certissimam comparãtes. Euseb. l. 7. cap 20. Nomina Petri & Pauli fidelium liberi crebro ferunt.

Sed quoniam de tota hac re dicetur postea copiosius, concludamus moneamusq; eos qui à recta religionis via deflexerunt, si nouitas venerandæ antiquitati præferenda est, si exiguus numerus maximo, si vnius iudicium, vniuersæ Ecclesiæ iudicio & sapientiæ anteponendum est, causam futuram esse aliquam, propter quam ipsi communes & contestatas omnium sæculorum ætatibus cerimonias de quibus hactenus actum est, non temere abiudicasse videantur. Et si forte Theodoreti viri grauissimi autoritatem non minus contemnendam putant ex illius scriptis intelligent consueuisse Christianos, Martyrum nomina liberis suis imponere, quorum in tutela præsidioque forent, aut etiam Apostolorum, vt Dionysius Alexandrinus Antistes apud Eusebium refert septimo libro historiæ cap. 20. Sed tempus iam est vt discrimen inter sacramenta nouæ legis & antiquæ proferamus.

(o)

ANTI-

ANTIQVÆ LEGIS SACRAMENTA NON EADEM VI ET VIRTVTE POLLERE QVA NOVÆ LEGIS MYSTERIA.

CAPVT XXXIX.

AB omni hominum memoria nullus repertus eſt hæreſeos anteſignanus, qui antiquæ legis Sacramenta nouis & Chriſtianis æquaret. Lutherus in eo genere audaciæ princeps fuit lib. de Captiuit. de Baptiſmo diſputans, quem ſecutus haud multo verecundior Caluinus l. 4. Inſtitut. c. 14. & in Antidot. Concil. Trident. in Canonem 2. ſeſſionis 7. quos haud obſcurum eſt minus in ea re diuinam ſcripturam conſuluiſſe, & Sanctorum Patrum autoritatem.

Luther. de captiu. Babyl. de baptiſmo. *Fieri non poteſt vt ſacramenta noua differant ab antiquis.*
Caluinus l. 4 Inſt. cap. 14. parag. 23. *Hoc dogma ſcholaſticum quo tam longum diſcrimen inter veteris & noua legis ſacramenta notatur penitus explodendũ.*

Eccleſiæ magiſter Paulus dedita opera in epiſt. ad Roman. probat Abrahamum ſummum illum Patriarcham, non in Circumciſione, ſed in præputio iuſtitiam conſecutum. Et in 1. ad Corinthios vtrumque nihil eſſe ait. Galatas item reprehenſionis aculeis grauius inſectatur, quod iterum ad infirma & egena elementa (ita vetera Sacramenta nuncupat) temere conuerterentur. In literis ad Philippenſes ſæpe iuſtitiam quæ progignitur ex lege nominat *detrimentum*, & Circumciſionem per contemptum conciſionem. Colloſſenſibus autem denunciat iudicari velle ſe neminem in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti aut Neomeniç, aut Sabbatorum, quæ inquit ſunt *vmbra futurorum*.

Rom. 4. 10.
1. Cor. 7. 19.
Galat. 4. 9.
Coloſſ. 2. 16.

Ad Hebræos 9. aſſerit cerimonias antiquç legis externum tantum hominem expiare: Itaq; nonnunquam *Iuſtitiam carnis* appellat. Et cap. 10. *Vmbram inquit, habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum nunquam poteſt accedentes perfectos facere.*

Iuſtinus Martyr Dialogo cum Tryphone, Circumciſionem probat in ſignum tantum fuiſſe conceſſam non ad iuſtitiam, ex eo quod muliebre genus eo præſidio frui non poſſet. S. Ireneus lib. 4. aduerſus hær. c. 30. ita loquitur, & quia per hæc non iuſtificabatur homo, ſed in ſignum data ſunt populo, oſtendit quod ipſe Abraham ſine circunciſione, & ſine obſeruatione ſabbatorum, credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Digitized by Google

Origenes homil. 3. in Genes. Apostoli fretus autoritate ostendit non carnis circuncisionem sed spiritus generare iustitiam. S. Athanasius Orat.
" in illud *Omnia mihi tradita sunt à Patre*, quemadmodum à Dominica die
" eiecta fuit Sabbati celebritas, ita Circumcisionem à Baptismo extermi-
" natam cum tantum positæ natiuitatis signum foret.
" S. Basilius inter effectus Circumcisionis & Baptismi differentiam eam collocat non modo quæ inter vmbram est & corpus, verum etiam *inter somnium & veritatem, inter vmbras & imagines, & ea quæ verè sunt.*

D. Ioannes Chrysostomus homil. 27. in Genesim diserte monet, Circuncisionem non ideo fuisse inductam, quod ad animæ salutem perficere aliquid posset, sed vt hoc veluti grati animi indicium circunferrent, & ne cum profanis & impia superstitione obligatis miscerentur. Et homil. 39. ait non secus ac creditor à malis nominibus pignus capit, sic Deum Opt. Max. genti leuissimæ & perfidiosissimæ Circuncisionem imposuisse, qua de Numine venerando agnoscendoq; monerentur.

Et homil. 40. hunc effectum Circuncisionis profert, quod ea nota à cæteris nationibus Hebræus populus discerneretur.

Alexandrinus Cyrillus lib. 10. aduersus Iulianum, Circuncisionem præsignificasse contendit flagitiosæ voluptatis & libidinis amputationem, quam in electa gente quærebat mundi opifex Deus, quamq; in nobis etiamnum esse quam illustrem cupit.

Theodoretus quæst. 67. in Genesim probat ab ea nullam progigni iustitiam posse, quod Ismaelitæ, Argyronytæ, Idumæi, Ægyptii aliiq; infideles circuncidererentur eodem quo Israelitæ modo, nec quidquam inde vtilitatis caperent.

Idem confirmat Tertullianus c. 2. & 3. lib. contra Iudæos, vbi ostendit, multos sanctitate præstantes atq; iustos nunquam circuncisos fuisse, vt Adamum, Abelem, Melchisedecem, quorum vni primum peccatum fuit proprium, aliis autem originis.

S. Cyprianus pari consensione in eandem sententiam discedit. 1. libr. cont. Iudæos c. 8. & lib. 3. Epistolarum animaduertit octauum diem Circuncisionis assignatum qui sabbatum subsequitur, vt esset vmbra atque sacramentum resurrectionis, quæ illo ipso die fieri debet.

" S. Ambrosius epist. 72. signum inquit Circuncisio corporalis, veritas
" circuncisio spiritalis. Et lib. 1. de Sacrament. Illud præmitto quod
" diuiniora & priora sunt sacramenta Christianorum quam Iudæorum.
" Item lib. de Initiatis cap. 8. Probatum est antiquiora esse Ecclesiæ Sa-
" cramenta, nunc cognosce potiora. Reuera mirabile est quod man-
" na Deus pluerit patribus & quotidiano cœlo pascebantur alimen-
" to, vnde dictum est, Ista autem esca quam accipis, iste panis viuus qui
" de cœlo descendit vitæ æternam substantiam subministrat, & quicum-
" que hunc panem manducauerit non morietur in æternum, & est corpus
" Christi.
" Diuus Augustinus in Psalm. 73. Alia inquit Sacramenta sunt dantia salutem

ſalutem alia promittentia Saluatorem. Sacramenta noui Teſtamenti dant ſalutem, Sacramenta veteris Teſtamenti promiſerunt Saluatorem. Mutata ſunt Sacramenta, facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, fœliciora. Et lib. 19. contra Fauſtum ca. 13. Non venit Chriſtus ſoluere legem ſed adimplere, & alia ſunt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

Hinc concludent veritatis ſtudioſi atque vltro fatebuntur, Sacramenta veteris legis moralia quædam fuiſſe inſtrumenta, & veluti emortua, quibus præſentibus Hebræi iuſtitiam conſequebantur: nouæ autem legis Sacramenta, vi quadam ſupra naturam excitata, ad intimam ipſam animam penetrare, gratiamque producere ſigno externo elementoque notatam, modo nihil efficientiam retardet.

TRIBVS IN SACRAMENTIS BAPTISMO, ORDINE, CONFIRMATIONE, INTIMVM QVENDAM IN ANIMO CHARACTEREM inuri qui deleri nequeat.

CAPVT XL.

IOANNES Wiclefus lib. 4. Trialogi cap. 15. affirmat Characterem Sacramenti nec Scriptura neque ratione probari. Lutherus lib. de Captiuit. præpoſtere de Ordine diſputans, ait ſublato hoc Sacramento, illico Papatum cum characteribus ſuis ruiturum. Ioannes Caluinus in Antidoto Concilii Trident. nõ ignotum fuiſſe veteribus characterem fatetur, ſed magicis tamen incantationibus propiorem quam Euangelicæ doctrinæ videri. Sed huiuſmodi religionis perduelles doceamus eum ipſum quem exterminatum volunt, Scripturæ, Patrum, & rationis ipſius voce & autoritate cõprobari.

Affirmat Ioannes Wiclefus lib. 4. Trialog. cap. 15. Characterem ſacramentalem nec ſcriptura nec ratione probari.

Luther li. de capt. Babyl.

Commentum illud characteris indelebilis, iam olim irriſum eſt. Concedo vt Papa nunc imprimat ignorante Chriſto

Calu. cont. Synodum Trident. ſeſſ. 7. *Quod de charactere ind[illegible]li fabulantur veteribus ignotum fuit, & magis con[illegible]entaneum eſt incã[illegible]ationibus magicis quã ſacra Euangelica doctrina.*

Mundi imprimis ædificator Deus Iſaiam compellans ita infit, *Venio vt congr[e]gem cum omnibus gentibus & linguis, & venient & videbunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum.* Quod ſignum vt perſpicue dicitur etiam ad gentes & nationes pertinet, vt & illud proprium Iudæorum fuit de quo Ezechielis 9. cum ſic ait, *Signa Tau ſuper frontes virorum gementium & dolentium.*

Iſaia 66. 18.

Digitized by Google

2. Cor. 1. 21. 22.

Nostrum autem Apostoli ore significatur 2. ad Corinth. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Et ad Ephesios c. 1. *Signati estis Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Et rursum ibid. c. 4. *Nolite contristare Spiritum S. Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.* Quæ loca ab eruditissimis Patribus ad hanc ipsam rem probandam adferuntur.

S. Basilius Exhort. ad baptis. similitudinem ducit à bellatoribus qui per tesseram & signa dignoscuntur, tum hæc addit. Nisi signatum sit super te lumen vultus Domini, nisi *characterem* in te agnoscat Angelus, quomodo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit? Quomodo inquam dices, Dei sum signa non ostendens! An ignoras quemadmodum signatas domos in Ægypto exterminator Angelus præteriit, in non signatis vero primogenita peremit. Thesaurus non obsignatus furibus facile patebit. Ouis item absq; nota insidiis protinus est obnoxia. Et paulo post baptismum circumscribens, Baptismus inquit est captiuorum & æris alieni remissio, peccati mors, animæ regeneratio amictus splendidus, *character indeprehensibilis*.

Hierosolymitanus Cyrillus in Præfat. Catechef. iisdem pœnæ verbis vtitur quibus & character exprimitur. Sanctum inquit signaculũ quod elui & exuri non potest, σφραγὶς ἁγία ἀκατάλυτος. Et Catechesi 3. Aqua eluit corpus, at Spiritus σφραγίζει τὴν ψυχὴν animam signat. Et Catechef. 17. Catechumenum alloquens fontem sacrum aditurum, Tu quidem inquit accede ad baptismum, accede autem non vultum tantum istum visibilem baptizantium respiciens, sed memineris istius Spiritus Sancti de quo nunc nobis sermo est. Hic enim paratus adest obsignare animam tuam & dare tibi *signaculum* quod dæmones tremunt, cœleste quoddam & diuinum, sicut scriptum est, in quo etiam credentes signati estis Spiritu sancto promissionis.

Sanctus Gregorius Nazianzenus Orat. 40. de sanct. baptism. effectus huius Sacramenti memorans, eadem cum Basilio Symmista suo & æmulo studiorum similitudine vtitur, Petrus inquit non facile insidiis appetitur, quæ autem minime SIGNATA EST, à furibus facile capi potest.

S. Ioan. Chrysost. hom. 2. in epist. ad Ephesios laudata superius verba exponens diuinam erga nos caritatem & prouidentiam aureo flumine orationis exornat, neque enim bonus ille humani generis parens tantũ ad baptismum nos vocauit, verum etiam notis insigniuit suis, vt perennem omnem memoriam & procurationem habeat, & perspicue declaret se beneuolentissima caritate eos recognoscere, qui olim in diuinæ mentis præscientia fuerunt. Adiungit paulo post Israelitas fuisse quoq; signatos, sed Circumcisionis nota vt pecora & bruta: nos autem signatos vt filios, nimirum Spiritu sancto.

Theodoretus in 1. ca. 2. ad Corinth. exponens illa verba, *qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos*, Sic habet, Deus autem horum bonorum causa est.

Ipse

Ipse autem nobis firmam in Christum fidem donauit: ipse nos vnxit & *sanctissimi Spiritus signaculo* dignos duxit, veluti quandam futurorum bonorum archam hanc nobis gratiam largiens.

D. Ambrosius lib. 1. de Spiritu S. cap. 16. cum allatas superius Apostoli sententias protulisset, ita concludit, etsi specie signemur in corpore, veritate tamen in corde signamur, vt Spiritus S. exprimat in nobis imaginis cœlestis effigiem. Et c. 7 lib. de Initiatis, Repete quia accepisti *signaculum spiritale*, spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilii atq; virtutis, spiritum cognitionis atq; pietatis, Spiritum sancti timoris, & serua quod accepisti. Signauit te Deus Pater, confirmauit te Christus Dominus & dedit pignus spiritus in corde tuo.

Idem monet pluribus in locis laus Antistitum & Ecclesiæ columen Augustinus vt lib. 6. de baptismo, cap. 1. libro contra Crescentium cap. 30. Tractatu 6 in Ioann. & epistol. 50. ad Bonifacium. Sed illustrius libr. 2. contra Epistolam Parmeniani cap. 13. vbi cum eruditissime baptismi characterem cum bellica tessera & vexillo cõposuisset, illius ipsius characteris probationem longe clarissimam ponit ob oculos, aitque nisi baptismus in anima notam inureret quæ tolli & deleri nequeat, iterum infideles atque hæreticos esse tingendos cum è perfidiæ iactatione in fidei se portam & Ecclesiæ sinum conferunt, quod tamen communi Ecclesiæ consuetudini repugnat. Denique vt inter vtramque militiam sacram & prophanam earumque signa intercedere non exiguam similitudinem ostendat, profert locum diuinissimi Pauli scribentis ad Timotheum. Et Tractatu 5. in epist. 1. Ioannis, si baptizatus non habet charitatem, *characterem* quidem impositum habet, sed desertor vagatur.

S. Gregorius epist. 32. lib. 2. eandem rationem accommodat ad probandam characteris impressionem in Ordine: docetque eum qui iam sacris initiatus in flagitia sese ingurgitat, & gradus sui sanctitatem polluit, si forte postea ad bonam frugem redeat, debere quidem obire pœnitentiam, non esse tamen denuo consecrandum. Et lib. 12. epist. 31. de Confirmatione consimili modo argumentatur, de quo post paullo dicetur, sed characteris impositam animo notam luculentis testimoniis comprobemus.

Clemens Alexand. apud Eusebium de adolescente verba faciens sic infit: *Postea vero vbi sigillo Domini tanquam perfecta tutaq; animi custodia Episcopus obsignasset, &c.* Theologorum subtilissimus Nazianzenus vnctionem ait non corpus modo, verum etiam & animam consignare, quemadmodum olim Hebræorum postes agni cruor obsignabat. Disertius etiam Theodoretus *signum* appellat *atque notam quandam regiam spiritalis vnguenti Chrismate inuncti.* *Euseb. l. 3. c. 17.* *Greg. Naz. or. 40.* *Theodoret. in c. 1. Cantic.*

Inter Latinos scribit S. Cyprianus Spiritum sanctum per impositionem manuum communicari baptizatis, eosdemque signaculo Dominico consummari. *Cyprian. ep. 73. ad Iubaianum.*

S. Ambro-

S. Ambrosius copia orationis abundans variis nominibus characterem eundem prosequitur, vocat enim *spiritale signaculum* lib. de Initiatis cap. 7. & lib. 3. de Sacramentis c. 2. lib. autem 6. c. 2. Deus qui te vnxit inquit & signauit. Deinde ex octauo Canticorum id laudat *Pone me vt signaculum in corde tuo, sicut signaculum in bracchiis tuis.* paulo post aliquoties appellat *signum, sigillum, characterem spiritalem.*

Innocentius I. in epist. ad Decentium cap. 3. iisdem verbis vtitur, aitque solius Episcopi esse proprium ex officio Sacramentum hoc administrare. Sed redeamus ad magnum Ambrosium & cum eo totam hanc disputationem claudamus: Sic enim primo libro de Spiritu Sancto docte & eleganter scribit, sicut in Christo morimur vt renascamur, ita & spiritu signamur vt splendorem atque imaginem eius & gratiam tenere possimus quod est vtique spirituale signaculum. Et aliquanto post: Atque vt sciamus cordis nostri magis hoc quam corporis esse signaculum docet Propheta qui dicit signatum est in nobis lumen vultus tui Domine.

Ambros. l. 1. de Spiritu S. c. 6.

Damnet qui volet atque inanitatis arguat hęc testimonia, refellat etiam si ita lubet: sed primum illud fieri non potest sine impietate offensionis plenissima, alterum vero sine incredibili temeritate, vtrumque vero hæreseos labe contaminatur, cum anathema illud formidandum negligitur, quod in hoc negotio Tridentini Concilii ore parens Ecclesia contorquet.

Concil Trid. Sess 7. Can. 9. Idem habetur Sess 23. can. 4. ex Decretis Eugenii in Concil. Florent.

DE

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

CAPVT XLI.

QVI Sanctæ Ecclesiæ doctrinam cæca audacia refutarunt, priusquam Sacramentum confirmationis impiè conuellerent, considerare opinor debuerunt & exquirere diligentius, num à sæculorum omnium memoria alii quam hæretici id repudiarunt. Cum enim constet Confirmationem de qua hic quærimus, nihil esse aliud quàm manuum impositionem, quæ vt olim, sic etiam hoc tempore populo vniuerso adhibetur: si eam ipsam actionem Catholici omnes iam inde ab exordio propagatæ religionis ad Sacramenti vim pertinere iudicauerunt, verissimile est neminem fore posthac sic oblitũ sui, modestiæque immemorem, nisi fidei violatæ perduellem, qui aspernari id velit & è numero cæterorum excludere.

Videamus igitur quinam præfractè id reiecerunt, quinam etiam Sacramenti loco habuerunt. Nouatus cum Clinicorum more Christianis vndis fuisset elutus, periculosa videlicet ægrotatione lecto affixus, cum pristinam corporis valetudinem recuperasset, quæ defuerant tum baptismi ceremonias neglexit, & præterea Spiritus Sancti sigillum, quod huius Sacramenti vi & efficientia imprimitur, vt Theodoretus prodit lib.3. hæret. fabul.

Non væsane minus Arriani pro nihilo idipsum habuerunt, vt ex eo constat quod Ecclesiæ decreto Catholici Episcopi omnes sanctum chrisma iis admonerent, qui Arrianorum factionem deserebant, & commutata velificatione ad Ecclesiæ communionem aduolabant. *Concil. Nican. can. Arab. 31. Arelat. Synod. 1. c. 17. Prima can. 7. Synod. Trull. c. 95.*

Optatus Mileuitanus lib. 2. aduersus Parmenian. autor est Donatistas indignissimis contumeliis hoc Sacramentum polluisse, & diuinum prodigiũm memorat, de sacra ampulla, quæ cum fuisset in lapidum cumulum petulanti malitia coniecta, frangi tamen, etsi vitrea esset, non potuit.

Armeni & Flagellantes in deliram eam impietatem coibant, vt dicerent Confirmationem nihil esse aliud, quàm inanem & superstitiosam ceremoniam. *Guido Error. 21. Armen.*

diuinum ac prorsus deificum vnguentum, idq; ait vndequaq; perfectam efficere animam & operi Spiritus Sancti vltimam veluti manum imponere. Clemens item Alexandrinus Stromat.lib.6. *beatißimum signum* appellat. *Euseb.l.6.hist.c.35.* Eusebius ex versione Christophorsoni cum de adolescente loquitur, quem D.Ioannes cuidam Antistiti commendauerat, iuuenem ait post baptismum & *sigillum Christi*, ad vitium & flagitiosam animi consuetudinem deflexisse. Origenes homil.8.in Leuitic. gratiam monet donumq; Spiritus Sancti significari oleo, vt baptismi aqua, sceleris expiatio. Eusebius Cæsariensis libr.6.histor. Nouatum nouæ hæreseos architectum refert, cum à mali Genii vexatione consueto Ecclesiæ more liberatus fuisset, minimè curauisse post baptismum, vt *Domini sigillo* ab Episcopo obsignaretur.

Canone Arabico 55.Nicæni Concilii statuitur vt Chorepiscopus cum parœcias & Monasteria inuisit, pueros & puellas sibi sisti iubeat, vt signet eos signo Crucis, manuũ impositione atq; benedictione confirmet.

Catecheses mystagogicas quinq; Cyrillus Hierosolymitanus nobis reliquit, quarum priores duæ de bapti[illegible], tertia de Sacramento Confirmationis, postremæ duæ de Euchar[illegible] tractant, quæ tria Sacramenta vno eodemq; die Neophytis dari consueuerant; vnde constat doctissimum Cyrillum existimauisse Confirmationem non modo notam esse rei sacræ, verum etiam propriè Sacramentum, quod illam in eadem ponat serie & gradu cum baptismo & Eucharistia. Præterea Catechesi 3.sic habet, Sicut panis Eucharistiæ post illam Sancti Spiritus inuocationẽ, „ non est amplius panis communis, sed Christi corpus, sic sanctum hoc „ vnguentum nõ amplius est vnguentum nudum neq; si quis ita appel- „ lare velit cõmune, postquam consecratum est, sed est chrisma Christi „ quod aduentu Spiritus Sancti per ipsius diuinitatem energiam habet „ quo frons & alii sensus corporis sui symbolice inunguntur, & corpus „ quidem isto visibili vnguẽto perungitur, anima verò sancto viuificoq; „ Spiritu sanctificatur. *καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ μύρῳ τὸ σῶμα χρίεται. τῷ δὲ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι ἡ ψυχὴ ἁγιάζεται.* Idem in 3.Catech.mystago. duas ob causas monet in summo vultu chrisma applicari, nimirum ad delendũ pudorem quem Adami scelus nobis in fronte impressit, & vt is qui signatur intelligat, fore vt deinceps ore nudo & aperto Deum Opt.Max. videat in hac quidẽ vita per gratiam, in alio verò diuini luminis collustratione.

Amphilochius in vita S. Basilii Antistitem Maximum refert Eubulũ & Basilium salutari fonte expiasse, induisse candidis vestibus, *chrismate inunxisse*, Angelorum pane recreasse. S.Gregorius Nazianz.orat.4.quæ est in sanctum Baptism. diuinam maximè prouidentiam ad eos tuendos inuigilaturam ait, qui tincti pio ritu fuerint & *Spiritus vnctione signati*, quemadmodum olim Hebræi agni cruore in liminibus imposito, ab internecione liberati fuerunt.

Notat Epiphanius Simonem Magum nunquam oleo sacro delibutũ *Epiphan.hæres.21.* & confirmatum fuisse, quod Philippus, à quo fuerat Christianis vndis ablutus, Diaconus tantum esset, neq; haberet potestatem imponendi

manus, & Spiritum Sanctum largiendi. Quam magni viri obseruationem consideratione omnium dignissimam secutus etiam est eloquentię piæ lumen Chrysostomus in 8. caput Act. Apost. Mea, inquit, sententia hic Philippus vnus è septem erat secundus à Stephano, ideo & baptizās Spiritum Sanctum non dabat, neq; enim facultatem habebat, hoc enim donum solum Apostolorum erat. Et paulo post, Nam virtutem quidem acceperant faciendi signa, nū autem dandi aliis Spiritum Sanctū. Theodoretus in cap. 1. Canticorum hæc diserte, Mysterium recordare in quo qui initiantur post Satanæ abnegationem & Dei confessionem *veluti signo ac nota quadam regia spiritalis vnguēti chrismate inuncti*, sub ea visibili specie inuisibilem Sancti Spiritus gratiam suscipiunt.

Damasc. l. 4 c. 10.

Eruditissimus & religiosissimus Ioannes Damascenus l. 4. de fide docet veterem illam orbis eluuionem figuram esse baptismi, & columbam quæ ramum attulit, præsignificauisse intimam Spiritus Sancti vnctionem quæ in Sacramento nobis conceditur.

Tertull. de resurr. carn. c. 8.

Inter Latinos Tertullianus paucis verbis declarat ceremoniarum apparatum quæ adhiberi in Sacramento hoc solent, quales *vnctio*, *benedictio*, *efformatio crucis*, *& manuum impositio*, Caro, inquit, vngitur vt anima consecretur, caro signatur vt anima muniatur, caro manus impositione adumbratur vt & anima Spiritu illuminetur. Et libro de Præscript. aduersus hæret. hoc Sacramentum Baptismo & Eucharistiæ coniungit. Item libro 1. aduersus Marcion. oleum vnctionis cum Baptismi fonte componit & cum pane & vino Eucharistiæ. Libro de Baptismo tereiusdem vnctionis meminit Sanctus Cyprianus vltima Epistola lib. 1. necessarium hoc Sacramentum innuit his verbis, Vngi quoque necesse est eum qui baptizatus sit vt *accepto chrismate*, id est vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. Et epistola 1. libr. 2. Sacramentum indigitat, Tunc, inquit, demum plane sanctificari & esse filii Dei possunt si *Sacramento vtroque* nascantur. Eam ipsam trium Sacramentorum comparationem instituit epist. ad Iubaianum, vbi animaduertendum est S. Cyprianum cum à D. Augustino sit propter iteratum baptismum reprehensus, nunquam in cuiusquam offensionem incurrisse propter ea quæ de S. chrismate suis Commentariis literisque reliquit, tametsi id summopere laude & prædicatione sua extollat.

Idem 1. de præscript. c. 30.

Idem 1. de Baptism. c. 7.

Sanctus Ambrosius libr. de Initiatis cap. 7. Repete quia accepisti *signaculum spiritale*, spiritum Sapientiæ, &c. & infra, Serua quod accepisti, signauit te Deus Pater, confirmauit te Christus Dominus & dedit pignus Spiritus in corde tuo. Et libro 3. de Sacrament. cap. 2. post baptismi fontem superesse *spiritale signaculum* ait, vt ad Christianam perfectionem deducamur, id autem fieri effusione Spiritus Sancti & Sacerdotis oratione.

D. Hieronymus cap. 4. Dialog. contra Luciferianos, Ecclesiarum hunc fuisse morem testatur vt paruuli baptisati in Metropolitanam ciuitatem ducerentur vt Antistitis manuum impositione diuini Spiritus dona

dona reciperent. Exigis, inquit, vbi scriptum sit? In Actis Apostolorum: Etiamsi Scripturæ autoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret.

Sanctus Augustinus Tractat.6.in Epist.S.Ioannis de sciolo quodam memorat, qui sibi vrbanus & dicax videbatur, illudebat enim pueros paruos, quibus manus D. Augustinus imposuerat, negabatque iocans illos Spiritum Sanctum habuisse quod linguis minimè loquerentur. Cui Doctor ille mirabilis respondet, tametsi prodigii illud genus quod Spiritus Sancti præsentiam declarabat, iis temporibus non fieret, vim tamen Sacramenti manere atque adeo cognosci pio illo affectu caritatis diuinitus accepto, quo quisque alios prosequitur. Idem lib.2.contra literas Petilian. cap.104. Confirmationem nominat Sacramentum, signum sanctum & visibile geminumque baptismo. Et lib.15.de Trinit. cap.26. expresse ait Ecclesiam perenni consuetudine id exequi quod Apostoli Samariæ fuerunt, vt Actorum 8.perscribitur; atque ibidem chrismatis etiam mentionem facit.

Reliquum nunc est vt Innocentii I. sententiam his tot & tantis testimoniis adiungamus ex epistola ad Decentium cap.3. ita verò consueta autoritate disputat, De consignandis verò infantibus manifestum est non ab alio quàm ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus solis deberi vt vel consignent vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteris seu extra Episcopum, seu præsente Episcopo baptizant, chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen ex eodem oleo frontem signare, quod solis debetur Episcopis cum tradunt Spiritum paracletum.

Ipse Caluinus cum mentem rationemque audit, nonnunquam nos in eam spem inducit, vt credamus non inuitum illum veritati manus daturum, cum fatetur confirmationem temporibus Apostolorum Sacramentum fuisse. Et libro 4. Institut. ab iisdem fuisse vsurpatum. Id si verum est, iure à nouis illis mystagogis quæritur, quis postea de numero Sacramentorum id sustulerit, quis in hominum cœtu vniuerso tanta polleat autoritate, id vt facere potuerit. Quare in Colloquio Ratisbonensi, vt meminit Georgius Cassander, eo gradu admissa fuit cõmuni omnium consensione, etiam ab ipsis Sacramentariis & nouitatis Doctoribus. Nec aliena sunt à communi illo sensu Lutheri verba libr. de potestate Papæ, Omnium, inquit, Ecclesiarum idem est Baptismus, eadem confirmatio, idem Sacramentum, eadem pœnitentia. Quod præterea confirmat Sermon.de Nouo Testamento, vt & Vviclefus Postillis suis in 1. cap.1.ad Corinthios his verbis, *Quædam Sacramenta difficiliora*

Caluin.l.4.Instit.c.19.§6.

Georg. Cassand. de comp. Gall. diff. f. 69.

Luther de Papa.

Idem serm. de nouo Test.

Digitized by Google

ciliora ad credendum, & magis necessaria ad salutem, per se promulgauit vt Baptismum, Eucharistiam, Ordinem & Pœnitentiam, quadam autem per Apostolos, vt Confirmationem, & Extremam vnctionem. De Confirmatione patet in Actibus Apostolorum, &c.

Vvaldenses in fidei confessione ad Regem Hungariæ anno 1508. ea de re sic loquuntur, *Fide ex Scripturis sumpta profitemur temporibus Apostolorum illud obseruatum fuisse quicunque in pubescentia annis promissa donorum Spiritus Sancti non acceperunt, huiusmodi per orationem manusque impositionem in fidei confirmationem suscipiant.* Et in confessione Anglicana quæ legitur in Constitutionibus Ecclesiasticis Londini cusis anno 1604. expresse docetur, de Confirmatione doctrinam, partem esse Catechismi Apostolorum.

Deinceps igitur fateamur materiam huius Sacramenti esse oleum atque balsamum, vt significetur vi gratiæ quæ per oleum exprimitur, baptizati hominis vitam clarissimis virtutibus vt odore quodam suauissimo redundaturam, & à spurca scelerum corruptione atque labe vindicatum iri. Illud etiam inter nos conueniat quod Commentarius de vnctione chrismatis D. Cypriano tributum non agnoscit modo memoratque hanc materiam, verum etiam exponit, aitque oleum sacerdotii potestatem exprimere, balsamum autem regiam, quasi ad D. Petri sententiam alludere voluisset, *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* quo eodem in loco testatur iam inde ab annis quadringentis supra mille fuisse in more positū apud Christianos vt hebdomadis sanctæ quinto die Chrisma fieret.

Cyprian. Tract. de vnct. chrismat. *Hodie in Ecclesia cum cæteris vnctionibus ad populum acquisitionis sanctificandum, in participatione dignitatis & nominis sacrum chrisma conficitur, &c.*

Fateamur itidem Fabianum Papam, qui pro Deo fortissime vitam posuit, quique Antero successit columbæ indicio quæ supra ipsius verticem apparuerat cum suffragia colligerentur, qui Priuatum hæreticum ab Ecclesiæ communione secreuit, qui in horribili Decii Imperatoris tempestate religionis trophæum cruore suo nobilitauit anno 253. dedisse epistolam ad omnes Orientis Episcopos, quæ tomo 1. Conciliorum extat, qua reprehendit quosdam presbyteros, qui duorum triumve annorum Chrismate vterentur, quod dicerent se nouum balsamum minus commodè reperiri posse, adeoque sufficere vt vetus chrisma adhiberent semel consecratum, *Errant*, inquit, *qui talia excogitant & mente vesana potius quàm recta sentientes hæc dicunt. In illa enim die Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis lauit eorum pedes (sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt nobisque reliquerunt) Chrisma conficere docuit*, &c. Et paulo post, *Ista à sanctis Apostolis & successoribus eorum accepimus.* Addit denique ritum eum Romæ, Antiochiæ, Ierosolymis, Ephesi fuisse perpetuum, in quibus, inquit, Apostoli præsidentes hæc docuerunt.

Fabian. ep. ad omnes Orien. Episc.

Ad extremum concludamus Confirmationem esse Sacramentum, quo visibili vnctione atque impositione manuum Antistitis gratia copiose

Digitized by Google

piose confertur iis qui sacris vndis abluti sunt, vt fidem religionemque tueri possint, & quæcunque se obtulerit occasio forti animo sustinerét. Leuiores æque ac refractarii in credendo hoc tanto bono spoliarunt se: illi quod capti curiosa nouitate sese vltro in fraudem induerunt, hi quod fastidiose nimis antiquitatem repudient.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ ET CONFESSIONE PRIVATA.

Capvt XLII.

NOn alii quàm erroris impietatisq; patroni atque Ecclesiæ perduelles, hoc tanto tamque salutari remedio nudare nos voluerunt, vt ex sacrorum Annaliũ monumentis & testimonio Patrum liquet. Montanistæ ferrei homines atque duri, Ecclesiæ aditum obstruebant omnibus pœnitentibus, non secus ac si Filii Dei nomen ierassent. Nouatus suæ factionis Ecclesiis dedit literas, quibus edicebat, ne quemquam ad mysteriorum communionem admitterent, qui cultum idolis detulissent, sed eos tantum ad dolorem de scelere concipiendum inuitarent, quod negaret à presbyteris absolui posse. Meletius Thebaidis Episcopus non nisi post longissimum temporis interuallum vlli hoc Sacramentum impertiebatur, cum diceret prius esse pœnitentiæ fructus faciendos. Acesius Nouati soboles asperior etiam fuit & contumacior; qui docebat, eos omnes, qui peccatum quod in Scripturis peccatum ad mortem commisissent, communione esse indignos, neque in vllius Sacerdotis potestate esse positum, ab hoc scelere quenquam expiare, solum diuinum numen id posse.

Hieron. epist 54 ad Marcellam, & lib. 2. aduersus Iouin c. 2.
Cyprian. lib. 4 c. 2.
Euseb. lib. 6. c. 39.
Socrates l. 4. c. 23.
Epiph hæres. 68.
Sozom. l. 1. c. 21.

Acideani nullam pœnitentiam imponebant. Messaliani pœnas Canonum sanctione constitutas negligebant. Iacobitæ aiebant sufficere si priuatim se coram Deo quisque accusaret. Armeni Exomologesim quidem non respuebant si modo generatim fieret. Albigenses, Flagellantes, Vviclefi sectatores, Vualdenses, Picardi eam quam auricularem vulgo nominant oppugnarunt.

Theod. l. 4. hær. fabul.
Guido de Iacobitis c. 2.
Idem de Armeniis.
Antoninus par. 4. tit. 2. c. 7. § 5.
Bernard Lutzemb. de Flagell.
Vviclefus art. 7.
Æneas Syluu. hist. Bôh. c. 39.

Lutherus

Luther. de capt Bab.c.de Bap. *Prabuit his opinionib. occasionem verbum illud periculosum D. Hieronymi, siue malè positum siue malè intellectũ, quo pœnitentiam appellat secundã post naufragium tabulam.*

Melanchthon in ordine examinandorum. *Nulla enumeratio delictorum necessaria est.*

Vdaldræus Zuingl. contra confessionem Lutherii *Ligandi & soluendi verba nihil aliud significant quàm credere & nolle credere.*

Lutherus lib. de Captiuit.cap.de Baptismo, D. Hieronymi sententiam (quã vult esse periculosam) ansam errori dedisse putat in hac quæstione, cum nimirum in Epistola ad Pammachium Pœnitentiam appellat *secundam post naufragium tabulam.* Melanchthon ferre æquo animo nõ potest, quod necessaria peccatorum enumeratio dicatur. Zuinglius arbitratur verba ligandi atque soluendi nihil aliud significare quàm credere aut non credere.

Non est autem operosum ostendere fuisse in Ecclesia Exomologesim ante B. Hieronymum, & eius vsum ab omni antiquitate repetendũ: idque non modo diuinarum literarum testimoniis, verum etiam clarissimorum Patrum autoritate constare.

Numerorum 5. proditur ita Moysi Deum imperasse, *Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum.* Qui in Hebræa lingua versati sunt animaduerterunt vocem התודו Hithuadu *confitebuntur* esse coniugationis *Hitpael*, quæ significationem auget vocis, & idem significat quod diligenter & accuratè confitebuntur. Notant præterea in autographo non dici tantum, confitebuntur peccatum suum, sed confitebuntur peccatum quod admiserunt, hoc est non modo generatim, verum etiam sigillatim & distinctè.

Matthæi cap.3. vers.5. & 6. *Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa & omnis regio circa Iordanem & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua.* Et Marci cap.1. vers.4. *Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua.* Quem locum profert D. Basilius ad probandam confessionem, vt postea suo loco dicetur.

1.Corint.5.18. καταλλαγῆς.
Matth.18.18.

Sed vt legem Euangelicam intueamur, quis dubitabit quin hoc Sacramentum sit ministerium reconciliationis, vt loquitur Apostolus scribens ad Corinthios eo filii Dei oraculo fretus, *Amen, amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cœlo.* An negare quis potest quin Seruator hominum Christus potestatem remittendi peccata concesserit, cum Apostolus sic compellat suos, *Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Hinc verò Tridentinum Concilium efficit, quandoquidem successores Apostolorum intelligere satis nequeunt, quæ retinere peccata debeant quæve remittere, nisi eius cõfessione qui scelus consciuit, obligari sontem ad latebras animi omnes patefaciendas, lepramque suam ostendendam Sacerdoti, cuius est de re tota sententiam pronunciare. Neque enim vllus est tam in humanis rebus hospes & peregrinus, qui nesciat, absolutionem quæ legitimo iudicio fieri solet, à cognitione causæ pendere, hanc verò disceptationem coram Deo Sacerdotum sententiis atque iudicio terminari oportere sine præuaricationis metu arcanique violati.

Ioan.20.22.
Trident sess 14.c 5.

S.Ioan-

Digitized by Google

S. Ioannes epist. 1. c. 1. ait Christum fidelem esse & iustum vt remittat nobis peccata nostra si illa confiteamur. Vbi notandum est eum prius ea verba protulisse *sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab omni peccato.* Mox tamen nos ad peccatorum confessionem hortatur, quasi dicere voluisset, eo veluti tubo & euripo redemptionis nostræ pretium manaturum ad scelera expianda.

S. Iacobus idem significat cap. quinto, apud quem illa operæpretium est animaduertere *Confitemini alterutrum peccata vestra* ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, quæ male vertit Geneua quasi esset εἰς ἀλλήλους.

Hunc porro in nascente Ecclesia morem vsumque effloruisse, perspicue docuit Lucas in Actis Apostolorum cum sic ait, *Multique credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos.* In Syriaco est פבליותהון Sachleuathetun peccata sua. In Græco ἐξομολογούμενοι quod subindicat plane distincte sigillatim explicare ab ἐξομολογεῖν quasi in apertam lucem proferre, palam & in medio ponere: item ἀναγγέλλοντες quod significat publicam & claram enunciationem peccatorum, quæ publica etiam fuissent & manifesta. Syriacũ ipsum משתעין Meschthahhen manat à verbo שעי Schahhe quod distinctam enumerationem significat. Nunc ad Patrum autoritatem veniamus.

Act. 19. 18. Ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. משתעין *Meschthahhen, à Syro verbo.* שעי Schahhe, *quod narrare & enumerare significat, seu Hebrao.* schohh h שעה *quod idem est ac* ספר *id est ordine narrare.* Iren lib. 1. c. 9.

S. Ireneus cum de quibusdam mulierculis verba facit quas hæreticus Marcus in fraudem induxerat, prodit easdem cum in sinum Ecclesiæ conuolassent, confiteri sæpe solitas, deque vna præsertim narrat cum incredibili piorum hominum labore ab errore in viam reuocata fuisset, omne prope tempus contriuisse in exomologesi: aliam autem mœrore confectam in fletu & lamentis vixisse, quod ab eo Mago fuisset decepta. Alio quodam loco de Cerdone idem scribit, tametsi dissimili ratione, nam homo ille veterator totus è fraude fallaciisque concretus, templum sæpe adibat, exomologesim frequentabat, cum nefarias suas opiniones disseminaret.

Idem l. 3. c. 4.

Clemens Alexandrinus discrimen exponens inter pœnitentiam quæ subsequitur baptismum, & quæ præcedit, ita scribit. Cum autem sit " Dominus cognitor cordium & futura præsciat, facilem hominis mu- " tationem, & ad reuertendum propensionem, & Diaboli calliditatem, " ab alto vidit à principio. Dedit ergo cum sit multæ misericordiæ iis et- " iam qui in fide in aliquod peccatum incidunt secundam pœnitẽtiam. " Idem libro, *quis sit ille diues qui saluetur*, cum de illo adolescente meminit quem dilectus Seruatori Ioannes in religione instituerat, quique deinde perceptis Sacramentis duobus Baptismi & Confirmationis prædo factus indignissime animum polluerat, illius iam ad bonam frugem reuocati pœnitentiam vocat *secundum baptismum & secundam regenerationem.* Atque vt omnes intelligant veræ pœnitentiæ semper fuisse coniunctam exomologesim, auditor Clementis Origenes homil. 2. in Leuitic. cum varios significatas remissionis peccatorum exposuisset, ad extremum hæc addit, Est adhuc septima licet dura & laboriosa per pœnitentiam

Clem. Alex l. 2. Strom.

remissio peccatorum, cum lauat peccator lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte, & cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum, & quærere medicinam secundum eum qui dixit, *Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam Domino & tu remisisti impietatem cordis mei.* Qua etiam in re ea diuini Iacobi monitio perficitur: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.* Et in Psalm. 37. Sicut ii qui habent in-
» clusam escam indigestam, aut humoris vel phlegmatis stomacho gra-
» uiter & moleste imminentia si vomuerint releuantur, ita etiam hi qui
» peccauerunt si quidem occultant & retinent peccatum intra se intrin-
» secus vrgentur & propemodum suffocantur à phlegmate vel humore
» peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum & con-
» fitetur, euomit delictum atque omnem morbi digerit causam, Tum sa-
» cerdotis qui aures dat pœnitenti conditiones adumbrans subdit, Tan-
» tummodo circunspice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum
» proba prius medicum cui debeas causam langoris exponere qui sciat
» infirmari cum infirmante flere cum flente, qui condolendi & compa-
» tiendi nouerit disciplinam, vt ita demum si quid ille dixerit qui se prius
» & eruditum medicum ostenderit, & misericordem, si quid consilii de-
derit facias & sequaris. Paulo post grauius insectatur asperiusque illos homines qui cum tantam curam studiumque adhibeant in corporis remediis quærendis tuendaq; valetudine, fugiunt tamen exomologesim, & ad diuinam mensam accedunt imparati: eosdem cum iis componit qui torrida febre conflictantur, qui mortem sibi accersunt, dum iis vtuntur cibis, qui sanis valentibusq; inseruiunt. Et hom. 17. in Lucam. Si in-
» quit reuelauerimus peccata nostra non solum Deo, sed & his qui pos-
» sunt mederi vulneribus nostris atque peccatis, delebuntur peccata no-
» stra ab eo qui ait, Ecce delebo vt nubem iniquitates tuas & sicut caligi-
» nem peccata tua.

» Sanctus Basilius in Regulis breuior. vt in corporis ægritudine atque morbo ad peritos medicos adire opportunum est, ita in sanandis animi vitiis delendisque peccatis, conuolandum ad eos monet, qui peritissime id præstare possunt.

S. Basil. inter reg. 229.

Eius verba sunt, Necessario iis peccata aperiri debent quibus est cre-
» dita dispensatio mysteriorum Dei, siquidem rationem hanc in pœniten-
» tia etiam veteres illos cernimus secutos fuisse quando & in Euangelio
» scriptum est, quod Ioanni confitebantur peccata sua: & in Actis Aposto-
» lis ipsis.

Sanctus Gregorius Nyssenus in orat. quadam, Afflictionis participem & socium sume sacerdotem vt patrem. Audacter osten-
» de illi quæ sunt recondita, animi arcana tanquam occulta vulne-
» ra medico retege: ipse & honoris & valetudinis tuæ rationem ha-
» bebit.

Greg. Nyss. orat. ad eos qui dur. in alios iudicant.

S. Ioannes Chrysostomus sæpissime de pœnitentia disputat deque plangore

plangore atque gemitu, qui peccatum sequi debet: sed præsertim legendus homil. 10. in Genesim, de eo qui scelere se commaculauit loquens, si voluerit inquit vt decet vti conscientiæ adiumento, ad confessionem facinorum festinare, medico ostendere vlcus, qui curet, & non exprobret, atque ab illo remedia accipere & soli ei loqui nullo alio conscio, & omnia dicere cum diligentia, facile sua peccata emendabit: confessio enim peccatorum abolitio etiam est delictorum. Et homil. 30. de seria & accurata peccatorum confessione tractat quam Christiani in hebdomada sancta exequi debent. Hom. 33. in Ioannem sic habet, In peccatis quę commisimus confitendis neminem vereamur, Deum duntaxat vt decet formidemus qui & nunc opera nostra videt & tunc quos in præsentia non videt damnabit. Item lib. 2. de Sacerdotio, Multa quidem arte opus est vt qui laborant Christiani, vltro sibi persuadeant sacerdotum curationi sese submittere oportere. Libro vero 3. iis verbis atque orationis magnificentia dignitatem sacerdotum prædicat, & meritissimis laudibus in cœlum attollit, vt eam hoc loco præterire sine iusta omnium reprehensione vix queam, Etenim qui terram incolunt atque in ea versantur iis commissum est vt ea quæ in cœlis sunt dispensent: iis datum est vt potestatem habeant quam Deus optimus neque Angelis neque Archāgelis datam esse voluit: neq; enim ad illos dictum est, quæcunque alligaueritis in terra erunt alligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo. Habent quidem & terrestres Principes vinculi potestatem, verum corporum solum. Id autem quod dico sacerdotum vinculum ipsam etiam animam contingit, atq; ad cœlos vsque peruadit vsque adeo vt quæcunque inferne sacerdotes confecerint, illa eadem Deus superne rata habeat, ac seruorum sententiam Dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas nisi omnem rerum cælestium potestatem illis à DEO concessam? quorumcunque enim ait peccata retinueritis, retenta sunt.

Chrysost. l. 3. de sacerd.

Quænam obsecro potestas hac vna maior esse queat? pater omnifariam filio potestatem dedit: cæterum video ipsam eandem omnifariam potestatem à filio illis traditam. Nam quasi iam in cœlum translati ac supra humanam naturam positi atque nostris ab affectibus exempti, sic illi ad principatum istum perducti sunt. Quid multa? Rex aliquis si cui ex subditis suis honorem hunc detulerit vt potestatem habeat quoscunque velit in carcerem coniiciendi, eosdem rursus relaxandi, beatus ille & admirandus iudicio omnium fuerit: at vero qui à DEO tanto maiorem accepit potestatem quanto cœlum terra pretiosius est quanto etiam animæ corporibus præstant, hic vilem eousque dignitatem accepisse nonnullis videri debet, vt vel in illorum cogitationem descendere queat reperiri, quandoque posse vnum aliquem ex eorum numero quibus tanta illa quæ paulo ante dixi fuerint à DEO concredita, cui ipsi munus suum sordescat quique donum sibi à Deo datum despiciat? procul hinc facessat huiusmodi insania, insania enim mani-

» festaria despicere tantum istum principatum, sine quo neque salutis ne-
» que promissorum donorum compotes fieri possumus. Et paulo post,
» Corporis lepram purgare seu vt verius dicam haud purgare quidem, sed
» purgatos probare Iudæorum sacerdotibus solis licebat neq; nescis quā-
» ta cum ambitione, quanto cum studio ac concertatione sacerdotalis di-
» gnitas id temporis acquireretur, at vero nostris sacerdotibus non corpo-
» ris lepram verum animæ sordes non dico purgatas probare sed purgare
» prorsus concessum est. Quare iudicio quidem meo qui istos despiciunt
» contemnuntque multo sceleratiores ac maiori supplicio digni fuerint
» quam fuerit Dathan vna cum suis omnibus.

Tertul. l. de pœnit. c. 8.

Nunc Latinæ Ecclesiæ Doctores audiamus. Tertullianus inter plurimas sententias quas de pœnitentia & exomologesi pronunciauit, ita ca. 8. *Tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat.* Et veluti suspicari videretur futurum aliquando qui eius dictum ad confessionem coram Deo factam referre, proxime capite 9. vberem adfert & bene longam exomologesis descriptionem, quam ait de ipso habitu atque
» victu mandare, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, a-
» nimum mœroribus deiicere, pastum & potum pura nosse, non ventris
» scilicet sed animæ causa, plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemi-
» scere, lacrymari & mugire dies noctesq; ad Dominū Deum tuum, pres-
» byteris aduolui & caris Dei adgeniculari. Paulo post illos arguit qui pudore sane reprehendendo scelus obtegunt suunt atq; dissimulant, *An melius* inquit, *est damnatum latere, quam palam absolui? miserum est sic ad exomologesim peruenire.* Et cap. 12. insectatur impiam eorum negligentiam, qui
» peccatorum confessionem aut contemnunt aut differunt, quam tam fa-
» cilem nobis medicinam post baptismum Deus esse voluit, vt vulneris tā-
» tum patefactio, sit eiusdem sanatio, & æris alieni confessio, solutio exi-
» stimetur Cum scias inquit aduersus gehennam post primam illa intin-
» ctionis Dominicæ monimenta esse adhuc in exomologesi secunda sub-
» sidia, cur salutem tuam deseris? Cur cessas aggredi, quod scias mederi ti-
» bi? Mutæ quidem animæ & irrationales medicinas sibi diuinitus attri-
» butas in tempore agnoscunt, ceruus sagitta transfixus vt ferrum & irre-
» uocabiles eius moras de vulnere expellat, scit sibi dictamno medēdum.
» Hirundo si excæcauerit pullos nouit illos oculare rursus de sua Cheli-
» donia. Peccator restituendo sibi institutam à Domino exomologesin
» sciens præteribit illam quæ Babylonium Regem in regna restituit?

S. Cyprianus idem multis in locis confirmat sed maxime epist. 14. lib. 3. vbi de iis meritissimo queritur qui fidei naufragium miserabili casu fecerant, cum tamen ore impudenti & præfracto ad communionem accederent, sine exomologesi, nullo mœrore deiecti nulla expiatione conscientiæ quæ sacrarum manuum impositione fieret: Contra vero fidem laudat & salutarem eorum metum qui vel noxam tenuem apud Sacerdotem magna doloris & ægerrimi animi significatione confitentur, qui quod premit vrgetque mentem, generose eiiciunt, & leuiorum etiam lapsuum

pſuum

Digitized by Google

psuum quærunt medicinam, cum sciant esse in diuinis oraculis Deum non irrideri. Et lib. de lapsis addit. *Confiteantur singuli quæso vos fratres delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est.*

Lactantius Firmianus lib. 4. Institut. cap. 30. Nouatianos perfidiosæ mentis coarguens, pro vera Ecclesiæ nota ponit exomologesim peccatorum his verbis, Quia singuli quique cœtus hæreticorum se potissimum Christianos & suam esse Catholicam Ecclesiam putant, sciendum est illam esse veram, in qua est confessio & pœnitentia, quæ peccata & vulnera quibus subiecta est imbecillitas carnis salubriter curat.

S. Ambrosius lib. 1. de pœnitentia aduersus eosdem Nouatianos disputans confessionis inimicos ita iis respondet qui soli Deo fateri peccata sua volunt, sed aiũt se Domino deferre reuerentiam cui soli remittendorum criminum potestatem reseruent. " Imo nulli maiorem iniuriam " faciunt, quam ii qui eius volunt mandata rescindere, commissum mu- " nus refundere. Nam cum ipse in Euangelio suo dixerit Dominus Iesus, " Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, " & quorum detinueritis detenta erunt: quis est ergo qui magis honorat, " vtrum qui mandatis obtemperat an qui resistit? Ecclesiæ in vtroque ser- " uas obedientiam vt peccatum & alliget & relaxet. Hæresis in altero im- " mitis, in altero inobediens, vult ligare quod non resoluat, non vult sol- " uere quod ligauit, in quo se sua damnat sententia. Et paulo post, Munus " Spiritus sancti est officium sacerdotis, ius autem Spiritus sancti in sol- " uendis ligandisq; criminibus est. *Ambros. l. 1. de pænit. c. 2.*

Item ibid. " Vult Dominus plurimum posse discipulos suos, vult à ser- " uulis suis ea fieri in nomine suo quæ faciebat ipse positus in terris. Deni- " que ait & maiora his facietis. Dedit vt mortuos suscitarent, & cum ipse " Saulo reddere posset vsum videndi, eum tamen ad Ananiam discipulum " suum misit, vt eius benedictione Saulo refunderentur oculi quos ami- " serat. Et paulo post Nouatianorum obiectioni respondens: Vt quid igi- " tur baptizatis si peccata remitti ab homine possunt. Quid interest inquit " vtrum per pœnitentiam an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes " vindicent? vnum in vtroque mysterium est.

D. Hieronymus 1. epist. ad Heliodorum, *Absit vt de his quidquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus, qui claues regni cœlorum habentes quodammodo ante iudicandi diem iudicant, qui sponsam Domini nostri sobria Castitate conseruant.*

Idem alio loco de Montanistis agens, Hoc inter nos & illos interest quod illi erubescunt confiteri peccata sua. Et in cap. 10. Ecclesiast. Si " quem serpens Diabolus occulte momorderit & nullo conscio cum pec- " cati veneno infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœniten- " tiam, nec vulnus suum fratri ac magistro voluerit confiteri, magister " qui linguam habet ad curandum facile ei prodesse non poterit, si enim *Idem Hieron. ep. 54. ad Marcellam.*

erubescat ægrotus vulnus medico confiteri quod ignorat medicina non curat. Et in epistola ad Pammachium & Oceanum de Origenis erroribus, necessitatem confessionis perspicue demonstrat, cum scribit secundam post naufragium tabulam esse confessionem. Et in 7. Matthæi iis respondens qui iurisdictionem Ecclesiæ imminutam vel etiam sublatam esse volebant, quasi vni Deo iudicandi illa potestas conueniret, *Si iudicare, inquit, prohibet, qua consequentia Paulus in Corintho iudicat fornicantem, & Petrus Ananiam & Sapphiram mendacii coarguit.* Et in cap. 16. *Sacerdos cum pro officio suo peccatorum audierit varietates, scit quis sit ligandus, quis absoluendus.*

" Item in cap. 18. Potestatem tribuit Apostolis vt sciant qui à talibus " condemnantur, humanam sententiam diuina sententiam roborari & " quodcunque ligatum fuerit in terra ligari pariter & in cœlo.

August. ep. 180 ad Honor.

Sanctus Augustinus ad Honoratum scribens de obsessis vrbibus sic " ait, An non cogitamus cum ad istorum periculorum peruenitur extre" ma, nec est potestas vlla fugiendi quantus in Ecclesia fieri soleat ab vtro" que sexu atque ab omni ætate concursus, aliis baptismum flagitantibus " aliis reconciliationem, aliis etiam pœnitentiæ ipsius actionem, omni" bus consolationem & sacramentorum confessionem & erogationem? " Vbi si ministri desint quantum exitium sequitur eos, qui de isto sæculo " vel non regenerati exeunt vel ligati?

" Idem vero luculentius Psalm. 101. exponens, ostendit ad scelerum " remissionem non sufficere vt de iis dolorem quis in animo concipiat ne" que tantum ad sacerdotem accedat nisi eiusdem absolutione purgetur, " Quid enim inquit prodesset Lazaro quia processit de monumento, nisi " diceretur, soluite eum & sinite abire, &cæt. Cum audis hominem con" fitendo proferre conscientiam, iam de sepulchro eductus est, sed non" dum solutus est. Quando soluitur? à quibus soluitur? Quæ solueritis " inquit in terra erunt soluta & in cœlo. Merito per Ecclesiam dari solu" tio peccatorum potest: suscitari autem ipse mortuus non nisi intus cla" mante Domino potest.

" Et l. 1. de coniugiis adulter. cap. 28. Quæ autem baptismatis eadem re" conciliationis est causa si forte pœnitentem finiendæ vitæ periculum " præoccupauerit. Nec ipsos enim ex hac vita sine artha suæ pacis exire " velle debet mater Ecclesia. Et quoniam sæpe sceleribus deformes pu" dore præpediuntur quem in patrando flagitio totum eiecerant, O in" credibilis inquit insania! De vulnere ipso non erubescis de ligatura " vulneris erubescis? Nonne nudum fœdius & putidius est? confuge er" go ad medicum, age pœnitentiam.

" Et in Psalm. 66. Tristis esto antequam confitearis, confessus exulta " iam sanaberis. Non confitentis conscientia saniem collegerat, & apo" stema tumuerat, cruciabat te, requiescere non sinebat, adhibet medicus " fomenta verborum & aliquando secat, adhibet medicinale ferrum in corre-

Digitized by Google

correptione tribulationis. Tu cognosce medici manum, confitere, exeat in confessione, & defluat omnis sanies. Et cap. 4. lib. de visit. infirm. Sunt quidam qui sibi ad salutem sufficere autumant si soli Deo cui nihil occultum est sua confiteantur crimina.

Nolunt enim aut erubescunt siue dedignantur ostendere se sacerdotibus quos tamen inter lepram & lepram discernere per legislatorem Dominus constituit. Sed nolo vt ipse decipiaris opinione quatenus confundaris confiteri coram Domini Vicario tabescens præ rubore vel ceruicosus præ indignatione. Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium quem Dominus sibi non dedignatur Vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio quæ in visitando confirmat quia saluat sacerdote inconsulto ad Deum peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit ad DEVM frequenter referenda confessio peccatorum, &cæt. Sed testamur & testatur illud sana doctrina, ne tibi applaudentium faueas auribus quoniam prius eges sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum, salubri iudicio: alioqui & sub lege & sub gratia: Ite & ostendite vos sacerdotibus, responsum diuinum quomodo consummaretur? Confitemini alterutrum peccata vestra quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter Dei vice Dominus adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis.

Item ibid. Adstantem coram te sacerdotem Angelum Dei existima. Labia quidem sacerdotis ait Malachias custodiunt scientiam & legem requirunt ex ore eius: angelus enim Domini exercituum est. Et cum qua & DEVM & Angelum eius docet reuerentia DEI ministrum affari. Aperi ei penetralium tuorum abditissima latibula, conscientiarum verecundarum penitiora reuela repagula. Non te pudeat coram vno dicere quod non puderit forsitan coram multis facere. nam humanum est peccare, Christianum est à peccato desistere, diabolicum est perseuerare.

In eodem genere cohortandi versatur lib. quinquaginta homil. 12. & 41. Item 49. homilia sub medium, Agite inquit pœnitentiam qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat occulte ago apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est Quæ solueritis in terra soluta erunt in cœlo? Ergo sine causa claues datæ sunt Ecclesiæ Dei? frustramur euangelium Dei? frustramur verba Christi? Promittimus vobis quod ille negat? Et 50. homilia cum de animæ ad DEVM conuersione intimoque dolore disseruisset, Peccator inquit cum ipse in se protulerit seuerissimæ medicinæ sed tamen medicinæ sententiam, veniat ad Antistites per quos illi in ECCLESIA claues ministrantur, & tanquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine custodito à præpositis Sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum.

Atque

Atque hic mihi studiosus Lector nomen satisfactionis notet, cuius vim ac necessitatem exponit etiam illustrius sub finem eiusdem homiliæ, *Non enim*, inquit, *sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de iis quæ facta sunt satisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis.* Quod ad magnum Gregorium attinet eam quæ ore fit cõfessionem, cum Lazari exitu à monumento componit & sacerdotis absolutionem peccatorum, cum vinculorum solutione quæ à Discipulis Christi Domini facta est. S. Bernardus grauissime præcipit ne cuiquam absolutionem Presbyteri impertiantur etiam vim lacrymarum profundenti nisi prius vitę suæ noxas aperuerit.

Greg. hom. 26. in Euang.

Bern. serm. ad milit. c. 12.

Caluinus de hac ipsa re disputans lib. 4. Instit. cap. 19. section. 14. tametsi pœnitentiam quatenus Sacramentum repudiet & aspernetur, publicam tamen reconciliationem apud veteres probat, quæ præside & authore Episcopo fiebat, neque plane impugnare illam priuatam audet, quæ ad sacerdotis aures tacite perficitur. Sed fortasse alia omnia pronunciabit ingeretque nobis, cum eiusdem farinæ alios audierimus.

Lutherus in visitatione Saxonica fatetur pœnitentiam in numero Sacramentorum esse reponendam. & contra articulos Louaniens. ca. 35. ita scribit, *Pœnitentiam cum virtute Clauium absoluentium, Sacramentum libenter confitemur: habet enim promißionem & fidem remißionis peccatorum propter Christum.* Idem in Resolution. de Indulgent. conclus. 2. *Pœnitentia sacramentalis est temporalis nec potest omni momento agi, alioqui aßidue cum sacerdote loquendum, nec quidquam aliud agendum esset quam confiteri peccata.* Et sermon. de pœnitentia Tomo 7. operum impress. Germ. fol. 3. *Vera via extra quam nulla alia inueniri potest est venerabile, plenum gratia & sanctum Sacramentum pœnitentiæ, quod Deus in summam consolationem omnibus peccatoribus largitus est.* Et iterum, *Duplici sic confitendi modo instructus, vno, quo sacerdoti omnia manifesta mortalia confitearis, altero que Deo confitearis reliqua omnia.* Item
" ibidem: Non est condemnenda Confessio auricularis propter absolu-
" tionem & Euangelii verbum quod ex ore sacerdotis audis. Idem de præ-
" parat. ad mortem.
" In mortis articulo constitutus ad se sacerdotem vocet, vbi sua pecca-
" ta confiteatur omnia: si absoluit me presbyter acquiesco eius absolu-
" tioni tanquam verbis Dei & super hoc morior, tam firmiter enim crede-
" re debes absolutioni Presbyteri, ac si Deus specialem Angelum aut A-
" postolum ad te mitteret, imo tanquam Christus ipse absoluerit.

Wiclefus in 1. cap. ad Corinth. *Quædam Sacramenta difficiliora ad credendum & magis necessaria ad salutem per se promulgauit, vt Baptismum, Eucharistiam, Ordinem, & Pœnitentiam.* Et in cap. 3. epist. Sancti Iacobi: *Oportet recipere Sacramentum pœnitentiæ pro mortalibus abluendis confitendo non solum Deo, sed & homini, in casu & cum specialiter confitendum sit Vicario Christi, qui mediat inter Deum & hominem, Apostolorum posteri ordinarunt confeßionem auricu-*

larem

Digitized by Google

larem. Hussus disputatione aduersus Indulg. idem comprobat, *Licet sufficiat apud Christum vbique præsentem Contritio, tamen Sacramentum pœnitentiæ est valde necessarium, licet non proderit sine contritione præsupposita*. Vvaldenses in Confessione fidei facta anno salut. 1508. ita pronunciant, Peccator si animo, intentione, opere à retroactis vitiis resipuerit, talis in veritate constitutus, si presbyterum scientem discernere malum à bono, cuius labia scientiam diuinæ legis custodierint inuenerit, huiuscemodi Sacerdoti recta intentione scelera sua confessione reuelare debet quo veluti iudice loco Dei præsidente & Ecclesiæ iure legis Domini culpæ eius grauitas recte diiudicetur, & correctus consilium pœnitentiæ ad reformationem sui habeat, Christi clauibus aut solutus aut ligatus humiliter obsequatur.

Post tot & tanta tum diuina tum humana testimonia, post consensum omnium sæculorum, & ipsorum confessionem qui nefariè se ab Ecclesiæ communione seiugarunt, summa animi constantia fateamur, Pœnitentiam esse Sacramentum quo Sacerdos vi clauium, hoc est ea potestate, quam diuinitus accepit, peccata remittit quæ post Baptismum admittuntur. Neq; verò committendum nobis est, ne ingratissimi videamur, vt excidat aliquando quanta fuerit benignissimi Redemptoris nostri erga nos humanitas & misericordia, qui nobis tam facile, tam in medio positum remedium comparauerit ad vitiositatem omnem ex animis eiiciendam. Fateamur item longe esse honestius atque promptius peccata sua priuatim explicare Sacerdoti Numinis Vicario, quàm medio in cœtu palam atque in omni luce exponere fornicationes, adulteria, sacrilegia, parricidia, aliaq; maleficia quæ pœnitentem infamant & audientibus singularem offensionem pariunt. Quæ causa olim fuit cur pœnitentia publica interdicta fuerit Constantinopoli, vt aiunt, à Nectario, iam ante mille ducentos annos, & paulo post grauissima autoritate generatim prohibita à Leone Magno, qui religionis clauum tenebat, sedebatque in Petri solio circa annum Domini quadringentesimum quinquagesimum, vt constat ex quadam ipsius Epistola missa ad Episcopos per Campaniam & Samnium constitutos.

Leo I ep. 80 ad vniuersos Episcop per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos c. 2.

Kkkk CVLPA

CVLPA REMISSA NON SEMPER OMNEM EXHAVRIRI POENAM DIVINO IVDICIO DEBITAM, CVI SATISFACIENdum sit necessario idque vi meritorum & perpessionum Christi Iesu.

Capvt XLIII.

Cypr. Epist. 52.

Theod. haeret. Fab. lib. 4.

Damasc. de Haeresib.

Divus Cyprianus autor est Nouatianos ab iis qui facinus aliquod indignum concepissent, satisfactionẽ quidem exegisse, sed non tamen vt Pœnitentiæ Sacramenti partem. Scribit Theodoretus Audeanos nullam pœnitentibus iniungere pœnam consueuisse. Messaliani vt Ioannes Damascenus monumentis suis prodidit, maculosos omnes & sceleribus coopertos admittebant, nec poscebant aliud, quàm vt certos quosdam precationis modos vsurparent. Noui Manichæi suæ factionis homines ad nullam plane satisfactionem obligabant, multo verò minus ad rem alienam restituendam, quod video scriptum ab Eymerico. Piggardi satisfactionem nominabant velum & integumentum Hypocritarum. Lutherus in eam acerrime declamitat atque omni animi corporisque contentione ex humanæ naturæ finibus conatur eiicere, tum artic. 5. Assertionum, tum Sermon. De pœnitentia. Melanchthon in eadem est naui iisdemque velis amentiæ & furoris inflatur. Caluinus non minus importunè & confidenter lib. 3. Institut. cap. 4. sect. 25. 30. & 31. eandem insectatur.

Nicolaus Eymericus par. 2. quaest. 13.
Ioan. Scherta ep. ad Erasm.
Luther. in assertionibus, articulo 5.
Melanchth. in disputat. de pœnitentia partibus, & in prima editione locorũ communium, cap. de Pœnitentia.
Caluinus lib. 3. Institut. c. 4. §. 25. & § 30. 31.
Coloss. 2. 14. 15.
Genes. 3. 16.

Diuinæ paginæ autoritas, rationum momenta & experientia ipsa Catholicam veritatem cõfirmant. Imprimis enim id constat ex iis multis & maximis incommodis quæ noxa primi Parentis importauit; quæ licet penitus abolita fuerit, & vt ait Apostolus, cruci affixa, hæret tamen miseranda cicatrix; in doloribus fœminæ pariunt, terra inuisa negat fruges, homo labore exhaustus & sudore fluens ægrè viuit, fato sumus omnes obnoxii, & funesti piaculi fraudem & late fusam malitiam quotidianis miseriis & promiscuis experimur. 2. Soror magni Mosis Maria murmura-

Num. 12. 1.

murmurauit aduersus fratrem propter Æthiopissam vxorem: Deus illi quidem scelus condonauit, sed postea merito supplicio punitus est. 3. Populus officii oblitus sui Mosem & Aaronem infestis animis & orationis acerbitate insectatus fuerat: placatur quidem bonus humani generis parens, sed vltionē tanto sceleri desponsam in certum tempus reseruauit, & quidem in promissam terram de iis nemo est ingressus, *Iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras & scietis vltionem meam.* Quod paraphrasis Chaldaica ita vertit, *Quadraginta diebus (dies pro anno imputabitur) peccatorum vestrorum pœnas pendetis, & quadraginta annis cognoscetis vos aduersum me murmurasse.* 4. Aaron in monte Hor extremum diem obiit, & Moyses in monte Nabo, quod ad aquas contradictionis in diuinorum oraculorum fide hæsitauissent. 5. Puer infans qui è Dauidis flagitio natus est, celeri fato ab hominibus demigrauit, tametsi stratus humi genitor preces Deo funderet: & tametsi facinus esset ei remissum, in plurimas tamen postea calamitates incidit, prout Nathan diuino afflatu præsignificauerat. 6. In populo numerando etiam diuinum numen offenderat, Gad videns de tribus illi optionem dedit, funesti morbi cōtagionem bello famique prætulit, itaque septuaginta hominum millia à Dan vsque Bersabee internecione perierunt. 7. Achabus Rex vestem suam deloricauit, horridus cilicio, atque ieiunus sacro incubuit, demisso capite inambulauit. Rem Deus Heliæ Thesbitæ aperuit, noxam remisit, pœnam in filii dominatum transtulit. 8. *Peccata tua eleemosynis redime*, ait Daniel: quis verò id de culpa intelligendum esse putet, quæ nunquam sine dolentis animi contritione iis remittitur, qui iam ad vsum rationis peruenerunt? 9. *Castigo corpus meum*, aiebat diuinus plane vir & religionis magister, *atque in seruitutem redigo ne cum aliis prædicauero ipse reprobus efficiar.* Et 1. ad Corinth. *Quod si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur, dum iudicamur autem à Domino corripimur vt nō cum hoc mundo damnemur*: quod illi contigit ab Ecclesiæ communione secreto de quo 2. ad Corinth. scribit, cum meritum supplicium exorbuisset propter indignum libidinis scelus, *sufficit illi qui huiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus.*

Num.14.27.28.29.

Num.20.21.

2 Reg.12.11.

Et ego fusi itabo super tumulum, &c.

3 Reg.21.27.

Daniel 4.24.

1. Corinth.9.27.

1 Corint.11.31.

2. Corint.2.6.

Sancti Patres diuinæ paginæ consentientes alia omnino ratione de Pœnitentia loquuti sunt, quàm de resipiscentia. Iustinus Martyr cum Thryphone disputans, allato exemplo Dauidis probat scelerum remissionem non fieri illa fictitia non imputatione, sed graui, seria & laboriosa pœnitentia.

Ἐὰν μὴ ϑ[illegible] , [illegible] ἰλπίδα [illegible] , ἔτι [illegible] μὴ λογίσεται [illegible] ἁμαρτίαν;

S. Irenæus 1. lib. aduersus hæreses cap. 9. ponit ante oculos incredibilem animi dolorem atq; lacrymas fœminæ vnius, de qua superiore capite meminimus. Et libro 4. ex instituto Apostolorum docet, bona opera atque laudabilia numero æquare praua & contaminata oportere, quod ipse vocat, *antiquissima debita cupiditatum operibus honestis bonisque redimere.*

Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. cap. 6. Christianos ait post conuersionem asperrimo vitæ genere conficere se consueuisse, pro peccatorum admissorum conditione, qui etiam ægre ferebant, si continuare prohiberentur, & laboriosas illas functiones omittere. Et libr. quis diues saluetur, quem commentarium plerique omnes illi tribuunt, tametsi rarissimè inueniatur, cum vnius adolescentis mirabilem commutationem conuersionemq; describit, D. Ioannem memorat cum eo simul fletum profudisse à cibis abstinuisse, fudisse numini preces, & illustre pœnitentiæ documentum posteris reliquisse.

Origenes homil. 6. in Exodum, Misericors, inquit, & miserator est
" Dominus & creaturæ suæ non vult mortem, sed vt conuertatur & viuat
" pœnitendo, flendo, satisfaciendo deleat quod admissum est: Idem ho-
" milia 2. in Leuitic. Est adhuc septima licet dura & laboriosa per pœniten-
" tiam remissio peccatorum, cum lauat peccator in lacrymis stratū suum
" & fiunt ei lacrymæ siue panes die ac nocte, & cum non erubescit Sacer-
" doti Domini indicare peccatum suum & quærere medicinam. Tum pœ-
" nitentiæ simile sacrificium accommodans, cuius mentio est Leuitici 7.
" ita peccatorem affatur, Si in amaritudine fletus, luctu, lacrymis & la-
" mentationibus confectus fueris, si carnem tuam maceraueris, & ieiuniis
" ac multa abstinentia aridam feceris, & dixeris quia sicut frixorium con-
" frixa sunt ossa mea, tunc sacrificium similam à sartagine vel à craticula
" obtulisse te noueris.

Concilium Ancyr. Can. de iis qui vi sacrificarunt & præterea ad idola prāsi sunt. *Visum est anno quidem audire, tribus autem annis substerni (ὑποπεσεῖν) ac supplices esse, soli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad id, quod est perfectum accedere*

Neocæsareen Concil can 2. *Fœmina si duobus fratribus nupserit, extrudatur vsque ad mortem: sed in morte propter humanitatem si dixerit, quod vbi conualuerit soluet matrimonium, habebit pœnitentiam, sed si mortua fuerit mulier existens, vel eius maritus, in tali coniugio, difficilis est pœnitentia.* Nicæna Synodus can. 12. ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ, καὶ δάκρυσι, καὶ ὑπομονῇ, καὶ ἀγαθοεργίαις τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ καὶ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι. μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. Concil. Laod. c. 2. *Oportet eos qui in diuersis delictis peccant & in oratione, confessioneq; & pœnitentia fortiter perseuerant & se à malis perfectè conuertunt tempore pœnitentiæ eis pro delicti proportione dato, propter Dei miserationes & bonitatem offerri communioni.*

In Concilio Ancyrano anno salutis 316. celebrato, definitam pœnitentiam legimus impositam illis, qui nefario idolorum cultu se polluissent, licet vi & tormentis adacti fuissent. Et in Neocæsariensi eadem ipsa tempestate can. 2. pœnam videre est mulieri constitutam, quæ fratribus duobus nupsisset. Et in Nicæno primo anno 325. Can. 11. & 12. diserte ponitur quid pati fierique Ecclesia vellet ab iis, qui impiis Licinii mandatis obtemperauissent. Item in Laodiceno anno 360. Can. 2. statuitur vt pœnitentiæ sontibus iniungantur, pro numero & conditione maleficiorum quæ consciuissent, iique indulgentius habeantur, qui asperius in se vindicassent.

Euseb Cæsar. l. 5. hist c. 7. ὥστε ἕωθεν ἀναστῆναι, καὶ ἐνδυσάμενον σάκκον, καὶ σποδὸν καταπασάμενον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς, καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς

Eusebius Cæsariensis lib. 5. historiæ cap. 27. memorat Natalium sanctitate præsentem, cum à Theodoto & Asclepiodoto peruersus fuisset, & à viuendi honestissima ratione abductus, pecuniæ vi maxima proposita, quam ei singulis semensibus curaturos pollicebantur, admonitum fuisse diuinitus, vt exitiabile id fœdus frangeret crimenq; suum agnosceret. Quod facere cum negligeret, verberibus exceptus fuit, atrociterque

Digitized by Google

terque pulsatus ab Angelo vnius noctis interuallo, quæ causa fuit cur summo mane sacco & cineribus coopertus, lacrymis oppletus suis, sese ad pedes Papæ Zephyrini abiiceret misericordiam obtestans. Illius mœrore & pœnitentia cõmota Ecclesia fletum cum illo edidit, & ad extremum admisit ad communionem. S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 2. Dauidis pœnitentiam commemorãs illum ait tametsi optimè nosset culpam sibi fuisse remissam, à se tamen vltro exegisse pœnas singularis nequitiæ atq; turpitudinis. Magnus quoq; Basilius exponens id Mosis dictum *Attende tibi ipsi*, Magnum, inquit, est & graue peccatum? " multa opus habes confessione, lacrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indiuulso & continenti ieiunio. Leuis est nec intolerãda offensio? huic quoq; exæquetur pœnitentia. Et alio quodam in loco pœnitentiam circumscribens quæ sceleri par & æqualis videatur, ait id crimen quod ebrietate admissum fuit, ieiunio expiandum esse: turpes & libidinosas cantiones, pio Psalmorum concentu, effrænatos risus, lacrymis: choreas, genu flexionibus: pro tripudio pectus esse pulsandum, pro vestium sumptu & ornatu adhibendam humilitatem, in omnibus benignitate & stipe collata, peccata omnia redimi vt & Sanctorum communione & fusis precibus in acerba vexatione "

πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν.

D. Gregorius Nazianzenus orat. 39. Baptismi lacrymarum vtilitatem eximiam ostendit exemplo Manassis Hebræorum principis, Niniuitarum, Publicani, Cananeæ & suo. Nyssenus Gregorius erudita sanctimonia præstans orat. in eos qui alios acerbius iudicant, Tu, cuius animus, inquit, æger est, cur non ad medicum properas? cur non ei confitendo morbum ostendis tuum? quid pateris vt depascatur, vt superet, vt inflammetur? Deum offendisti, procreatorem tuum irritasti? &c. Eum qui & præsentis vitæ potestatem habet & futuræ Dominus ac iudex est. Deliciis indulgens in morbum delapsus es? eum inedia & ieiuniis cura, animus laborat incontinentia? adhibeatur temperantiæ medicamentum: multiplici ac nimia pecuniæ cupiditate in febrim incidisti? liberalitate & eleemosyna depellatur. Hæc enim est nimium expletæ mentis curatio. Læsit te rerum alienarum direptio? quæ rapta sunt ad proprios dominos reuertantur, mendacium te proximum duxit ad interitum? (perdes enim inquit omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum euitetur, &c. quid enim est aliud pœnitentia nisi dissolutio & euersio præteritorum quæ vel re vel cogitatione sunt admissa."

Greg. Nazianz. orat. 39. οἶδα καὶ πέμπτον ἔτι τὸ τῶν δακρύων, ἀλλ' ἐπιπονώτερον, ὡς ὁ λούων καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην αὐτοῦ, καὶ τὴν στρωμνὴν τοῖς δάκρυσιν, ᾧ τῆς κακίας προσώζεσαν, καὶ οἱ μώλωπες, ὃς πενθῶν, καὶ σκυθρωπάζων πορεύεται, ὃς μιμεῖται τὴν ἐπιστροφὴν Μανασσῆ, καὶ τὴν τῶν Νινευιτῶν ἠλεημένην ταπείνωσιν. ὃ φθέγγεται τὰς τοῦ τελώνου φωνὰς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ δικαιοῦται παρὰ τὸν μεγάλαυχον Φαρισαῖον. ὃς συγκύπτει κατὰ τὴν Χαναναίαν, καὶ ζητεῖ φιλανθρωπίαν, καὶ ψίχας κυνὸς τροφὴν ἄγαν λιμώττοντος.

D. Ioan. Chrysostomus nota elegantia sæpius idem prosequitur, & præsertim homil. de confess. pecc. & lib. 2. de Sacerdotio. item homil. 2. de lapsu primi hom. In Matthæum hom. 10. & 42. serm. 4. de Lazaro, & homil. 41. ad populum Antioch. vbi disputationem ita concludit, *A nobis vltionem sumamus, ita placabimus iudicem.*

Chryso hom. 10 in Matt. Ἀπαιτῶμεν ποινὴν τοῦ ὑβριστοῦ τούτου καὶ διαλλαγησόμεθα, ὁ γὰρ χαίρει, οὐχ ἵνα ἡμῶν ᾖ ἐξομολογήσεως καὶ στροφῆς.

Sed quoniam ingens quoddam est discrimen inter Contritionem & Attritionem, inter filiorum & mercenariorum conditionem, inter cari-

Digitized by Google

tatem perfectam quæ in supremum bonorũ omnium fontem Deum intendit, & amorem propriis vtilitatibus seruientem, Doctor idem sanctissimus & eloquentissimus Antistes in 2. ad Corinth. eum qui in scelus flagitiumq; se induit docet, quæ & qualis debeat esse pœnitentia legitima, & partibus suis omnibus numerisq; perfecta; Mœrendum enim esse ait & gemendum, non quod supplicia & meritæ pœnæ subeundæ sunt, id enim pro nihilo existimandum, sed quod Dominum offendisti tam in te comem & humanum, in te beneuolum & tanto amore flagrantem tamq; salutis tuæ studiosum, & tua causa Filium donauerit.

Sozom. hist. lib. 7. c. 16. ἐνθάδε γὰρ ἔκδηλός ἐστιν ὁ τόπος τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων· ἑστᾶσι δὲ κατηφεῖς, καὶ οἱονεὶ πενθοῦντες. ἤδη δὲ πληρωθείσης τῆς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, μὴ μεταχόντες ὧν μύσταις θέμις, σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀδυρμῷ πρηνεῖς ἐπὶ γῆς ῥίπτουσι σφᾶς. ἀντιπρόσωπος δὲ δεδακρυμένος ὁ ἐπίσκοπος προσδραμὼν, ὁμοίως ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πίπτει. σὺν ὀλολυγῇ, καὶ τὸ πᾶν τῆς ἐκκλησίας πλῆθος δακρύων ἐμπίπλαται. τὸ μετὰ τοῦτο δὲ, πρῶτος ὁ ἐπίσκοπος ἐξανίσταται, καὶ τοὺς κειμένους ἀνίστησι, καὶ ἣ προσήκει ὑπὲρ ἡμαρτηκότων μεταμελομένων εὐξάμενος ἀποπέμπει.

Sozomenus lib. 7. hist. cap. 16. ponit ob oculos quæ pœnitentiæ ratio „ atq; modus in Ecclesia Romana fuerit, Manifestus, inquit, est pœni„ tentium locus. Stant autem in eo mœsti ac veluti lugentes: finitoque „ demum Dei sacrificio participes non facti, quorum participes fieri pu„ ros Dei cultores fas erat, cum planctu & lamentatione semetipsos in „ terram pronos abiiciunt. Tum ex aduerso lamentabundus Episcopus „ occurrens; consimiliter humi cum eiulatu collabitur: ac tota denique „ Ecclesiæ multitudo lacrymis suffunditur. Post hæc Episcopus primus „ exurgit & iacentes erigit, & quantum satis est, pro peccatoribus pœni„ tentiam agentibus precatus, eos dimittit. Priuatim deinde sponte sua „ quisq; vel ieiuniis, vel lotionum ciborumve abstinentia, vel aliis qui„ bus iussus est seipsum affligens, tempus expectat in quantum Episco„ pus præstituit. Elapso demum præfinito die pœna iam quasi debito „ quopiam exoluta à peccatis absoluitur, & populo in Ecclesia coniun„ gitur.

Theodoretus in epist. diuin. decret. cap. de pœnitentia commemorabilem sententiam hac de re pronunciat in eos qui remissionem peccatorum sola fide putant fieri, hæc sunt illius verba, *Sunt medicabilia quæ post baptismum fiunt vulnera: medicabilia autem non vt olim per solam fidem data remissione, sed per multas lacrymas & fletus & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem facti peccati quantitati commoderatum.* Quod si mirificum huius rei exemplũ videre placet, legatur idem scriptor lib. 5. hist. cap. 17. in Theodosii Imp. rebus gestis cum à S. Ambrosio diuinorum communione fuit prohibitus propter inhumanam crudelitatẽ quam in multos innocentes Thessalonicæ exprompserat. Nam cum fuisset à templi aditu repulsus, in secreta Palatii se recepit mœrens & suffusus lacrymis octo menses integros: tum cum sacrorum Natalitiorum dies appeteret, venit ad Septa sacra demisso capite, nõ vt in Templum ingrederetur, sed vt Pontifici offerret se, qui in ædicula salutatoria eius aduentum operiebatur. Illum autem demississimè obsecrat vt vinculis se exoluat aggregetq; ad aliorum numerum, qui Ecclesiæ communione fruebantur. Antistes repetit ab eo rationem, tum patrati sceleris, tum obitæ pœnitentiæ, & in templum admittit, vbi Imperator preces fundit non rectus, nec cõmuni more genibus flexis, sed pronus humiq; stratus Dauidis illam vocem vsurpans, *Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum,* quin

Digitized by Google

quin manibus capillum vellens & frontem percutiens, ait Theodoretus, & guttis lacrymarum pauimentum rigans sibi dari veniam petebat. Hesychius Hierosolymitanus in Leuitic. carnes ait atque opsonium pœnitentiæ, esse ieiunium, vigilias, vestimentum cilicinum, cum lacrymis orationem & eleemosynam, ex his enim, inquit, constat pœnitentia, quæ qui tangit recte sanctificabitur.

Tertullianus vberiorem earundem rerum descriptionem habet lib. de pœn. c.9. vbi clarissimè exponit quæ vera sit Exomologesis. Pingit eandem & doctissimus Cyprianus epist.6. quæ est 14. lib.3. & in 2. lib.4. quæ est 52. vbi describit hæretici Trophini conuersionem & pœnitentiam. Et ep.8. lib.3. quæ est 59. vbi nimiam Episcopi Therapii facilitatē arguit, qui Victorem Sacerdotem prius absoluisset quàm expleret pœnitentiam. Et ep.1. lib.7. quæ est 64. vbi fert ægerrime quod Episcopus Fortunatianus grauissimis sceleribus irretitus, audeat sacras functiones consueto more attingere, nulla data Numini & Ecclesiæ satisfactione, nulla obita pœnitentia, quæ nefariis criminibus respondeat. Idem etiam serm. de lapsis, pie, erudite, & eleganter docet quonam modo tres pœnitentiæ partes Contritio, Confessio & Satisfactio vsurpari queant.

S. Ambrosius lib. de Helia & ieiun. non Dominum, sed peccatorem quemq; vænalem esse pœnitentia scribit, & peccatis vænundatum redimi bonis operibus oportere. Et lib. de pœnit. cap.16. cum pœnitentiam descripsisset, se quosdam in pœnitentia cognouisse ait sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandum omnibus, ieiuno semper ore & pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse. Ad hoc ipsum virginem lapsam inuitat, & cohortatur vt molliorem & delicatiorem vestem ponat animi iam ornamentis spoliata, amputet crines qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstitissent: fundat oculis lacrymas, qui masculum nō simpliciter aspexissent, det vultum in pallorem qui antea viruisset impudicè. Denique totum corpus iniuriis & ieiuniis maceret cinere aspersum & opertum cilicio, quia malè sibi de pulchritudine placuisset. Cor, inquit, sit liquescens sicut cera, ieiuniis inquietans seipsum & cogitationibus ventilans, quia sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cum haberet dominationem malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit perseuerans, audebit sperare, etsi non gloriam certè pœnæ euacuationem. Peccator ergo si sibi non pepercerit, à Deo illi parcitur.

D. Hieronymus nunquam est disertior, quàm cum magno sonitu orationis atque vi belligerat aduersus delicatulos suiipsius amatores, crucis inimicos, ventris mancipia, qui vnica mentis actione, omni genere pœnitentiæ liberos se ac solutos putant: & quod est longe horribilius & portenti simillimum, audent dicere cum satisfit diuinæ iustitiæ, fieri iniuriam Christi passioni. Hic igitur voluptatum acerrimus hostis hæreseon flagellum, de se memorat epist.22. ad Eustochium, in solis horridisque

disque locis domuisse corpus suum in usitata asperitate, cum animæ im-
» perio & gratiæ minus obsecundaret. Et epist.27. de virtutibus S.Paulæ
» differens, eius quædam admirabilia dicta atque responsa refert: cum e-
» nim moneretur sibi vt in magna vitæ seueritate moderaretur, oculosq;
» lacrymis continuis madentes ad Euangelium legendum reseruaret, tum
» illa, Turpanda, inquit, est facies quam contra Dei præceptum purpuris-
» so & cerussa & stibio sæpe depinxi: affligendum corpus quod multis va-
» cauit deliciis, longus risus perpeti compensandus est fletu, mollia lin-
» teamina & serica pretiosissima asperitate cilicii commutanda. Quæ vi-
» ro & sæculo placui, nunc Christo placere desidero. Item epist.30.ad O-
ceanum asperum vitę genus quo Fabiola post viri mortem vsa est descri-
bit & ad fores Basilicæ Lateranensis in numero pœnitentium fuisse ait.
S.Augustinus in vlt.homil.50.cap.5. Non sufficit, inquit, mores in me-
lius cõmutare & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt
satisfacias Deo, ***per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cor-
dis sacrificium cooperantibus eleemosynis.*** Laudat ibidem Sapientis dictum è
21.Ecclesiast. ***Fili peccasti? non adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt ti-
bi dimittantur.*** In Psalm.44. monet peccatorem ne differat pœnas à se re-
petere quod Deus sit vindicaturus quod ipse non punierit. Et in Psalm.
» 50. Dauidem inducit Deum ita compellantem, Non Domine, non erit
» peccatum meum impunitum. Noui iustitiam eius cuius quæro miseri-
» cordiam: non impunitum erit, sed ideo nolo vt tu me punias, quia ego
» peccatum meum punio: ideo peto vt ignoscas, quia ego agnosco. Idem
in Enchiridio cap.70. deleri à Deo peccata monet si non satisfactio cõ-
grua negligatur. Et cap. sequenti ait orationem Dominicam minima &
quotidiana peccata delere.

Plurimæ huius generis veterum Patrum sentẽtiæ & autoritates con-
geri hunc in locum potuissent: sed satis superq; hæ sufficiunt. præsertim
cum ipsi Prædicantes errorisq; Ministri, vulgo in publicis concionibus
fateantur & inculcent, Ecclesias suas à vindice Deo propter scelera quo-
tidiana vexari & affligi. Sed vt finem huic disputationi imponamus, o-
peræpretium fuerit animaduertere quod cum triplicia bona numeren-
tur, animæ, corporis, & fortunæ, quorum causa nos vltro in hostium la-
queos induimus, oratio satisfacit Deo pro animæ noxis, ieiunium pro
corporis impotenti voluptate, eleemosyna pro iis criminibus, quæ ra-
tione externorum bonorum admittuntur. Sed veniamus ad Euchari-
stiam quæ quidem inter Sacramenta idem est quod Sol inter stellas er-
rantes, aurum inter metalla, cor in hominis præcordiis. De ea pri-
mum vt est Sacramentum, deinde vt sacrificium, con-
sueto orationis cursu disputa-
bimus.

Digitized by Google

DE EVCHARISTIÆ VERITATE.

CAPVT XLIV.

VETVSTI Sacramentariorum principes qui de Eucharistiæ veritate ex Christi Domini præsentia dubitauerunt, sunt Capernaitæ Ioann. 6. cum dicerent : *Quomodo potest dare nobis carnem suam ad manducandum?* Item Simon Magus & Menander impia & falsa opinione imbuti, quod negarent Christum verum corpus habuisse. Paulus Samosatensis verba illa apud se reputans, *Diuidite inter vos, &, qui pro* [illegible] *fundi*[illegible]*ur*, asserebat hominum Seruatorem in Eucharistia perpessionibus obnoxium esse. Nestoriani tantum in vsu Eucharistiam Sacramentum esse opinabantur. Manichæi cœca fraude & væsana inducti cum Dei filium omni cruore spoliatum putarent, eum ipsum sacro in ciborio negabant consistere. Armeni fanatici homines aiebant Christi corpus in Eucharistia, esse corpus diuinitatis, humani corporis argumentum è Virgine Maria generati. Et secundi Nicæni Concilii Actione 6. Liquet Iconomachos nescio quam repræsentationem adumbrationemque obtrusisse, cum veras & expressas imagines è templis eiicerent. Pauliciani cum è labe sordibusque Manichæorum & Valentinianorum hausissent, proprie nihil aliud Eucharistiam esse profitebantur, quam illa verba, *Accipite, manducate, & bibite*, tametsi neque panis neque vinum obiicerentur. Ioannes Scotus de hoc Sacramento librum edidit qui lectus in Concilio Vercellensi omnium Patrum consentienti iudicio fuit damnatus. Bogomilæ ne vltimi inter fatuos viderentur, Eucharistiam non esse aliud quam orationem Dominicam aiebant. Berengarius obstinato primum animo tantum esse nudum signum docuit, post paulo, corpus cum ipso pane copulauit, quousque tertio opinionē eierauit suam. Petrobrusiani & Henriciani noui & repentini doctores inculcare voluerunt, cum primum Christus Dominus locutus est, eam

Ioan. 6. 52.

Ignatius apud Theodoret. Dial. 3.

Theodoret. lib. 1. hæretic. fabularum de Menandro.

Dion Alexandrin. epist. ad Paul. Samos.

Cyril. Alex. ad Calosy.

S Leon. serm. 4. in quadra.

Guido de Armen.

Damasc. ad Orth c. 14.

Conc. Nican. 2. uniuersale, act 6.

Euth. in Panop p. 2. tit. 21.

Lanfr. de Eucharistia.

Euth. in Panop par. 2. t. 23

Lanfr Guit. l. 1.

Petrus Cluniac. tract. de sacrificio.

Digitized by Google

mirabilem cõsecutam mutationem panis, postea vero præstigias inanes fallaciamque meram fuisse. Albigenſes non alia ratione mundi redemptorem esse putabant in Eucharistia, quam qua in cæteris rebus esse consueuit, quod ab Vbiquistarum aberratione non dissentit.

Addi ad hunc chorum insanientium possent Lollardi, Flagellantes, Wiclefistæ, Taboritæ, Piggardi, puri Lutherani, Interimitæ, Adiaphoritæ, Augustanę confessionis proceres, Carlostadiani, Zuingliani, Georgitæ, Dauiditæ, Oecolampadius, Wolfangus, Musculus, Henricus Bullingerus, Petrus Viretus, Ioannes Campanus, Gaspar Suenckfeldius, Ioannes de Lasco, Rodolfus Galterius, Ioannes Leonardus, Cælius Secundus, Bernardinus Ochinus, Benedictus Aretius, Guilielmus Kleinwitzius, Ludouicus Lauaterus, Nicolaus Hemmingius, Abdias Liberinus, Ioannes Sturmius, Lambertus Daneus, Christianus Hossiander, Simon Simonius, Ioannes Candidus, Ioachimus Curæus, Theophilus Alimantius, Benedictus Thalmannus, Nathanael Ælianus, Ambrosius Wolfius, aliique magno in numero gloriosi impietatum fartores sine vlla modestia, humilitate, obediencia, pietate & religione Christiana, qui Audabatarum more in obscura opinionum inanitate concertant, in eo tantum studio & voluntate coniuncti, vt Sacramenti huius veritatem & fidem Catholicorum oppugnent. Huiusmodi excetra tot pullulans capitibus, iisque inter se aduersis, & horribilem in modum infestis, opinor Caluinum compulit, vt non quidem semper & vbique, sed plurimis certe in locis ad Ecclesiæ Catholicæ opinionem atque sensum de hoc mysterio propius accederet: vt cum ait lib. 4. cap. 17. section. 10. *A Symboli exhibitione rem ipsam exhiberi rite collegi.*

Et in Opusc. de vero modo reformandæ Eccles. negari nõ posse quin in Cœna, facti simus, vt ait Apostolus, *os de ossibus eius & caro de carne, cum eius caro nobis ad edendum proponatur.* Catechismus Geneuensis quin in omnibus Bibliis anni 1588. reperitur, quique à pluribus Caluino tribuitur, idem omnino docet, aitque quod tametsi per baptismum & Dei verbum Christus Iesus vere nobis communicetur, id tamen fieri imperfecte & non plene vt in Eucharistia.

Ephes. 5. 3.

Grates igitur par est agere maximas summi rerum procreatoris Dei prouidentiæ, qui eo illustrius effatorum suorum veritatem nobis aperuit, quo Princeps tenebrarum contentius elaborauit in ea infuscanda & obtegenda caligine, quique controuersiam quæ Gordio veluti nodo implicata & omnium operosissima videbatur, facilem ad soluendũ perspicuamq; reddidit, quod etiamnum fiet, modo semper diuinę beneuolentiæ fauor gratiaq; nos prosequatur.

Gen. 2. 21.
Gen. 2. 9.
Gen. 9. 21.
Exod. 25. 10.

Atque vt hinc exordiamur, non inuiti fatentur omnes, Christum in hoc Sacramento nouum esse Adamum, è cuius latere extitit Ecclesia; arborem vitæ quæ viuidam gratiæ iuuentutem virtutumque florem nobis concedit: bonum illum Noe qui vineæ suæ fructu inebriatus, & elatus incensa caritate, sese in hoc mysterio quasi liberis suis ludendum irridendum-

Digitized by Google

dendumque proposuit: Arcam verissimi fœderis hoc est eius humanitatem diuinitatis Manna ornatam, eum ipsum panis inuolucris tectum, Gen.17.21.
vt mitem humanumque Iacobum sub Esau fratris indumentis: esse ve- Gen.21.56.
rissimum frumentum, quo alimur & sustentamur in hac miserrima & ca- Gen.14.18.
lamitosissima Ægypti fame: Instar Melchisedecis panem & vinum humanitatis suæ iis proponere, qui de victo mundo triumphantes redeant, vt Moysem alterum per sanguinis sui purpurascentes fluctus nos tradu- Exod.14.21.
cere, primum in deserta loca pœnitentiæ, manna corporis sui nos enutrire, vt denique aditum patefaciat in felicissimam illam terram, vnde Exod.7.10.
lac & mel sempiternæ beatitatis manant. Ibidem maius quotidie fieri Num.20.11.
prodigium quam cum aqua in sanguinem, rupes in profluentem aquam Iosue 10.13.
fuere conuersæ: clarum & illustre prodigium quo Iustitiæ Sol ad homi- Iud.15.15.
nis imperium consistit 1. vbi Samson inaudito robore valentissimus suis Iud.7.20.
ipsius verbis constringitur, vbi lampas diuinissimæ humanitatis in fra- Iosue 6.20. Iud.6.40.
cta visibilium symbolorum testa apparet & Hiericuntinos muros euer- 1 Reg 17.40.49.
tit. Insolens & mirabile prodigium, vbi vellus Agni sine macula alias omnes differentes conditiones habet ab area Sacramenti externisque typis, vbi Dauid reperitur quinque plagis tanquam silicibus instructus è torrente passionis electis, quibus superbum Inferorum Goliatum stra- Coloss 2.3.
uit cœlestium legionum inimicum. Hic Solium est in quo pacifer sedet Rex Salomon omni thesauro scientiæ & sapientiæ Patris ornatus. Per- Ioan.1.12.
fugium atque portus quo cœlestis Ionas exceptus sine pernicie atque damno quidquid tandem externæ species patiantur, quamlibet spurci fœdi & impuri sint qui accedunt.

Lignum quod mirifica suauitudine complet aquas Mara, quas 4 Reg 2.20.
in hoc mundi turbido exilio haurimus. Hic sapientissimus & diuino Isa.20.2.
splendore plenus Isaias ornamentis suis visibilibus nudus, ab improbissimis hominibus irrisus. Oseas qui in hoc Sacramento contaminatas li- Ose.1.2.
bidinibus animas tametsi indignissimas tacitis sibi nuptiis coniungit.

Hic Helias flammifero curru sublatus diuinæ conditionis, qui ta- 4 Reg 2.11.
men pallium nobis humanitatis suæ relinquit. Hic Heliseus qui iu- 4 Reg 4.34.
stam magnitudinem retinens sese tamen ad exiguam hostiæ mensu- 4 Reg.5.10.
ram accommodat, qui septies nos in vndis Sacramentorum immergit vt lepram animi horribilem sanet. Heliseus iterum qui corporis sui 4 Reg 13.21.
contactu reuocare ad vitam gloriamque debet nostra. Daniel qui nul- Dan.6.13.
lo suo detrimento & violatione, inter leones, canes, muros deprehenditur, si forte casu aut inexpiabili hominum malitia viuus ille consecra- Exod.25.8. & 26.34.
tusque panis iisdem obiicitur. Panis hic propositionis puris atq; sanctis paratus, facierum panis qui coram æterni parentis vultu summo ardore caritatis incalescit.

Arca & Tabernaculum quæ tanquam vilioribus integumentis sic ex- Exod.25.4.
ternis symbolis operiuntur, sed intus habent Sancta Sanctorum. Altare Exod.30.20.
verissimum incensi, victima singularis pro perditorũ hominũ noxis ho- Exod. 10.18.
stia pacifica in gratiarũ actionem: perfectissimum holocaustũ in odorẽ Leuit.34.67.

suauitatis coram Deo. Pauci omnino reperientur qui negare ausint hoc esse magni Isaiæ conuiuium opiparum & opulentum delitiisque omnibus redundans: oblationem mundam Malachiæ quæ pro cunctis offertur, frumentum electorum Zachariæ 9. versic. 17. vinum germinans virgines, panem Danielis optatissimum illum & desiderabilem, panem subcinericium qui instructam aciem Madianitarum in fugam vertit: panem cuius vi & virtute ad Horebum æternitatis montem conscendimus, panem è cœlo delapsum, panem viuum, panem denique de quo is qui falli aut mentiri non potest clare pronunciauit, *Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.*

His tot ac tantis miraculis excitati consentientibus animis fidenter omnes dicemus 1. Christum Iesum vere & reipsa carnem suam nobis ad edendum, & sanguinem hauriendum largiri. 2. Ipsum à nobis consimili modo, hoc est vere totumque sumi in Eucharistia. 3. Eundem reipsa esse præsentem. 4. Fieri ipsum carnem de carne nostra & os de ossibus. 5. Corporis Christi communione frui aliud quiddam esse quam credere. 6. Indignos improbosque posse edere corpus Christi, vt magnus monet Apostolus, sed in suam damnationem illos edere. Quod si quis fastidiosius hæc repudiat & auersatur, obiicietur Caluinus noui Euangelii sator & magister cuius verba quæ diximus omnia ita comprobant, vt necessario aut respuendus ille sit partesque illius deserendæ, aut hæc omni animi contentione defendenda. Nam 4. lib. Institut. cap. 17. sect. 10. ait calicem quem verbo Dei & precatione consecramus, communionem esse sanguinis Christi IESV.

1. Cor. 11. 29.

Et rursum hæc verba HOC EST CORPVS MEVM, haud esse figuratam locutionem qua rei nomen tribuatur signo, sed veritatem vna cum signo copulari, hoc est Christi corpus simul cum visibilibus elemẽtis coniungi. Atque vt omnes id verissimum esse intelligant, ipsius verba subiicio, Qua ratione dixit Apostolus, Panem quem frangimus communionem esse sanguinis ipsius, nec est quod obiiciat quispiam figuratam esse locutionem qua signatæ rei nomen signo deferatur. Fateor sane fractionem panis symbolum esse non rem ipsam. Verum hoc posito à symboli tamen exhibitione rem ipsam exhiberi rite colligemus. Nisi enim quis fallacem vocare Deum volet, inane ab ipso symbolum proponi, nunquam dicere audeat. Itaque si per fractionem panis Dominus corporis sui participationem vere repræsentat, minime dubium esse debet quin vere præstet atque exhibeat. Atque omnino isthæc piis tenenda regula est vt quoties symbola vident à Domino instituta, illic rei signatæ veritatem adesse certo cogitent ac sibi persuadeant. Quorsum enim corporis sui symbolum tibi Dominus in manum porrigat nisi vt de vera eius participatione te certiorem faciat? Quod si verum est præberi nobis signum visibile ad obsignandam inuisibilis rei donationem, accepto corporis symbolo, non minus etiam corpus ipsum nobis dari certo confidamus.

Caluin. Instit. l. 4. c. 17. § 10

Hæc

Digitized by Google

Hæc ille, quæ vel audienda sunt & probanda aut cum Satyrico dicendum.

Quis expediuit Psittaco suum χαῖρε.
Picasque docuit verba nostra conari?

SANCTOS PATRES CREDIDISSE ATQVE adeo in communi docuiße Christum in Eucharistia esse adorandum.

CAPVT XLV.

QVANQVAM huius thesis comprobatio ex superiore quæstione de vera atque certa Christi Domini in hoc Sacramento præsentia, facile potest intelligi: erit tamen operæ pretium hic distincte atque separatim in ea exponenda versari, quod adiunctum vnum tam illustre contineat, tantique momenti, vt Catholicos maiori superstitione & impietate constrictos efficiat quam veteres Ethnicos idolorum cultores, vel reformatæ religionis nomine gloriantes, contumeliosiores in Deum maiorique insania furentes, quam antiqui æui Donatistas & Albigenses.

Monet imprimis grauissimus Origenes homil. 5. in diuers. Euangel. locos, vt cum ad augustum epulum accedimus & cælestem mensam vt Christi corpore sanguineq; fruamur, omni animi demissione imitemur Centurionem illum pium & dicamus *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Et hom. 13. in Exodum, omni veneratione & merito cultu panem illum Angelorum capiendum esse docet.

Orig. hom. 13. in Exodum. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo cum suscipitis corpus Domini cum omni cautela & veneratione cauetis ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid delabatur.

Hierosolymitanus Cyrillus Catechesi mystagogica 5. ea re sic loquitur, Post communionem corporis Christi, accede ad calicem sanguinis " illius, non extendens manus, sed pronus adorationis in modum & ve- " nerationis dicens Amen. "

Theologorum subtilissimus Nazianzenus 11. orat. quæ est de sorore Gorgonia, refert clarissimam illam atque lectissimam Dei sponsam, desperatis mortalium omnium auxiliis, ad supremum medicum aduolauisse, cumque morbus nonnihil remisisset, ad altare procubuisse, eumque qui super eo honoratur ingenti clamore inuocauisse, fuisse autem sanatam euestigio.

Gregor. Naz. or. 11. Ad altare cum fide procumbit, cumq; qui super ipso honoratur, cum ingenti clamore inuocat.

D. Ioannes Chrysostomus hom. 7. in Matthæum ad Magorum imitationem omnes inuitat, atq; monet, quod quemadmodum illi è Perside

Digitized by Google

egressi stellam viderunt, minime morati sunt Ierosolymis, Bethleem cõtenderunt, inuenerunt & omni animi demissione venerati sunt veritatis iustitiæq; solem: sic abeundum nobis est è vitiositate, sequenda fidei lux splendorq;, vitandum peccatum multo periculosius Herode, introeundum Bethleem, quam domum panis interpretantur, vbi Sol animarum nostrarum adoretur & à nobis capiatur. Et hom. 61. ad pop. Antioch. & 3. in epist. ad Ephes. *At pura sunt*, inquit, *adora igitur & communica, &c. Dum profertur sacrificium & Christus immolatur & ouis dominica.* Idem hom. 24. in 1. ad Corinth. Imitemur igitur saltem barbaros, nos qui cœlorum ciues sumus: illi enim cum id præsepe & tugurium tantum, neq; eorum quidquam, quæ tu nunc intueris viderent, summa accesserunt reuerentia & honore, tu vero non in præsepio sed in altari, non mulierem quæ in vlnis teneat, sed sacerdotem præsentem & spiritum abunde super proposito diffusum sacrificio vides. Idē hom. 1. de verba Isaiæ, *Vidi Dominum*, quorundam vęcordiam, insolentiam & impietatem coarguit, quam tempore ipsius augusti & formidandi sacrificii in omnium oculis defigebant, quod ille sacrificium alias φρικτὸν καὶ φρικῶδες μυστήριον appellat. Et hom. de incomprehens. Dei nat. ait inter ipsa mysteria non homines modo verum etiam Angelos & cælestium ordinum principes coram sacra hostia genu flectere atq; tanti numinis maiestate cohorrescere.

Theodoret. 2. Dialog. Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως, μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι καὶ ἁπτὰ οἷα καὶ πρότερον ἦν: νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο καὶ πιστεύεται καὶ προσκυνεῖται ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύονται.

Theodoretus Dialogo 2. non modo nihil contra fidem catholicam asserit, quidquid illi tandem voluit, qui accuratius subtiliusq; locum expenderunt, quin potius illustrat maxime tum eam quę fit consecratione transsubstantiationem, tum etiam cultum & adorationem, quæ hostiæ consecratæ debetur. Neq; enim signa mystica post sanctificationem recedunt à sua natura. Manent enim in prioris substantiæ & figura & forma, & videri & tangi possunt, sicut & prius, intelliguntur autem ea esse quæ facta sunt & creduntur, adorantur, vt quæ illa sint quæ creduntur. Sed quoniam proferuntur nonnunquã certę versiones Germanicæ quæ contrarium significare videãtur, vnde fraus errorq; eueniat est animaduertendum, nimirum cum genitiui sint in antographo omnino tres, primus tantum proprie gignendi in casu sumitur, cum reliqui pro ablatiuis vsurpentur, *μένει γὰρ manent enim ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας in prioris essentia siue substantia καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους: & figura & specie*: quam ad rem cum minus animũ is attendisset qui latinitati opus donauit tres illos genitiuos in auferendi casu posuerat, licet quæ proxime sequuntur, *adorantur vt quæ illa sint quæ creduntur*, admonere sat illum totius sententiæ debuissent. Hoc supposito, vix illustrior reperietur locus atq; expressior, ad Eucharistiæ veritatem & transsubstantiationem confirmandam: Tantum enim abest vt Theodoretus remanere symbola in eadem substantia velit, vt perspicue dicat in figura & forma προτέρας οὐσίας hoc est substantiæ quæ paulo ante fuit, quæq; proinde nunc amplius non est. S item Ambros. li 3. de Spiritu S. c. 12. modum & rationem exponens qua scabellum diuinorum pedum hoc est tellus adorari possit sine periculo idololatriæ, per scabellũ intelligi

Digitized by Google

intelligi terram ait, per terram autem carnem Christi, quam hodie quoque in mysteriis adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorarunt. Pari modo eruditissimus Augustinus interpretatur in ea verba Ps. 98. *Exaltate Dominum nostrum & adorate scabellum pedum eius quoniam sanctũ est*, Quid habemus inquit, adorare? scabellum pedum eius: suppedaneũ dicitur scabellum, quod aiunt Græci ὑποπόδιον dixerunt Latini *scabellum*, & alii dixerunt *suppedaneum*. Sed videte fratres quid nos iubeat adorare, alio loco Scriptura dicit, *Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedũ meorum*, ergo terram iubet nos adorare, quia dixit alio loco, quod sit scabellum pedum Dei. Et quomodo adorabimus terram cum dicat aperte Scriptura *Dominum Deum tuum adorabis*: & hic dicit, *Adorate scabellum pedum eius*? Exponens autem mihi quid sit scabellum pedum eius, dicit, *Terram autem scabellum pedum meorum*. Anceps factus sum, timeo adorare terram ne damnet me qui fecit cœlum & terram, rursum timeo nõ adorare scabellum pedum Domini mei, quia psalmus mihi dicit: *Adorate scabellum pedum eius*, suscepit enim de terra terram, quia caro & terra est, & de carne Mariæ carnem accepit; & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat nisi prius adorauerit, inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.

Hæc tanti viri perscripta autoritas & ad omnem posteritatis memoriam conseruata, satis esse deberet ad controuersias omnes profligandas de veritate atque adoratione Eucharistiæ. Sed quemadmodum oculorum morbus crasso & noxio humore suffuso, non sinit ea quæ obiiciuntur pupillam intueri: sic animi vitiosi ægrotatio officit mentis luminibus & eius vim aciemque retundit. Itaque si quis adhuc tam lippis est oculis, vt caligent ad hanc veritatem, legat mihi eiusdem clarissimi Doctoris Epist. 120. c. 27. & actu tum opinor intelliget, pingues & opulentos post sacrosanctam communionem, manere tamen ieiunos & hiantes, quod non satis sese antea comparauerint. Adducti sunt, inquit, ad mensam Christi & accipiunt de corpore & sanguine eius: sed adorant tantum non etiam saturantur, quoniam non inuitantur. Fama celsitudinis eius & gloria nominis eius in Ecclesia vsquequaq; diffusa permoti & ipsi veniunt ad mensam, manducant & adorant, non tamen saturantur, quia non esuriunt & sitiunt iustitiam.

DE TRANSSVBSTANTIATIONE.

Capvt XLVI.

1. Cor. 10. 4.

Psalm. 113. 7. 8.

Non inuiti omnes fatebuntur, illam vndam, quã attactu virgæ, Hebræorum moderator è saxo elicuit, adumbrationem quandam figuramque fuisse Eucharistiæ, vt diuinus Paulus ad Corinthios monebat. Vnda vero illa manauit mirabili quadam vnius substantiæ in aliam conuersione si regni Vatis clarissimum dictum audiamus, *A facie Domini mota est terra à facie Dei Iacob, qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

Ambrosius de initiandis, c. 9. *Virgam tenebat Moyses proiecit eam, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis & in virgæ naturam reuertit. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis & virgæ*

Quo loco S. Ambrosius vtitur lib. de initiandis cap. 9. vt quod est in quæstione confirmet atque corroboret, aitque morem hunc esse opificis omnium Dei, vt suæ maiestatis amplitudinem atque potentiam insueta quadam substantiæ mutatione declaret, si quando vult patefacere se naturæ totius arbitrum esse & Dominatorem: qua ratione in oculis Pharaonis infinitam & in omnem partem mirabilem vim suam potestatemque defixit alterna conuersione tum aquarum in sanguinem, tum virgæ in serpentem. Et ipse Christus non absimili mutatione aquæ in vinum cum nuptias præsentia sua ornaret, diuinitatem suam patefecit.

Inter nos conuenit hoc discriminis inter nostra Deique verba interesse, quod procreatarum rerum voces significandi tantum vim habeant, non augendi neque minuendi quod animi notionibus obiicitur. Dei autem verbum agendi vi pollens, non significat modo, verum etiam operatur. *Cœlum non erat, terra non erat, mare non erat, Deus omnium rerum procreator dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Vides* inquit S. Ambrosius, *quam efficientiam habeant verba Domini Iesu? Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare quod non erant? non enim minus est nouas rebus dare, quam mutare naturas.* Verba sunt præstabilissimi illius Doctoris loco superius laudato, quæ repetit li. 4. de Sacr. cap.

cap. 4. vbi Lector animaduertet, dicere doctissimum illum Patrem, *quæ non erant*, non autem, *quod erant*, quod Transsubstantiationi & illius proposito repugnaret: expressiusque dicere *quæ erant & in aliud commutentur*, vt doceret, in hac mutatione nõ penitus interire substantiam, atque in nihilum redigi, sed vnius in aliam fieri conuersionem, quæ à Græcis nominatur μετουσίωσις, μεταβολὴ, μεταστοιχείωσις, nos cum Latinis vnico vocabulo dicimus *Transsubstantiationem*. Sed alios Patres in re tanti momenti audiamus, & an paria cum D. Ambrosio senserint aut elocuti sint videamus.

Tertullianus libr. de resurrect. carn. sic inquit, *Caro, Christi corpore & sanguine vescitur, vt mens de Deo saginetur.* Quibus in verbis imprimis ea quæ ore fit manducatio perspicitur, de qua etiam monet D. Augustinus epist. ad Ianuarium, placuisse Spiritui Sancto in honorem tanti Sacramenti, vt in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Cuius manducationis causa, quæ maximè propria est Sacerdotum, grauissimus Hieronymus scribens ad Heliodorum testatur, se non audere quidquam sinistrum de iis loqui. Sed cum ista ad veritatem pertineant, de qua iam disputatum est, ad mirabilem illam conuersionem veniamus.

D. Cyprianus serm. de Cœna Dom. *Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro.*

S. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 4. Mystagog. *Olim aquam in vinum mutauit, nos vinum in sanguinem mutari non credamus?* Et paulo " post, Ne ergo consideres tanquam panem nudum & vinum nudum: " corpus enim est & sanguis Christi secundum ipsius Domini verba. " Quamuis enim sensus hoc tibi suggerit, tamen fides te confirmet, ne " ex gustu rem iudices, quin potius habeas ex fide pro certissimo, ita vt " nulla subeat dubitatio esse tibi donata corpus & sanguinem. Et ite- " rum sub finem, Hoc sciens & pro certissimo habens panem hunc, qui " videtur à nobis non esse panem, etiamsi gustus panem esse sentiat. Et " vinum quod à nobis conspicitur, tametsi sensui gustus vinum esse vi- " deatur, non tamen vinum, sed sanguinem esse Christi. "

Cyrill. Hierosol. Catech. 4. myst. ὥστε κατὰ πάσης πληροφορίας, ὡς σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνωμεν Χριστοῦ. ἐν τύπῳ γὰρ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τύπῳ οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα, ἵνα γένῃ μεταλαβὼν σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ, σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ. οὕτω γὰρ καὶ Χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα ἀναδιδομένου μέλη. Et paulo post μὴ πρόσεχε οὖν ὡς φιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν, εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑποβάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις σε βεβαιούτω. μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφόρη ἀνενδοιάστως σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ καταξιωθείς.

Alexandrinus Cyrillus fatuos appellat eos atque væsanos, qui putant mysticam benedictionem nihil ad sanctificationem proficere, si quid ex ea fiat reliqui in aliam diem. *Neque enim alterari Christum neque sanctum eius corpus immutari, sed benedictionis vim ac facultatem & viuificantem gratiam perpetuam in ipso existere.* Et in declaratione duodecim Capitum & Anathematismorum quam in Ephesino Concilio exhibuit aduersus Nestorium, 11. Anathem. Sanctum, inquit, ac viuificum incru- " entumque in Ecclesiis celebramus sacrificium, non hominis alicuius " nobis similis & communis corpus, consimiliter & pretiosum sangui- " nem esse quod proponitur credentes, sed magis tanquam proprium " viuificantis verbi corpus & sanguinem accipimus. Communis enim "

caro viuificare non poteſt, ſed Verbi facta propria eſt viuifica, vt Seruator dicit, qui manducat me, viuet etiam propter me.

S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 60. ad populum Antioch. *Semetipſum nobis commiſcet, & non fide tantum, verum & ipſa re nos ſuum efficit corpus.* Et proxime ſequenti, Non tantum caritate & amoris vi, ſed reipſa commiſceri nos ait cum hac carne quam nobis concedit. Et homilia 24. in 1. ad Corinthios, Hoc corpus reueriti ſunt Magi in præſepi, & viri impii, &c. Tu verò non in præſepi id, ſed in altari, non mulierem quæ in vlnis teneat, ſed Sacerdotem præſentem, &c. Idem libro 3. de Sacerdot. O Dei benignitatem! qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur. Chriſtus mirabile illud perfecit, vt carnem quam ad dexteram Summi Genitoris attollebat, nobis relinqueret. Helias ſecum pallium efferre non potuit, quod reliquit Eliſæo: ſed Dei Filius humanitatis ſuæ paludamentum ſimul in terris ſimul in cœlo eſſe voluit. Sed quoniam ſenſus huic tantæ admirabilitati repugnat, homilia 83. in Matthæum, monet ne abſurda nos moueantur quæ ſenſus naturalis excogitaret. Credamus, inquit, vbique Deo nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit: ſuperet & ſenſum & rationem noſtram quæſo ipſius quod in omnibus & præcipue in myſteriis faciamus, non illa quæ ante nos iacent ſolummodo aſpicientes, ſed verba quoque eius tenentes. Nam verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facillimus eſt: Quoniam ergo ille dixit, Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus & oculis id perſpiciamus. Idem homilia de Euchariſtia, Num vides panem? num vinum? num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit, ne ſic cogites. Quemadmodum enim cera igni adhibita illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet nihil ſuperfluit, ſic & hîc puta myſteria conſumi τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ corporis ſubſtantia.

D. Auguſtinus aut potius Ambroſius libro 5. de Sacrament. cap. 4. inter ſermones D. Auguſtini Sermon. 28. *de verbis Dom.* Dixi vobis quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicitur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica quæ poſt ſequitur, ait Panem noſtrum? Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, id eſt ſuperſubſtantialem, non iſte panis qui vadit, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Theophylactus in cap. 6. Ioannis ſic habet, *Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem & aſſ[?]ionem Spiritus Sancti in carnem Domini.* Et in cap. 20. Matthæi, *Ineffabili operatione transformatur, etiamſi nobis videatur panis.* Et in cap. 14. vtitur vocabulo *Transelementationis.*

Sanctus Bernardus Sermon. de Cœna, Quemadmodum, inquit, ſpecies illic videntur, quarum res vel ſubſtantiæ ibi eſſe non creduntur, ſic res veraciter & ſubſtantialiter creditur, cuius ſpecies non cernitur.

Videtur

d by Google

"Videtur enim species panis & vini, & substantia panis & vini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi, & tamen species non cernitur.

S. Ioannes Damascenus lib. 4. de fide orthod. "Quemadmodum naturaliter panis per cibum, & vinum & aqua per potum in comedentis ac bibentis corpus & sanguinem immutantur, corpusque alterum fiunt, atque à priori corpore diuersum: sic propositionis panis ac vinũ & aqua per Sancti Spiritus inuocationem & aduentum mirabili modo in Christi corpus & sanguinem vertuntur, nec sunt duo, sed vnus & idem.

Fierine modo potest vt qui secum diligenti animi consideratione reputauerit hæc clarorum virorum testimonia, & tot & tantas veterum autoritates serio & attente legerit, anticipata omni opinione vacuus, non subito ad fidei Catholicæ præsidium confugiat, & remota omni subtilitate disputandi, & spinosis contortisque quæstiunculis valere iussis, quæ ex quantitate, loco, & existendi ratione desumuntur, non præcise & dilucide cum D. Ambrosio concludat, in diuina Eucharistia non amplius id esse, quod natura machinata est, sed potius quod benedictio consecrauit, & ante benedictionem quidem panem duntaxat vinumque fuisse, post illam autem verum esse corpus & pretiosissimum sanguinem Christi Iesu? Atque ad hanc rem plurimum facient quæ sequũtur Cõsiderationes Animaduersionesq; breuiter atq; perspicue cõclusæ, modo eo animo legantur, qui sit veritatis salutisque suæ & diuinæ gloriæ studiosus. Efficiunt enim alterum è duobus, aut impium & contumeliosum in diuinitatem esse loqui & sentire cum Nouatoribus, qui hoc decus & singulare Ecclesiæ bonum impugnandum sibi sumpserunt, aut hactenus Christianos inexpiabili fraude non Idololatras modo fuisse, verum etiam Oenolatras, Hydrolatras & Artolatras, qui vinum, aquam & panem diuinis honoribus coluerint, quod humana mens & ratio vix queat mea quidem opinione concoquere.

Ambros l. 4. de Sacr. c. 5. *Antequam consecretur, panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi.*

Prima Consideratio.

TAntum est interuallum atque discrimen inter ista *Hoc est corpus meum*, & *hoc non est corpus meum*, vt in mysterio tanti momenti ac ponderis merito locus è diuinis literis poscatur tam luculentus & expressus pro negante parte, quàm multa clara & contestata pro aiente proferuntur: & quemadmodum in vno dicitur *Hoc est corpus meum*, sic vel vnus locus reperiatur, in quo sit *Hoc non est corpus meum.* Vno in loco dicitur, *Panis quẽ ego dabo caro mea est* vbi nã autẽ perscribitur, Panis quem ego dabo nõ est caro mea? Quod si nimium hoc cuipiam forte videatur, & non satis rationi congruens petitio, proferatur saltem vnica sententia, quæ dicat, Panis quem ego dabo est figura meæ carnis. Estne verosimile vt sapientiæ paternæ compos & thesauros scientiæ omnes complexus, tam

tam oblitus sui fuerit, aut imbecillitatis nostræ immemor, vt ne verbum quidem ea de re clarum & perspicuum reliquerit quod sententiis opponatur, quas multas & manifestas nos in medium adducimus? & in Sacramenti atque Testamenti nuncupatione per antiphrasin locutus sit, &, *Hoc est* dixerit, cum *Hoc non est*, vellet?

Secunda Consideratio.

NVlla potest humanæ mentis vi excogitari interpretatio non maliciosa tam acuta, quæ contrarium ex illius opposito atque repugnante possit elicere: quomodo igitur enunciationes illæ duæ conuenire satis queant, Panis quem dedit caro ipsius est, & Panis quem dedit non est ipsius caro?

Tertia Consideratio.

IN vsitata diuinorum mysteriorum communione, vnum de tribus cōcedendum est, vt vel Christus verè atque reipsa ad nos accedat, vel nos ad ipsum reipsa perueniamus, aut tametsi longo interuallo disiuncti & absentes, cum eo tamen vniamur, & præsentes simus. Si lubet secundum dicere, consequitur necessariò, vt eodem temporis momento simul in terra & super stelliferos orbes corpore animoq; versemur. Si verò tertium, cōtradictionem inuoluit vt præsentes simus, & non præsentes, vniti & abiuncti, in cœlo & non in cœlo, in terra & non in terra, reipsa & non reipsa. Restat ergo vt primum sit necesserium, Christum nimirum ad nos accedere.

Quarta Consideratio.

CAluinus cum impeditam in hac quæstione mentem atque sententiam extricare, doctrinamque suam tueri haud satis posset, nisi ad consensum fidei Catholicæ aggregaret se, nouas quasdam excogitauit atque inauditas maioribus voces, Irradiationem, transfusionem, aliasque, sed ita tamen vt vel nihil diceret, vel nobiscum sentiret. Nam vrgens disputatione sua Westphalum, Zuinglium, & alios præterea quosdam, qui idem esse aiebant *Credere* & *manducare*, de industria in eo elaborat, vt probet, non sola nos fide, sed reipsa, verè, substantialiter Eucharistiæ beneficio participare Filii Dei corpus, & cum eo copulari, præsentem enim illum esse, capi à nobis, delabi ad nos mirifica & inexplicabili quadam ratione. Vnde sequitur, si illum accipimus, donari nobis, & Ministri quidem manibus donari, cum dat, quod

Huldaricus Zuuinglius Epistola ad Eslingenses, nos ex verbo Dei asserimus Christum edere idem esse ac in ipsum credere.

L 4. Inst. c. 17. §. 10. *Etsi autem incredibile videtur in tanta locorum distantia penetrare ad nos Christi*

Digitized by Google

quod speciem quidem panis habet, sed quod tamen Filii Dei corpus esse contendit.

carnem, vt nobis sit in cibum, meminerimus quantum supra sensus omnes nostros emineat arcana Spiritus Sancti virtus: & quam stultum sit immensitatem eius velle modo nostro metiri, &c. vitam suam in nos transfundit Christus, non secus ac si in ossa & medullas penetraret. Et rursus. *Verum hoc posito à symboli tamen exhibitione rem ipsam exhiberi rite colligimus. Nisi enim quis fallacē vocare Deum volet, inane ab ipso proponi symbolum nunquam dicere audeat.*

Quinta Consideratio.

NOuatorum illa fides qua Christum aiunt reipsa, verè & substantialiter esse præsentem in Eucharistia per fidem, aut vera est, aut falsa; si hoc vltimum, abiicienda est; si prius, est igitur præsens Christus, non quia fides id pronunciat creditque, sed ideo id credit, quod sit præsens. Quam fidem certissimum est niti verbo Dei quod fallere mentirique non potest. Itaque fides & verbum Dei ad eum cognoscendum necessaria penitus sunt, & credendum, ipsum in Eucharistia præsentem esse.

Sexta Consideratio.

DAbit hoc quisque atque vltro fatebitur, non esse plus fidei nostræ, quàm infinitæ in omnes partes Dei potentiæ tribuendum: Atqui volunt nouæ Theologiæ architecti tanta vi pollere fidem, vt supra cœlestium orbium globos nos euehat, tametsi humi repentes & abiectos: cur igitur infinita Numinis potentia collocare corpus suum nequeat simul in cœlo atque terra? An lubet huius rei admirabilitatem in creatura potius, quàm in summo procreatore omnium Deo ponere?

Septima Consideratio.

MInuti Philosophi & veluti quintæ Classis facile assentientur, locū non esse de corporis essentia, & corpus vim & naturam retinere suam posse absque loco vllo, vt constat in supremo cœlo quod nullius complexu loci continetur. Quid igitur est vt mirandum videatur, si Filii Dei corpus sine vllius loci occupatione, in Eucharistia, diuina vi & pollente Numinis manu ponatur?

Octaua Consideratio.

SI Dei Filius in Eucharistia tantum esset totus & nō secundum totum, vt Caluinus ausus aliquando est dicere, non alia ratione foret in diuinis augustisque illis mysteriis, quam in toto mundo, cum effatum id Theologiæ probum sit & communi omnium consensione receptū, Totus Christus est vbiq;, sed non totum Christi, hoc est Christus secundū hypostasim naturamq; diuinam vbiq; est, non autem secundū humanā.

Calu. l. 4 Instit. c. 17. §. 30. *Mediator noster cū totus vbiq; sit, suis semper adest & in Cœna speciali modo præsentem se exhibet, sic tamen vt totus adsit, non totum: quia, vt dictū est, in carne sua cœlo comprehenditur do[n]e[c] in iudicium appareat.* Georg. Cass. in Cons. art. 10.

Undecima Consideratio.

AN Azymus panis repudiari in hoc Sacramento possit, cum in diebus Azymorum id Seruator hominum instituerit, cum Caluinus ipse adhibuerit, cum denique aliquot annos Geneuesis Ecclesia vsurparit? Matth 26 7 Marc.14 12. Luc.22 1. Caluin. tract. de modo celebrand. Cœn.

Duodecima Consideratio.

QVod ad Eucharistiæ adiuncta pertinet, quid opus est tanta animorum contentione pugnare, commoueri, bacchari, cum eam ieiuni omnes capiamus, cum donetur fœminis atque pueris, cum nec sero, vespere, nec die tantum Iouis quo instituta fuit, nec inter cœnam capiatur, nec aliæ circunstantiæ adhibeantur, quæ in prima institutione obseruatæ fuerunt, cum in ea re omnes Ecclesiæ vsum moremque sequantur.

Decima tertia Consideratio.

QVod attinet ad corporis Christi collocationem in Eucharistia, nonne facilius multo est atque proclinius confiteri, substantiarum corporearum esse more, quæ sua quantitate spoliantur, quamuis proprietates habeat naturales & dimensiones sine vllius loci occupatione: quam ad tantæ rei veritatem amoliendam & inobscurandam præfractè obstinateque negare mirabile id factum quod à Sancto Ioanne perscribitur cap.20. cum salutis nostræ vindex ianuis clausis atque omni aditu obstructo ad Apostolos penetrauit? aut si minus id negetur, rem certè ita extenuare verbis & ambage impiæ expositionis cœcare, vt quidquid dicat fidus Euangelii Scriptor, miraculum penitus omne tollatur. Wiclefus grauis nimirum autor per minutissimas rimas Seruatorem ingressum ait, Beza per fores sponte sua patefactas, vel easdem emollitas & rarefactas aditum præbuisse. Caluinus callidior in dicendo, creaturam cessisse Creatori contendit. Bullingerus tanquam in mimum inducit machinam, & de beatis Spiritibus vnum vult Christo ianuam aperuisse. Petrus Martyr pinguiori Minerua texit fabulam, vultque decus cœli terræque Iesum saltu se per fenestram intulisse, aut sagarum mulierum more per caminum. Denique ne fateri cogantur gloriosum Christi corpus posse esse in Eucharistia, sine magnitudine sua naturali, & sine vllius loci circunscriptione cui velut dimetienti complectentiq; respondeat, diuinum hoc prodigium vel obscurant, vel abiudicant atque reiiciunt, vt primo libro exposuimus: miraculum item Natalitiorum extenuant, cum integris virgineis claustris & illibata puræ matris castimonia venire in lucem voluit: præterea surgentis à morte, vel in cœlum conscendentis multiplex prodigium eleuant, cum è clauso ob

signato-

Digitized by Google

signatoque sepulchro emicuit, vel orbium cœlestium globos nulla patefacta via penetrauit: Adeo verum est nullam hæresim sine plurium errorum comitatu grassari.

Decima quarta Consideratio.

Actor. 9. 17. Ibid. 22. & 23. 1. Cor. 15. 5. 6. 7. 8.

DVplex illud visum oblatum S. Paulo, non Angeli vnius obiectu, sed Christi αὐτοπροσώπως, cum Damascum iter intenderet, & deinde etiam in custodia, cuius frequens mentio est in Actis Apostolorum: & perennis stabilisque locus ille quem in domicilio beatorum ad dexteram Genitoris habet Christus, fateri cogunt, vnum & idem corpus diuina vi atque virtute in variis simul locis posse versari.

Decima quinta Consideratio.

IN nullo diuinæ Scripturæ loco demonstratiuum pronomen (hoc) reperietur iunctum copula verbi substantiui cum attributo figurato. Dicetur id quidem recte, *Petra erat Christus*, sicut & de se ipse, *Ego sum ianua, vitis, via, vita*, quod pronomina quæ dicuntur primitiua & personam seu possessionem indicant, immutatum huiusmodi sensum tropumque patiuntur; sed dici nequit neque vllum nobis exemplum diuini Commentarii suppeditant, quo de petra, ianua, via cæterisque huiusmodi rebus dicatur *Hoc est Christus*, non magis quàm si de Christo pronuncietur, *Hic est petra, hic est ianua*, &c. quod cum pronomen demonstratiuum nominis loco ponatur quo rei veritas & substantia cognoscitur, eruditæ aures figuratum eum dicendi modum in eo genere ferre nequeant. Æquo animo id quidem audietur, *Rex inter Palatinos Sol est*: at si quis ipsum demonstrando diceret, *Hic est Sol*, aut de Sole contra, *Hic est Rex*, omnium iudicio refelleretur.

Decima sexta Consideratio.

LVcæ 22. proditur, *Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*; vbi verba qui pro vobis fundetur cum ad calicem referri necessariò debeant vt appositum ad substantiuum, constat nos sanguinem Christi ore excipere, & dictionem ποτήριον hoc in loco significare potum. Atque hæc animaduersio sic Thodori Bezæ mentem ingeniumque torsit, vt ne fortè voluntatem inani superbia intumescentem ad Catholicam fidem cogeretur adiungere, clarum & sapientem Euangelii scriptorem Lucam inquinatæ scriptionis atque solœcismi arguere non dubitarit

Theodor. Beza in Annot. in c. 22. Luc. v. 20.

XVII.

XVII. *Consideratio.*

IN hac fide mille sexcentos iam annos substitit & floruit Ecclesia, idololatriam & superstitionem impiam superauit, domuit hæreses, tot protulit sanctos viros, tot sapientes & Doctores omnibus artibus & doctrinis ornatos, qui certe nunquam quæcunque tandem se fortuna obtulisset, nunquam inquam tam stultum facinus tamque improbum cõsciscere voluissent vt repudiatis Baccho & Cerere, pani & vino supremũ cultum adhiberent. Minus quoque est credibile Christum Iesum qui sponsæ suauissimæ causa tot dolores exorbuit & furentium hominum immanitatem sustinuit, tam exiguam curam habuisse illius confirmandæ atq; docendæ, vt in idololatriæ sordibus hærere tamdiu & detestandæ impietatis in cœno eandem volutari permitteret.

XVIII. *Consideratio.*

EXaminatis diligenter & matura disquisitione perpensis in diuina pręsentiæ luce rationibus, præcipuis argumentis, autoritatibus, testimoniis, disputationibus artificiose elaboratis, scriptis & Commentariis Lutheri, Caluini, Bezæ, Melãchthonis, Petri Martyris, Musculi, Chemnitii, aliorum, qui omnes extra ordinem sese à Deo missos, diuinitus afflatos, Spiritus Sancti vi & motione impulsos aiebant, atque immissos, ad labentis mundi statum instaurandum, & imprimis ea persananda, quæ in augusto aræ sacrificio laborare videbantur: contigit vt lectissimi viri & sapientes, Ecclesiæque proceres, cum labem animaduerterent, & incommodum quod nomini ipsi suo multisque in errorem inductis creabant, agerent cum illis atque omni ratione contenderent, vt nouas illas & inauditas opiniones deponerent, fraudem agnoscerent suam & prolapsionem, nec priuatum sensum, communi orbis terræ sententiæ anteferrent, cum præsertim fidei sit proprium, vt Catholica & vbique diffusa dicatur. Id cum facere mente obstinata negarent, seque in fuco atque illis delusi animi præstigiis gloriose venditarent, è duodecim omnino partibus quæ orbem Christianum componunt, decem anathema dirasque imprecatę sunt, grauissimeque censuerunt illos ab omni ratione derelictos, Deo inuisos, non minus hæreseos contagione pollutos quam Arrianos, Macedonianos, Eutychianos, Nestorianos, & alios qui turbulentas in religionem impiasque opiniones inuexerunt: atque in eos ipsos idem plane decretum esse voluerunt, quod aduersus prius nominatos errorum duces in Oecumenicis Conciliis Nicæno, Ephesino, Chalcedonensi, Constantinopolitano. Quis ergo animus frui potest dulci & secura tranquillitate qui vniuersæ Ecclesię præferat se, & omnem Ecclesiam habeat aduersam & repugnantem? quæ tuta mens & pacata esse

queat in hoc tanto motu opinionum & dissensione? in medio luctuosissimæ defectionis atque schismatis? in eorum factione, qui non alias suæ sententiæ probationes habent, non alia diuinæ scripturę loca proferunt, non alia ratione de instauranda religione garriunt, disputant, scribunt, docent, transsubstantiationem impugnant, quam qua veteris æui dedecora & carcinomata religionis Arriani & Sabelliani ὁμόνοι oppugnauerunt? Nouum quidem illis est quod ad syllabas attinet Transsubstantiationis vocabulum, sed μεταστοιχειῶσις vsitata apud Græcos ad significandam vnius elementi in aliud mutationem noua profecto minime videri debet, sicut nec μεταποίησις, quæ tum locum habet, cũ ex vna creatura alia producitur: testis vero illius rei D. Gregorius Nyssenus qui erudito Commentario explicauit ὅτι ἁγιαζόμενος ἄρτος εἰς τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ μεταποιεῖται, consecratum rite panem in corpus filii Dei conuerti. Quod si tot atque tantæ authoritates deficerent, vnius certe Concilii Lateranensis iudicium deberet sufficere, cui interfuerunt Patriarchæ duo Constantinopolitanus & Hierosolymitanus, Metropolitani septuaginta, quadringenti Episcopi, Abbates duodecim, Prælati minores octingenti Monasteriorum duces & Rectores, vtriusque imperii Legati, Oratores clarissimi Regum, Hierosolymorum, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Cypri, qui in vrbe orbis Principe admirabilia illa castra pietatis componebant aciemque inuictam & cœlestem, vbi totum hoc mysterium diligentissime excussum & examinatum fuit, & in Ecclesiæ luce triumphantisque religionis comprobatum.

XIX. Consideratio.

HEbræorũ sapientes in lege doctissimi omni carent suspicione, quod ad hanc quidem controuersiam nostram attinet. Atqui illi ipsi hanc veritatem non inuiti agnoscunt, & sensu plane Christiano exponunt, vt animaduertunt doctissimi viri qui eorum voces atque sententias diligẽtissime exceperunt. Nam Rabbi Nehemias in Epistola *Arcanorum*, sic habet, Qualis debeat esse sacerdotis vita, hoc sacrificium pertractãtis, Dominus ipse insinuat, cum de nostri temporis sacrificio & consecrantis qualitate ita Leuit. 21. c. inquit, Et sanctificabis eum, quia carnem Dei tui ipse est (vel erit) sanctificans. Rabbi Moyses Hadarsan in Comment. super illud Psal. 36. *Qui dat panem vel cibum omni carni.* Panis quem dat omnibus, ipse est caro eius, & dum gustatur panis conuertitur in carnem. Et hoc est quod dictum est, *Et videte quoniam bonus est Deus*. Et erit hoc mirabile magnũ. Rabbi Cahana ad c. 49. Gen. *Ligãs ad vitem ciuitatẽ suam*. Hæc verba inquit *ligans ad vitem ciuitatem suam*, ostendunt, quod sacrificium quod fiet ex vino, non solum transmutabitur in substantiam sanguinis Messiæ, sed etiam conuertetur in substantiam corporis eius. Rabbi Iudas in c. 28. Num. *Panis facierum coram me semper*. Quare dicatur inquit *panis facierum*, ratio est, transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitur, in

Digitized by Google

tur, in substantiam corporis Messiæ qui descendit de cœlis, & idem ipse erit sacrificium. Ideoque dicit Respicietis ad offerendum mihi, id est offerri me. eritque inuisibilis atque impalpabilis. Et magistri aiunt eam ob rem dictum esse *panem facierum*, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ diuinitas & humanitas. Rabbi Barachias in Ecclesiasten, *Quid est quod fuit? ipsum est quod erit.* Quemadmodũ fuit redemptor primus id est Moses, ita erit & redemptor vltimus, sicut enim redemptor primus fecit descendere Manna sicut scriptum est Exodi 16. *Ecce ego pluam vobis panem de cælo*: ita quoque redemptor vltimus, id est Messias, erit placenta frumẽti in terra. Rabbi Simeon filius Iohai, lib. qui inscribitur *Reuelatio secretorũ*, Tunc Deus misericordia replebitur & virtute ingenti sanctorum verborum, quæ ab ore sacerdotum manabunt, illud sacrificium quod in vnoquoque altari celebrabitur, in corpus Messiæ conuertetur. Rabbi Salomon ad Psalm. 72. *Erit placenta frumenti in terra, in vertice montium.* Magistri nostri exposuerunt hoc esse genus placentarum in diebus Messiæ: Vnde in libro Siphræ habetur, In diebus Messiæ frumenta producent placentulas sicut est plenitudo volæ seu palmulæ manus, & venies & accipies inde plenitudinem placentulæ rotundæ instar volæ manus iuxta refectionem tuam.

X X. *Consideratio.*

LVtherus cum in variis interpretationibus de Eucharistia diu multumque fuisset volutatus, eo qui sequitur modo fidei professionem emisit lib. de Captiuitate Babylonica, Credo firmiter non modo Christi corpus esse in Cœna, verum etiam panem esse corpus Christi. Et in Tractatu quem confessionem magnam indigitat, fatendum inquit omnino est qui panem hunc edit & terit dentibus, edere id ipsum quod est verum & proprium Christi corpus. Georgius Cassander articul. duodecimo. Quæstionis quam Ferdinandus Imperator illi proposuit, mentem suam explicans & opinionem circa hanc materiam, Quod ad transsubstantiationem inquit attinet, si cuipiam durior vox & insolentior esse videatur, saltem hoc intelligat negari non posse quin passim in veterum Patrum Commentariis consimiles aliæ voces reperiantur, nimirum conuersio, transmutatio, transformatio & transelementatio.

X X I. *Consideratio.*

CAluinus lib. 4. Institut. ex S. Ioanne Chrysostomo singulari Doctore reprobat Christum in Eucharistia non fide tantum, sed reipsa nos suum efficere corpus. Et paulo post addit, *quoties fideles vident symbola à* DOMINO *instituta, illic rei signatæ veritatem certo adesse cogitent ac sibi* persua-

Calu. li. 4. Inst. c. 17. §. 6. *Id ipsũ est quod alicubi scribit Chrysost. mus, Christum non fide tantum, sed re ipsa nos suum efficere corpus.*

Et infra paragr. 10. *Vt quoties vident symbola à Domino instituta, illic rei signatæ veritatem certo adesse cogitent, ac sibi persuadeant!*

persuadeant. Vbi animaduertendum est particulam ILLIC significare, vbicunque tandem symbola sint, illic Christi Domini corpus reperiri: atque inde argumenta duo erui possunt, Vbicunque symbola sunt Eucharistiæ à mundi Seruatore instituta, ibidem est filii Dei corpus: atqui symbola in manibus sunt Ministri, in ore & pectore omnium qui ad sacram synaxim accedunt, corpus igitur filii Dei in manibus est Ministri, in ore & pectore omnium qui accedunt ad synaxim. Alter syllogismus est huiusmodi, Vbicunque reperitur filii Dei corpus, ibi adorari debet, corpus autem filii Dei eo omni in loco reperitur vbi symbola sunt panis & vini consecrata; omni igitur in loco vbi symbola sunt panis & vini, Dei filius est adorandus. Denique quid tandem absurdi videatur si vbicunque Christus sit, illic cultus atque veneratio eidem exhibeatur? An à ratione sit alienum dicere eum reipsa & per se ibi existere, vbi reipsa vere & proprie accipitur? quis vtrumque negare potest, quin simul Caluini quæ sequuntur verba refellat & mendacii coarguat? Sunt inquit qui manducare Christi carnem & sanguinem eius bibere vno verbo definiunt, nihil esse aliud quam in Christum ipsum credere. Sed mihi expressius quiddam ac sublimius videtur voluisse docere Christus in præclara illa concione vbi carnis suæ manducationem nobis commendat: nempe vera sui participatione nos viuificari, quam manducandi etiam ac bibendi verbis ideo designauit, ne quam ab ipso vitam percipimus, simplici cognitione percipi quispiam putaret.

Caluin. l. 4. Instit. c. 17. §. 5.

Cum igitur eiusmodi sit doctrina Caluini, an non propius ad Catholicam veritatem, cum sanus est, & rationem consulit, accedere videatur? Et ne forte quispiam existimet causas restare etiamnum dissensionis varietatisque opinionum quæ expetendam conciliationem animorum turbare possint; age, breuiter admirabilia quædam enumeremus, quæ huic mysterio comitantur, in quorum luce & comprobatione dicetur quod de primis Christianis, sacris in Commentariis proditur, *multitudinis credentium fuisse cor vnum & animam vnam.*

Act. 4. 32.

ADMI-

ADMIRANDA EVCHARISTIÆ BREuiter enumerantur.

CAPVT XLVII.

DVODECIM numero ſunt admirabilia quæ in præſtabiliſſimo hoc Sacramento atque inexplicabili myſterio reperiuntur. Primum eſt, ſanctiſſimum filii Dei corpus iuſtam atque legitimam magnitudinem ſuam hic habere, non minus quam in illo ſplendidiſſimo ſolio ad dexteram Patris conſidentis, tametſi conſecratæ hoſtiæ circumſcriptione definiatur. Secundum, Accidentia, candorem nimirum, ſaporem, rotundam globoſamque figuram, & colorum varietatem exiſtere per ſe, nulla ſubiecta re quæ ſuſtentet. Tertium id creſcere nunquam vel imminui, non mutari, non variari, non deficere, quæcunque tandem fiat conſecratio, immutatio, conſumptio externorum ſymbolorum. Quartum, ſubſtantiam panis atque vini haud ibidem poſt conſecrationem exiſtere, neque tamen in nihilum abiiſſe. Quintum, idem corpus Seruatoris noſtri eodem momento temporis multis in locis, definite quidem in quibuſdam in aliis circumſcriptione loci concluſum, & in Euchariſtia more & conditione Sacramenti, hoc eſt ſubſtantiarum more ſine dimetientis loci coaptatione, totum ſub toto, & totum ſub qualibet parte, ſic vt in tribus his modis vnum genus poſitionis alteri non repugnet. Sextū, quod in integra hoſtia cum ſemel reperiatur, in comminuta ſit toties plenum & abſolutum, quot enumerantur partes. Septimum, quod cum cernitur, attingitur, ferro aut flamma violatur, id omne in ſymbolis hærere, ſic vt Chriſti corpus nullum detrimentum & perniciem capiat, ſiquidem in eo Sacramento corporis proprietates iam gloria & æternitate cumulati retinet. Octauum, cum intereunt & corrumpuntur Sacramenti ſpecies, Chriſti corpus e veſtigio abeſſe, ſic tamen, vt neque in nihilum recidat, neque alio transferatur. Nonum, ipſa accidentia panis & vini naturales eas habere proprietates, quas obtinent cum ſubſtantiis conſueto nexu copulata. Decimum, quamuis vltima corporis Chriſti naturamque definiens perfectio nimirum hypoſtaſis & ſubſiſtentia diuina ſit vbique, corpus tamen ipſum vbique non eſſe. Vndecimum, Euchariſtiam ſimul & Sacramentum & ſacrificium eſſe: Sacramentum tum in vſu, tum ea omni temporis intercapedine qua religioſe & pie ſeruatur: ſacrificium autem cum tria conueniunt, conſecratio, oblatio, conſumptio diuinæ hoſtiæ quæ victimarum mactationi reſpondet. Duodecimum admirandum quod omnia quæ in hac rerum vniuerſitate ſuſpicienda & maxima eſſe poſſunt exuperat, eſt complexus & neceſſaria ea-

rum rerum consecutio quæ in mirabili hoc mysterio inueniuntur: nam & sanguis cum corpore, & vicissim cum sanguine corpus existit; & cum vtroque anima, cum anima vero & corpore & sanguine Verbi diuini persona, cum hac rursum Pater æternus & Spiritus S. cœli terręq; decus, inexplicabilis felicitas, vber omnium bonorum affluensque thesaurus, quo maius cogitari nihil potest.

ÆTERNAM SAPIENTIAM EVCHARIstiæ figuras prædictionesque Vatum admirabiliter perfecisse.

CAP. XLVIII.

Isa 25. vers. 6.
Psal. 71 v. 16.
Gen 14. v 18.
Exod 25. v. 30.
Exod. 12 v. 3.
Deut. 8. v. 3.
3. Reg. 19. v. 6.
Leuit. 7. v. 14.
Deut. 16. v. 10.
Dan. 8. v. 12.
1. Petr 2. v. 8.
Dan. 10. v. 3.
Prou 9. v. 2.
Zach 9. v. 17.
Gen. 49. v. 11.
1. Reg. 2. v. 35.
Mal 1. v. 11.
Iob. 19. v. 22.
Gen. 27. v. 37.
1. Reg. 21. v. 9.

EN igitur illud Minha-hadasha: en Missat Nedaba, Toda, Mishthe, epulum Isaiæ, conuiuium opulentum, vinum defęcatum; En frumentum regii Vatis in vertice montium, verum sacrificium Melchisedecis, panem propositionis, Agnum paschalem, admirabile manna, subcinericium panem inusitata quadam ratione corroborantem, mirificas & gratissimas primitias, spontaneam oblationem ex optima substantiæ nostræ portione decerptam. En continuum sacrificium, petram scandali minutis animis imbecillitate sua depressis, desiderandum illum Danielis panem, mensam à diuina sapientia instructam & ornatam, vinum ab eadem ipsa temperatum. En pulchrum illud bonumque Zachariæ, electorum frumentum, vinum germinans castimoniam atque virgines, vitem cui diuina & sacrosancta humanitas copulatur. En translatum Heli sacrificium, oblationem Malachiæ mundam adinuentam. Adest bonus & incredibili Iob vitę innocentia, cuius caro, non cupita prius fuit quam concessa famulis ad explendam famem & exaturandam. En Isaaci lectissimæ familiæ ducis benedictionem, non maiori natu Synagogæ, sed minori gentilitati relictam: En gladium omnibus gentibus suspiciendum, cui par inueniri nullus potest, externis symbolis vt Ephod inuolutum. En deniq; illum ipsum qui dixit, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et quoniam eam nobis donauit vt Sacramentum & sacrificium, cum de primo sit actum quantum satis videbatur, nunc ad secundum prout antea polliciti sumus veniamus.

DE

Digitized by Google

DE AVGVSTISSIMO SACRAMENTO ET SACRIFICIO MISSÆ.

CAPVT XLIX.

NVNQVAM augustissimum Sacramentum & sacrificium Missæ tam clara in luce fuit positum, & hominum cognitione comprehensum, quam ex quo turbulentæ in religione opiniones & hæreticorum fraudes pullularunt, furente illius audacia excogitatæ, qui tantæ rei fructus vberes & beatos ferre nequit. Et quidem pingitur Ecclesiæ primis initiis auroræ similis, in progressu pulchra vt Luna, in fine electa vt Sol mirabili splendore collucens. Quam ipsa vtilitatem eximiam & singularem, ab ipsa hostium importunitate malitiaque percipit, vt Doctissimus Augustinus huiusmodi oratione animaduertit, Multi sensus scripturarum sanctarum latent & paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius & acceptabilius, nisi cum respondendi hæreticis cura compellit. Tunc enim etiam qui negligunt studia doctrinæ sopore discusso ad audiendi excitantur diligentiam, vt aduersarii refellantur. Denique quam multi scripturarum sanctarum sensus de CHRISTO IESV asserti sunt contra Photinum, quam multi de homine CHRISTO contra Manichæum, quam multi de Trinitate contra Sabellium, quam multi de vnitate Trinitatis contra Arrianos, Eunomianos, Macedonianos? quam multi de Catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de malorum commixtione vsque in finem sæculi? quod bonis in Sacramentorum eius societate non obstat aduersus Donatistas & Luciferianos, aliosq; si qui sunt qui simili errore à veritate dissentiunt: quam multi contra cæteros hæreticos? Quam multi (possemus nos addere) de flagitiosis erroribus Sacramentariorum, Protestantiũ, aliorum qui se Illuminatos venditant & labentis Ecclesiæ reparatores? & præsertim in hac controuersia omnium principe de sacrosancta missa. Agamus breuiter & dilucide.

Cant. 6. 9.

August. Enarrat. in Psal. 67. versus finem.

dilucide de hoc mysterio, & primum de nomine, tum de re ipsa disputemus.

De Missæ nomine.

IDem ipse rerum omnium procreator Deus qui bonitate illectus sua ad instaurandum hunc mundum veniebat, quem infinita potentia machinatus fuerat, in eo reparando eandem viam atq; methodum obseruare voluit, quod ad nomina quidem attinet, quam in eius molitione adhibuerat. Vt tum enim creaturis nomen ab Adamo imponi iussit quas minime fabricauisset: ita Ecclesiam quæ velut bona prouidaque parens liberûm vocem tenerorum formare debet, indere voluit nomen sacræ & religiosæ actioni qua diuinum arcanumque hoc mysterium instituit. Quod illa quidem præstitit ea authoritate & sapientia, qua sponsi incredibili beneuolentia fuit instructa, & veluti propria dote locupletata: atque imprimis Sacramentum indigitat, quod in eo panem cœlestem inueniat, salutarem hominum cibum: sacrificium nuncupat, quod sub externis symbolis humani generis victimam continent supremo rerum opifici mactatam: vocat Eucharistiam, quod non modo in eo gratiam, vt in aliis Sacramentis affluenter hauriat, verum etiam ipsum gratiæ fontem & autorem: appellat etiam Communionem, quod pretiosissimum hoc corpus atque sanguis sit populorum inter se nexus & coagmentatio. Sit etiam vinculum suauissimum quo cum Deo copulamur. Ad extremum Orientalis Ecclesia Liturgiæ nomen eidem imposuit, quod quidem etiam in Actis Apostolorum vt dicetur postea reperitur: Occidentalis autem Missam nominauit, quod in ea domestici fidei ab externis, quos dimitti par fuit, & prophanis hominibus separarentur, quodq; sit illa spontanea oblatio & sacrificium carnis pane inuoluti, quod hoc nomine donatum fuit à Rabbinis & Magistris Hebrçorum, cum 16. Deuteronomii caput exponunt.

Ea vero est huius nominis antiquitas vt singularis doctor Augustinus serm. 91. de Tempore ita scribat, *In lectione quæ vobis ad missas legenda est fratres charissimi*, &c. Et Serm. 251. *Adhuc quoque quod detestabilius est ad Ecclesiam aliqui venientes, n[illegible]trant, non insistunt precibus, non expectant cum silentio sanctarum Missarum celebrationem.* Et paulo post, *Potentes istius mūdi cum veniunt ad Ecclesiam non sunt deuoti ad laudes Dei celebrandas, sed cogunt presbyterum vt abbreuiet missam & ad eorum libitum cantet.* Et ne quis forte existimet Missæ nomine aliud quidpiam ab eo intelligi, quam quod ad aram celebramus, idem sanctissimus Augustinus lib. 9 confess. ca. 11. cum de extremo fato suæ genitricis memorat, ait hæc postrema verba ab eius ore excepisse: *Ponite hoc corpus vbicunq;, nihil vos eius cura conturbet.* Quod ipsa non consuetæ sepulturæ contemptione dicebat vt eodem ipso in loco D. Augustinus ostendit, sed vt mœrorem flebilesque voces filii sui minoris comprimeret, qui dolebat non eam in patriæ carissimæ sinu hoc est in Africa

terræ

Digitized by Google

terræ mandari: Addidit verò, *Tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei vbi fueritis.* Et cap. 12. Exequias illius funerisque pompam oratione prosequutus, describensque vota & precationes quas pro illius anima religiosissimè Deo persoluerunt, & quemadmodum Euodius dulci cantu Dauidis Psalmum centesimum, respondentibus qui aderãt omnibus accinuerit, ipso etiam D. Augustino pie diuinas laudes personante, quemadmodum item religiosi viri atq; Moniales ad extremũ illud officium honoris pietatisq; accurrerint, addit, & de se ista prodit,
" Cum ecce corpus elatum est, imus & redimus sine lacrymis, nam neq;
" in eis precibus quas tibi fudimus cum offerretur pro ea sacrificium pre-
" tii nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere priusquam deponere-
" tur, sicut illic fieri solet, &c. Et cap. 13. cum Deum compellans ita di-
" xisset, Deus cordis mei pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me
" per medicinam vulnerum, &c. adiungit, namq; illa imminente die re-
" solutionis suæ non cogitauit suum corpus sumptuose contegi aut con-
" diri aromatibus, aut monumentum electum cõcupiuit, aut curauit se-
" pulchrum patrium, Non ista mandauit nobis, sed tantummodo me-
" moriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermis-
" sione seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam qua deletũ est
" chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis
" computans delicta nostra, & quærens quid obiiciat, & nihil inueniens
" in eo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? quis
" ei restituet pretium quo nos emit vt nos auferat ei? ad cuius pretii nostri
" Sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Et in fine
" Deum obtestatur inspirare omnibus qui ista legerint, vt ad altare Mo-
" nicæ memores sint atq; Patricii coniugis qui ab hominibus iam migras-
" sent. Idem clarissimus Scriptor lib. 22. de Ciuit. cap. 8. mirabile vnum
" prodigium refert sacrificii hujus vi & virtute perfectum, Vir, inquit,
" tribunitius Hesperius qui apud nos est, habet in territorio Fusalensi
" fundum Zubedi appellatum, vbi cum afflictione animalium & seruo-
" rum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam per-
" peti comperisset, rogauit nostros, me absente, Presbyteros, vt aliquis
" eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtu-
" lit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit vt cessaret il-
" la vexatio, Deo protinus miserante cessauit. Idem Enarration. 1. in
Psalm. 33. copiose, diuine, & mirabiliter è versione Septuaginta Interpretum exponit quæ Dauidem inter & Achim Regem contigerunt, & ad ea quæ de Sancta Eucharistia credimus accommodat, aitque illa verba *Ferebatur in manibus suis*, minimè vera in Dauide fuisse, sed in Christo perfecta, cum edendum corpus suum dedit, Ferebatur enim, inquit, Christus in manibus suis quando commendans ipsum corpus suum ait Hoc est corpus meum. Et in Psalm. 98. de adoratione verba faciens, Nemo illam carnem manducat nisi prius adorauerit: additque, Sic vt non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.

Præterea lib.10. de Ciuit. Dei cap.20. asseuerans vetera omnia sacrificia huius vnius adumbrationem fuisse, *quotidianum Ecclesiæ* nominat *Sacrificium*: & de Christo, *Ipse*, inquit, *Sacerdos, & ipse offerens, ipse & oblatio*. Atque huic tanti viri orationi rectè grauissimi Ambrosii verba connectentur epist.33.lib.5. ad sororem Marcellinam, Ego tamen mansi in munere, *Missam facere cœpi*, dum offero, raptum cognoui à populo Castulum. Consimilia sunt illa Bedæ quæ D. Hieronymo tribuuntur in cap.11. Prouerb. Sunt qui de leuioribus peccatis possunt absolui cum quibus obligati deffuncti sunt, vel suorum precibus & eleemosynis Missarumq; celebrationibus. Ne quis verò id ad Missam Catechumenorum referat, cuius meminit D. Augustinus Serm.237. de Tempore. Isidorus lib.6. Etymolog. cap.19. discrimen inter missam Catechumenorum & fidelium exponit his verbis, *Missa dicitur Catechumenorum, quia post Euangelii lectionem Catechumeni dimittuntur, Missa fidelium ad finem protenditur.* Idem vocabulum parque significatio reperitur in Concilio Agathensi Can. 21. Carthaginensi 4. can.84. apud Victorem libr.2. de persecut. Wandalica, S. Leonem epist.81. cap.2. S. Paulinum lib.4. de vit. S. Martini, & Seuerum Sulpitium in vita eiusdem, vbi ait consueuisse populum hærere in templo *quoadusque Missa perficeretur*. Notandum verò est omnes eos grauissimos Autores intra quingentesimum à Christo annum floruisse, vno excepto Isidoro, qui anno sexcentesimo multiplici doctrinæ varietate mundum exornabat, quibus tamen finibus & cancellis purissimæ Ecclesiæ processum Caluinus definit; imò eandem ad Gregorium vsque Magnum ducit, cuius quidem in hoc genere innumerabiles sententiæ sunt atque testimonia, sed præsertim epist.54. lib.4.

מִסַּת נִדְבַת *oblationem spontaneam.* Deuter.16.10.

פִּסַּת בַּר *Frumenti particula.* Psalm.72.16.

מִשְׁתֵּה שְׁמָנִים *Conuiuium pinguium.* Isaiæ 25.6.

Act.13.2. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ.

Nemo igitur posthac inconsiderate negabit Missæ nomen in Sanctorum Patrum eruditis Commentariis inueniri. Dabimus vltro Melanchthoni & concedemus duci id posse ex Hebræo Missach: & Munstero non reperiri modo adumbratū, sed disertè positum Deuteron. cap.16. vers.10. legi quoque in Psalm.72. vers.16. & apud Isaiam vers.6. cap.25. vbi etiam præstabilissimi huius Sacrificii prædictiones inseruntur. Durando item assentiemur, celebratam Hebræa lingua Missam centum post primam institutionem annis fuisse vsque ad tempus Adriani; sub quo cœpit Ecclesia Orientalis Græco ritu celebrare, & eandem nomine Liturgiæ nominauit, quod etiam in Apostolorum Actis reperitur.

De missa, quod ad rem ipsam attinet.

Aug. lib de Eccl Dogm. cap.30. *Obseruationū quoque sacerdotalium Sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita in toto mundo, atque in omni Ca-*

COnsentiunt in hoc omnes, Missam, necesse candidum Sacerdotis velamentum illud talare, non manipulū, non sacrificalem omnem vestem, non aræ ornatum, non symphoniam, nō quæ fiunt pia quadam varietate precationes: cum hæc omnia sint tantum adiuncta & circunstantiæ quæ tantæ rei tamq; excellenti mysterio venerationem apud omnes concilient atq; à profanis actionibus distinguant. Lineum amiculum

culum, quo Sacerdos sibi caput obuelat, id linteolū repræsentat, quod Iudæi ante oculos Seruatoris prætenderunt, cum illudentes & impia crudelitate verberantes diuinare iuberent à quo esset pulsatus. Alba vestis splendidum illum candidumque ab Herode vestitum. Cinctura corporis, Stola & Manipulus quæ ad collum brachiaq; adhibentur, funes atque vincula notant ea, quibus in horto fuit constrictus, alligatus ad columnam, toties vinctus cum à Caipha ad Pilatum, ab hoc ad Herodem ferocientis militis manu raperetur. Superior autem insignisque illa vestis, quam dicimus *Casulam*, crucem exhibet, quam in Caluariæ montem generis humani vindex Christus incredibili labore tulit. Quod ad tonsum Presbyteri attinet, præter ea quæ superius attulimus, corona Filii Dei spinea eo depingitur. Ara funestum Caluariæ montem, linteæ vestes quæ mysterio inseruiunt, sindonem adumbrant quæ sanctissimum Christi corpus inuolutum atque in nouo monumento conditum fuit.

tholica Ecclesia vniformiter celebrantur, vt legem credendi lex statuat supplicandi.

Ita instructus ornatusque Sacerdos ad altaris sanctissimi gradus accedit, vt primam diuini mysteri partem auspicetur, qua seipsum populumq; omnem ad religiosum id munus augustumq; sacrum paret. Itaque ab exomologesi ducit initium veniam peccatorum petens ab infinita Numinis maiestate quam veretur, & Sanctorum qui sempiterna felicitate potiuntur opem auxiliumq; implorat, populi in eandem rem beneuolentiam præsidiumq; deposcit. Qui intersunt id ipsum præstant consimili pietate & cum publico rei diuinæ administro scelerum se veniam suorum consecuturos sperant. Accedit tum ad Altare qui sacris operatur, atque à regii Vatis pio quodam versiculo orditur aut ab eximia Scripturæ sententia quæ mentes animosque omnium ad rerum diuinissimarum contemplationem attollant. Deinde veluti bellantis Ecclesiæ choro septus nouies inuocat Numinis misericordiam, & cum Triumphante canticum beatarum mentium vsurpat, quæ nascentem inter homines Deum prædicauerunt. Sequuntur Orationes siue Collectæ, quibus populus aut eius nomine Clerici respondent cum omnes vnum corpus sint, & vox vna, sub capite mystico Iesu Christo, quo precationes omnes terminantur & à quo vim omnem suam roburque accipiunt.

De introitu. Ambros. l. 4. de Sacram. c. 2. & l. de iis qui initiant. c. 8.

AMEN ἀμὴν fiat. 1. Corint. 14. Iust. Mar. Apol. 2. S. Hier. prolog. l. 2. in Epi. ad Gal. Aug. Epi. 107 ad Vitalem & Epi. 178.

DE KYRIE ELEISON. S. Gregorius l. 7. Epist. 63 le Concil. de Vason can. 3. & 5. S. Aug. in Epist. 178.

GLORIA IN EXCELSIS. Telesph. Epist. 1. Vualf. c. 22. Liturg. Iacobi.

DE ORATIONE & COLLECTIS. S. August. Epist. 107. ad Vitalem & 59. ad Paulin. Tertull. Apolog. cap. 39. Vval. 19. Strab. c. 22. Iust. Mart. Apol. 2.

Post publicam orationem, piæ adhibetur doctrinæ instructio, ex Epistolis & Euangelio deprompta, cum vtrumque sit verbum Dei, partim quidem ipsius Filii ore pronunciatum, partim à diuinis hominibus relictum, tum in nouo, tum in antiquo Testamento. Et quoniam mens & intellectus facem adlucere debet, & voluntatem in directam pietatis viam inducere, vt instituantur illi, qui Latinæ linguæ cognitionem non habent, quæ communis modo est, & Ecclesiæ prope dicam vernacula, doctus Ecclesiastes in pulpitum oraturus conscendit quoties Euangelium commutatur, quod omnibus Quadragesimæ diebus, festis & Dominicis contigit: Graduale interim accinitur, dum parant se Diaco-

RESPONSORIA, GRADVALE, &c. Raban. l. 2. de Institut. clericorum c. 15. Cypr. l. 2. Epist. 5. Micrōlog. c. 7.

AMBONES ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν, id est, conscendere.

ALLELVYA, Concil. Tolet. can. 10. Aug. Epist. 119. ad Ianuarium ca. 15. Greg. epist. 53. l. 7. Euang.

Digitized by Google

nus & Concionator, ille ad Euangelium pronunciandum, hic ad exponendum. Dum legitur Euangelium recti omnes consistunt, vt nimirum prompti esse videantur & expediti, ad Seruatorem mundi sequendum, eius dictis obtemperandum, mandata exhaurienda, eius dicta & iustissimam voluntatem aduersus omnium vim & impressioné propugnandam. Adhibetur cultus & veneratio nomini IESV cum pronunciatur, vt intimo animi sensu liberati humani generis beneficium maximum & singulare agnoscamus, tum vt Apostoli dictum comprobetur, fore vt in nomine IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Secunda & præcipua diuinæ Missæ pars tum sequitur, quæ inchoatur àb Offertorio, vt vocant, quo Sacerdos, Melchisedecis in morem, æterno Parenti offert panem & vinum, cui exiguam aquam immiscet, tum quod is liquor admirando & inusitato fluxu è Filii Dei latere in cruce manauit, tum vt singularis illa Dei cum populo suo coniunctio significetur, quæ fit proxeneta Christo & internuncio. In Parochiis populus infert quidpiam erogatque de suo, tum vt ii qui altari deseruiunt alantur, tum vt tanti sacrificii vim atque fructum copiosius participent.

EVANGELIVM. Conc. Laodic. c. 16. Carth. 4 Can. 84. Valentinum Can. 1. Chrysost. hom. 6. de pœnit.
Hieron Ep ad Sabinian.
Theodoret. l 2 histor. c. 24 Sozom l. 3 c. 19
STARE IN EVANGEL Concil. Laodic. c. 18. Valent can. 1. Chrysost. hom. 6. de pœnit.
CREDO. Conc. Tolet. 3. Can 2 Liturg. Chrysost.
Clem. constit. lib. 2. c 57
DE OFFERTORIO. Ordo cõueniens vt post prædicationem sequatur fides in corde, laus in ore, fructus in opere, fides in Symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio.
Innoc III. lib: 2 de Myst. cap 53. *Theodor. lib 5 cap. 18 escrit de Theodose qu'il presenta à l'Autel, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσκομίσων. August. Epist. 117. & 122. DE INFVSION. ET MIXTION. Cypr. Ep. 3. l 2. ad Cæcilium Litur. Iac. Conc. Carth. 4. Can. 24. Iren. l. 5. c. 1.*

Manuum ablutione monet populum sanctitatis diuinissimæ hostiæ, quam manibus offerre debet, & proinde motiones animi omnes atque voluntatem esse purgandam, & poscendam esse à Numine scelerum expiationem, in qua puritas animique sanctimonia consistit. Et quoniam ille præ omnibus hac integritate & innocentia mentis opus habet, monet populum precationes suas adiungere sibique adesse, tum iterũ pro communibus Ecclesiæ rebus preces fundit, tacite id quidem & silentio, vt corona sese parare ad futurum mysterium possit: quam ad rem eosdem etiam hortatur pia & cœlesti Præfatione, quæ pro temporum & festorum varietate mutatur.

Solenni præconio excitati omnes & illa monitione Sacerdotis, vt sursum cor attollant, & noua pietate exsuscitentur, vocem item communibus Ecclesiæ votis ad Trisagion beatorum Spirituum concinendum accommodant, dum priuatim orat Antistes, pro Summo Pontifice & religionis moderatoribus, pro Regibus, Dynastis, Principibus, aliis, qui principes in Ecclesia partes censentur, de quibusdam verò priuatis quos commendatissimos habere cupit, tacita mentis agitatione commeminit. Consequuntur deinde benedictiones, inuocationes, consecrationes vsque ad arcana illa verba naturæ omni suspicienda, quorum vi substantia panis in corpus, vini in sanguinem Christi Iesu mutatur, cuius personam sustinet & tuetur cum illa pronunciat *Hoc est corpus meũ*. Sublimen etiam attollit hostiam Caluariæ imitatione, & illius sublationis, qua

DE ABLVTIONE MANVVM. Cyr. Catech. 5. Mystag. Vidisti Diaconum aquam lauandis manibus porrigentem sacerdoti.
ORATE FRATRES. Adiuuãtibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum personis facierũ, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratia agantur pro nobis.
2. Cor. 1. 11.
ORATIONES SECRETÆ. Conc. Laod. can. 19. Ambr. l. 6. de Sacramentis c. 5.
Cyr. Catech. 5. Mystagog. Chrysost. hom. in Incen. & 26 in Matthæum.
Aug. de vera Religione c. 3. & de bono Perseuer. c. 13. Epist. 57. ad Dardan. 120. ad Honora. & 156. ad Probam.
MEMENTO. Ad Hebræos 13. Mementote pra

nis, qua Filius hominis in crucem actus est. Separatim ostentat calicem, vt distractam disiunctamque fuisse animam à corpore, cruorem à venis, Christi præsentiam à conspectu Apostolorũ abductam & secretam notet. Tres partes diuisæ hostiæ tres Filii Dei substantias significant, personam videlicet diuinam, spiritalem animam, terrenum corpus: illarum vna in calicem iniecta corpus in monumẽto repræsentat, eiusdem cum sanguine commixtio, docet hypostasim Verbi nunquam deseruisse neque animam in Limbo, nec corpus in tumulo collocatum.

Vis porrò sacrificii atque essentia est in ipsa consecratione, vel in ea quæ proxime consequitur oblatione, quæ fit pro viuis mortuisq;, vel in communione & hostiæ consumptione, vel in totius actionis complexu, qua Seruator mundi Iesus sese exhibet secundum Aaronis ordinem, offertque se magno Genitori secundum ordinem Melchisedecis, & duplici veluti sacrificandi ratione absolutum vnum & cumulatum sacrificium perficit.

Et quoniam sacrificii vis atque efficientia cui admouetur, pro pietatis suæ modo atque mensura, & prout vberes illius fructus animo incenso & religionis ardore poposcit, ea gratiâ Sacerdos pio quodam & publico admonito inuitat populum, vt mirabilem illam orationem vsurpet, quam Dei Parentis sapientia Christus ore suo dictauit. Tum sanctissimi Ioannis Baptistæ verbis pacem petit, tum intimam illam animi cum diuinitate, tum externam in mutua voluntatum conglutinatione positam. Et in publico quidem & solenni sacrificio, hieroglyphicum sancti amoris pignusque datur, veteris ceremoniæ loco, quam Osculum sanctæ pacis nominabant: Populo exhibetur postquam Sacerdos id summis labris attigit, omnes vt intelligant, fore vt huius sacrificii beneficio, cum beato Numine pacem consequantur, seque cum illis offerre Deo paciferam hostiam, victimam salutarem, & incruentum holocaustum. Illorum esse quoque vicissim eius obtemperare mandatis, à grauioribus sceleribus abstinere, & præsertim ab infesto aliorum odio & inuidentia. Cui rei alterum quoque hieroglyphicum seruit panis qui benedictus vulgo dicitur, certo ritu & precatione deuotus, qui successit tum iis cœnis profusæ caritatis indicibus, quas Agapas nuncupabant, tum quotidianæ communioni aut certæ diei Dominicæ, quæ primis efflorescentis Ecclesiæ temporibus celebrabatur.

positorum nostrorũ. Chrys. homil. 79. lit. Iac. Basil. Chrys.

TRISAGION, Ambr. l. 3 de Spiritu Sancto cap. 18 Procop. Gaz. in 6. Esaia. Niceph. l. 14. c. 51.

QVAM OBLATIONEM, &c. qui pridie, vnde & memores, &c. Supra qua, &c. Ambr. l. 4. de Sacramentis c. 5 & 6. Ratam, rationabilem, acceptabilemque, ibid.

HOC EST CORPVS MEVM

Ambros. l. 4. de Sacr. c. 4. *Ergo, dico tibi, vt respondeam, nõ erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationẽ, dico tibi quod iam corpus est Christi: ipse dixit & factum est, ipse mandauit & creatum est.*

S Cyr Hierosl Catech. mystag. *Panis & vinum Eucharistia ante sacrã inuocationem adoranda Trinitatis, panis & vinũ erat merum: peracta verò inuocatione, Panis quidem fit Corpus Christi: vinum autem sanguis Christi, &c.*

Chrys. 83. in Matthæum. *Qui verò hæc sanctificat & trans-mutat, ipse est.*

DE ELEVATIONE. Psal. 61. erit firmamentum in terra in summis montiũ. Rabbi Ionathan autor Targum, Erit placenta tritici in capitibus Sacerdotum.

Anast. homil. de Synax. *ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸ ἀγιασθῆναι τὴν θυσίαν ἐκείνην τὴν ἀναίμακτον αἰνυψοῖ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς καὶ πᾶσιν αὐτὸν ἀποδεικνύει. Le Prestre apres auoir sanctifié le sainct Sacrifice non sanglant, esleue le Pain de vie & le monstre au peuple.*

MEMENTO PRO MORTVIS. Epiph. hæres. 75. *τῶν πλεοντευσάντων ἐξ ὀνομάτων τὰς μνήμας ποιοῦνται, προσευχὰς τελοῦντες καὶ λατρείας καὶ οἰκονομίας.*

DE ORATIONE DOMINICA. Cælestis doctrinæ compendium Tertull. de oratione Dominica. Cyr. catech 5 Mystag. Ambros l 5. de Sacram c 4. August epist. 59 ad Paulinum, Concil. Tolet. 4. c. 17.

DE PACE. S. Augustinus Serm. de Sabbath. Pascha. Chrysost. hom. 77. in Ioan. *Ideo in mysteriis inuicem salutamus vt multi vnum effi iamur.*

Idem alibi. *εἰς μυστικὸν δεῖπνον φιλήματι ἀσπάζῃ τὸν ἀδελφόν σου, καὶ δόλον μνησικακίας ἔχεις ἐν τῇ καρδίᾳ σου;*

non nemo etiam inambulando accipiat. Sed quidquid tandem magnopere reprehendendum putent, si cumulatius res in dies perfectiusq; instruitur? si cultus illis magnis metuendisq; mysteriis habitus amplificatur? si hominum pietas & reuerentia, si religionis ardor nouæ dignitatis accessione mirabilius & magnificentius augetur? Præterea an nō manifestè atque liquido Missæ antiquitatem profitentur atq; prædicāt, cum eius aduentitias partes & principes circunstātias, ad Pontifices Maximos, primos & antiquissimos omnium linguis atq; ore celebratos referunt; azymum panem ad Alexandri primi decretum: Trisagion beatorum spirituum, & sacra linteola quæ sanctissimæ hostiæ subiiciuntur ad Sixtum primum: Canticum Angelorum ad Telesphorum: Calices aureos argenteosve atq; alterius solidioris metalli ad Vrbanum primū. Symbolum Nicænum ad summum Pontificem Marcum; Exomologesim inductum à Damaso primo volunt; quod stet populus cum Euangelium pronunciatur ab Anastasio, pacis liberationē ab Innocentio primo; Antiphonas, Introitum, Graduale à Cœlestino: verba illa Kyrie eleison, Alleluya, & Offertorium, à Gregorio primo. Sergium aiunt Agni Dei compellationem inuexisse, Leonem autem primum secretas orationes magnam partem excogitasse: qui omnes Pontifices Maximi fuerūt D. Petri successores, sapientia & non vulgari morum excellentia clari, omnes primis quinq; sæculis Ecclesiam administrarunt, tota illa temporis intercapedine puram, etiam ipsius Caluini confessione, quod sæpe hactenus monuimus, sine vlla doctrinæ mutatione ab ipsis Apostolis traditæ, etiam vsq; ad Gregorium Magnum, qui oraculo orbis terræ, Petriq; solio præsidebat anno Domini quingentesimo nonagesimo, quem pariter Caluinus *sanctum virum & Ecclesiæ ve[r]um Pontificem* nominauit. Ex quibus eruitur argumentū quod meo iudicio haud facile quispiam expedire possit atque eludere. Ecclesia pura tum erat, neq; vllam in Apostolorum doctrina mutationē senserat, aut quidquam vsurpabat à Verbo Dei alienum, cum numerati paulo ante Pontifices vita fruerentur, vt Caluinus aliiq; nouitiæ religionis magistri concedunt. Atqui Missa omnibus suis partibus instructa, eorundem aduersariorum confessione tum celebratur: Est igitur Missa pura atque sancta, ab ipsa Apostolorum religione continuo vsu frequentata, nec quidquam habet quod Verbo Dei sit aduersarium.

S. Ioan. Chrys. in hom. 24. 1. ad Corinth.

S. Aug. ep. 118 c. 277.

Et in Psal. 18.

Et quidem id fatetur Lutherus primo libr. Babylon. vbi ait se libere confiteri doctrinam de Missa & perpetuo eius vsu Sanctorum Patrum autoritate, & totius mundi iudicio comprobari. Et Præfatione libr. de approbat. Missæ, mirum esse ait repugnare quosdam tot sæculis, totque hominum clarissimorum autoritati atque sententiis. Idem prope Caluinus ait libr. 4. Instit. cap. 18. sed cum cæcus impietate atq; maleuolentia rueret impotenter, id totum in dæmonum præstigias contumeliose refert. Sed idem ipsi obiicietur quod Lutherus sibi loco citato: An tu solus sapis? num hactenus omnes aberrauerunt? an tot sæculis sepulta fuit o-

Calu. l. 4 Instit. c. 18. §. 1. 18. *Sathan (ait) totum pene orbem ob[c]æcauit, vt crederet Missam sacrificiū & oblationem esse ad impetrandam peccatorum re-*

fuit omnis omnino cognitio, diuinarum rerum inscitia triumphauit? Cur Sanctos appellas qui celebrauerunt Missam? Cur Ecclesiam tum fuisse puram concedis? cur nulla piæ doctrinæ mutatione deformatam confiteris? cur denique tibi ipsi repugnas? Cyrillus qui trecentis post Christum annis floruit, num tam ieiunus maleuolẽtia fuit, & totius humanitatis religionisq; expers, cum catechesi 4. mystagogica Missæ partem sapienti oratione exposuit? An S. Ambrosius vaticinabatur & furebat, iam ante mille ducentos annos, cum lib. 4. de Sacrament. cap. 6. verbum ex verbo Canonis magnam partem exscripsit? Hebes nimirum plumbeusq; fuit Augustinus, ille omnium qui sunt aut fuerunt in dissendo acutissimus, elegantissimus in orando, cum l. 4. de bono perseu. partem etiam vnam adhibuit? an væcors S. Cyprianus, aliud Ecclesiæ decus atq; lumen, cum exponens Dominicam orationem, laudat præfationem, quæ in Missa vsurpari solet? Non video, inquit Erasmus, cur Missam vsque adeo execremur. Constat Psalmodia qui dicitur Introitus, Doxologia, precatione, sacris Canticis, recitatione verborum Propheticorum aut Apostolicorum, quam vocant Epistolam, recitatione
» Euangelii, professione fidei Catholicæ, gratiarum actione quam vocãt
» Eucharistiam, ac religiosa commemoratione mortis Dominicæ: Dein-
» de sequitur pacis Christianæ symbolum, mox communio, rursus sacrum
» Canticum & precatio. Postremo loco Sacerdos totum populum velut
» in suam tutelam receptum Deo benedictione tradit atq; commendat,
» vt perseueret in affectu pietatis mutuæque charitatis. Quid in his non
» pium ac venerandum?

missionem. & paulo post. *Illis ergo valere iussis qui, &c. totum orbem imbuerunt, nempe Missam esse opus, quo sacerdos qui Christum offert, & alii qui in oblatione participant, Deũ promereantur: vel expiatoriam esse victimam, qua sibi Deum reconcilient.*

Augu de bon. perseuer. c. 13. *Post illud, Habemus ad Dominum, mox subdit Sacerdos, Gratias agamus Domino Deo nostro. Tum præceptis salutaribus moniti, &c.*

Erasm de amabili Eccles. concordia.

Admittamus igitur potius, omni animi demissione & actione gratiarum, Patris nostri optimi & suauissimi testamentum, nec controuersum atq; ambiguum id reddamus odio infesto, altercatione, & veteratorio genere disputandi: cernamus eam lubentes cum sanctissimis sacris hæreditatẽ, aliasq; omnes tabulas malitiosa rabularũ interpretatione pollutas repudiemus, filii Dei corpore & sanguine pacate & iucunda possessione perfruamur, qui tanto nos amore cõplexus est, vt cum se totum mirabili cum natura humana cõiunctione donauisset, effuso tandem & inaudito amoris æstu sese cuilibet in arcano & inexplicabili hoc mysterio exhibet, nobilissimo Sacramento, incomparabili sacrificio.

Sed concludamus & partes omnino tres agnoscamus, quæ essentiam sacrosanctæ Missæ conficiant: vnam quæ ad doctrinam spectat, alteram consecrationem, Communionẽ tertiam. In prima quæ Epistolam & Euangelium comprehendit, est imitatio Christi Iesu, qui Apostolos suos lotis omnium pedibus mirabili rerum diuinarũ cognitione imbuit. In secunda id omnino fit, quod ipse præstitit, cum panem in manus capiens benedixit, & diserte pronunciauit *Hoc est corpus meum*: quod idem sentiendum est de calice. In tertia facit quoque in se idem atque aliis, qui ad diuinam mensam accedunt, quod Seruator mundi cum se Apostolis sub inuolucro & integumento Sacramenti dedit: preces,

gratiarum

zed by Google

gratiarum actiones, benedictiones, cerimoniæ, filii Dei æmulatione adhibentur, cuius item precationes, actiones, verba, quæ hoc mysterium attingunt, à tribus Euangelii scriptoribus æternæ memoriæ sacris monumentis commendantur. Ex quibus hoc omnino constat sacrosanctũ & augustissimum hoc missæ arcanum, id ipsum esse quod Christus instituit, nihilque penitus quod ei contrarium sit continere.

QVOD LITVRGIA ET SOLENNE ARÆ SACRIFICIVM SIT PROPITIATORIVM.

Capvt L.

CVM diuinæ Scripturæ noui Testamenti formam quandam & descriptionem nobis ante oculos subiiciunt, omnia in eo complectuntur quæ ad veri sacrificii ordinem atque apparatum pertinēt. Atque imprimis sacerdotii non extinctio sed cōmutatio describitur ad Hebr. 7. *Translato*, inquit, *sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat.* Qui sacerdotio Euangelico præsunt religionis administri à summo Vate Isaia delineantur, cap. 61. & 66. *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini ministri Dei nostri. Et assumam ex eis in sacerdotes & Leuitas dicit Dominus.* Prętere a sacerdotes in quaque ciuitate diuini Apostoli sententia & autoritate ponuntur. *Huius rei gratia reliqui te Cretam vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros sicut & ego disposui tibi.* Ad tit. 1. v. 4. Altare in Ægypto erectum cum ea regio Christianæ legis splendorem excepit, quod altare ea mente qua plurima in consequentes ætates prouidit Isaias cap. 19. Isaia 19. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius erit in signum*, &c. Altare item in vsum Apostolorum & eorum qui ab iis docti institutique fuerant ædificatum à quo cæteri omnes arcebantur ad Hebræos 13. *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Altare* (θυσιαστήριον) ad sacrificium: τράπεζα, *mensa* ad edendam victimam in altari positam. *Hoc est corpus meum quod pro*

vobis tradetur, Matthæi 26. Lucæ 22. *Corpus quod pro vobis datur.* Apud doctorem Gentium 1. ad Corinth. 11. *sanguis qui pro vobis fundetur*, ait diuinæ sapientiæ oraculum in huius mysterii institutione. *Oblatio pura* Iudaicis sacris succedens, quæ in mirabili Malachię prædictione *offertur in omni loco*, apud Danielem 12. *iuge sacrificium.*

Malach. 1. 11.
Daniel. 12. 11.

Negari non potest, quin Liturgiæ vox pro sacrificio capiatur, cum agitur de publica functione sancta & augusta. Atqui D. Lucas prodit Apostolos liturgiam celebrasse, Latinus interpres reddit *Ministrantibus autem illis Domino*, quæ Græcarum literarum scientissimus Erasmus reddit, *Cum sacrificarent Domino.* D. Paulus 1. Corinth. 10. Eucharistiam opponit Veterum Gentilium sacrificiis & Dei altare impuris Dœmonum sacris, suosque monet vt abstineant ab Idolothytis, nefas enim esse vt diuino epulo & Satanæ opsonio pascantur. Eodem ipso loco sese in numero sacrificantium reponit, *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* vbi Lector animaduertet non dici figuram communionis, sed communionem. Et ad Hebr. 13. vtriusque Testamenti altaria inter se componens, *Habemus* inquit, *altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiant.* Quo ex loco perspicue deducitur cap. 4. eiusdem epistolæ non agi de Leuitis solum, verum etiam de sacrificis Euangelicis, cum ita scribit, *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.* Atque hinc etiam constat hoc sacrificium non modo esse quod plurimi concedunt εὐχαριστικὸν, λατρευτικὸν & ἱκετευτικὸν hoc est gratiis agendis adorando impetrandoq; opportunum, verum etiam ἱλαστικὸν ad expiandum & propitiandum accommodatum, quod forte haud probari illustrius queat, quam duobus Syllogismis qui Seruatoris hominum Christi perspicuis verbis nituntur. Omne sacrificium quod fit diluendi criminis causa, expiatorium est atque propitiatorium: Eucharistiæ vero sacrificium ad scelera diluenda fuit exhibitum, erit igitur expiatorium. Propositio illa prima nota & dilucida est, alterius autem veritas in his verbis perspicue apparet: *Hoc est corpus meũ quod pro vobis datur, Hic est sanguis meus qui pro vobis funditur*, quæ non modo ad futurum tempus verum etiam ad præsens referuntur.

Actor. 13. 2.

Alter Syllogismus est huiusmodi, Si Eucharistiæ sanctus calix funditur aut effusus fuit pro peccatis nostris, necessum est eam actionem fuisse proprie expiationis & propitiationis sacrificium: atqui salutis nostræ parens Christus dixit, Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo qui pro vobis fundetur: est igitur Eucharistiæ calix vere & proprie sacrificium expiationis & propitiationis. Atque hoc loco studiosissime animaduertendum est, verba ipsa Matthæi: *Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur*, sic à Luca fuisse expressa, *Hic est calix qui pro vobis fundetur*, effusionem ad calicem referente, vt Matthæi autoritate inducti existimemus sanguinem fuisse in calice, & testimonio Lucæ calicem pro nobis fusum, quod sacrificii vim & naturam ostendit, & nobis hanc conclusionem

Digitized by Google

sionem suppeditat. Quod Christus Iesus in Eucharistiæ institutione perfecit, id propitiatorium fuit sacrificium. Atqui iussit nos idipsum agere quod fecit; iussit ergo nos sacrificium propitiatorium conficere.

Sed ab hac disputandi subtilitate ad Sanctorum Patrum eruditionem conuertamur.

S. Dionysius Areopagita qui in Ægypto cum Apollophane docto viro eo ipso tempore fuerat, cum mirabilis & inusitata solis defectio contigit, euangelii deinde splendore à D. Paulo illuminatus, mox Athenis renunciatus Antistes, missus in Galliam à Clemente, creatus Parisiensis Episcopus, ad extremum Christianæ religionis causa morte atque supplicio effectus natus annos centum & decem, cum Eleutherio simul & Rustico, anno Christi centesimo vigesimo, Euaristi Papæ nono, Imperatoris Adriani primo. Magnus hic reconditæ sapientiæ Mystes de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. De Sacramento & sacrificio Eucharistiæ loquens ita scribit, Religiose simul & vt Pontificem decet post sacras diuinorum operum laudes de sacrificio quod ipsius dignitatem superat se purgat, dum primo ad eum clamat: Tu dixisti: Hoc facite in meam commemorationem. Et eodem ipso capite, omnes prope cærimonias, quæ in Missæ adhibentûr sacrificio, cælesti oratione prosequitur, nimirum orationes, thus & odores, Psalmorum cantum, lectiones, manuum ablutiones, symbolum pacis, sanctissimæ hostiæ sublationem & adorationẽ, communionem & sacramenti vsurpationem. Idem etiam diserte perscribitur in Liturgiis illis quatuor, quas Apostoli, aut ipsorum discipuli adornarunt, quę agnosci admittiq; debent, tum propter ipsam contestatam & de manu in manum traditam sæculorum omnium opinionem, tum propter grauissimas rationes Turriani & Genebrardi, quibus hactenus nemo solide satisfecit.

Act. 17. 34.
Baron. an. 34. 52. 95. 120.
Genebra. l. 3.
Dionys. Eccl. Hier. c. 3.

Prima indigitatur Missa Apostolorum aut sancti Petri, cuius meminit Clemens. Secunda est D. Iacobi minoris quam agnoscit Concilium Oecumenicum sextum quod Constantinopolitanum est tertium Can. 32. Tertia D. Matthæo tribuitur, quæ versa duabus linguis Æthiopica & Latina est etiamnum in manibus, illi inditum nomen Carbon hoc est oblatio, quod Hebraico respondet מסה Missah est enim in diuinis scripturis idem quod oblatio. Quarta est Euangelistæ Marci cuius vsus diutissime celebratus fuit Alexandriæ. Liturgia Mediolanensis quam instructam à S. Barnaba primum volunt, instauratam deinde à S. Ambrosio; Illa itidem quæ à Cappadocia, quæque à Syria nomen habet, quarũ autorem magnum Basilium existimant: Constantinopolitana quæ aureo Ioannis Chrysostomi nomine insignitur: Armeniorum Liturgię huiusmodi piis precationibus refertæ sunt. Sanctorum dominator & virtutum Rex, ait Diuus Basilius, offerimus tibi venerandum & incruentum sacrificium pro Ecclesiis sanctis quæ per omnem orbem terrarum sparguntur. Et in Sancti Chrysostomi Liturgia, Tibi offerimus cultum hunc spiritalem & immaculatum, te supplices inuocamus,

Clemens partim. et 2. partim 8 Const. Apost. cap. 16. 17. & seq. Liturg. Rom. 1. S. Petri in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica. Item. Tua ex tuis offerimus venerandæ Maiestati tuæ de donis tuis & charismatib. hostiam puram, hostiã sanctam, hostiam immaculatam; panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ.

Liturgia Ecclesiæ Hierosolymitana à sancto Iacobo conscripta. O Deus respice in nos, & ad nostrum hoc rationale obsequium intuere, id quæ aspice, vt Abeli dona accepisti, Noe sacrificia, Mosis & Aaronis sacerdotia, Samuelis pacifica, Dauidis pœnitentiam, Zachariæ incensum, &c.

 mitte

mitte super nos Spiritum sanctum tuum, & super oblata hæc dona atq; proposita, hunc panem, pretiosum filii tui corpus effice, Amen: & hunc Calicem pretiosum sanguinem Christi IESV, &c. S. Ignatius hæresim Simonianorum notans & Saturninorum in Epistola ad Smyrnenses laudata à Theodoreto Dialogo 3. sic de vero & proprio Eucharistiæ sacrificio disputat, Eucharistiam & oblationem reiiciunt, quod negêt Eucharistiam esse carnem Seruatoris qui passus est pro peccatis nostris. Diaconi etiam Achaiæ obitam constantissime mortem à fortissimo Andrea Apostolo scriptis mandantes, eum Proconsuli ita respondisse ferunt, *Ego omni die sacrifico immaculatum Agnum qui sacrificatus est, & integer & viuus perseuerat cum vere sacrificatus sit & vere carnes eius manducatæ sint à populo.*

Liturgia Ecclesiæ Æthiopũ à sancto Matthæo. Quando sacerdos offert hostiam super altare, Domine Deus noster, qui suscepisti sacrificium Abel in deserto, & Noe in Arca, & Abrahæ in summitate montis: & Heliæ in monte Carmeli, & Dauid in area Iebusæi, & oblationem pauperculæ in templo sancto, sic oblationẽ meam, & omnium famulorum, famularumque tuarũ offerentium in mõte sancto tuo suscipe, & pro meis, & eorum peccatis sit redemptio.

Liturgia Ecclesiæ Alexan. à S. Marco. Purga cor nostrũ ab omni inquinamento, vt corde puro & pura conscientia tibi hoc thymiama offeramus in odorem suauitatis, & in remissionem peccatorum nostrorum, & totius populi, &c. Per quem offerimus rationabilẽ & incruentam λατρείαν, seu oblationem, hanc quam offerunt tibi Domine omnes gentes ab ortu solis, vsq; ad occasum, à septentrione vsque ad meridiem, quia magnum nomen tuum in omnibus gentibus, & in omni loco incẽsum offertur nomini sancto tuo, & sacrificium & oblatio.

Clemens Romanus quem Adiutorem suum eximius Paulus celebrat, quemque authore Epiphanio coryphæus omnium Petrus sibi successorem designauit, hanc attingens materiam lib. 6. Constitutionum, cruenti antiquæ legis sacrificii loco Deum ait in hac Euangelii luce & felicitate rationabile sacrificium & incruentum induxisse: quam eandem sententiam alio etiam loco profert: & in epist. 3. Non vtique missas sine Episcopi iussu quisquam presbyterorum in sua parœcia agat. Et paulo post, Quoniam in aliis locis sacrificare & missas celebrare non licet, nisi in his in quibus Episcopus proprius iusserit aut ab Episcopo regulariter ordinato tenente videlicet ciuitatem cõsecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos nouo & veteri testamento. Hæc Apostoli à Domino acceperunt & nobis tradiderunt.

S. Irenæus lib. 4. cap. 32. *Christus dicens Hoc est corpus meum, noui Testamenti nouam docuit oblationem quam Ecclesia ab Apostolis accipiens vniuerso mundo offert Deo ei qui alimenta nobis præstat.* Idem ca. 34. potito ab Eucharistia testimonio Christum esse Deum confirmat, Quomodo inquit cõstabit eis eum panem in quo gratiæ actæ sint, corpus esse Domini sui & calicem sanguinis eius si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant. Et sequenti lib. c. 2. carnis à morte suscitationem eodem etiam modo probat, Quemadmodum lignum vitis depositum in terra suo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram & dissolutum multiplex surgit per Spiritum Dei qui continet omnia, quæ deinde per sapientiam in vsum hominibus veniunt, & percipientia verbum Dei Eucharistia fiant, quod est corpus & sanguis Christi: sic & nostra corpora ex ea nutrita resurgent in suo tempore, &c. Origen. lib. 8. contra Celsum sub medium, Oblatos panes edimus, corpus iam per precationem factos sanctum quoddam & sancti-

ſanctificans, vtentes eo cum ſano propoſito. Et alio in loco, Videtur ad eum ſolum pertinere offerre iuge ſacrificium qui ſe perpetuæ deuouerit caſtitati.

In Nicæno Concilio, quod Caluinus probare ſe vehemētiſſime profitetur, vt quod nihil quam puram & ſimplicem diuinarum literarum interpretationem contineat, Ad ſanctum & magnum Concilium (inquiunt Sancti Patres) delatum eſt, quaſdam eſſe ciuitates, in quibus Diaconi Presbyteris ſanctæ communionis gratiam largiantur. Neq; regula nec conſuetudo tradidit, vt Diaconi qui offerendi ſacrificii non habent poteſtatem, ſacerdotibus qui offerunt Chriſti corpus porrigant. Quo vno in loco pauciſſimis verbis & Euchariſtiæ ſacrificium, & corporis Chriſti præſentia, & ſacerdotii prę̨rogatiua excellenſque dignitas exprimitur. Et inter Conſtitutiones quæ inter huius Concilii fragmenta reperiuntur, Ne ſupino humilique animo ad panem & calicem attendamus quæ in ſanctiſſima hac menſa proponuntur, ſed alta mente atque erecta agnum Dei in eadem menſa iacentem fide exiſtimemus, Agnum qui tollit peccata mundi, ſine mactatione à ſacerdotibus immolatum: noſque vere pretioſum eius ſanguinem corpuſque ſumere idq; ſacrum eſſe pignus atque ſymbolum reſurrectionis noſtræ. Euſebius illorum temporum æqualis cum res geſtas in Concilio Hieroſolymitano hiſtoriarum monumentis prodit quod ſub magno Conſtantino fuit celebratum, Alii inquit, incruentis ſacrificiis & myſticis conſecrationibus diuinum numen placabant, &c.

Concil. Nicæn. Diatyp. 5. ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης πάλιν κἀνταῦθα, μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ, καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῶς προσέχωμεν· ἀλλ' ὑψώσαντες ἡμῶν τὴν διάνοιαν, πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης, τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον· καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντας ἡμᾶς, πιστεύειν ταῦτα εἶναι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως σύμβολα.

Hieroſolymitanus Cyrillus catecheſi 5. myſtagogica, Deum benigniſſimum oramus vt ſuper illa propoſita ſanctum Spiritum emittat vt panem quidem faciat corpus Chriſti, vinum vero ſanguinem Chriſti. Omnino enim quod attigerit Spiritus ſanctus hoc ſanctificatur & tranſmutatur. Deinde vero poſtquam confectum eſt illud ſpirituale ſacrificium, & ille cultus incruentus ſuper ipſa propitiationis hoſtia obſecramus Deum pro communi Eccleſiarum paci. Et rurſum, Rogamus omnes & hoc ſacrificium tibi offerimus vt meminerimus etiam eorum qui ante nos obdormiuerunt: primum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras. Deinde pro defunctis Sanctis Patribus & Epiſcopis. Deniq; pro omnibus oramus qui inter nos vita functi ſunt, maximum eſſe credentes animarum iuuamen pro quibus offertur precatio, ſancti illius & tremendi quod in altari poſitum eſt ſacrificii. Et paulo poſt, Pro defunctis precationes adhibentes Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum offerimus vt & nobis & illis eum qui eſt benigniſſimus propitium reddamus.

S. Gregorius Nazianzenus orat. 3. quæ prior eſt in Iulianum, *Manus ſuas prophanat, vt nimirum eas ab incruento ſacrificio per quod nos Chriſto ipſiuſque paſſionibus & diuinitati communicamus elueret ac repurgaret.* Item rurſus poſteriore Inuect. *Non iam aras à puro & incruento ſacrificio nomen habentes, ſceleſto*

Imperator Iustinianus ait sacerdotes omne studium omnemque cogitationem circa diuinam Liturgiam & res Ecclesiasticas consumere debere. Et alio in loco, vetat impiam cuiuscunque Monasterii venditionem vel donationem vel permutationem contrahere, vbi altare est collocatum & sacra Missa facta. Et iterum capitali supplicio puniri iubet, qui diuina mysteria conturbauerit vel celebrare prohibuerit.

Iust in Imp. C. de Episcop & Cler. l. 41.
Idem Nou. Const. 5. ad Iulian Patritium.
Idem Const. 115.

Paria omnino testimonia & autoritates inter Latinos reperiuntur. Tertullianus de cultu fœminarum disputans nunquam domo egrediẽdum illis ait nisi graues seriasque ob causas, vt cum imbecillis aliquis visitandus, aut sacrificium offertur, aut Dei verbum administratur. Alio in loco, sacrificam⁹ inquit pro salute Imperatoris sed Deo nostro & ipsius. Et rursum, Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis nedum sacerdotalis officii sortem sibi vendicare.

Tertull. l. de cult. fœm. c. 11.
Idem ad Scapul. c. 2.
Idem de vel. Virg. c. 9.

S. Cyprianus in Epistola ad Cęcilium, Iesus Christus sacrificium Deo obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat id est panem & vinum scilicet suum corpus & sanguinem. Et infra aduersus Aquarios qui aqua vini loco vtebantur in Eucharistia, Vnde apparet sanguinem Christi non offerri si desit vinum calici, nec sacrificium Dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio & sacrificium nostrum responderit passioni. Et in epist. ad Clerum & plebem Furnitanorum, Episcopi antecessores nostri religiose considerantes & salubriter prouidentes, censuerunt ne quis frater excedens ad tutelam vel curam Clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit auocare.

S. Cypria. l. 2. ep. 3. siue ep. 63.
Idem ep. 66.

S. Ambrosius lib. 5. epist. 33. Ego tamen mansi in munere, Missam facere cœpi. Dum offero, raptum agnoui à populo Castulum quendam, quem presbyterum dixerunt Arriani, hunc in platea offenderant transeuntes. Amarissime flere & orare in ipsa oblatione Deum cœpi vt subueniret. Idem Commentariis in Psalm. 38. Vidimus principem sacerdotum ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis sanguinem suum, sequamur vt possumus sacerdotes vt offeramus pro populo sacrificium, etsi infirmi merito, tamen honorabiles sacerdotio, quia etsi nunc Christus non videtur offerre, tamen ipse offertur in terris quando Christi corpus offertur, imo ipse offerre manifestatur in nobis cuius sermo sanctificat sacrificium quod offertur. Et libro quarto de Sacramento Offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum & calicem vitæ æternæ.

Optatus Mileuitanus de furentium Donatistarum insolentia petulãtiaq; expostulans qui aras subruerant & nefarie cõminuerant, Quid vos offen-

„ offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis ha-
„ bitabat? Quid vos offendistis etiam vos ipsi vt illa altaria frangeretis in
„ quibus ante vos per longa temporum spatia, sancte vt arbitrabamini
„ obtulistis?

„ D. Hieronymus Commentar. in epist. ad Titum, Si laicis imperatur
„ vt propter orationem abstineant ab vxorum coitu: quid de Episcopo
„ sentiendum est, qui quotidie pro suis populique peccatis illibatas Deo
„ oblaturus est victimas? Et paulo post, Tantum interest inter propositio-
„ nis panes & corpus Christi, quãtum inter vmbram & corpora, inter ima-
„ ginem & veritatem, inter exemplaria futurorum & ea ipsa quæ per exem
„ plaria præfigurabantur. Et in Epist. 2. aduersus Vigilantium, Male facit
„ ergo Romanus Episcopus, qui super mortuorum hominum Petri &
„ Pauli ossa veneranda, secundum se puluisculum, offert Domino sacrifi-
„ cia, & tumulos eorum arbitratur altaria. Et lib. 3. contra Pelagianos, sic
„ docuit Christus Apostolos suos, vt quotidie in corporis illius sacrificio
„ credentes audeant loqui, Pater noster qui es in cœlis. Et epistol. 150. Do-
„ minus dedit nobis panem verũ, ipse conuiua & conuiuium, ipse come-
„ dens & qui comeditur, illius bibimus sanguinem & sine ipso potare non
„ possumus, & quotidie in sacrificiis eius de genimine vitis veræ rubentia
„ musta calcamus.

„ S. Augustinus lib. de origine animæ de iis agens qui sine baptismo vi-
„ tam cum morte commutarunt, Salua fide Catholica & Ecclesiastica re-
„ gula, nulla ratione conceditur, vt pro non baptizatis cuiuslibet ætatis
„ hominibus offeratur sacrificium corporis & sanguinis Christi. Et lib. 9.
„ Confession. Cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri, iam iuxta
„ sepulchrum positum cadauer, &c. Et cap. 13. pro Monica parente sua o-
„ rans multis animis ab eius ab hac vita migratione, Illa imminente die
„ resolutionis suæ non cogitauit suum corpus sumptuose contegi, aut cõ-
„ diri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit se-
„ pulchrum patrium, non ista mandauit nobis, sed tantummodo memo-
„ riam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione
„ seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam qua deletum est chi-
„ rographum quod erat contrarium nobis.

„ Idem tractatu de hæresibus, Æriani ab Ærio quodam sunt nominati
„ qui cum esset presbyter doluisse fertur quod Episcopus non potuit or-
„ dinari, & in Arianorum hæresim lapsus propria quoque dogmata addi-
„ disse nonnulla, dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non
„ oportere. Et lib. 20. contra Faustum cap. 21. Nulli martyrum sed ipsi Deo
„ martyrum sacrificamus, quamuis in memorias Martyrum constituamus
„ altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens al-
„ tari aliquando dixit, Offerimus tibi Petre aut Paule aut Cypriane? sed
„ quod offertur, offertur Deo qui martyres coronauit. Et infra, Sacrificare
„ martyribus dixi, non dixi sacrificare Deo in memoriis martyrum: quod
„ frequentissime facimus, illo dũtaxat ritu quo sibi sacrificari noui Testa-
menti

Digitized by Google

menti manifestatione præcepit. Præterea idem sanctissimus Doctor lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 20. Per hoc & Sacerdos est & offerens ipse & oblatio, cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificiũ, quæ cum ipsius capitis corpus sit seipsam per ipsam discit offerri. Et lib. 17. cap. 20. Huius veri sacrificii multiplicia variaq; signa erant sacrificia prisca Sanctorum, cum hoc vnum per multa figuraretur, tanquam multis verbis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veroq; sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt. Item lib. 22. cap. 8. vbi de loco spectris atq; laruis infesto meminit, Perrexit vnus presbyter, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantũ potuit vt cessaret illa vexatio, Deo protinus miserante cessauit. Idem etiam de verbis Apostoli consuetudinem hanc ait esse vniuersæ Ecclesiæ vt pro mortuis offerat sacrificium: eius verba sequenti capite proferentur. S. Leo epist. ad Dioscorũ morem attingens Alexandriæ, vbi tantum quoq; die sacrificium vnum fieri consueuerat, Necesse est, inquit, vt quædam populi pars sua deuotione priuetur, si vnius tantum Missam more seruato, sacrificium offerre non possint nisi qui prima diei parte conuenerint. Atq; hic modus aliquis statuatur grauium Doctorũ autoritatibus profitendis, ne disputatio Lectorum fastidio adhærescat. Fieri verò non potest, vt hæc tanta nubes testimoniorum, illius animo velut solo subiecto incumbat, quin aliquando tam perspicuæ veritatis cognitione molliatur, nisi incredibiliter obduruerit.

Fateamur igitur imprimis nullam vnquam extitisse religionem, quæ non certas habuerit leges, à diuina mente homini propositas, & vicissim hominis obseruantiam aduersus Deum rerum omnium opificem & parentẽ: nullam itidem in qua non homini numen contulerit beneficia quædam magna & inusitata, quæ signis externis, hoc est Sacramentis expressa & significata esse voluerit, & in qua non ab homine sit tuenti & gubernanti omnia Deo latriæ cultus exhibitus, quem nominamus Sacrificium. Fateamur secundo sacrificia legis tum Naturæ tum Mosis, in huius mysterii luce abolita & penitus inobscurata fuisse, cuius tantum adumbrationem continebant. 3. Christum emori iam animamq; agere non posse, cum semel tantum fuso è venis cruore atque vndique stillante sese obtulerit. 4. Loco Legis sanguine large affluentis, & solito ritu purpurascentis, tum in circuncisione, tum cruore victimarũ, quem testificandæ pietati solenni more fundebant, Ecclesiam Christianam esse modo vndique puram & innocentem, cœlesti quadam humanitate imbutam, quæ sanguinem neq; in Baptismo respergat, qui veteri Circuncisioni, neq; in sanctissimis aris quæ mactatis Hebræorum victimis successerunt. 5. Nullas fuisse vmbras antiquitatis atque signa rerum futurarum, quæ Messiam potius ad Sacramenta, quàm ad sacrificium instituendum compulerint. 6. In statu & conditione Noui Testamenti, illustrius à diuina Scriptura ordinem atque apparatum Sacrificii, quàm Sacramenti describi. 7. In natura huius mysterii non lucere magis

Qqqq condi-

Digitized by Google

conditionem Sacramenti quàm Sacrificii: eius circumstantias & adiuncta, æque Seruatoris voluntatem in vtroque instituendo demonstrare: tam apta atque opportuna eius esse verba, ad victimam significandam quæ immoletur, quàm ad cibum exprimendum: & proinde non minus rationem Sacrificii in eo quàm Sacramenti iudicari. 8. In religionis statu, qui perpetuum fœdus est atque commercium hominis cum Deo, hinc exuberante diuinitus gratia, hinc delatis hominum studiis atque officiis, non requiri magis vt à principe rerum Deo Sacramenta tribuantur ad spargendā disseminandaque beneficia, quam vt meritus ab hominibus cultus pio sacrificio beatissimæ illi menti reddatur. 9. Cùm vsus atque institutio Sacrificii ad naturæ legem, non modo ad Mosis constitutiones sanctionesque pertineat, rem tantam minime sublatam à liberatore generis humani fuisse, sed nouæ sanctitatis accessione cumulatam. 10. Sacerdotium minime abolitum & extinctum esse, sed in formam longe præstantiorem immutatum, vt scribens ad Hebræos Ecclesiæ magnus Doctor significauit. 11. Quemadmodum ratio & natura Sacramentorum ita commutata fuit, vt in vtraque lege Sacramenti nomen retineretur; ita formam & conditionem Sacrificii sic instauratam interpolatamque fuisse, vt Sacrificium vim semper suam diuini cultus supremique honoris conseruet. 12. Vt cultro olim fiebat circuncisio, & nunc Baptismus Dei verbo cum elemento côiuncto, tamen vtroque Sacramenti vim obtinente: ita legis durissimæ sacrificiū gladio fuisse perfectum, Ecclesiæ verò sacrificium Verbo Dei perfici, vtroque verissimi sacrificii vim nomenque obtinente. 13. Fateamur Verbi diuini efficientiam posse facere, vt Agnus Dei sit præsens offeraturque ad aram, non autem vt in eadem mactetur vel vt è venis cruore ducatur, cum diuinitas immortalitatis id dono impediat, eumque proinde nostrum esse Isaacum in altari quidem collocatum, non autem immolatum, rubum item ardentem non tamen flammis haustum & consumptum. 14. Non secus ac de hostiis veteribus quæ annuo solenni pro peccatis offerebantur, altera minime iugulabatur, sed incolumis perfecto sacro dimittebatur, agebaturque in desertum, ab vsu prophano seuocata: sic in hoc mysterio immolationem esse quandam absque cæde, manducationem sine consumptione, sacrificium verum & perfectum sine vllo fuso cruore. 15. Quemadmodum vnum beatissimum in cœlo numen, & obiectum est Cœlitibus ad comprehendendam felicitatem propositam, & species qua illi ipsi diuinitatem contemplantur: consimili modo Christum Iesum & in terris obiectum esse quod demississime Christiani venerantur, & hostiam qua eandem possint religiosissime colere. Quare vna omnes cum S. Gregorio Nysseno concludamus, *Arcano sacrificii modo sua dispositione & administratione præoccupat impetum violentum (Iudæorum) ac sese oblationem ac victimam offert pro nobis Sacerdos simul & Agnus Dei. Quando hôc accidit? Quum suum corpus ad comedendum & sanguinem suum familiaribus ad bibendum præbuit.* Adiungamus & D. Cyrilli oraculum

Greg. Nyss. orat. de resurr. Christi.

Digitized by Google

oraculum quod Ecclesiæ vniuersæ nomine pronunciauit in Ephesino œcumenico Concilio, In Ecclesiis sanctum, viuificum, & incruentum sacrificium perficimus, minimè credentes id corpus quod intuentibus obiicitur esse vnius alicuius hominis corpus similis nobis, neq; pretiosum item sanguinem, sed accipimus vt proprium corpus & sanguinem diuini Verbi, quod omnibus vitam largitur.

Concil. Ephes impress. Heidelberg tom. 5.
τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἰδιὸν τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα πιστεύοντες εἶναι τὸ προκείμενον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τίμιον αἷμα, δεχόμενοι δὲ μᾶλλον ὡς ἴδιον σῶμα γενόμενον καὶ μήν τοι καὶ αἷμα πάντα ζωοποιοῦντος λόγου.

SACRIFICIVM MELCHISEDECIS aræ Christianæ augustique Sacrificii adumbrationem fuisse.

CAPVT LI.

PHILO Iudæus libr. de vita Abrahami scribit, Melchisedecem Solymæ Regem cum magnum illum bellatorem Abrahamum vidisset, fuso Chodorlahomore spoliis auctum victoremq; redeuntem, in cœlum manus sustulisse, votis & gratulatione triumphantem prosecutum, numini preces pro eius felicitate votaque obtulisse, & perfecto in gratiarum actionem sacrificio, eundem epulo cum suis omnibus excepisse. Doctissimus Hieronymus addit id ab eo factum eodem pane atque vino quæ numini obtulisset, quod etiam dilucide animaduerti & cognosci potest ex ipsius Mosis Commentario, ita enim in Genesi, At verò "Melchisedec Rex Salem proferens panem & vinum, erat Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cœlum & terram, & benedictus Deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus." Ex quibus satis apparet, examinata diligentius totius loci sententia, non de prophano communique pane agi: quod cum Ioannes Caluinus & Kemnitius animaduertissent Græca peruerterunt, Hebræa corruperunt, non tam verborum commutatione, quàm inaudita interpretatione, partim quidem particulam δὲ qua Septuaginta vsi sunt copulatiua coniunctione reddentes, partim non animaduertentes vim illius accentus quem Hebræi Sophpasach appellant, qui periodum circunscribens atq; terminans versu 18. non permittit vt sacrificium Melchisedecis ad ea tantum verba referantur, quæ proxime versu 19. ponuntur Benedictus Abram Deo, sed remittit potius ad præcedentia, vbi panis & vini oblatio exprimitur. Sed quo spectant impia illa diuerticula perfidiæque plenissima? cum tam sæpe Christus in diuinis oraculis non modo Sacerdos in perpetuum appellatus fuerit, verum etiam secundum ordinem Melchisedecis? *Iurauit Dominus, ait regius Vates, & non pœnitebit, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedecis*, quod bonus religionis magister Pau-

Philo de vita Abrahami.
τὰ ἐπινίκια ἔθυε

Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον. ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου. καὶ εὐλόγησε τὸν Ἄβραμ καὶ εἶπεν, &c.

Digitized by Google

Psalm 109 4. Heb.5.6. & 6.20.1. & 7. 17.

lus repetit ad Hebræos cap.5.6.& 7.cuius initium hoc est, *Hic enim Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem quod est rex pacis sine patre sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens, aßimilatus autem Filio Dei manet Sacerdos in perpetuum.*

Doctores Hebræorum siue Rabbini qui Christo multis ætatibus superiores fuerunt, rem ita intelligentia complexi sunt, & dilucida oratione declarauerunt: Nam in libro Berescit-Rabba, hæc R.Samuelis verba reperiuntur in cap.14. Genes. Sacerdotis functionem adhibuit, sacrificabat enim panem & vinum Deo Sancto & Benedicto. R. quoque Phinees in 28.Numeror. Omnia, inquit, Sacrificia tempore Messiæ esse desinent, sacrificium autem panis & vini nunquam desinet, vt 14. Genescos dicitur, Melchisedec Rex Salem obtulit panem & vinum. Nam Melchisedec hoc est Rex Messias in victimis ab hominum vsu exterminandis sacrificium panis & vini excipiet, vt Psalmo centesimo decimo perscribitur, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Et quidem vulgo Rabbini omnes de magno & arcano hoc Melchisedecis facinore disputantes id vocant Minchah & Resche hoc est oblationem & sacrificium incruentum. Galatinus ipsas eorum sententias exscribit libr.10. de arcanis fidei cap.5.6.& 7. quod Lyranus etiam in cap.14. Genescos animaduertit. Ad extremum Græca ipsius loci Septuaginta Interpretum versio diligentius expendatur, constabit totius sententiæ vis quam eo sensu Patres omnes exposuerunt.

Clemens Alexand.lib.Stromat. cap.8. *Salem enim pax exponitur, cuius Seruator noster Rex describitur, quem dicit Moses Melchisedec Rex Salem Sacerdos Dei altißimi, qui panem & vinum sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucharistiæ.* Eusebius Cæsariensis lib.5.cap.3. Et sanè oraculi exitus admi-
,, rabilis ei qui contemplatur quemadmodum Saluator noster Iesus qui
,, est Christus Dei ipsius Melchisedec ritu ea quæ ad Sacerdotium in ho-
,, minibus gerendum spectant per suos ministros perficiat. Et paulo post addit Spiritum Sanctum arcanum hoc Melchisedeci patefecisse tot annis priusquam tantum mysterium institueretur, locumq; laudat diuinæ Scripturæ cum appositione particulæ γὰρ quæ causam significat, ἦν γὰρ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου, erat enim Sacerdos Dei altissimi & benedixit Abrahæ. D. item Basilius in Psalm.109. *Quid est secundum ordinem Melchisedec nisi propter mysteria?* Epiphanius hæresi 55. Quando Abraham fuit annorum 88. aut 90.plus minus, tunc Melchisedec ipsi obuiam venit, & proposuit ipsi panes & vinum, mysteriorum ænigmata præfigurans & exemplaria, cum Dominus noster dicat, Ego sum panis viuus: & exemplar sanguinis ipsius, qui ex latere ipsius compuncto fluxit, ad purgationem inquinatorum, & aspersionem ac salutem animarum nostrarum.

S.Ioannes Chrysostomus hom.35.in Genesim, vult in eo vehementissimè nos admirari, diuinarum literarum, tum veterum, tum recentiorum, a-

rum, aptam inter se & connexam, & mirificam illam texturam nusquã dissilientem & aduersam. Et in Psalmum citatum 109. Cur ait secundum ordinem Melchisedech? propter nimirum Sacramenta, quod ipse quoque panem & vinum offerret. Theodoretus homil. 63. in Genesim idem astruit, & Isidorus Pelusiota, qui iisdem temporibus florebat, vtitur etiam voce ἱερατεύων, Melchisedech, inquit, pane & vino ἱερατεύων sacrificans, per quæ diuinorum mysteriorum typum adumbrabat. Et aliàs, ante Aaronem, inquit, diuinius, & incruentum erat Sacerdotium Melchisedec.

S. Cyprianus epist. 63. quæ tertia est lib. 2. pro incredibili eruditione & sapientia meretur, vt eum super hac quæstione eximie disputantem audiamus, *Nam quis magis Sacerdos Dei summi fuit quàm Dominus noster Iesus Christus qui sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, hoc est panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem?* Magnus vir Ambrosius præstabilissimusque Doctor legi nequit lib. 4. de Sacram. quin Missæ partem sanctissimam illam, quam nominant Canonem luculenter expressam in eo animaduertamus, & totidem ferè verbis quibus etiamnum componitur, ita verò ille, *Offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, &c. sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel & sacrificium patris nostri Abrahæ, & quod obtulit tibi summus Sacerdos tuus Melchisedech.* Idem lib. 5. cap. 1. Cognoui Sacramentorum istorum figuram præcessisse Abrahę temporibus, quando obtulit sacrificium sanctus Melchisedech, neque initium habens neque finem dierum. Idem in cap. 5. ad Hebræos intercidisse iam Aaronis sacrificium ait, id autem quod Melchisedec vsurpauit vigere adhuc & toto orbe terrarum celebrari in Sacramentorum erogatione. S. Hieronymus epist. 17. ad Marcellam cap. 2. Recurre ad Genesim & Melchisedec Regem Salem, Hierosolymorum principem, inuenies qui iam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit & mysterium Christianum in Saluatoris corpore & sanguine dedicauit. Repetit eadem in epist. ad Euagrium, vbi ostendit Iudæos à Gentilibus, non hos ab illis sacerdotium accepisse, cum Melchisedech Cananeus esset & Circuncisionis tempore sacras illas functiones vsurparet. Idem quæst. in Genesim addit, Melchisedecem præputium habentem circuncise Abrahæ benedictionem impertiisse, & in persona Abrahami, Leui, & Aaroni: & paulo post ait regium purpurei Regis oraculum cum Melchisedecis meminit nostrum adumbrare mysterium, & loco panis & vini, Redemptoris corpus & sanguinem nos habere. Quod etiam vberius confirmat in Psalm. 109. cum æternum Patrem ita Filium compellantem facit, Quomodo Melchisedech Rex Salem obtulit panem & vinũ, sic & tu offeres corpus & sanguinem tuum verum panem & verum vinum. Ipse Melchisedech ista mysteria quæ habemus dedit nobis: Ipse est qui dixit, Qui manducauerit meam carnem & biberit sanguinem meum, secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis Sacramentum suum.

S. Augustinus sermon. 2. in Psalm. 33. ait Christum mutasse vultum suum, vt regius Vates præsignificauerat, quia, inquit, erat ibi sacrificium secundum ordinem Aaron, & postea ipse de corpore & sanguine suo instituit sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Et alio in loco nunquam posthac mutaturum, *Iurauit enim Dominus & non pœnitebit, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Idem lib. 6. de Ciuit. cap. 21. Cum Melchisedech Abrahæ benediceret, ibi primum apparuit sacrificium, quod nunc à Christianis offertur toto orbe terrarũ impleturq; illud quod longe post hoc factum per Prophetam dicitur ad Christum qui fuerat adhuc venturus in carne, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et lib. 18. cap. 35. idem cõmutatis verbis dixerat, nimirum idem sacrificium in omnibus oris atq; regionibus Numini offerri à Sacerdotibus secundum ordinem Melchisedech ab oriente Sole vsque ad Occidentem. Et in Psal. 106. diserte contendit neque Sacerdotem neque sacrificium esse apud Iudæos, nullum enim reperiri posse apud illos secundum ordinem Melchisedech, sed in Ecclesia id vbique celebrari. Idem repetit in epist. ad Innocentium Papam, & lib. 4. de doctrina Christian. Arnobius, Leo primus, Eucherius, Primasius, Isidorus, aliiq; plures sententiis suis id comprobant.

Epist. 95. ad Innoc. Papã. *Melchisedech prolato Sacramento mensæ Dominicæ nouit æternum eius sacerdotium figurare.*

De Doct. Christ. l. 4. c. 21. *In Sacerdote Melchisedech Dominici Sacramenti præfiguratum videmus mysterium, &c.*

Arnob. in Psal. 109.

Leo l. serm in anniuersario assumptionis suæ.

Eucherius hom. 5. de Pasch.

Primasius ad ca 5. epist. ad Hebraos.

Isidorus de officiis Ecclesiasticis l. 1. c. 18 & de vita & obitu Sanctorum c. 5.

Nunc aliquot rationes sunt in medium proferendæ. 1. Si actio Melchisedecis nihil aliud sit, quàm conuiuium populare & profanum, oblatum iis hominibus, qui prælii contentione exhausti, fessiq; longo itinere forent, quomodo Seruator noster Christus Sacerdos fuisset secundum ordinem Melchisedech? cur tantopere elaborauit apex ille Sapientiæ magnus Paulus in Epist. ad Hebræos, vt probaret, non modo adumbratum fuisse à Melchisedece Christum, verum & Sacerdotem secundum illius ordinem fuisse, tametsi è tribu Iuda oriundus, Leuitas tantum affinitate contingeret? 2. Quid alioqui sibi vellent ea verba, Offerre, benedicere, decimæ, sacerdotium, & Hebræa particula ו quam Septuaginta δὲ reddiderunt? 3. Quo subito magnus ille commeatus recidisset, quem Abrahamus de victis hostibus reportauerat, nonne cohorti vsui esse potuit, militesq; recreare, vt ipsemet victor Sodomæo regi testatur, qui manubias illi omnes relinquebat, homines tantum postulabat, dixit enim Abrahamus se nihil penitus asportaturum, quàm quod inuicti bellatores edissent. Deinde si annona eos defecisset, quam maligna & restricta illa fuisset Regis Salem & Iebusæorum clari Dynastæ liberalitas, virum magnanimum summis ornamẽtis honoris & gloriæ præditum pane & vino exaturare velle? 4. Sciunt Hebræi vocabulum הוציא Hotsi esse coniugationis sacræ; vocem autem προσφέρειν in diuinis Commentariis vulgo ad sacrificia referri: ex quo firmum & potentissimum hoc argumentum elici potest, Expressa omnis effigies atque prototypum plus quiddam complecti & continere debet, quàm leuissima eius species atque adumbratio: atqui Sacerdotium Melchisecis pa-

cis panis & vini tenuis tantum imago fiat & adumbratio, Sacrificium autem Eucharistiæ res vere expressa atq; prototypum: aliud igitur quidpiam est quàm panis & vinum in Eucharistia.

SACRIFICIVM MISSÆ PRAEsignificatum fuisse à Malachia.

CAPVT LII.

MAGNVS ille vir diuinitus afflatus sic ait, ***Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meũ in Gentibus, dicit Dominus exercituum.*** Horum verborum hæc breuis est complexio, mentionem hic fieri oblationis nouæ, puræ, & incontaminatæ, quæ vbique offeratur, quæq; nimium quantum Numini sanctissimo placeat, ad farinaceæ placentæ formam atque effigiem quæ inter Gentiles, Iudaicarum omnium oblationum varietati succedat. ***Noua*** dicitur, ad auream Euangelii tempestatem, & Filii Dei nouum Testamentum reseruata: ***Munda & pura***, & proinde longe diuersa ab operibus nostris, laude, precationibus, quæ Geneua omnium sordium contaminatione polluta censet. ***Oblata in omni loco***, sic tamen vt vna tantum, non multiplex, sit victima. ***Deo grata***, seipsa id quidem, neque enim illorum vitio & improbitate qui offerunt, ingrata esse potest, vt Iudaicæ olim oblationes. ***Instar farinaceæ placentæ***, quod etiam Geneuæ Doctores atq; Mystæ hoc eodem in loco animaduertunt, vt cum in diuina pagina legimus Christum cum admirandum hoc mysterium institueret cepisse in manus azymum panem, sane candidissimam & eximiè puram placentam, perspicue intelligamus Sacerdotes cum idem mysterium celebrãt, id eius imperio & autoritate præstare, atque adeo manibus tenere diuinissimam illam & munda è farina placentam. ***Inter Gentiles***, vt cum audimus à Iudæis respui & repudiari hanc oblationem, in memoriam reuocemus, eam communi omnium Gentium consensione atque fide excipi, sic vt nos ipsi qui singulari Dei beneficio è mediis Gentium erroribus atque cœca nocte eruti sumus, nihil credamus aut sentiamus vel de Prophetæ intelligentia, vel de perfecto iam vaticinio vel deniq; de oblatione Eucharistiæ, nisi quod sancti eruditique Patres Ecclesiæ Græcæ Latinæq; iam inde à temporibus Apostolorum tenuerunt.

Malach. 1. 10. 11.
Lxx. Interpr. Καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά.

Liturgia quæ D. Marco tribuitur capite id superiori nos docuit. Et S. Clemens lib. 7. Constitut. Apostol. cap. 31. Iustinus item artium omniũ perillustri choragio excultus cum Tryphone disputans monet Oblationes quæ pro leprosis offerebantur Eucharistiam adumbrauisse, eoque

Malachiæ

Digitized by Google

Malachiæ prædictionem referri. Et Antistes clarissimus Lugdunensis Irenæus lib.4. aduersus hæreses cap.32. Eum qui ex creatura panis est, ac-
» cepit, & gratias egit, dicens, Hoc est corpus meum, & calicem similiter
» qui est ex ea creatura quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus
» est & noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab A-
» postolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo ei qui alimenta nobis
» præstat primitias suorum munerũ in nouo Testamento, de quo in duo-
» decim Prophetis Malachias sic præsignificauit, *Non est mihi voluntas in vo-*
» *bis*, &c.

S. Ioannes Chrysostomus in Psal. 95. cum hæc ipsa verba laudasset,
» Vide, inquit, quam luculenter quamq; dilucide mysticam interpreta-
» tus est mensam quæ est incruenta hostia, Thymiama verò purum appel-
» lat sacras preces, &c. S. Augustinus libr.18. de Ciuit. cap.35. ad hunc chorum sapientum se adiungit, Malachias, inquit, prophetisans Eccle-
» siam quam per Christum iam cernimus propagatam, Iudæis ex persona
» Dei apertissimè dicit, Non est mihi voluntas in vobis, &c. Hoc sacrificium per Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech cum in omni loco ab ortu Solis vsque in occasum iam videamus offerri, &c. Et libr.1. contr. aduers. leg. & Prophet. hanc ipsam prædicationem cum Sacerdotio Melchisedecis componit, docetq; Aaronis fuisse commutatum Sacerdotium, vt eodem vaticinio continebatur, hoc autem in sempiternum tempus manere. Idem orat. aduers. Iudæos cap.9. prolatis Ma-
» lachiæ verbis, Aperite, inquit, oculos tandem aliquando & videte ab o-
» riente Sole vsque in occidentem, non in vno sicut vobis fuerat consti-
» tutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuili-
» bet Deo, sed ei qui ista prædixit Deo Israel.

Aduersus harum autoritatum veluti aciem, opponere quidam voluerunt Tertullianum lib.3. contr. Marcion. cap.22. cum minus animaduerterent Africanum illum Doctorem strictim & obscurè, quod solenne illi est, partes Missæ tetigisse, in qua ante & post consecrationẽ quam cum sacris Euangelii Scriptoribus appellat benedictionem, Deus laude & gloria celebratur, precibus inuocatur, decantantur Hymni, quæ omnia paucis verbis complexus benedictionem, laudem & hymnos appellat.

Theodoretus item in eum ipsum locum, clare & dilucide pronunciat, veterum historiarum loco, nunc cum thure *sacrum, purum & gratissimum* confici, prout Malachias prouidisset, quæ verba præclarè omnino in sanctissimum Agnum & immaculatum quadrant.

Est igitur manifestum, subtilissimum Vatem Malachiam, quem Angelum à Græcis indigitatum scribit Theodoretus, distinctè & perspicuè de futuro inter Gentes sacrificio esse locutum, quod ex Chemnitii Caluinique doctrina haud intelligi potest de sola oratione atq; laude, cum vtatur voce מִנְחָה Minchah quæ in eo sensu capi nequit. Libum enim seu placentam significat ex oleo & farina confectam, sine fermento, vt

secundo

Digitized by Google

ſecundo Leuitici capite perſcribitur. Adde quod ex Caluino nulla apud nos reperiatur precatio, quæ abſolute atque ſimpliciter munda & pura dici poſſit. Denique ex vſu & conſuetudine diuinarum literarum, nunquam impropriè Sacrificii nomen ponitur, quin adiuncto quopiam atque appoſito, id quale ſit declaretur, quo modo ſacrificium laudis, iuſtitiæ, orationis, & cõſimilia in ſanctiſſimis oraculis memorari videmus.

Pſal. 49.22. Sacrificiũ laudis honorificabit me.
Pſal. 106. Sacrificant ſacrificium laudis.

QVOD SACRO IN CALICE AB OMNI HOMINVM MEMORIA SEMPER AQVA VINO MIXTA FVERIT.

CAPVT LII.

IDEM mendacii parens & architectus qui eam mentem Hydroparaſtis Aquariiſque iniecerat, vt nihil in auguſtis myſteriis præter aquam offerendum eſſe putarent, quique ſimile fraude Encratitas atque Tatianos ad aqueum Sacramentum conficiendum impulerat, circa annum Domini ſexcenteſimum Armenios contrarium plane docuit, vt nimirum ſolum temetũ atque merum ad ſacrificandum adhiberent. Illam impiæ mentis delirationem huius tempeſtatis Nouatores, qui ex veterum hæreſum colluuione atque probro conglutinati ſunt, ſtudioſe exceperunt.

Auguſt. hæreſ. 64.
Epiphan. hæreſ. 46. 47.
A Caſtro v. Eucharistia. hæreſ. 7.
Sander. hæreſ. 118.
Caluin. in tomo epiſt. reſp. ad q. de abſtemiis, reſpõdit in ſola aqua Cœnam poſſe fieri deficiente vino.
Idem Theod. Beza epiſt. 2. & 15. Contra, idem Oclinus epiſtola 352. cu[ius] initium, Quod ad ceremonias, ſuperſtitionem ait eſſe, ſi quis aquam vino Cœnæ miſcuerit.

Catholica verò Eccleſia ab omni ſæculorum memoria temperationem hanc myſticam adhibuit, docetq; eatenus fieri oportere vt & præceptum ea de re legitimum exhauriatur, & vitetur ſacrilegium, tametſi neque ad Sacramenti eſſentiam, neque ad ſacrificii conſtitutionem abſolute neceſſaria iudicetur. Rationes proferuntur à Concilio Tridentino ſeſſ. 22. vbi grauiſſimus Patrum cœtus monet Presbyteros vt aquam vino in calice offerendo miſceant, tum quod veriſſimile ſit mundi Seruatorem id feciſſe, tum vt is liquor in hoc myſterio repræſentetur, qui ab eius latere profluxit: & denique in Apocalypſi B. Ioannis cum aquæ

Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 7.

Rrrr populi

Digitized by Google

populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vnio adumbretur. Addit subtilissimus Theologorum princeps D. Thomas morem fuisse patriæ, vt aqua vino misceretur, quod ex effato illo Prouerbiorũ colligi potest, Bibite vinum quod miscui vobis: atque adeo hac commixtione exprimi singularem atque vltimum huius Sacramenti effectũ, quo nostræ mentes cum beatissimo Numine copulatæ sempiterna gloria perfruerentur.

S Thom. 3 p. q 74. a. 6.

Atque huius tam antiquæ, tam longe lateq; patentis, & ad omnes oras terrarum diffusæ, & ab Ecclesiæ coryphæis Apostolis tanquam ab vberi fonte religionis manantis consuetudinis, probationes longe clarissimæ sunt in Liturgiis, quæ tribuuntur D. Petro, S. Iacobo, Marco, Clementi, Basilio, Chrysostomo, & in ea quam Æthiopum esse aiunt, quarum sanè autoritas sine temeritate respui abiudicarique non potest. Vniuscuiusque verba atq; sententias quò in promptu esse queant ad marginem exscribemus.

Liturgia D Petri. *Quando commiscet sanguinē, & aquam, dicit: Vnus militũ lancea latus eius pupugit, & exiuit sanguis & aqua mundi salutis scaturigo.*

Liturgia D. Iacobi. *Deinde accipit calicem & dicit: Similiter postquam cœnauit, accipiens calicem, & permiscens ex vino & aqua, & aspiciens in cœlum ac ostendens tibi Deo & Patri, gratias agens, sanctificans, benedicens, implens Spiritu Sancto, dedit discipulis suis dicens, &c.*

Liturgia D. Marci. *Similiter & calicem postquam cœnauit accipiens, factaq; vini & aquæ commixtione, in cœlum gratias egit.*

Liturgia D. Clementis Constit. Apostol l. 8 c 12. *Similiter & calicem postquam miscuit ex vino & aqua, sanctificauit, dedit discipulis dicens, Hic est sanguis meus.*

Liturgia D Basilii. Iterum secretè *Similiter & calicem de genimine vitis accipiens, miscens gratias agens, benedicens, sanctificans, dedit discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus.*

Anaphora D Basilii *Similiter autem & calicem vini postquam cœnauerunt accepit, miscuitq; aquis, gratias egit, benedixit, sanctificauit, & gustauit, & dimisit discipulis suis, & Apostolis sanctis dicens, &c.*

Liturgia D. Ioan. Chrys. *Interprete Erasmo, ad infusionem vini dicit Sacerdos, Et vnus militum lancea latus aperuit, & exiuit sanguis, (& addens aquam dicit) & aqua.*

Liturgia Æthiopum. *Oratio, quando ponitur vinum & aqua in calice à Diacono, Christe Deus noster, &c.*

Iustinus Martyr orat. ad Antoninum Pium ait finitis precibus libatisque beneuolentiæ osculis, quibus se mutuo consalutabant, ei qui cœtui præest offerri panem consueuisse & vinum aqua mixtum. S. Irenæus lib. 5. cap. 2. his verbis vtetur, *Quando ergo mixtus calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia corporis & sanguinis Christi.* Theodoretus consimili dicendi genus adhibet Dialogo 1. cum ait Christum in mysteriorum traditione corpus panem appellauisse, & sanguinem id quod in calice infusum & commixtum est. S. Cyprianus id etiam copiosius probat
„ atque luculentius epist. 63. cum sic inquit, Admonitos autem nos scias
„ vt in Calice offerendo Dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat à no-
„ bis quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit, vt Calix qui in com-
„ memorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Et paulo post my-
„ sterium illius mixtionis significatum exaggerat sine qua negat esse Do-
„ mini calicem existimandum, quemadmodum ipsius corpus nequit esse
in hoc mysterio si duntaxat aqua modo sit aut farina sola. S. Ambrosius lib. 4. de Sacrament. ca. 4. *Ergo didicisti quod ex pane corpus Christi fiat & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis.* Et sequenti

Digitized by Google

ſequenti cap. *Ante verba Chriſti Calix eſt vini & aquæ plenus, vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur qui plebem redemit.* Idem lib. 5. cap. 1. *In calicem mittitur vinum, & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, quomodo ergo Melchiſedech panem & vinum obtulit? quid ſibi vult admixtio aquæ? Rationem accipe* &c. Docet poſtea rupem illam quæ in ſolis locis aquam reddidit, eſſe Chriſtum Ieſum, autore magno Paulo, virgam autem verbum Dei, aquam ex rupe manantem, populum Dei exprimere, qui in hoc mirabili myſterio cum principe atq; origine ſua coniungitur. S. Hieronymus in quæſt. Hebraicis in Paralipom. Notãdum, inquit, quod vinum quod Deo in ſacrificio offerebatur, *aqua mixtum* erat. Et in cap. 14. Matthæi expreſſe ait Salutis noſtræ vindicem geminum adhibuiſſe liquorem in calice ad ſanguinem cõficiendum, vt doceret altero culpam altero pœnam expiari. Concilium Carthaginenſe 3. c. 24. In Sacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, *& vinum aqua mixtum.* S. Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſt. cap. 21. D. Cypriani dictum in medium proferens, ait illum ſubmiſſo dicendi genere de Calicis temperatione diſputauiſſe. Et Tract. 120. in Ioannem exponens illa verba *Latus eius aperuit vnde exiuit ſanguis & aqua*, animaduertit nõ ſine ratione Euangelii Scriptorem aperiendi verbo vſum fuiſſe, vt ſignificaret, iam nobis aditum patefactum eſſe ad vitam illa ipſa ianua qua diuina Sacramenta fluxerunt, ſanguinis autem & aquæ meminiſſe, quod ille ſanguis in remiſſionem peccatorum ſit fuſus, aqua verò temperans ſalutare poculum, & lauacrum præſtet & potum. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis qui anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo florebat, homil. 4. in Paſch. ſcribit non ſolum Domini traditione pium hunc vſum ad nos deriuatum, ſed paſſionis quoque genus hoc oſtendere, quod ex ſacro ipſius latere ſanguis & aqua lanceæ illiſione profluxerit.

Aurelianenſe Concilium 4. anno 547. celebratum diſputationem hanc claudet, cuius id Decretum eſt cap. 4. *Nullus in oblatione ſacri Calicis niſi quod ex fructu vineæ ſeparatur aqua mixtum offerre præſumat, quia ſacrilegium iudicatur aliud offerri, quàm quod in mandatis ſacratiſſimis Saluator inſtituit.*

Caluinus & Beza hoc opinor minimè aſpernabuntur, quandoquidem ipſi aperte docuerunt, in ſola aqua Cœnam poſſe fieri deficiente vino: cum præterea nihil referre profiteantur, vtrum panis fermentatus ſit an azymus, quæ commixtio ab iſta quæ eſt in quæſtione non abhorret.

Caluinus vbi ſupra in tomo Epiſt. in reſp. ad quæſt. de Abſtemiis. Beza epiſt. 2. & 25.

Calu. l. 4. c. 17. § 43. *Cæterum quod ad externũ actionis ritum ſpectat, in manum accipiant fideles, nec ne, inter ſe diuidant, an ſinguli quod ſibi datũ fuerit edant: Calicem in Diaconi manum reponãt, an proximo tradant: Panis ſit fermentatus an azymus, vinum rubrum an album, nihil refert.*

Quod attinet ad ea verba quæ videntur præcepti vim continere, *Bibite ex eo omnes*, hic memoria repetendum quod expoſitum ſuperius fuit, præceptorum eſſe duo genera, quædam vniuerſa quæ ad omnes omnino ſpectent, qualia ſunt condonare iniurias, obſeruare diuina mandata, non parricidium, non furtum admittere, aliaq; huiuſmodi: alia priua quæ tantum ad quoſdam pertineant, vt cum mundi procreator Adamo ſic dixit, *Creſcite & multiplicamini & replete terram*, & cum vindex huma-

Digitized by Google

conditionem Sacramenti quàm Sacrificii: eius circumstantias & adiuncta, æque Seruatoris voluntatem in vtroque instituendo demonstrare: tam apta atque opportuna eius esse verba, ad victimam significandam quæ immoletur, quàm ad cibum exprimendum: & proinde non minus rationem Sacrificii in eo quàm Sacramenti indicari. 8. In religionis statu, qui perpetuum fœdus est atque commercium hominis cum Deo, hinc exuberante diuinitus gratia, hinc delatis hominum studiis atque officiis, non requiri magis vt à principe rerum Deo Sacramenta tribuantur ad spargendā disseminandaque beneficia, quam vt meritus ab hominibus cultus pio sacrificio beatissimæ illi menti reddatur. 9. Cùm vsus atque institutio Sacrificii ad naturæ legem, non modo ad Mosis constitutiones sanctionesque pertineat, rem tantam minime sublatam à liberatore generis humani fuisse, sed nouæ sanctitatis accessione cumulatam. 10. Sacerdotium minime abolitum & extinctum esse, sed in formam longe præstantiorem immutatum, vt scribens ad Hebræos Ecclesiæ magnus Doctor significauit. 11. Quemadmodum ratio & natura Sacramentorum ita commutata fuit, vt in vtraque lege Sacramenti nomen retineretur; ita formam & conditionem Sacrificii sic instauratam interpolatamque fuisse, vt Sacrificium vim semper suam diuini cultus supremique honoris conseruet. 12. Vt cultro olim fiebat circuncisio, & nunc Baptismus Dei verbo cum elemento cōiuncto, tamen vtroque Sacramenti vim obtinente: ita legis durissimæ sacrificiū gladio fuisse perfectum, Ecclesiæ verò sacrificium Verbo Dei perfici, vtroque verissimi sacrificii vim nomenque obtinente. 13. Fateamur Verbi diuini efficientiam posse facere, vt Agnus Dei sit præsens offeraturque ad aram, non autem vt in eadem mactetur vel vt è venis cruor educatur, cum diuinitas immortalitatis id dono impediat, eumque proinde nostrum esse Isaacum in altari quidem collocatum, non autem immolatum, rubum item ardentem non tamen flammis haustum & consumptum. 14. Non secus ac de hostiis veteribus quæ annuo solenni pro peccatis offerebantur, altera minime iugulabatur, sed incolumis perfecto sacro dimittebatur, agebaturque in desertum, ab vsu prophano seuocata: sic in hoc mysterio immolationem esse quandam absque cæde, manducationem sine consumptione, sacrificium verum & perfectum sine vllo fuso cruore. 15. Quemadmodum vnum beatissimum in cœlo numen, & obiectum est Cœlitibus ad comprehendendam felicitatem propositam, & species qua illi ipsi diuinitatem contemplantur: consimili modo Christum Iesum & in terris obiectum esse quod demississime Christiani venerantur, & hostiam qua eandem possint religiosissime colere. Quare vna omnes cum S. Gregorio Nysseno concludamus, *Arcano sacrificii modo sua dispositione & administratione præoccupat impetum violentum (Iudæorum) ac sese oblationem ac victimam offert pro nobis Sacerdos simul & Agnus Dei. Quando hoc accidit? Quum suum corpus ad comedendum & sanguinem suum familiaribus ad bibendum præbuit.* Adiungamus & D. Cyrilli oraculum

Greg. Nyss. orat. de resurr. Christi.

Digitized by Google

oraculum quod Ecclesiæ vniuersæ nomine pronunciauit in Ephesino œcumenico Concilio, In Ecclesiis sanctum, viuificum, & incruentum sacrificium perficimus, minimè credentes id corpus quod intuentibus obiicitur esse vnius alicuius hominis corpus similis nobis, neq; pretiosum item sanguinem, sed accipimus vt proprium corpus & sanguinem diuini Verbi, quod omnibus vitam largitur.

Concil. Ephes. impress. Heidelberg. tom. 5. τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἱερὸν τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα πιστεύοντες εἶναι τὸ προκείμενον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τίμιον αἷμα, δεχόμενοι δὲ μᾶλλον ὡς ἴδιον σῶμα γενόμενον καὶ μέντοι καὶ αἷμα τοῦ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου.

SACRIFICIVM MELCHISEDECIS *aræ Christianæ augustique Sacrificii adumbrationem fuisse.*

CAPVT LI.

PHILO Iudæus libr. de vita Abrahami scribit, Melchisedecem Solymæ Regem cum magnum illum bellatorem Abrahamum vidisset, fuso Chodorlahomore spoliis auctum victoremq; redeuntem, in cœlum manus sustulisse, votis & gratulatione triumphantem prosecutum, numini preces pro eius felicitate votaque obtulisse, & perfecto in gratiarum actionem sacrificio, eundem epulo cum suis omnibus excepisse. Doctissimus Hieronymus addit id ab eo factum eodem pane atque vino quæ numini obtulisset, quod etiam dilucide animaduerti & cognosci potest ex ipsius Mosis Commentario, ita enim in Genesi, At verò " Melchisedec Rex Salem proferens panem & vinum, erat Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cœlum & terram, & benedictus Deus excelsus quo protegente ho-" stes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Ex quibus " satis apparet, examinata diligentius totius loci sententia, non de prophano communique pane agi: quod cum Ioannes Caluinus & Kemnitius animaduertissent Græca peruerterunt, Hebræa corruperunt, non tam verborum commutatione, quàm inaudita interpretatione, partim quidem particulam δὲ qua Septuaginta vsi sunt copulatiua coniunctione reddentes, partim non animaduertentes vim illius accentus quem Hebræi Sophpasach appellant, qui periodum circunscribens atq; terminans versu 18. non permittit vt sacrificium Melchisedecis ad ea tantum verba referantur, quæ proxime versu 19. ponuntur Benedictus Abram Deo, sed remittit potius ad præcedentia, vbi panis & vini oblatio exprimitur. Sed quo spectant impia illa diuerticula perfidiæque plenissima? cum tam sæpe Christus in diuinis oraculis non modo Sacerdos in perpetuum appellatus fuerit, verum etiam secundum ordinem Melchisedecis? *Iurauit Dominus, ait regius Vates, & non pœnitebit, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedecis*, quod bonus religionis magister Paulus re-

Philo de vita Abrahami. τὰ ἐπινίκια ἔθυε

Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον. ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου. καὶ εὐλόγησε τὸν Ἄβραμ καὶ εἶπεν, &c.

Digitized by Google

Psalm 109 4. Heb.5.6. & 6.20.1. & 7. 17.

lus repetit ad Hebræos cap.5.6.& 7.cuius initium hoc est, *Hic enim Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem quod est rex pacis sine patre sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei manet Sacerdos in perpetuum.*

Doctores Hebræorum siue Rabbini qui Christo multis ætatibus superiores fuerunt, rem ita intelligentia complexi sunt, & dilucida oratione declarauerunt: Nam in libro Berescit-Rabba, hæc R.Samuelis verba reperiuntur in cap.14. Genes. Sacerdotis functionem adhibuit, sacrificabat enim panem & vinum Deo Sancto & Benedicto. R. quoque Phinees in 28.Numeror. Omnia, inquit, Sacrificia tempore Messiæ esse desinent, sacrificium autem panis & vini nunquam desinet, vt 14. Geneseos dicitur, Melchisedec Rex Salem obtulit panem & vinum. Nam Melchisedec hoc est Rex Messias in victimis ab hominum vsu exterminandis sacrificium panis & vini excipiet, vt Psalmo centesimo decimo perscribitur, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Et quidem vulgo Rabbini omnes de magno & arcano hoc Melchisedecis facinore disputantes id vocant Minchah & Reschec hoc est oblationem & sacrificium incruentum. Galatinus ipsas eorum sententias exscribit libr.10. de arcanis fidei cap.5.6. & 7. quod Lyranus etiam in cap.14. Geneseos animaduertit. Ad extremum Græca ipsius loci Septuaginta Interpretum versio diligentius expendatur, constabit totius sententiæ vis quam eo sensu Patres omnes exposuerunt.

Clemens Alexand.lib.Stromat. cap.8. *Salem enim pax exponitur, cuius Seruator noster Rex describitur, quem dicit Moses Melchisedec Rex Salem Sacerdos Dei altissimi, qui panem & vinum sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucharistiæ.* Eusebius Cæsariensis lib.5.cap.3. „Et sanè oraculi exitus admirabilis ei qui contemplatur quemadmodum Saluator noster Iesus qui „est Christus Dei ipsius Melchisedec ritu ea quæ ad Sacerdotium in ho„minibus gerendum spectant per suos ministros perficiat. Et paulo post addit Spiritum Sanctum arcanum hoc Melchisedeci patefecisse tot annis priusquam tantum mysterium institueretur, locumq; laudat diuinæ Scripturæ cum appositione particulæ γὰρ quæ causam significat, ἦν γὰρ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου, erat enim Sacerdos Dei altissimi & benedixit Abrahæ. D. item Basilius in Psalm.109. *Quid est secundum ordinem Melchisedec nisi propter mysteria?* Epiphanius hæresi 55. Quando Abraham fuit annorum 88. aut 90. plus minus, tunc Melchisedec ipsi obuiam venit, & proposuit ipsi panes & vinum, mysteriorum ænigmata præfigurans & exemplaria, cum Dominus noster dicat, Ego sum panis viuus: & exemplar sanguinis ipsius, qui ex latere ipsius compuncto fluxit, ad purgationem inquinatorum, & aspersionem ac salutem animarum nostrarum.

S.Ioannes Chrysostomus hom.35.in Genesim, vult in eo vehementissimè nos admirari, diuinarum literarum, tum veterum, tum recentiorum, a-

rum, aptam inter se & connexam, & mirificam illam texturam nusquã dissilientem & aduersam. Et in Psalmum citatum 109. Cur ait secundum ordinem Melchisedech? propter nimirum Sacramenta, quod ipse quoque panem & vinum offerret. Theodoretus homil.63.in Genesim idem astruit, & Isidorus Pelusiota, qui iisdem temporibus florebat, vtitur etiam voce ἱερατεύων, Melchisedech, inquit, pane & vino ἱερατεύων sacrificans, per quæ diuinorum mysteriorum typum adumbrabat. Et aliàs, ante Aaronem, inquit, diuinius, & incruentum erat Sacerdotium Melchisedec.

S.Cyprianus epist.63. quæ tertia est lib.2. pro incredibili eruditione & sapientia meretur, vt eum super hac quæstione eximie disputantem audiamus, *Nam quis magis Sacerdos Dei summi fuit quàm Dominus noster Iesus Christus qui sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, hoc est panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem?* Magnus vir Ambrosius præstabilissimusque Doctor legi nequit lib.4.de Sacram. quin Missæ partem sanctissimam illam, quam nominant Canonem luculenter expressam in eo animaduertamus, & totidem ferè verbis quibus etiamnum componitur, ita verò ille, *Offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, &c. sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel & sacrificium patris nostri Abrahæ, & quod obtulit tibi summus Sacerdos tuus Melchisedech.* Idem lib.5.cap.1. Cognoui Sacramentorum istorum figuram præcessisse Abrahę temporibus, quando obtulit sacrificium sanctus Melchisedech, neque initium habens neque finem dierum. Idem in cap.5.ad Hebræos intercidisse iam Aaronis sacrificium ait, id autem quod Melchisedec vsurpauit vigere adhuc & toto orbe terrarum celebrari in Sacramentorum erogatione. S.Hieronymus epist.17. ad Marcellam cap.2. Recurre ad Genesim & Melchisedec Regem Salem, Hierosolymorum principem, inuenies qui iam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit & mysterium Christianum in Saluatoris corpore & sanguine dedicauit. Repetit eadem in epist.ad Euagrium, vbi ostendit Iudæos à Gentilibus, non hos ab illis sacerdotium accepisse, cum Melchisedech Cananeus esset & Circuncisionis tempore sacras illas functiones vsurparet. Idem quæst.in Genesim addit, Melchisedecem præputium habentem circuncise Abrahæ benedictionem impertiisse, & in persona Abrahami, Leui, & Aaroni: & paulo post ait regium purpurei Regis oraculum cum Melchisedecis meminit nostrum adumbrare mysterium, & loco panis & vini, Redemptoris corpus & sanguinem nos habere. Quod etiam vberius confirmat in Psalm.109. cum æternum Patrem ita Filium compellantem facit, Quomodo Melchisedech Rex Salem obtulit panem & vinũ, sic & tu offeres corpus & sanguinem tuum verum panem & verum vinum. Ipse Melchisedech ista mysteria quæ habemus dedit nobis: Ipse est qui dixit, Qui manducauerit meam carnem & biberit sanguinem meum, secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis Sacramentum suum.

S. Augustinus sermon. 2. in Psalm. 33. ait Christum mutasse vultum suum, vt regius Vates præsignificauerat, quia, inquit, erat ibi sacrificium secundum ordinem Aaron, & postea ipse de corpore & sanguine suo instituit sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Et alio in loco nunquam posthac mutaturum, *Iurauit enim Dominus & non pœnitebit, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Idem lib. 6. de Ciuit. cap. 21. Cum Melchisedech Abrahæ benediceret, ibi primum apparuit sacrificium, quod nunc à Christianis offertur toto orbe terrarũ impleturq; illud quod longe post hoc factum per Prophetam dicitur ad Christum qui fuerat adhuc venturus in carne, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et lib. 18. cap. 35. idem cõmutatis verbis dixerat, nimirum idem sacrificium in omnibus oris atq; regionibus Numini offerri à Sacerdotibus secundum ordinem Melchisedech ab oriente Sole vsque ad Occidentem. Et in Psal. 106. diserte contendit neque Sacerdotem neque sacrificium esse apud Iudæos, nullum enim reperiri posse apud illos secundum ordinem Melchisedech, sed in Ecclesia id vbique celebrari. Idem repetit in epist. ad Innocentium Papam, & lib. 4. de doctrina Christian. Arnobius, Leo primus, Eucherius, Primasius, Isidorus, aliiq; plures sententiis suis id comprobant.

Epist. 95. ad Innoc. Papã. *Melchisedech prolato Sacramento mensæ Dominicæ nouit æternum eius sacerdotium figurare.*
De Doct. Christ. l. 4. c. 21. *In Sacerdote Melchisedech Dominici Sacramenti præfiguratum videmus mysterium, &c.*
Arnob. in Psal. 109.
Leo I. serm in anniuersario assumptionis suæ.
Eucherius hom. 5. de Pasch.
Primasius ad ca 5. epist. ad Hebræos.
Isidorus de officiis Ecclesiasticis l. 1. c. 18 & de vita & obitu Sanctorum c. 5.

Nunc aliquot rationes sunt in medium proferendæ. 1. Si actio Melchisedecis nihil aliud sit, quàm conuiuium populare & profanum, oblatum iis hominibus, qui prælii contentione exhausti, fessiq; longo itinere forent, quomodo Seruator noster Christus Sacerdos fuisset secundum ordinem Melchisedech? cur tantopere elaborauit apex ille Sapientiæ magnus Paulus in Epist. ad Hebræos, vt probaret, non modo adumbratum fuisse à Melchisedece Christum, verum & Sacerdotem secundum illius ordinem fuisse, tametsi è tribu Iuda oriundus, Leuitas tantum affinitate contingeret? 2. Quid alioqui sibi vellent ea verba, Offerre, benedicere, decimæ, sacerdotium, & Hebræa particula ו quam Septuaginta δ' reddiderunt? 3. Quo subito magnus ille commeatus recidisset, quem Abrahamus de victis hostibus reportauerat, nomine cohorti vsui esse potuit, militesq; recreare, vt ipsemet victor Sodomeo regi testatur, qui manubias illi omnes relinquebat, homines tantum postulabat, dixit enim Abrahamus se nihil penitus asportaturum, quàm quod inuicti bellatores edissent. Deinde si annona eos defecisset, quam maligna & restricta illa fuisset Regis Salem & Iebusæorum clari Dynastæ liberalitas, virum magnanimum summis ornamẽtis honoris & gloriæ præditum pane & vino exaturare velle? 4. Sciunt Hebræi vocabulum חוציא Hotsi esse coniugationis sacræ; vocem autem προσφέρειν in diuinis Commentariis vulgo ad sacrificia referri: ex quo firmum & potentissimum hoc argumentum elici potest, Expressa omnis effigies atque prototypum plus quiddam complecti & continere debet, quàm leuissima eius species atque adumbratio: atqui Sacerdotium Melchisecis pa-

cis panis & vini tenuis tantum imago fiat & adumbratio, Sacrificium autem Eucharistiæ res vere expressa atq; prototypum: aliud igitur quidpiam est quàm panis & vinum in Eucharistia.

SACRIFICIVM MISSÆ PRAEsignificatum fuisse à Malachia.

CAPVT LII.

MAGNVS ille vir diuinitus afflatus sic ait, *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meũ in Gentibus, dicit Dominus exercituum.* Horum verborum hæc breuis est complexio, mentionem hic fieri oblationis nouæ, puræ, & incontaminatæ, quæ vbique offeratur, quæq; nimium quantum Numini sanctissimo placeat, ad farinaceæ placentæ formam atque effigiem quæ inter Gentiles, Iudaicarum omnium oblationum varietati succedat. *Noua* dicitur, ad auream Euangelii tempestatem, & Filii Dei nouum Testamentum reseruata: *Munda & pura*, & proinde longe diuersa ab operibus nostris, laude, precationibus, quæ Geneua omnium sordium contaminatione polluta censet. *Oblata in omni loco*, sic tamen vt vna tantum, non multiplex, sit victima. *Deo grata*, seipsa id quidem, neque enim illorum vitio & improbitate qui offerunt, ingrata esse potest, vt Iudaicæ olim oblationes. *Instar farinaceæ placentæ*, quod etiam Geneuæ Doctores atq; Mystæ hoc eodem in loco animaduertunt, vt cum in diuina pagina legimus Christum cum admirandum hoc mysterium institueret cepisse in manus azymum panem, sane candidissimam & eximiè puram placentam, perspicue intelligamus Sacerdotes cum idem mysterium celebrãt, id eius imperio & autoritate præstare, atque adeo manibus tenere diuinissimam illam & munda è farina placentam. *Inter Gentiles*, vt cum audimus à Iudæis respui & repudiari hanc oblationem, in memoriam reuocemus, eam communi omnium Gentium consensione atque fide excipi, sic vt nos ipsi qui singulari Dei beneficio è mediis Gentium erroribus atque cœca nocte eruti sumus, nihil credamus aut sentiamus vel de Prophetæ intelligentia, vel de perfecto iam vaticinio vel deniq; de oblatione Eucharistiæ, nisi quod sancti eruditique Patres Ecclesiæ Græcæ Latinæq; iam inde à temporibus Apostolorum tenuerunt.

Malach. 1. 10. 11.
Lxx. Interpr. Καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά.

Liturgia quæ D. Marco tribuitur capite id superiori nos docuit. Et S. Clemens lib. 7. Constitut. Apostol. cap. 31. Iustinus item artium omniũ perillustri choragio excultus cum Tryphone disputans monet Oblationes quæ pro leprosis offerebantur Eucharistiam adumbrauisse, eoque

Malachiæ

Malachiæ prædictionem referri. Et Antistes clarissimus Lugdunensis Irenæus lib. 4. aduersus hæreses cap. 32. Eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit, dicens, Hoc est corpus meum, & calicem similiter qui est ex ea creatura quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est & noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo ei qui alimenta nobis præstat primitias suorum munerũ in nouo Testamento, de quo in duodecim Prophetis Malachias sic præsignificauit, ***Non est mihi voluntas in vobis***, &c.

S. Ioannes Chrysostomus in Psal. 95. cum hæc ipsa verba laudasset, Vide, inquit, quam luculenter quamq; dilucide mysticam interpretatus est mensam quæ est incruenta hostia, Thymiama verò purum appellat sacras preces, &c. S. Augustinus libr. 18. de Ciuit. cap. 35. ad hunc chorum sapientum se adiungit, Malachias, inquit, prophetisans Ecclesiam quam per Christum iam cernimus propagatam, Iudæis ex persona Dei apertissimè dicit, Non est mihi voluntas in vobis, &c. Hoc sacrificium per Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech cum in omni loco ab ortu Solis vsque in occasum iam videamus offerri, &c. Et libr. 1. contr. aduers. leg. & Prophet. hanc ipsam prædicationem cum Sacerdotio Melchisedecis componit, docetq; Aaronis fuisse commutatum Sacerdotium, vt eodem vaticinio continebatur, hoc autem in sempiternum tempus manere. Idem orat. aduers. Iudæos cap. 9. prolatis Malachiæ verbis, Aperite, inquit, oculos tandem aliquando & videte ab oriente Sole vsque in occidentem, non in vno sicut vobis fuerat constitutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuilibet Deo, sed ei qui ista prædixit Deo Israel.

Aduersus harum autoritatum veluti aciem, opponere quidam voluerunt Tertullianum lib. 3. contr. Marcion. cap. 22. cum minus animaduerterent Africanum illum Doctorem strictim & obscurè, quod solenne illi est, partes Missæ tetigisse, in qua ante & post consecrationẽ quam cum sacris Euangelii Scriptoribus appellat benedictionem, Deus laude & gloria celebratur, precibus inuocatur, decantantur Hymni, quæ omnia paucis verbis complexus benedictionem, laudem & hymnos appellat.

Theodoretus item in eum ipsum locum, clare & dilucide pronunciat, veterum historiarum loco, nunc cum thure *sacrum, purum & gratissimum* confici, prout Malachias prouidisset, quæ verba præclarè omnino in sanctissimum Agnum & immaculatum quadrant.

Est igitur manifestum, subtilissimum Vatem Malachiam, quem Angelum à Græcis indigitatum scribit Theodoretus, distinctè & perspicuè de futuro inter Gentes sacrificio esse locutum, quod ex Chemnitii Caluinique doctrina haud intelligi potest de sola oratione atq; laude, cum vtatur voce מנחה Minchah quæ in eo sensu capi nequit. Libum enim seu placentam significat ex oleo & farina confectam, sine fermento, vt

secundo

Digitized by Google

secundo Leuitici capite perscribitur. Adde quod ex Caluino nulla apud nos reperiatur precatio, quæ absolute atque simpliciter munda & pura dici possit. Denique ex vsu & consuetudine diuinarum literarum, nunquam impropriè Sacrificii nomen ponitur, quin adiuncto quopiam atque apposito, id quale sit declaretur, quo modo sacrificium laudis, iustitiæ, orationis, & cõsimilia in sanctissimis oraculis memorari videmus.

Psal. 49.22. Sacrificiũ laudis honorificabit me.
Psal. 106. Sacrificent sacrificium laudis.

QVOD SACRO IN CALICE AB OMNI HOMINVM MEMORIA SEMPER AQVA VINO MIXTA FVERIT.

CAPVT LII.

IDEM mendacii parens & architectus qui eam mentem Hydroparastis Aquariisque iniecerat, vt nihil in augustis mysteriis præter aquam offerendum esse putarent, quique simile fraude Encratitas atque Tatianos ad aqueum Sacramentum conficiendum impulerat, circa annum Domini sexcentesimum Armenios contrarium plane docuit, vt nimirum solum temetũ atque merum ad sacrificandum adhiberent. Illam impiæ mentis delirationem huius tempestatis Nouatores, qui ex veterum hæresum colluuione atque probro conglutinati sunt, studiose exceperunt.

August. hæres. 64.
Epiphan. hæres. 46. 47.
A Castro v. Eucharistia. hæres. 7.
Sander. hæres. 118.
Caluin. in tomo epist. resp. ad q. de abstemiis, respõdit in sola aqua Cœnam posse fieri deficiente vino.
Idem Theod. Beza epist. 2. & 15. Contra, idem Oeclaminus epistola 352. cu ns initium, Quod ad ceremonias, superstitionem ait esse, si quis aquam vino Cœna miscuerit.

Catholica verò Ecclesia ab omni sæculorum memoria temperationem hanc mysticam adhibuit, docetq; eatenus fieri oportere vt & præceptum ea de re legitimum exhauriatur, & vitetur sacrilegium, tametsi neque ad Sacramenti essentiam, neque ad sacrificii constitutionem absolute necessaria iudicetur. Rationes proferuntur à Concilio Tridentino sess. 22. vbi grauissimus Patrum cœtus monet Presbyteros vt aquam vino in calice offerendo misceant, tum quod verissimile est mundi Seruatorem id fecisse, tum vt is liquor in hoc mysterio repræsentetur, qui ab eius latere profluxit: & denique in Apocalypsi B. Ioannis cum aquæ

Concil. Trident. sess. 22. c. 7.

Digitized by Google

sequenti cap. *Ante verba Christi Calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit.* Idem lib. 5. cap. 1. *In calicem mittitur vinum, & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, quomodo ergo Melchisedech panem & vinum obtulit? quid sibi vult admixtio aquæ? Rationem accipe* &c. Docet postea rupem illam quæ in solis locis aquam reddidit, esse Christum Iesum, autore magno Paulo, virgam autem verbum Dei, aquam ex rupe manantem, populum Dei exprimere, qui in hoc mirabili mysterio cum principe atq; origine sua coniungitur. S. Hieronymus in quæst. Hebraicis in Paralipom. Notãdum, inquit, quod vinum quod Deo in sacrificio offerebatur, *aqua mixtum* erat. Et in cap. 14. Matthæi expresse ait Salutis nostræ vindicem geminum adhibuisse liquorem in calice ad sanguinem cõficiendum, vt doceret altero culpam altero pœnam expiari. Concilium Carthaginense 3. c. 24. In Sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur quàm ipse Dominus tradidit, hoc est panis, *& vinum aqua mixtum.* S. Augustinus lib. 4. de doctrina Christ. cap. 21. D. Cypriani dictum in medium proferens, ait illum submisso dicendi genere de Calicis temperatione disputauisse. Et Tract. 120. in Ioannem exponens illa verba *Latus eius aperuit vnde exiuit sanguis & aqua*, animaduertit nõ sine ratione Euangelii Scriptorem aperiendi verbo vsum fuisse, vt significaret, iam nobis aditum patefactum esse ad vitam illa ipsa ianua qua diuina Sacramenta fluxerunt, sanguinis autem & aquæ meminisse, quod ille sanguis in remissionem peccatorum sit fusus, aqua verò temperans salutare poculum, & lauacrum præstet & potum. Eucherius Episcopus Lugdunensis qui anno Christi quadringentesimo quinquagesimo florebat, homil. 4. in Pasch. scribit non solum Domini traditione pium hunc vsum ad nos deriuatum, sed passionis quoque genus hoc ostendere, quod ex sacro ipsius latere sanguis & aqua lanceæ illisione profluxerit.

Aurelianense Concilium 4. anno 547. celebratum disputationem hanc claudet, cuius id Decretum est cap. 4. *Nullus in oblatione sacri Calicis nisi quod ex fructu vineæ separatur aqua mixtum offerre præsumat, quia sacrilegium iudicatur aliud offerri, quàm quod in mandatis sacratissimis Saluator instituit.*

Caluinus vbi supra in tomo Epist. in resp. ad quæst. de Abstemiis. Beza epist. 2. & 25.

Caluinus & Beza hoc opinor minime aspernabuntur, quandoquidem ipsi aperte docuerunt, in sola aqua Cœnam posse fieri deficiente vino: cum præterea nihil referre profiteantur, vtrum panis fermentatus sit an azymus, quæ commixtio ab ista quæ est in quæstione non abhorret.

Calu. l. 4. c. 17. § 43. *Cæterum quod ad externã actionis ritum spectat, in manum accipiant fideles, necne, inter se diuidant, an singuli quod sibi datũ fuerit edant: Calicem in Diaconi manu reponãt, an proximo tradant: Panis sit fermentatus an azymus, vinum rubrum an album, nihil refert.*

Quod attinet ad ea verba quæ videntur præcepti vim continere, *Bibite ex eo omnes*, hic memoria repetendum quod expositum superius fuit, præceptorum esse duo genera, quædam vniuersa quæ ad omnes omnino spectent, qualia sunt condonare iniurias, obseruare diuina mandata, non parricidium, non furtum admittere, aliaq; huiusmodi: alia priua quæ tantum ad quosdam pertineant, vt cum mundi procreator Adamo sic edixit, *Crescite & multiplicamini & replete terram*, & cum vindex

Digitized by Google

humani generis Christus Apostolos ita compellat, *Ite prædicate Euangeliũ omni creaturæ*, cum certum exploratumq; sit non ea mente voluntateque fuisse, vt singuli matrimonii societatem contraherent, aut Dei verbum vbiq; omnes disseminarent. Pari modo cum ait *Bibite ex eo omnes*, Sacerdotes tantum obligat ad sacrificium legitime perficiendum sub vtraque specie, vnde sapiens Euangelista subiungit, *& biberunt ex eo omnes*, nimirũ illi qui præsentes tum fuerunt quosque Filius Dei alloquebatur.

Calvin Epist. 361. *Cur cœnam ægrotis negandam esse non arbitrer, multæ & graues causæ me impellunt: video interea quam procliuis in multos abusus sit lapsus, quibus prudenter sedulοque occurrendum esset. Nisi enim sit communicatio, perperam deflectitur à sacra institutione Christi.*

Iustinus Apol. 2. pro Christianis.

καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται.

Quod ad viaticum spectat, de quo aliquid dictum *ἐν παρόδῳ*, constat id Caluinũ agnouisse epist. 361. vt eius verba quæ ponentur ad marginem satis ostendent; sed omisso Ecclesiæ perduelle, Iustinus Martyr, ille omnibus disciplinis excultus, polito excellentique iudicio, facile nobis instar omnium vnus erit, qui Apologia 2. ad Antonin. Pium, testatur in more fuisse positum apud veteres Christianos, vt Diaconi Eucharistiam deferrent ad eos, quos cœtu & synaxi magna quædam impedimenta prohibuissent. Quod autem grauius impedimentum aut magis quoque legitimum esse potuit quàm morbus, quàm virium imbecillitas & vicini fati mora & expectatio? Sed quoniam hac sedata & profligata controuersia, adhuc hærent certi homines qui se gloriose circunspiciunt, in iis sacris oppugnandis, in quibus non plerique omnes sacro epulo pascuntur, vel quæ fiunt in Heroum cœlestium honorem, hæc duo more nostro distinctè & partite enucleemus, quæ totam hanc de Eucharistia disputationem concludent.

Concil. Nicænum can. 13. *De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur, ita vt si quis egrediatur è corpore, vltimo & necessario viatico minimè priuetur, &c.*

DE COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE.

Cap. LIV.

Exod. 12. & 16.
Ioan. 6. vers. 32. 33. 34. 35. 41. 48. 50. 51. 57. 58.

PLVRIMÆ sunt rationes quæ clare dilucideque probent nullum esse præceptum quod ad sacri poculi vsurpationẽ nos obliget. Imprimis Arbor vitæ, Paschalis Agnus atque Manna, nullam potus mentionem continent, tametsi antitypa sint & eximiæ quædam huius prototypi adumbrationes.

tiones. 2. Filii Dei verba Ioannis 6. tantum non idipsum aperte pronunciant, nam quinquies cum de potione meminisset, solidiorem cibum decies nominauit cum de Eucharistia loqueretur. 3. Fractio panis illa apud Emaunta castellum, monet hoc idem vt eruditissimi viri atque sanctissimi D. Augustinus & Hieronymus testantur, qua discipuli luctuosissimo fato mœrentes & afflicti Seruatorem agnouerunt. 4. Huc accedit efflorescentis Ecclesiæ vsus quem D. Lucas in rebus gestis Apostolorum delineauit, *Erant*, inquit, *perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicatione fractionis panis & orationibus*, atq; hic nulla penitus calicis fit mentio: vbi duo maxime mihi opere notanda & animaduertenda videntur. 1. in Syriaca versione non esse in fractione panis, sed in fractione Eucharistiæ: alterum, vocabulo *omnium* quo diuinus Scriptor est vsus, comprehendi sine vlla dubitatione religiosissimos quosque & notis eximiæ religionis insignes, quales Nazarei fuerunt. Atqui illi priscæ legis ritu quæ tum etiam vim suam obtinebat, à vino sibi temperabant, vt constat ex 21. cap. eiusdem libri. Et Actorum 20. panis quem D. Paulus post mediam noctem comminuit sine vlla liquidæ potionis commemoratione de Eucharistia capitur ab Autore operis imperfecti in Matthæum homil. 17. Venerabili Beda in cap. 20. Actor. & à Caluino ipso in eundem locum. Idem quoque Apostolus rationem reddens cur Christiani cum plures sint, vnum tantum corpus efficiant mysticum, ita scribit, *Vnus panis, vnum corpus multi sumus omnes qui de vno pane participamus.* Quis negare potest quin etiam de calice additurus esset, si promiscuus illius fuisset vsus & omnium communis?

Augu 3. de consens. Euang. c. 25. Theophylac. Comment. in 24. c. Luca. Beda &c. S. Hieron. in Epitaph. Paul.
Actor. 2. 42.
1. Cor. 10 17.

Maturum Ecclesiæ iudicium, & consuetudo plena prudentiæ & perennis plurimum in hac re possunt, & vt omnibus in rebus, magnam habent autoritatem. Suum autem de hac re iudicium in eo prodidit, quod nunquam Manichæos reprehensione dignos existimarit, qui diuina in mensa panem tantum adhibebant, vinum enim vt à malo principio generatum, è sacrorum communione eiiciendum abominandumque ducebant, & infanda contumelia nominabant *fel draconum*. Qua in re sine dubio S. Augustinus qui in ea factione quondam fuerat iisdem opinionibus imbutus, quique deinde commutata velificatione omnibus eos orationis copiis ingeniiq; armis felicissime oppugnauit, nunquā siluisset, aut facinus dissimulauisset: nec Epiphanius qui aniles eorum opiniones hæresumq; flagitia commentariis suis patefecit, nec Doctores etiam alii magna rerum cognitione efflorescentes, si communio sub vtraque specie in communi vsu tum foret, & sine discrimine ab omni hominum genere celebrata. Consuetudo autem perpetua ac perennis eiusdem Ecclesiæ constabit è monumentis annalium, & consentienti Patrum autoritate tum Græcorum tum Latinorum, quos distinctè separatimq; proferemus.

S. Leo serm. 4. de Quadragesima.

S. Irenæus in Epistola ad Victorem Papam de Eucharistia meminit, quæ per Sacerdotes ad alios mittebatur, idque vt est verosimile, solido

Irenæus apud Euseb. l. 5. hist. c. 24.

Digitized by Google

tantum in Symbolo. Origenes hom.13. in Exodum, cum incitare Christianos vellet vt attentissimè verbum Dei concinerent, Volo, inquit, vos admonere religionis vestræ exemplis. Nostis qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela, & meritò vtimini, quomodo putatis minoris esse piaculi verbum Dei neglexisse quàm corpus eius? Quæ Doctoris grauissimi admonitio locum magis habuisset in liquida specie, si promiscue tum ab omnibus caperetur, cum longe conseruari operosius sine vlla definitione possit.

Dionysius Alexandrinus in Epist. ad Fabium Antiochenum refert Serapionem prope iam animam agētem & languore debilitatum, qui sensu vacuus atque omni motione, tres iam integros dies totidemque noctes fuerat, quarto tandem compellasse nepotem suum, & Sacerdotem ad se acciri iussisse, quod fieri tum quidem non potuit, quod presbyter corporis valetudine affligeretur: Verum quia pro munere officioq; suo diuina mysteria ferre debuit morituris & depositis iam ægris, qui sani prius illa expetiissent, aut morbo debilitati eadem expeterent, puero dedit Eucharistiæ partem exiguam quam aqua prius emollitam in os ægroti iussit immitti. Rediit ergo adolescens pretiosissimo lætus pignore & exultans, & cum domum propius accederet, neque tamen adhuc esset ingressus, Serapion denuo voce recuperata, Venisti, inquit, fili? tametsi presbyter non potest venire, tu tamen præsta quod tibi in mandatis dedit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer in os eius emittit & e-uestigio beatus senex emoritur. Quis hic non tanquam ea quæ oculis videntur animaduertit, facilius multo fuisse vti liquor ab ægroto caperetur si tum in vsu fuisset? S. Basilius in quadam epistola docet nō fuisse nouum aut insolens vt ea tempestate qua tyrannorum immanis vexatio grassabatur, suis quisque manibus Angelorū pane se pasceret, quod inquit longa consuetudine hoc ipso eorum vsu confirmatum sit: omnes enim in eremis solitariam vitam agentes, vbi non est Sacerdos, communionem domi seruantes à seipsis communicant. In Alexandria verò & Ægypto vnusquisque eorum qui sunt de populo vt plurimum habet cōmunionem in domo sua: semel enim Sacerdote sacrificium consecrante & distribuente merito participare & credere oportet. Etenim & in Ecclesia Sacerdos dat partem & accipit eamque suscipit cum omni libertate, & ipsam admouet ori propria manu. In his verò omnibus locis num vlla calicis fit mentio?

βραχὺ τῷ παιδαρίῳ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν ἀποβρέξαι κελεύσας, καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι.
ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχει τῷ στόματι.

Euagrius lib.4.cap.35. memorabile prodigium refert de puero, qui admirabiliter cōseruatus, & diuino cibo recreatus fuit à magna Dei matre, in æstu medio inflammatæ fornacis, in quam Genitor natione & religione Iudæus illum coniecerat, quod simul cum cæteris pueris sacrosanctam

sanctam communionem percepisset, Vetus enim fuit consuetudo Constantinopoli, ait ille Scriptor, vt si quando multæ admodum particulæ puri & immaculati corporis Christi Dei nostri superessent, pueri impuberes qui scholas frequentabant, accerserentur, easque manducarent. Hæc illius autoris valde boni sunt verba, è quibus, à vetustis Ecclesiæ temporibus communionem sub vna specie vsurpatam liquet.

Propter multa grauiaque incommoda, quodque Ethnici dira superstitione inuoluti, capere animo & complecti non possent hanc de Eucharistia veritatem, tam sublimem, arcanoq; mysterio conclusam; primis temporibus Christiani rem totam eos celabant, nec in lucem proferendam opinabantur. Nesciat maritus, ait Tertullianus, quid secreto ante omnem cibum gustes, & si sciuerit panem non illum esse credit qui dicitur. Neque hic vllius potionis meminit, sicut nec cum olim Eucharistia priuatim in ædibus asseruaretur: quæ religio vt bonorum pietatem acuebat, ita in improbos qui salutarem illam medicinam haud dignè sumerent, exemplum aliquando seueritatis statuebat, vt memini significatum à sanctissimo Cypriano Serm. de lapsis, qui mulierem quandam commemorat tam sui immemorem, tam fuisse audacem & insolentem, vt incesto flagitio contaminata, impuris manibus arcam aperire fuisset aggressa, in qua sanctissimum Christi Domini pignus reponebatur: sed subito flamma emicuit quæ importunum mulieris conatum reprimeret eamque arceret. Narrat & de quodam viro sceleribus cooperto, qui cum spurcam & pollutam nequitia manum ad Eucharistiam capiendam intendisset, pro Sacramento cinerem se tantum ferre deprehendit. *Tertull. l. 2. ad vxor. c. 5.*

S. Ambrosius in funere Satyri fratris vt insigne miraculum prodit, quomodo vir ille pius naufragium certum effugerit, Eucharistiæ præsidio fretus, cum eam pro bulla & lipsanotheca ad collum appensam ferret. Quod de vini specie nec vspiam legitur factum nec fieri potuisse cōstat.

S. Hieronymus in Apologia ad Pammachium pro libris contra Iouinianum, nec probat Romanorum consuetudinem, nec eandem improbat, qui quotidie corpus Christi capiebant, habendam modo conscientiæ rationem putat, cæterum de calice ne verbum quidem vllum profert.

S. Augustinus lib. 50. homiliarum, homil. 26. eodem quo doctissimus Origenes argumento vtitur, monetque pari prope religione cauendum esse ne vllum Dei verbum aut Eucharistiæ particula vlla perdatur. Fuerit operæ pretium tanti viri orationem hic ponere, Quanta solicitudine « obseruamus quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso « de nostris manibus cadat in terram, tanta solicitudine obseruemus ne « verbum Dei quod nobis erogatur dum aliquid aut cogitamus aut lo- « quimur de corde nostro pereat, quia non minus reus erit qui negligen- « ter verbum Dei audierit, quàm ille qui corpus Christi in terram cadere « sua negligentia permiserit. Idem sermon. 252. de Tempore, Mulieres « quando

Digitized by Google

quando nitidum exhibent linteolum vbi corpus Christi accipiant, sic corpus castum, & cor mundum exhibeant vt cum bona conscientia Christi Sacramenta suscipiant.

Carthaginense Concilium 4. c. 38. Diaconus, præsente presbytero, Eucharistiam corporis Christi si necessitas cogat iussus eroget.

Paulinus Presbyter Mediolanensis Honoratum vocem aliquando percepisse refert, quæ ter ipsum compellaret, & diceret, Surge, festina, quia est modo recessurus. Qui descendens obtulit S. Ambrosio Domini corpus, quod vbi accepit Spiritum edidit, bonum viaticum secum ferens, & in beatarum mentium societatem admissus. Gregorius Turonensis de vit. Patr. cap. 3. Sanctum Gallum ait, cum diuino monitu didicisset, post dies tres sibi esse ab hac vita migrandum, populum conuocasse, & pio more fracto pane, magna quadam & inusitata animi religione communionem omnibus impertiuisse.

Ter magnus Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 3. refert Agapitum cum diuinissimis sacris operatus esset, & sacrificium in conspectu Dei immolauisset [grauissimi Doctoris verba hæc sunt] ab altari digredientem loripedis manum tenuisse, & in luce populi vniuersi magnaq; frequentia eundem erexisse, cumq; ei Dominicum corpus in os mitteret, linguam antea diutissime mutam euestigio solutam fuisse ad loquendum.

Beda Venerabilis lib. 4. Anglicanæ historiæ cap. 14. adolescentis meminit, corporis ægrotatione languentis & afflicti, cuius causa celebrata Missa fuit, cumq; omnes pro more atq; consuetudine ad diuinam mensam accessissent, ad ægrum puerum de sacrificio Dominicæ oblationis particula delata fuit, quam cum pie accepisset, è corporis custodia euolauit.

In his omnibus variorum autorum locis, clarissimum est, vnius tantum speciei panis mentionem fieri. Quod etiam aliæ quædam Ecclesiæ consuetudines eo pertinentes, & vbique communes mirifice comprobêt: nam vulgo in Templis Eucharistia pro ægrotis asseruabatur, quod sanè in vino sine periculo corruptionis minime fieri potuisset: In oratoriis etiam cõtinebatur, domum deferebatur, vt paulo ante ostendimus. Id quoq; & pœnitentiæ significant quæ Sacerdotibus, Diaconis & Subdiaconis Concilii Eliberini Decreto imponuntur, vt nimirum laica tantum communione vterentur, hoc est sine participatione Calicis, cum grauius aliquod scelus admisissent: quam pœnam ad vltimi fati horam extendunt Canones, si qui nondum patratum facinus legitima pœnitentia diluissent.

Amalar. de offic. Eccles. l. 3. c. 35. Microlog. de reb. Eccl. c. 17.

Concil. Eliber. c. 76. Concil. Sardic. c. 2.

Concilia Trullense & Laodicense Præsanctificatarum hostiarum mentionem faciunt, hoc est earum, quæ tantum Sabbato & Dominica die consecrabantur, asseruabanturq; in reliquam hebdomadam, quo tempore Sacerdotes sub vna tantum specie cõmunicabant, vt fieri modo consueuit die Veneris hebdomadis sanctæ: quam consuetudinem nunquam Orientales Ecclesiæ Romanæ exprobrarunt. Atque huiusmodi

Concil. Trull. c. 52. Concil. Laodic. c. 49.

Digitized by Google

modi probationes, tam certæ, & antiquitatis iudicio contestatæ, debēt æquis rerum æstimatoribus sufficere, vt intelligant, quis hactenus Ecclesiæ fuerit vsus, ab ipsis veluti illius crepundiis & incunabulis, vsque ad hanc tempestatem, qua leuissima hominum ingenia religionem perturbarunt.

Neque tamen negari debet, aut vlla ratione potest, quin certis locis atque ætatibus, calicis vsus fuerit communi omnium pietati concessus, vt Corinthiis Apostoli Pauli temporibus, post etiam aliis nonnullis, vt ex S. Cypriano, D. Chrysostomo, & Theodoreto constat: sed fatendum est, eam quam etiamnum vsurpamus consuetudinem, latius multo patuisse, & procerum Ecclesiæ iudicio stabilitam, & præsertim ex eo tempore, quo propagatus Christianus fuit populus & mirabiliter amplificatus, cum in tanta communicantium multitudine atque frequentia prope infinita, vix periculum effusionis vitari potuit. Testes huius rei S. Ioannis Chrysostomi querelæ atque expostulatio, qui non sine lacrymis in epist. ad Innocentium inexpiabile id sacrilegium memorat, quod in sanctissimo templo contigit, cum milites in sacrarium ingressi, barbaro tumultu, ferro, audacia, loci religionem perturbauerunt, cum chlamydes militares pretiosissimus Christi sanguis respersit: cuiusmodi cœlestium symbolorũ violatio facile contingeret, si sub vini specie synaxis ageretur, in ea præsertim incredibili hominum frequẽtia, quæ modo in templis hoc tanto religionis officio perfungitur. Præterea quale illud est & quam magnum incommodum, quod multi reperiantur delicati homines & naturæ conditione imbecilles, multæ lectissimæ fœminæ quæ ne quidem vini odorem perferre æquo animo queant, quæ non sine grauissima nausea atque fastidio communi cum cæteris poculo vtantur? Ergone id Sacramentum, quod est coniunctionis animorum & caritatis beneuolentiæque artifex, offensionem generabit? Sed quid fiet illis regionibus quæ positæ sunt ad Septentrionem, vbi vix ac ne vix quidem conseruari vinum potest diuque retineri? Quid illis oris terrarum in quibus neq; nascitur, nec inferri commode aliunde posset? Acosta fidus Scriptor meminit se vidisse, cum lagena vini plena, eaq; mediocris, vel exigua potius, trecentis nummis aureis emeretur. Sciunt Græci & experiuntur, quantum sit in hac ipsa re perturbationis & incõmodorum, tametsi guttulam tantum cuiq; affundant, è paruo cochleari desumptam; Hussitæ, Boemi quos Callixtinos vocant, hanc ipsam operosam difficultatem senserunt, cum primipilus inter illos & signifer impietatis calicem exhibuit quadraginta hominum millibus, qui hac illecti nouitate, studio incenso accurrerant, vbi cum se liberius & licentius ingurgitarent, fanum derepente versum est in popinam, & ingens consequuta moderatorum hominum offensio. Quæ causa fuit, cur Melanchthon Boemis consuleret vt hydromeli adhiberent, Baccho ab Orgiis eiecto & exterminato, qui non minus habuit audaciæ ad mutandam Sacramenti materiam, quam Theodorus Beza, docet enim pane deficiente

Cyprian serm. de lapss.
Chrys. 1. Corinth. c. 8. hom. 18.
Theodoret. l. 3 c. 18.
Chrys. ep. 1. ad Innocent.
Acosta l. 4 c. 4.

ciente Cœnam fieri herbis aut moreto posse, & quocunque demum alio cibo. Atenimuero quis inficiari audeat, quin æterna diuinæ mentis prouidentia his tot ac tantis incommodis longe ante sapienterque prospexerit? quæ superarentur tamen omnia vi diuini verbi & Numinis imperio, si præceptum id fuisse constaret. Sed diligentius tria Scripturæ loca examinemus, quæ ad Ecclesiæ consuetudinem infirmandam & labefactandam adhibentur.

Est verò imprimis animaduertendum Seruatorem nostrum cum ait, *Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, præceptum quidem proponere, modum autem præcepti non exponere, hoc est, iubet quidem vt corpus sanguinemq; eius capiamus, neque tamen determinat & præscribit, vtrum sub duabus speciebus id fieri debeat, an sub vna tantum: quin potius si de mente & voluntate coniectura capi ex verbis potest, id esse liberum haud obscurè significat, vt etiam animaduertit Concilium Tridentinum; Nam qui dixit Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; dixit quoque Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. & qui dixit, qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinē habet vitam æternam: dixit etiam, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita: & denique qui dixit, qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, dixit nihilominus, Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Atque vt ostenderet in alterutra specie eius corpus & sanguinem necessaria consecratione reperiri, ait absolute, qui manducat me, & ipse viuet propter me: tantum non aperte inculcans cum corpore sumi etiam sanguinem, qui ad corporis ipsius integritatem spectat. Cuius rei habuit quoque rationem eius prouidentia sapientiaq; illa ingens & interminata, cum Apostolos iussit id facere quod ipse faciebat, ait enim Bibite ex eo omnes, non autem, Bibendum id omnibus porrigite: Addit Euangelii Scriptor, & biberunt ex eo omnes, vbi vox *omnes* in vtroque loco idem significat, & ad proceres tantum illos religionisq; Magistros Apostolos refertur, alioqui mulierculæ atque pueri ad id poculum hauriendum vocati fuissent & etiamnum inuitarentur. Præterea cum dixit Hoc facite, hoc est, idem quod ego feci. Nihil autem tum fecerat quàm quæ diserte memorantur, panem videlicet in manus sumpserat, benedixerat, fregerat, suis distribuerat, cum nondū calicem attigisset, quem non nisi post cœnam consecrauit, vt animaduertit S. Lucas: cum vellet ab omnibus intelligi priorem illam actionem necessario ad omnes pertinere, non autem secundam. S. Paulus consimili modo rem expressit, in 1. Corinth. cap. 11. de alterutra specie cum disiunctione loquitur.

Trident. sess. 21. c. 1. *Sed neque ex sermone illo apud Ioannem sexto, rectè colligitur vtriusq; speciei cōmunionem à Domino præceptā esse, vtcunq; iuxta varias sanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. Namq; qui dixit: nisi mãducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoq;: si quis manducauerit ex hoc pane; viuet in æternum, & qui dixit: qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitam æternā: dixit etiam; panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: & deniq; qui dixit, qui manducat meam carnem & bibit meū sanguinem, in me manet & ego in illo: dixit nihilominus, Qui manducat hunc panem viuet in æternum.*

Luc. 22. 20.
1. Cor. 11. 25.
1. Cor. 11. 27.
ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου.

Pro conclusione huius controuersiæ, & conciliatione animorum & opinionum, fatendum esset, nusquam in Scripturis diuinis prohibitum esse, ne sub vtraque specie quis communicet, nusquam etiam imperatum vt id fiat, cum Deus sanctissime & prouidentissime omnia constituens

tuens atque moderans, id solutum atque liberum Ecclesiæ suæ reliquerit, vt in ea re statuat quod aptius & opportunius iudicauerit habita loci, temporis, & personarum ratione. Et si tantum ab hoc vno penderet illa exoptata religionis consensio & animorum concordia, non esset alienum ab optimæ huius matris Deique Sponsæ humanitate id nonnullis concedere, quod Boemis & Calixtinis Concilii Florentini autoritate & decreto permissum fuit.

DE MISSIS PRIVATIS, HOC EST, IN QVIBVS NEMO, VNO EXCEPTO SACERDOTE, SVMIT EVCHARIstiam.

CAPVT LV.

SERENISSIMVS Angliæ dominator & modestissimi quique inter illos qui nouam lucem Religioni se attulisse gloriantur, non amplius Missæ antiquitatem in dubium reuocant, quam sciant plurimorum Patrum scriptis & autoritate celebratam, qui omnes intra quingentos primos annos floruerunt, è quorum scriptis eruditissimisque monumentis prompta à nobis superius testimonia fideliter sunt expressa. Sed hærere tamen adhuc videntur atque ambigere, num vlla certa & liquida probatione demonstrari queat illa Missa, quam Lutherus ridens *Angularem*, illi *priuatam* nominant, quod nemo Eucharistiam in ea accipiat, vno excepto Sacerdote, qui sacris operatur. Manat autem oriturq; hæc dubitatio, quod in hoc genere, Sacerdotium non agnoscant, neque sacrificium Eucharisticum, cum Cœnam nihil aliud esse putent, quàm synaxeos aut communionis Sacramentum. Homines igitur minimè malos hac ἀπορίᾳ leuemus, & quoniam de sacrificio satis superq; disputatum fuit antea, nunc de earum Missarum antiquitate agamus, in quibus solus Sacerdos diuino pane reficitur, deque iis quæ in secreto abditoq; loco celebrantur, quæ profestis diebus, quæ priuatum aliquem ob finem, quibus deniq; pauci intersunt, hæc enim sunt, & non plura, quæ priuatæ Missæ nomine significari possunt.

Cum victima ex veteri Hebræorum instituto offerebantur, ex ea ne-

mo penitus præter vnum Sacerdotem edebat, ac ne is quidē cuius causa Numini consecraretur, vt constat ex 6. & 7. cap. Leuitici. Vnde sine controuersia concluditur delibationem ipsius hostiæ atq; manducationem nunquam fuisse de integritate naturaque sacrificii: & proinde Christi Seruatoris præceptū ea faciendi quæ ipse fecisset, hoc est offerendi corporis & sanguinis ipsius pro remissione peccatorum, quod præceptum his verbis exprimitur, Hoc facite, nulla ratione obligare ipsum ad communionem pro quo diuina illa mysteria celebrantur. Nam alias sequeretur neque Apostolos neque alios qui deinde illorum munus & dignitatem exceperunt sacris operari potuisse, nisi cum populi multitudini libuisset, tum interesse, tum ad epulum se religiose comparare, cum monitio Doctoris Gentium vel imperium potius clarum sit, & perspicue in epistola quadam expressum, *Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat*: atque omnino id si verum esset, Christiani sacrificii perfectio, executioq; præcepti à vulgi & ieiunæ plebis voluntate penderet.

Leuit. 6.26. *Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio Tabernaculi. & v. 30. Hostia enim quæ caditur pro peccato cuius sanguis infertur in Tabernaculum testimonii ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.*

1. Cor. 11. 28.

Ecclesia diuino afflatu & intima Spiritus Sancti motione gubernata, ab omni hominum memoria de re tota alio quodam modo iudicauit, & cum liberos cohortetur sæpe suos monitisque inflammet, vt se parēt ad perceptionem Sacramenti cum sacrificio copulati; non omittit tamen in languore populi atq; fuga, victimam salutarem offerre pro scelerum expiatione, in actionem gratiarum, in pignus & testificationem mutuæ beneuolentiæ & caritatis. Neque tamen id sacrificium Angulare aut priuatum appellari debet, quod vt pie sapienterq; monuit Concilium Tridentinum, non modo pro iis qui sancto illo pane vescuntur, verum etiam pro omnibus generatim offertur, neque pro iis tantum qui intersunt, & præsentia sua arcanum munus venerantur, sed pro absentibus qui vel longissime dissident, neque pro viuis modo, sed etiam pro illis qui iam à corporis domicilio migrarunt, vt superius fuit probatum & deinceps 4. libro dicetur vberius. Adde quod vt sacrum animaduertit Concilium, Sacerdos publicus sit Ecclesiæ minister, qui pro omnibus qui ad corpus Christi pertinent seu præsentes sint siue absint, celebrare & obire sacrificium possit, quod ea functio non sit eius naturæ & conditionis, cuius pleræque aliæ, quæ præsentes debent afficere, qualis baptismus & rerum cœlestium pro concione explicatio, sed potius in earū numero collocanda, quæ populi vice ac nomine Deum spectant, & ad ipsam omnia tuentem & administrantem diuinitatem referuntur, quales sunt preces & gratiarum actiones. His accedit, quod nihil impediat quo minus qui adsunt vniuersi, spiritaliter communicare queant, & cœlestibus aræ donis recreari, si non satis comparati videantur, vt reipsa cum Sacerdote, Angelorum pane vescantur.

Conc. Trid. sess. 22. c. 6. *Optaret quidem sacrosancta Synodus vt in singulis Missis fideles astantes non solū spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarēt, quò ad eos sanctissimi huius sacrificii fructus vberior proueniret: Nec tamen si id non semper fiat, propterea missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat vt priuatas & illicitas damnat, sed probat atq; adeo commendat. Si quidem illæ quoq; Missæ verè communes censeri debet, partim quod in eis populus spiritualiter communicet, partim verò quod à publico Ecclesiæ Ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.*

Atque hinc fit vt tametsi grauissima autoritate Ecclesia decreuerit, omnibus & singulis audiendam esse Missam diebus Dominicis atque festis, qui-

stis, quibus feriæ imperantur, vt ex Concilio Agathensi & antiquis Canonibus constat, tamen iam inde à tempore Concilii Eliberitani, quod habitum fuit anno 305.imo & à Fabiani Pontificis Maximi æuo, qui sub annum 252.ad Cœlitum sanctimoniam gloriamque migrauit, communio non nisi tribus solennibus anni festis, Paschatis, Natalitiorum & Pentecostes indicebatur: non quod non parens religionis Ecclesia, eadem semper pia & honesta cupiditate exarserit quam Tridenti in augustissimo illo orbis terræ cœtu explicauit, vt nimirum quicunque diuinis sacris intersunt, sacrificium quoque omnes Eucharistiæ participent, sed cum haberet rationem humanæ imbecillitatis infirmitatisque naturæ, melius & commodius existimauit, id cuiusq; pietati solutum liberumq; permittere, quàm præcipiendo committere, vt in hac labe huius tempestatis, qua pristinus animorum impetus atque incensus amor religionis tantopere defloruit, multorum salus ad contumaciæ scopulos impietatisque allidatur.

Ex Concilio Eliberitano can. omnis. de consecrat. Dist. 2.

Nec inter Catholicos numerabitur, qui in istis videlicet temporibus Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicauerit. Concil Tolet. 1 c 13.

De his qui intrant in Ecclesiam & deprehenduntur nunquam cõmunicare admoneantur. Quod si non communicant, ad pœnitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineant, si non fecerint, abstineãtur. Refertur de Cõs. dist. 2 c. hi qui intrant. Concil. Agath. c 18.

Seculares qui in Natali Domini Pascha & Pentecoste, non communicauerint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.

Idem c 47. *Missas die Dominico secularibus totas tenere, speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui si fecerint, ab Episcopo publice confundantur.*

Atque de hac re præstabili ingenio vir & mirabili dicendi copia S. Ioannes Chrysostomus (quem Catholicis nimis quidem impudenter & malitiose obiicit Chemnitius) dolenter quæritur homil. 3. in Epist. ad Ephesios, Frustra, inquit, est quotidianum sacrificium, frustra adstamus altari, nemo est qui participet. Hoc dico, non vt solum participetis, sed vt vos dignos reddatis. Cum docere vellet Eucharistiam prope iis inutilem videri in ratione Sacramenti, quod ad eam minus se diligenter accurateq; disponant, licet aliàs prout est sacrificium singulares vtilitates vberesque fructus adferre queat: nam alioqui ipse minime celebrasset cum se tamen in numero sacrificantium reponat cum ait, *Frustra adstamus altari.* Et aliis in locis ostendit, eam nimium quantum viuis, mortuis, præsentibus, longe positis, mirificas commoditates bonaq; ingerere. Et rursum de incomprehensibili Dei natura disputans, homilia 3. expostulat, quod longe maior hominum frequentia ad eius audiendas conciones tanquam auidam sitim explere cupientes accurrerent, quam ad mysteriorum diuinorum celebrationem, vbi tamen communis ille omnium Magister Dominus Iesus semetipsum inquit ostensurus est. Quæ diserti & religiosissimi viri cohortatio eo spectat, idque vnum studet & contendit, vt perfecta concione populus in æde sacra hæreat, precationibus intersit, atque mysteriis, in quibus reipsa Deus Seruator hominum reperitur. Ex quibus perspicue liquet sacra etiam tum fuisse, Missarumque adhibitam religionem sine promiscua omnium communione: Quod etiam è D. Ambrosii monumentis luculentius potest intelligi, qui Græcos suis temporibus ait semel tantum quoque anno Eucharistiam percepisse. Id quoque Nannetensis Concilii autoritate comprobatur laudati ab Yuone Carnotensi 3. part. Decreti, quo statuitur ne Presbyteri celebrent soli Missam nisi habeant saltem vnum qui respondeat. Huc facit Toletanum etiam duodecimum Can. 5. vbi Sacerdotes quidam grauiter serioque reprehenduntur quod prophanorum & lai-

S. Ambros. l. 5. de Sacram. c. 4.

eorum imitatione ita celebrarent, vt minime tamen cœlesti pane vescerentur, *Quale erit illud sacrificium* [ita ibi grauissime Patres] *cui nec ipse sacrificans participasse dignoscitur*?

Sed quot olim fuere Sacerdotes, qui patrimonio suo freti aut sponte bonis omnibus commodisq; fortunæ spoliati, studio religionis se ad sacrorum hominum societatem & ordinem Clericorum aggregarēt, nulla tamen in animas iurisdictione ornati, quiq; proinde pro officio & autoritate nemini Eucharistiam administrare poterant? Talis fuit Paulinus, postea Nolæ Antistes, qui de se prodit epist. 6. ad Seuerum, ita se creatum Sacerdotem, vt nulli Ecclesiæ astringeretur. Et inter eos qui publicæ religionis curam habebant, quot fuisse existimamus, qui sine corona atque frequentia populi celebrarent? Atque hoc autore Leontio magnus ille Ioannes qui à singulari in alios beneficentia & inaudita benignitate Eleemosynarii cognomen inuenit, populo aliquando suo proposuit: cum digressus è templo hora sacrificii sic eos est affatus, Ego filii propter vos ad Ecclesiā descendo, nam mihi ipsi in Episcopio Missas facere poteram. Haud dissimile fuit Gregorii Nazianzeni facinus, vt Sozomenus refert libr. 7. cap. 5. historiæ, sed hoc etiam illustrius percipi cognosciq; poterit si alios Missæ priuatæ significatus, de quibus antea meminimus, consideremus.

S. Paulinus ad Sulpitium Seuerum epist 6. *Ea conditione in Barchionensi Ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi Ecclesiæ non alligarer, in Sacerdotum tantum Domini, non etiam in locum Ecclesiæ dedicatus.*

Imprimis si hoc placet appellare nomine propter locum qui secretus & à communi hominum frequentia remotus sit, priuata igitur fuerit illa missa quam Christus Iesus Sacerdotii nostri princeps in cœtu Apostolorum celebrauit: nam priuata illa fuit domus, vt apud Lucam cap. 22. videre est, & Actorum 2. videmus delectos illos à Christo religionis magistros in priuatis ædibus sacrum panem fregisse. Illa etiam tempestate qua Imperatores superstitione obligati Christianorum vitæ crudelius atrociusq; insultabant, sacra mysteria, vt ex annalium monumentis constat, non modo in arcanis abditisq; penetralibus ædium fiebant, verum etiam in spolæis, in cauernis defossisq; alte locis, quas Cryptas & Catacombas nominabant, quodq; etiam est mirabilius, Nicephorus refert Lucianum in asperitatibus Dei causa perferendis inuicto animo virum & excelsum, cum vinclis oneratus esset, in horribili tamen diraq; custodia sacris operatum, & loco altaris proprium pectus adhibuisse.

Luc. 22. 11. *Ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate.*

Act 2. 46 Frangentes circa domos panem.

De Eucharistia interpretā tur, nonnulli vt Chrys. hoc loco, & Oecum. Gagneius & Baronius. fauet Syrus interpres sic vertens, & domi frangentes erant munus benedictum, *id est sacram Synaxim, ait Bodetianus in Lexico Syrochaldaico: & Biblia Regia sic legunt, & domi frang bant munus bene lictum; alii de conuiuio intelligunt. quod ἀγάπην nuncupabant, & sumpta Eucharistia celebrari solebat, & Dominica Cœn. ab Apostolo vocatur 1. Cor. 11 20.*

Niceph Ecclesiast hist. l. 8. cap 31.

Enimuero non grassante modo impietate furentium Imperatorum, neque tantum in atroci eorū temporum vexatione, maiores nostri sanctimonia & omnium virtutum splendore clarissimi, quotidianum in priuatis ædibus sacrificium obibant, quandoquidem S. Gregorius Nazianzenus in seposito id oratorio faciebat, & Ambrosius summis æquandus in fœminæ vnius nobilissimæ domo id præstitit, vt Paulinus in eius vita memorauit. Quin & Hipponensis Ecclesiæ Presbyteri in rusticana & semota ab vrbe domo sacrificium corporis Christi obtulerunt, vt eorum eximius Antistes doctissimis monumentis prosecutus est libr. 22. de ciuitate Dei. Theodoretus quoq; in Cellula Marini Anachoretæ

diuina

diuina mysteria perfecit, vt de se memorat in sanctorum Patrum historia cap. 20. Cassianus in Episcopio suo sacra mysteria peragebat, teste magno Gregorio homil. 37. in Euangelia, qui etiam epist. 43. ad Ioannem Episco. Syracus. monet ne impedimento sit quominus in Senatoris Venantii domo Missa celebretur. Denique S. Ioannes Damascenus testatur Barlaamum Sacerdotii dignitate ornatum, in Cella sua quotidie sacris operari consueuisse, quibus nemo, vno excepto Iosaphato, interesset.

Quod si omissa loci hac circunstantia, tempus intueri lubet, & priuatam nominare eam Missam, quæ profestis diebus cõficitur, publicam autem quæ festis solennibus; etiam ritus ipsius antiquitas perspicuis omnino testimoniis comprobatur. Quis enim inficiari audeat, quin continuum illud Danielis sacrificium ad omnes sine discrimine dies pertineat? quin D. Hieronymus æui sui doctissimus scripserit in 1. cap. epist. ad Titum, consueuisse Sacerdotes pro suis populique noxis obire sacrificium? Quin aureum flumen orationis fundens Chrysostomus homil. 3. in Epist. ad Ephesios quotidianum sacrificium, vt antea monebamus, asseruerit? Sane D. Augustinus epist. 23. Christum ait semel quidem immolatum in cruce fuisse, quotidie verò in Sacramento salutis omnium causa id repræsentari. Hippolytus item Martyr orat. de Antichrist. mundi liberatorem inducit Ecclesiæ gubernatores Antistites religionisque præfectos ita compellantem, Venite Pontifices qui pretiosum corpus meum quotidie immolastis. De Cassio Narniæ Episcopo sanctissimo testis est beatus Gregorius quem Martyrologium Romanum exscribit, nimirum nullum eum præteriisse diem, quo placationis hostiam omnipotenti Deo non offerret: quam pietatem clarissimis operibus illuminabat, nam in pauperes effundebat sua, & ad aram pio lacrymarum imbre madebat. Consueuerat autem quotannis religiosissime Romam proficisci ipso die sacro & solenni, quo Petrus atque Paulus Apostolorũ coryphæi atque principes publica orbis terræ lætitia honorantur, cuius religionis gratia præmium hoc diuinitus consecutus est, vt eodem ipso die celebrato pie sacro, communione multis, benedictione omnibus impertita, è squalenti corporis ergastulo ad iucundam & plenam voluptatis vitam abiret.

Greg. hom. 37. in Euang. *Tunc ille compulsus in Episcopii oratorio Missas fecit & manu sua corpus dominicum pacemq; omnib. tribuit.*

Denique S. Andreas bonus religionis magister, Proconsuli Ægeo respondit, vt Diaconi æternæ memoriæ prodiderunt, immolare se quotidie Agnum sine macula, qui sumptus à populo & in os immissus, integer tamen incolumisque maneret. Quarto quodam modo priuata Missa dici posset, ob priuatum aliquem finem ad quem referatur, vt cum pro aliquo viuo mortuove celebratur, cum pro vno potius quàm pro alio negotio. Id enimuero non impedit quominus sit publicum sacrificium: semper enim offertur Ecclesiæ nomine, Sacerdos ipse publicus est administer, communes precationes sunt, proque omnibus vniuersim funduntur, mentio in ea fit bellantis Ecclesiæ, triumphantis & patientis.

De prædicatione S. Andreæ in Achaia. Hieron. ep. 184. ad Marcellam prope finem, & Nicephorus l. 2. c. 39. de epistola Diaconorum Damasus in versibus Sapphicis & Petrus Chrysol. serm. 133.

tientis. Vnde fit vt vtrumque in efficiendo propositum finesq; illi duo publicus & priuatus cohærere possint, cum vnus in altero comprehendatur non secus quàm vnitas in numero. Et quidem antiquissimis temporibus Deus Leuitici 4. & 5. statuit, vt pro summo Sacerdote sacrificiũ, pro principe, pro Synagoga, proque omni hominum genere offerretur.

Iob 1.5. Iob innocentia vitæ singulari pro liberis sacrum obibat: & ipse rerum

Iob. vlt. 9. omnium moderator Deus tres illos viros qui acerrimè Iobi constantiam labefactare contenderant, ad eum misit, vt pro illis preces hostiasq; mactaret. Sic apud D. Augustinum in libris Confessionum pro Monica *Sacrificium pretii nostri offertur:* Et libro superius laudato de Ciuitat. Dei, in ædibus Zubedi, ad comprimendam mali dæmonis vexationem. Sic quoque ad Cœlitum honorem celebratur, vt proximo capite ostendemus.

August. l. 9 conf. ss c. 12. Idem l. 22. de ciuit. c 8. Porrexit vnus, obtulit ibi sacrificiũ corporis Christi.

Vltimo loco priuata Missa dici potest, quæ neque publicis in paræciis, nec in solenni Monachorum cœtu, nec Clericorum in Collegio beneficii iure sociato geritur, sed priuatim pro cuiusque Sacerdotis pietate. Quo sensu Gregorius Magnus prohibet ep. 43. lib. 4 ne Missæ in Monasteriis publicæ fiant, cum iudicaret, popularem illum concursum turbamq; inconditam, ad ea loca minimè affluere debere, quæ religiosorum tranquillitati & silentio consecrantur. Exempla iam in medium protulimus eorum Sanctorum, qui arcano in conclaui secretisq; locis, re diuina perfuncti sunt, qui pauci omnino homines intererãt: & Nannetense Concilium vnum saltem Missæ auditorem adesse vult qui respondeat.

Gregor. epist. l. 4. ep. 43. *Missas autem illic publicas per Episcopũ fieri omnimodo prohibemus: ne in seruorum Dei secessibus popularibus occasio prabeatur vl la Conuentibus: & simpliciores ex hoc animas plerumq; (quod absit) in scandalum trahat frequentior quoq; introitus muliebris.*

DE MISSIS QVAE IN COElitum honorem celebrantur.

CAP. LVI.

CONTROVERSIA in eo posita est, vt videamus, an institutioni Eucharistiæ repugnet, cum ritu pio celebratur, vt Diuorum memoria fiat, qui iam in cœlo sempiterna gloria potiuntur, & proinde aliquo etiã modo in ea sacra functione inuocentur. Res facile, meo iudicio componi potest, si quæ à nobis modo proferentur, liquida mente & pacata consideremus.

1. ad Timot. c. 2. v. 1 παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων.

Apostolus imprimis ca. 2. prior. s ad Timotheum vult orationes, preces, supplicationes, & gratiarum actiones fieri in Ecclesia pro Regibus & Dynastis quique publico magistratu funguntur, vt placida fluat æui tempestas, atque externa pertu: batione vacua. Quem locum Ecclesiæ lumina Sanctus Ambrosius, Sanctus Ioannes Chrysostomus, Sanctus Augustinus

Augu ep. 59. ad Paulinum. Ambr. l. 6 de Sacram. c. vlt. Comment. Chrysost. Theo-

igitized by Google

Augustinus, Theophylactus & Oecumenius ad sacrificium accommodant. Quæ verò gratiarum actio iustior esse potest, quàm cum Deo laudes concinimus pro victoria & insignibus triumphis quos fratres nostri de communi salutis omnium hoste reportarunt?

phylact. & Oecumen. in c. 2. 1 ad Timoth.

Secundo, haud obscurum, clarissimum potius est exemplum in Liturgiis S. Iacobi, Clementis, Basilii, Chrysostomi, in quibus Cœlitum inseruntur nomina, non semel atque iterum, sed plurifariam.

Tertio, S. Cyprianus epist. 6. lib. 3. efflagitat vt in Ecclesiæ albo atque Diariis, dies notentur accuratè, quibus Martyres beatam sibi vitam moriendo pepererunt, vt euoluto anno pro iisdem anniuersaria sacra possit conficere, in memoriam perpessionum & generosæ constantiæ, qua Christi Iesu nomen & religionem defenderunt.

Quarto, Epiphanius hæres. 75. & S. Cyrillus in mystagogica catechesi 5. disertè expresséque aiunt, in Liturgia, inque precibus sacrosancti mysterii, fieri mentionem Apostolorum & Martyrum nominatim. Plus quiddam asseruit S. Ioannes Chrysostomus, nam homil. 21. in Acta, non solum fieri mentionem scribit, sed honore quodam singulari ornari, quod tempore venerandi sacrificii præsente ipso rerum omnium parente Deo nominentur. Quæ causa fuit cur S. Augustinus diceret eos ordine atque loco suo in sacrificio nominari: & cum suis in Commentariis, Martyrum Memorias ponit, loca intelligit, in quibus inuocabantur, aut in eorum honorem fiebat sacrificium.

August. l. 22. de Ciuit. Dei c. 10.

Rationes, præter hæc testimonia, suppetunt etiam bene multæ & illustres: quis enim dubitare potest quin Ecclesia militans & triumphans atque adeo patiens corpus vnum efficiant? eritne tam audax quispiam aut à mente derelictus, qui negare Sanctorum communionem audeat, quod fidei vnum dogma constituit? Quis tam proiectus & temerarius esse queat, vt respuat illas probationes, quibus antea perspicuè demonstrabamus, pro mystico naturale Filii Dei corpus offerri? Quis sanus D. Augustini sententiam aspernetur, qui ait totam ipsam redemptam ciuitatem, hoc est congregationem societatemq; Sanctorum, offerri Deo per Sacerdotem magnum Christum, & quoniam principes sunt partes Sancti, eos propterea appellari nominatim ad aram? Quis non cum eodem dicat præstabilissimo Doctore, nos cum grates agimus Deo, tum pro gratia qua Diui in hac vita ornabantur, tum pro gloria qua perfruuntur in alia, incendi tantæ virtutis æmulatione, & inuitari, vt opem præsidiumq; petamus eo veniendi, quo ipsi felicissimè peruenerunt? quod præsidium vt idem ait Tract. 84. in Ioannem, illorum gratia præsertim & fauore sperare debemus. Nam si fas piumque est Deum rogare, nos vt ducat instruatq; optimorum Doctorum subsidio, Antistitum, Regum, Magistratuumq; opera, tum in spiritali degendæ vitæ ratione, tum in communi hoc genere ciuilique societate: cur minimè liceat demisso animo & religioso postulare, vt Sancti nos sua gratia & beneuolentia prosequantur? Et si in hac rerum instabilitate optare iure possumus,

August. l. 10. de Ciuit. c. 6.

Idem Aug. lib. 8. de Ciui. c. 27. *Vt ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atq; palmarũ, eodem inuocato in auxilium ex eorum memoria renouatione adhortemur.*

Coloss. 1. 15.

Rom. 8. 29.

Tttt

mus, vt bonorum omnium preces & Ecclesiæ pia suffragatio nobis accommodentur, cur petere idem haud possimus, vt Sanctorum preces & ipse felicium mentium ardor nobis inseruiat, prositque ad eandem sanctimoniam consequendam? Nonne eiusdem corporis nobilissimæ sunt partes, & in hac Dei familia communiq; domo velut principes quidam maioresque natu liberi? sub eo tamen qui à Paulo Apostolo diuinè, vt solet, sapienterq; disputante nominatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως primogenitus omnis creaturæ: & aliàs πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς primogenitus in multis fratribus.

Quod si hac de re quispiam dubitaret, legat S. August. quæst. 108. in Exodum, & quæst. 149. vbi refici nos & releuari meritis Sanctorum ait, cum propria nos merita grauant atque deprimunt. Itaque ipse Ecclesiæ hostis Chemnitius potentissimæ vi veritatis adductus, sex omnino in hac quæstione, vt certa & testata confitetur. 1. Primæ iam efflorescentis Ecclesiæ temporibus annuam Martyrum memoriam fieri consueuisse atque solennem, iis in locis, vbi sacræ eorum exuuiæ asseruabantur, cui rei probandæ Epistolam in medium profert Smyrnensis Ecclesię apud Eusebium lib. 4. histor. cap. 15. 2. Post paulo eorundem beata lipsana sub altaribus collocata fuisse, laudatque in eam rem S. Ambrosium, qui sanè egregiè pietatis illius cõmeminit epist. 45. 3. Expressam Martyrum mentionem, in Ecclesiæ precibus fieri consueuisse, quod etiam è citata prius Smyrnensium epistola colligit. 4. D. Augustini tempestate Cœlites fuisse lectos humani generis patronos, populumq; vulgo ad eorum se præsidium & opem contulisse. 5. Hanc opinionem minimè repudiari à clarissimo Doctore Augustino, vt constat ex cap. 10. lib. 22. de Ciuit. Dei, quandoquidem certa & constanti fide in ea religione acquieuit. Denique Basilium Magnum & eruditissimum Theologũ Nazianzenum audaciores paulo in hac quæstione facit, eoque rem progressam, vt Martyrum merita atque intercessiones in Eucharistia celebranda locum haberent. Quæ Chemnitii notationes animaduersionesque sunt verissimæ, si illud excipias, quod impia mente reiicit quæ ab omni hominum memoria in vsu fuisse & comprobata fatetur. Etiam fallitur in describendo piæ consuetudinis progressu, cum Cœlitum inuocandorum initia ad tempus Magni Basilii & D. Gregorii Nazianzeni refert: constat enim vtroque antiquiorem Eusebium libr. 3. de præparat. Euangel. eius meminisse, cuius verba hæc sunt, Vota Sanctis facimus, quorum intercessione apud Deum non parum iuuari nos profitemur. Sanctus item Irenæus Eusebio vetustior libro 5. aduersus hæres. memorabile hoc effatum protulit, Virginis Euæ Virginem Mariam fieri aduocatam.

Kemnitius 3. part. examin. Concil. Trid. pag. 810.

Euseb. l. 13. præparat. c. 7.

Hoc igitur restare vnum videtur, vt quæ via ratioque sit conciliandorum animorum in hac controuersia dispiciamus; quæ perfacilis meo iudicio fuerit, si communi Ecclesiæ voce Tridenti legitimo cœtu aggregatæ dicamus, verè impium & superstitiosum fore & contumeliosum aduersus

aduersus Deum, si directè sacrificium Missæ in Sanctos referamus; imò etiam si vel templa iisdem atque ædiculas sacras, si altaria consecremus absolutè & definitè. Quis enim (ait S. Augustinus) audiuit aliquando stantem Sacerdotem ad altare dicere in precibus, Offero tibi sacrificiũ, Petre, vel Paule, vel Cypriane? Quis tam hospes atque peregrinus in fidei rebus est, qui nesciat, Martyrum nos Deo atque principi consecrare altaria atq; templa, quæ Apostolorum aut Martyrum nominibus insigniuntur? Quis ignorat, vt idem Doctor eximius disputat, non orari pro illis in Missa, sed eorum opem auxiliumq; implorari? Quis nescit precationes omnes referri in Christum Iesum, cuius meritis fortissimi illi triumphatores coronantur? Hæc verò cum lecta sæpius, cum audita, cum prudentium hominum iudicio comprobata sint, quis negare deinceps audeat, quin modo Numini offerre possimus vitam, mores, præstabilia facinora meritaque sanctissimæ Dei matris, Apostolorum, Martyrum, Doctorum, Confessorum, Virginum, quemadmodum religiosissime quondam Veteres Abrahami, Isaaci & Iacobi sanctimoniã mundi opifici Deo repræsentabant.

August. l 8 de Ciuit. Dei c. 27 & l 22 c. 10.

Idem l. 20. contra Faust c. 21.

Abiiciamus præiudicia & anticipatas notiones, quæ studio contentionis altius forte in animo insederint, & e uestigio regrediemur omnes, non ad communionem modo Sanctorum, verum etiam ad vnius Ecclesiæ complexum, ad fidei consensionem, ad perfectam charitatem: denique vltro & libentes alia tria Sacramenta admittemus, de quibus iam consequens est vt agamus.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

CAPVT LVII.

NEGABANT Messaliani afflatum esse vllum Spiritus Sancti atque gratiam in manuum impositione. Taudemus homo dicax & vt sibi quidem videbatur plurimum salis & festiuitatis habens, insulse & impie Sacerdotes illudebat, quasi ad Ordinem Spiritus Sancti factionemq; pertinerent. Lutherus officium duntaxat esse vult non Sacramentum. Melanchthon sophi-

Digitized by Google

Calu. 4 Instit c 19. § 12. *Obiter perstringemus, quot & quam insulsas absurditates ingerant dum nobis suos ordines pro Sacramentis commendare volunt.*

sticam inuentionem nominat. Dauid Cythræus eiusdem farinæ homo præfractè coutendit impositionem manuum meras quasdam esse præstigias anilemque superstitionem. Caluinus sibi ipsi repugnans & elatus imitatione Lutheri, Ordinem inter quinq; Sacramenta collocat, quæ falsa atque inania esse, omni orationis copia, omni animi contentione defendit.

Sed negare quis potest Sacerdotii dignitatem in Ecclesia, si diuinæ Sapientiæ oraculum exaudiat Ioan. 20. *Sicut misit me Pater & ego mitto vos. Hæc cum dixisset insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Quis in dubium reuocare audeat manuum impositionem cum Actorum caput 6. perlegerit, vbi S. Lucas scribit Apostolos cum Stephanum, Philippum, atque alios Diaconos renunciauerunt, eisdem manus imposuisse? Et cap. 13. claro imperio dixit Spiritus Sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos: tunc ieiunantes & orantes imponentesq; eis manus dimiserunt illos. Et cap. 14. eiusdem libri memoratur quemadmodum Paulus & Barnabas venissent Antiochiam vicinasq; regiones lustrarent, statuerunt per singulas Ecclesias presbyteros ieiuniq; preces pro iis fuderunt commendaueruntq; Domino. Quod si impositio manuum nullam gratiam impertiretur, & simplex tantum atque inanis ceremonia foret, sine vlla conficiendi vi animumque exornandi, cur tam serio magnus religionis Magister Paulus Timotheum discipulum suum moneret, ne gratiam negligat, quæ in illo est, & quæ data est ipsi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii? Et alio in loco vt exsuscitet gratiam Dei, quæ est, inquit, in te per impositionem manuum mearum? & iterum, ne citò & temere cuiquam manus imponat? Enimuero sapientiam veterum Patrum audiamus.

„ S. Ignatius epist. ad Smyrnenses, Omnes, inquit, Episcopum sequi-
„ mini sicut Christus Iesus Patrem, Presbyteros sicut Apostolos, Diaco-
„ nos autem veneramini sicut Dei mandato ministrantes. Et infra, Omnia
„ bene vobis ordinate quæ mandata sunt in Christo, Laici Diaconis sub-
„ diti sint, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Episcopo, Episcopus Christo
„ sicut ipse Patri.

Origenes homil. 7. in Ieremiam monet Presbyteros ne propter di-
„ gnitatem suam gloriosius & superbius extollantur, his verbis, Nos qui
„ putamur aliquid esse, id est qui in Clericatus vobis ordine præsidemus,
„ in tantum vt quidam de minori gradu ad hunc locum cupiant perueni-
„ re, nosse debetis nō statim in eo esse saluandos quia Clerici sumus: mul-
„ ti enim & presbyteri pereunt & laici beatissimi reperiuntur: sed si ordi-
„ nem Clericatus & mereamur pariter & habeamus. Quia igitur sunt qui-
„ dam Clerici non ita viuentes vt & ipsi ex ordine capiant fructum, & or-
„ namento suæ sint dignitati, idcirco aiunt qui exposuerunt Prophetam
„ nunc dicentem Cleri eorum non proderunt eis, vtilitas quippe Clerica-
„ tus, non in eo est si aliquis sedeat in agmine Presbyterorum, sed si iuxta
locum

Digitized by Google

locum suum & iuxta præcepta Domini dignus incedat. Et paulo post, "
Plus à me exigitur quàm à Diacono, plus à Diacono quàm à laico. Qui "
verè totius Ecclesiæ arcem obtinet pro omni Ecclesia reddet rationem. "
Concilium Ancyranum anno trecentesimo quadragesimo octauo celebratum hæc habet cap. 13. Chorepiscopis non licet Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteri ciuitatis sine præcepto Episcopi, vel literis in vnaquaque parochia aliquid imperare, nec sine autoritate literarum eius in vnaquaq; parochia aliquid agere. S. Basilius 2. libr. de Baptismo cap. 8. monet tametsi Prophetæ oraculo dicitur, fore vt omnes nominentur sacerdotes, non sequi tamen vt Sacerdotii dignitatem & tanti honoris ministerium sibi omnes arrogare possint, quod tanta res donum sit diuinitatis, in quod inuadere nemo nisi legitimè debeat. S. Gregorius Nazianzenus orat. 21. de laudibus S. Athanasii sanctissimũ illum virum ait omnibus Ecclesiæ ordinibus perfunctum, tandem ad Alexandrinæ diœceseos procurationem euectum fuisse.

S. Gregorius Nyssenus diuini verbi vim atque efficientiam eleganti oratione prosequutus, eam ipsam vim aït Sacerdotem augustum & verecundum facere, nouitate benedictionis à communitate vulgi segregatum: Et quamuis oculis intuentium nulla magnopere facta videatur immutatio, ille tamen inquit repente redditur Præses, Doctor pietatis, mysteriorum latentium Præsul. Et lib. de virginitate cap. vlt. de flagitioso & contaminato presbytero loquens, Quomodo Dei sacerdotio fungeris qui ad hoc ipsum vt munus offerres vnctus es? &c. Et paulo post, Quomodo hæc ipsa Deo offeres qui legi nõ obtemperas prohibenti ne sacra impurus faciat?

S. Ioannes Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, Etenim Sacerdotium ipsum in terra quidem peragitur, sed in rerum cœlestium classem ordinemq; referendum est. Atque id perquam merito: quippe non mortalis quisquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quæuis creata potentia, sed Paracletus ordinem huiusmodi disposuit, qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus autor fuit, &c. Tum probè intelliget quanto Sacerdotes honore quanta dignitate Spiritus Sancti gratia dignata fuerit.

Chrys. de sacerd. l. 3. c. 4. ἡ γὰρ ἱερωσύνη τελεῖται μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τάξιν δὲ ἐπουρανίων ἔχει ταγμάτων· καὶ μάλα γε εἰκότως. οὐ γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐκ ἄλλη τις κτιστὴ δύναμις, ἀλλ' αὐτὸς ὁ παράκλητος ταύτην διετάξατο τὴν ἀκολουθίαν, καὶ ἔτι μένοντας ἐν σαρκὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ἔπεισε φαντάζεσθαι διακονίαν. διὸ χρὴ τὸν ἱερωμένον ὥσπερ ἐν αὐτοῖς ἑστῶτα τοῖς οὐρανοῖς μεταξὺ τῶν δυνάμεων ἐκείνων οὕτως εἶναι καθαρόν. φοβερὰ μὲν γὰρ καὶ φρικωδέστατα, &c.

Vbi Lector animaduertet in Græco esse διὸ χρὴ τὸν ἱερωμένον, non autem πρεσβύτερον, hoc est sacrificii præsidem, & non tantum Sacerdotem siue presbyterum. Sozom[illegible] lib. 7. histor. cap. 10. responsionem Martyrii refert cum Nectar[illegible] [illegible] in Diaconorum numerum cooptare voluit, nam cum ille [illegible] animi demissione repugnaret, atque Episcopus se quoque ta[illegible] indignum diuina prouidentia in superiori quodam gradu coll[illegible] [illegible]m fuisse diceret, tum Martyrius, Tu, inquit, ô beate, recens bapti[illegible]s es ac purificatus, & mox insuper Sacerdotio auctus es, vtraque aut[illegible] hæc Deus peccatorum expiatoria esse constituit, proinde vt mihi quidem videris, ab infantibus iam recens natis nihil differs.

Digitized by Google

Theodoretus in 5.cap.1.ad Timotheum exponens illa verba, Manus cito nemini imposueris, Oportet, inquit, prius examinare vitam eius qui ordinatur, deinde in ipsum inuocare gratiam Spiritus. Conciliũ Chalcedonẽse Canon. 2. statuit vt si quis Episcopus propter pecunias quempiam ordinauerit, & rem multo pretio æquandam vendiderit, è gradu & honore deturbetur. Iustinianus Imper. Nouella 137. cap.1. sancit vti Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aliique omnes de Clero diligentissimè examinentur in rebus fidei, anquiratur de vita & moribus priusquam ad sanctissimos ordines promoueantur: concluditq; promotiones Sacerdotum omni studio & attenta perquisitione fieri oportere, prout Theologus Gregorius ingenio princeps & Græciæ lumen docuit.

Tertull.cap.2. exhortat.ad castit. quatuor versiculis quater ordines commemorat, aitque Ecclesiæ autoritatem magnum quoddam discrimen reponere inter Ordinem atque plebem, honorem autem illi debitum à Deo manare; Sacerdotis proprium esse offerre & tingere. S.Cyprianus de operibus Cardinal.Christi cap. de ablutione ped. Ordinem indigitat *Sacramentum*, & cum Baptismo componit, quod neutrum iterari possit.

S.Ambrosius cap.5. de dignit.Sacerd. Quis, inquit, frater dat Episcopalem gratiam? Deus an homo? respondes sine dubio Deus, sed tamen per hominem Deus dat, homo imponit manus, Deus largitur gratiam, Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dexteræ, Episcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem. Et in cap. 4. 1.ad Timoth. asserit potestatem offerendi sacrificii Deo in persona Christi, Sacerdoti esse tributam per impositionem manuum & mysticas preces. Quod etiam confirmat S.Hieronymus in cap.58. Isaiæ, vbi vtrumq; necessarium esse contendit, & impositionem manuum & precationes, eosque irridet qui putabant ab se ignaris Clericos ordinatos vocis imprecatione clandestina: Cumque fuisset oratione prosequutus magnum momentum bonæ vel flagitiosæ electionis, grauissime pronunciat eorum scelera qui consecrantur in eos qui consecrauerunt & manus imposuerunt redundare.

S.Augustinus lib.2.contr.Epist.Parmen. cap.13. paucissimorum versuum complexu Ordinem Sacramentum vocat octies, vbi ostendit eos qui nefaria defectione sese ab Ecclesiæ corpore disiungunt, nec baptismum, nec Ordinem amittere, sic vt postea, si se denuo in Matris gremium contulerint, nec tingi, nec consecrari debeant: nam vtrumq; inquit Sacramentum est, quod iterari minimè debet. Et sub finem rursum, Si enim vtrumque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur istud non amittitur, & illud amittitur? Neutri Sacramento iniuria facienda est. Quæ verba inculcat & repetit lib.1.de baptism.contra Donatist.cap. 1. & contendit Felicianum qui ad perfidiosam Maximiani defectionem mentem voluntatemque adiunxerat, nec baptismum perdidisse, nec ius baptismi administrandi quod Ordini comitatur. S.Leo in Epist.ad Dioscorum

Digitized by Google

ſcorum cap. 1. decernit temporum & perſonarum circunſtantias, cum Ordo ſacer conferendus eſt, quem Sacerdotalem & Leuiticum appellat, propter Sacerdotes nimirum atque Diaconos: vult ieiunos ad ſuſcipiendum ordinem accedere, quod inquit ex Apoſtolica nouimus venire doctrina. Et quod ad tempus attinet diem Dominicũ præfinit, quod eo die & mundus ſit generatus, & Seruator hominum ab inferis extiterit, Apoſtoli concionandi poteſtatem acceperint & peccata remittendi, eos mœrore confectos idem Christus ianuis clauſis inuiſerit, Spiritus Sanctus die Pentecoſtes pium omnem cœtum afflarit. Et in Epiſt. ad Epiſcop. African. Quid eſt, inquit, citò manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis. Et quid eſt communicari peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis eſt ille qui non meruit ordinari?

S. Gregorius Magnus in 10. cap. primi libri Regum, lenticulam olei quam in caput Saulis effudit Samuel, vnctionem Sacerdotii præſignificauiſſe ait, quod cum ſit Sacramentum, intimam quandam vnctionem Spiritus Sanctus operatur in eo qui conſecrationem percipit: hanc autem vnctionem aliud nihil eſſe vult quàm gratiam ſeptem Spiritus Sancti donis inſignitam. Et in 16. cap. eiuſdem libri, Ordinem religionis homo homini præbet, ſed in eum cui ordo datur Spiritus dirigitur vt finis ſublimitatem ſuſcipiat ordinis, & intus robur Spiritus Sancti; foris ordo committitur vt quæ Dei ſunt agere debeat, intus dirigitur Spiritus, vt quod iniungitur potenter agat, magnum quippe eſt onus Ordinis, magna fragilitas carnis.. Atque hinc grauiſſimi Theologi probant Ordinem Sacramenti vim habere: nam cum ſit perſpicuum ſpir talem quandam poteſtatem in hoc Sacramento donari, ad diuinam munificentiam & liberalitatem ſpectat, eum cui munus & adminiſtratio committitur, gratiæ præſidio, ad obeundas functiones ſepire: & quemadmodum certum eſt ac perpetuum hoc munus in Eccleſia, ita certa erit gratia quæ in hoc Sacramento impertietur, modo is qui ad eam dignitatem adſciſcitur, iſtius fontes beneficentiæ non obſtruat. Id ſanè Timotheum ſuũ Paulus ſapienter monebat cum paulo ante cohortabatur, vt exſuſcitaret eam gratiam, quam manuum impoſitione fuiſſet conſecutus.

D. Thom. l. 4. aduerſ. Gentil. c. 74.

Omnes igitur in magni Apoſtoli effato conſentient, neminem debere in hunc gradum dignitatis & religionis inuadere, quippe qui tantum illis pateat, quos vt quondam Aaronem, diuina mens appellarit. Illud etiam Ambroſii viri ſanctiſſimi non inuiti omnes audient, *Homo imponit manus, Deus largitur gratiam*. Agnoſcent omnes eſſe omnino ſex quæ ad legitimam ordinis ſuſceptionem neceſſaria videantur. 1. Ius & poteſtatem in eo qui conſecrat, qui Epiſcopus eſſe debet. 2. Vnctionem & externam manuum impoſitionem. 3. Verba Sacramentum conficientia certa formula comprehenſa. 4. Propoſitum animi tum in conferente tum in ſuſcipiente. 5. Sexus conditionem, cum certiſſimum

Ambr. de dignit. Sacerd.

ſit mu-

sit mulieres Sacerdotii nomen atque dignitatem minimè sustinere posse. 6. Non nisi vnda salutari ablutum Ordine insigniri, cum Baptismus sit omnium Sacramentorum ianua.

Caluin. l. 4. Instit. c. 3. §. 16.

Denique in hanc ipsam opinionem pedibus it Caluinus lib. de vera reform. & lib. 4. Institut. vbi in hæc verba scribit cap. 3. Licet autem nullum extet certum præceptũ de manuum impositione (offendit hic quidem in limine atque errat non intelligens præceptum Apostoli ad Timotheum de quo supra) quia tamen fuisse in vsu Apostolis videmus, illa tam accurata eorum obseruatio præcepti vice nobis esse debet. Et paulo post, Hoc postremo habendum est non vniuersam multitudinem manus imposuisse suis Ministris, sed solos Pastores. Idem ad Præcentorem Lugdunensem scribens fatetur ingenue se defectu huius impositionis pure laicum & prophanum fuisse. Quare sperandum est, fore vt deinceps, hac in re quidem, cesset orationis & sepeliatur controuersia, & ne quidem de Antistitum consecratione dubitetur, cum Caluinus & vtriusque religionis intelligentes prima quatuor Concilia vltro admittant: Nam in Nicæno, & præsertim iis Canonibus quos admittunt omnes, disertè clareque statuitur, vt Episcopus à tribus aliis euocatis consecretur.

DE SVBDIACONIS, ACOLYTHIS, EXORCISTIS, LECTORIBVS ET IANITORIBVS Ecclesiæ.

Cap. LVIII.

Guido hære. 16. quæ est Græcorum.
Guido de Vvaldensib.
Guido de hæresibus.

NONNVLLI Græci vt Guido scriptis suis prodidit, omnem ordinem officiumq; repudiant, Ostiarii, Exorcistæ, atque Acolythi. Waldenses tres tantum agnouerũt gradus Diaconatum, Sacerdotium & Episcopatum. Sagarelli Presbyterorum, Diaconorum & Subdiaconorum ordinem *fidei detrimentum* appellare sunt ausi. Ioannes Wiclefus acerrimè contendit temporibus D. Pauli nullum alium fuisse ordinem quàm Presbyteri & officiũ Diaconi, superbiam verò Cæsareã alios deinde gradus inuexisse.

Ioan. Vviclef. in trialogi c. 14.

S. Paulus

S.Paulus 1.Corinth.cap.12. cum disputaret de gratiis gratis datis, de variis functionibus & generibus administrandi, quæ sunt in Ecclesia, ita partitur ac mirabili sapientia distribuit, *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ*, Episcopum hunc D.Thomas interpretatur cuius proprium est ordinare, statuere, disponere; *alii autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum*, Sacerdos hic est, ad quem scientiæ clauis pertinet: *alteri fides in eodem spiritu*: Diaconus describitur, cuius munus officiumque est populum Euangelii splendore collustrare: *alii operatio virtutum*, Subdiaconum innuit, qui moribus quidem sanctissimis florere debet, sed præsertim continentia, vt partes obire suas rite & laudabiliter possit, & ad supremos Ordinum gradus promoueri. *alii gratia sanitatum in vno spiritu*, Exorcista pingitur, qui lymphatis, & à malo dæmone miserandum in modum vexatis, opem & salutem adfert. *alii interpretatio sermonum*, hæc nimirum significatur luce cuius cura committitur acolythis: *alii prophetia*, Lector hic est: *alii genera linguarum*, Cantorem intelligimus: *alii discretio spirituum*, quæ Ianitori conuenit vt fideles ab infidelibus separet, Ecclesiæ liberos ab excommunicatis distinguat, sacrum à prophano, lauacro salutari expiatum à Catechumeno, dignum à perfidioso, vt admittat quidem alios, alios autem aditu prohibeat.

D.Thom in 4 sent. dist. 24. q. 2 ar. 1. ad 1.

Quod verò functiones istæ omnes sacræ sint, constat ex proprii obiecti ratione, quod est copus Filii Dei tum naturale tum mysticum, & quod in rebus sanctissimis & augustissimis occupentur. Sancta est orationis domus, sanctum est templum multis & metuendis ceremoniis Deo consecratum, cui Ianitor præficitur. Sanctissimum Dei verbum, quod Lectoris ore pronunciari debet, sacra & eximia illa potestas quæ serpentis caput comminuit, calcat aspidem & basiliscum, leonem inferorum furiose inuadentem astringit, quæ non tam ad filios Scæuæ pertinet, quàm ad nostros Exorcistas, in eam rem Ecclesiæ voce & autoritate cooptatos. Sancta quoque ipsa vasa de quibus illud est in diuinis oraculis, *Mundamini qui fertis vasa Domini*, quod munus est Acolythi. Sanctum magni Dei altare, sanctus etiam Agnus qui in eo collocatur, imo totius sanctitudinis fons atque princeps, de quo illud effatū est in monumentis Sanctorum, *Nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*: & aliàs, Nolite sanctum dare canibus. Illius autem apparatus quod ad materiā quidem attinet, ad Subdiaconi munus officiumque refertur, calicis distributio pertinet ad Diaconum, & ad Presbyterum eius cōsecratio, corporis mystici hoc est Ecclesiæ administratio Episcopi est propria. Cum hæc ita se habeant, intelligi facile potest huiusmodi functiones obiri commodè & legitimè non posse, sine certa & illustri gratia, quæ proinde cum manuum impositioni iuncta & iugata sit, vt Apostolus scribens ad Timotheum clarè significat, vnde colligi necessario debet & conclu-

Ecclesiastici 44. 4.
Actor. 19. 15.
Esaie 52. 11.
Actor 2. 28.
Matth. 7. 6.

di, ordines eos omnes sacros esse, & vno tamen Sacramenti nomine rectè nuncupari, quod ad eandem omnes principem actionem referantur, nimirum ad confectionem & administrationem corporis & sanguinis Christi Iesu, quod Sacramentum simul est & sacrificium.

Illud præterea considerandum est, cum Eucharistia sit coniunctionis & conspirationis animorum Sacramentum, ad absolutum eius decus perfectamque rationem consequendam; duo quædam esse necessaria, primum vt Christus præsentia nos sua cohonestet, alterum vt excipere eundem velimus, & cum ipso arctissime copulari: Ad primum tres ordines sacri pertinent, Nam Subdiaconi quos in locum Nathinæorum successisse non malè dixeris, calicem parant vino & aqua temperatum, candidumque panem siue hostiam sacrificio mox futuro desponsam: offert Diaconus, Sacerdos consecrat. Ad secundum ordines minores quatuor referuntur: duo siquidem communionis impedimenta remouent atque disiiciunt, duo instruunt & disponunt ad eandem. Impedimenta sunt vel ab externis inimicis obiecta, vel ab intimo animorum hoste posita: illa dispellit Ianitor, hæc Exorcista: Opportuna verò dispositio & in mente esse debet & in religiosi hominis voluntate: Lector mentem illuminat veterum prædictionum clara & distincta pronunciatione, quod idem Subdiaconus præstat Apostolorum dicta recitando; Diaconus item Euangelii magnos vberesque thesauros in medium proferendo: Acolythus porro thure, flamma, cereis, vasorum nitido splendore, aliisque externis ceremoniis oculorum aciem quatit, vagam & curiosam futilis animi motionem sistit, honestum pietatis ardorem in voluntate succendit.

Sed iam tempus vt antiquos Patres in hoc theatrum veritatis inducamus.

S. Ignatius ille fortissimus in acie Dei bellator, scribens ad Antiochenos, salutat sanctum Presbyterorum Collegium, sacros Diaconos, Hypodiaconos, Lectores, Cantores, Ianitores, Laborantes, Exorcistas, Confessores. Et ad Philippenses se dedisse literas Epiphanio Lectori perferendas ait. Eusebius Cæsariensis libr. 6. cap. 35. facit mentionem 40. Presbyterorum vnius Ecclesiæ, septem Diaconorũ & totidem Subdiaconorum, in eadem præterea Acolythos quadraginta duos ait fuisse, Exorcistas & Lectores cum Ostiariis etiam duos & quadraginta. Et lib. 8. cap. 6. cum procellam grauem & horribilem in Christianos excitatam memorat, carceres ait fuisse refertos Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, Exorcistis, aliisque pietatis administris, sic vt maleficis atque latronibus locus deesset.

Athanasius non tam Ægypti quàm totius orbis lumen in Epist. ad Solitar. Eutychii Hypodiaconi meminit, qui Arrianorum furentium crudelitate, loris immaniter excruciatus, & ad mortem vsque laceratus fuit.

Concil. Antiochenum anno 340. c. 10.

Concilium Antiochenum permittit Chorepiscopis vt ordinent Subdiaconos,

Digitized by Google

diaconos, Lectores, & Exorcistas. Concilium autem Laodicenum vetat vllum Ecclesiæ ministrum vsque ad Lectores ipsos, Cantores, Exorcistas & Ostiarios, popinam ingredi. *Chorepiscopi ordinent Lectores & Subdiaconos atq; Exorcistas.* Concil. Laodicen c 24.

Non oportet sacro ministerio deditos à Presbytero vsq; ad Diaconos & deinceps quemlibet Ecclesiastici ordinis, vsque ad ministros, vel Lectores, vel Cantores, vel Exorcistas, vel Ostiarios in cauponam ingredi.

S.Ephrem lib. de vera pœnitentia cap. 8. cum de extremo iudicii die grauissime more suo disputat, Tum, inquit, Episcopi à Chorepiscopis seiugabuntur, secernentur Diaconi ab Hypodiaconis, Lectores à sodalibus.

Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. in Codice Iustinianeo, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas, Ostiarios & Acolythos ciuilium omnium numerũ expertes esse præcipiunt. Idem Iustinianus Nouella Constitutione decernit, vt non plures in quaque maiori Ecclesia sint quàm sexaginta Presbyteri, centum Diaconi, Subdiaconi nonaginta, centum & decem Lectores, Cantores viginti quinque, ita vt, inquit, sit omnis numerus reuerendissimorum Clericorum sanctissimæ maioris Ecclesiæ 425. & insuper 100. ex iis qui vocantur Ostiarii. *Iustinian. l. 1. tit. 3. l. 6.* *Iustin. Nouell. de num. Cleric. c. 2.*

Sozomenus lib. 4. cap. 2. Subdiaconi Martyrii meminit, Cantoris Lectorisque Marciani. Socrates lib. 6. hist. cap. 3. ait Zenonem Hierosolymitanum Episcopum Lectorem vnum constituisse nomine Ioannem virum eximia doctrina præstantem. Et cap. 30. scribit omnium sui temporis eloquentissimum Chrysostomum multos consecrasse Presbyteros, Diaconos, & Lectores, qui aberrantes plurimos & deuios à religione, in Ecclesiæ parentis sinum reuocarunt.

Tertullianus de præscript. cap. 4. Nusquam, inquit, facilius proficitur quàm in castris rebellium, vbi ipsum illud esse promereri est, itaque alius hodie Episcopus, cras alius, hodie Diaconus qui cras Lector.

S.Cyprianus epist. 15. meminit literarum quas per Diaconum suum Clementinum acceperat. Et epist. 24. Saturum quendam se fecisse Lectorem ait, & Hypodiaconum Optatum cõfessorem. Item epist. 55. quę tertia est primi libri, Saturum Acolythum ad se litteras pertulisse. Et 78. quæ est 10. libr. 5. se accepisse quod fuerat missum, per Hypodiaconum Herennianum, & Acolythos Lucanum Maximũ & Amantium. Concilium Eliberinum promoueri ad Diaconatum vetat eum, qui adulterio se in adolescentia polluerit.

Sed nihil meo iudicio illustrius ad omnium ordinum distinctionem & distributionem reperietur, quàm quod fuit in Romano Concilio decretum, præside religionis Syluestro anno trecentesimo vigesimo; Verba ipsa lubet subiicere, *Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolythus, Acolytho Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius in omni loco repræsentet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.* Omnes D. Hieronymus instituit & ad modestiam componit Epist. 2. ca. *Synod Rom sub Syluestr. c. 2.*

Digitized by Google

di, ordines eos omnes sacros esse, & vno tamen Sacramenti nomine rectè nuncupari, quod ad eandem omnes principem actionem referantur, nimirum ad confectionem & administrationem corporis & sanguinis Christi Iesu, quod Sacramentum simul est & sacrificium.

Illud præterea considerandum est, cum Eucharistia sit coniunctionis & conspirationis animorum Sacramentum, ad absolutum eius decus perfectamque rationem consequendam, duo quædam esse necessaria, primum vt Christus præsentia nos sua cohonestet, alterum vt excipere eundem velimus, & cum ipso arctissime copulari: Ad primum tres ordines sacri pertinent, Nàm Subdiaconi quos in locum Nathinæorum successisse non malè dixeris, calicem parant vino & aqua temperatum, candidumque panem siue hostiam sacrificio mox futuro desponsam: offert Diaconus, Sacerdos consecrat. Ad secundum ordines minores quatuor referuntur: duo siquidem communionis impedimenta remouent atque disiiciunt, duo instruunt & disponunt ad eandem. Impedimenta sunt vel ab externis inimicis obiecta, vel ab intimo animorum hoste posita: illa dispellit Ianitor, hæc Exorcista: Opportuna verò dispositio & in mente esse debet & in religiosi hominis voluntate: Lector mentem illuminat veterum prædictionum clara & distincta pronunciatione, quod idem Subdiaconus præstat Apostolorum dicta recitando, Diaconus item Euangelii magnos vberesque thesauros in medium proferendo: Acolythus porro thure, flamma, cereis, vasorum nitido splendore, aliisque externis ceremoniis oculorum aciem quatit, vagam & curiosam futilis animi motionem sistit, honestum pietatis ardorem in voluntate succendit.

Sed iam tempus vt antiquos Patres in hoc theatrum veritatis inducamus.

S. Ignatius ille fortissimus in acie Dei bellator, scribens ad Antiochenos, salutat sanctum Presbyterorum Collegium, sacros Diaconos, Hypodiaconos, Lectores, Cantores, Ianitores, Laborantes, Exorcistas, Confessores. Et ad Philippenses se dedisse literas Epiphanio Lectori perferendas ait. Eusebius Cæsariensis libr. 6. cap. 35. facit mentionem 40. Presbyterorum vnius Ecclesiæ, septem Diaconorũ & totidem Subdiaconorum, in eadem præterea Acolythos quadraginta duos ait fuisse, Exorcistas & Lectores cum Ostiariis etiam duos & quadraginta. Et lib. 8. cap. 6. cum procellam grauem & horribilem in Christianos excitatam memorat, carceres ait fuisse refertos Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, Exorcistis, aliisque pietatis administris, sic vt maleficis atque latronibus locus deesset.

Athanasius non tam Ægypti quàm totius orbis lumen in Epist. ad Solitar. Eutychii Hypodiaconi meminit, qui Arrianorum furentium crudelitate, loris immaniter excruciatus, & ad mortem vsque laceratus fuit.

Concil. Antiochenum anno 340. c. 10.

Concilium Antiochenum permittit Chorepiscopis vt ordinet Subdiaconos,

Digitized by Google

diaconos, Lectores, & Exorcistas. Concilium autem Laodicenum vetat vllum Ecclesiæ ministrum vsque ad Lectores ipsos, Cantores, Exorcistas & Ostiarios, popinam ingredi.

Chorepiscopi ordinent Lectores & Subdiaconos atq; Exorcistas.

Concil. Laodicen c 24.

Non oportet sacro ministerio deditos à Presbytero vsq; ad Diaconos & deinceps quemlibet Ecclesiastici ordinis, vsque ad ministros, vel Lectores, vel Cantores, vel Exorcistas, vel Ostiarios in cauponam ingredi.

S. Ephrem lib. de vera pœnitentia cap. 8. cum de extremo iudicii die grauissime more suo disputat, Tum, inquit, Episcopi à Chorepiscopis seiugabuntur, secernentur Diaconi ab Hypodiaconis, Lectores à sodalibus.

Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. in Codice Iustinianeo, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas, Ostiarios & Acolythos ciuilium omnium numerũ expertes esse præcipiunt. Idem Iustinianus Nouella Constitutione decernit, vt non plures in quaque maiori Ecclesia sint quàm sexaginta Presbyteri, centum Diaconi, Subdiaconi nonaginta, centum & decem Lectores, Cantores viginti quinque, ita vt, inquit, sit omnis numerus reuerendissimorum Clericorum sanctissimæ maioris Ecclesiæ 425. & insuper 100. ex iis qui vocantur Ostiarii.

Iustinian. l. 1. tit. 3. l. 6.

Iustin. Nouell. de num. Cleric. c. 2.

Sozomenus lib. 4. cap. 2. Subdiaconi Martyrii meminit, Cantoris Lectorisque Marciani. Socrates lib. 6. hist. cap. 3. ait Zenonem Hierosolymitanum Episcopum Lectorem vnum constituisse nomine Ioannem virum eximia doctrina præstantem. Et cap. 30. scribit omnium sui temporis eloquentissimum Chrysostomum multos consecrasse Presbyteros, Diaconos, & Lectores, qui aberrantes plurimos & deuios à religione, in Ecclesiæ parentis sinum reuocarunt.

Tertullianus de præscript. cap. 4. Nusquam, inquit, facilius proficitur quàm in castris rebellium, vbi ipsum illud esse promereri est, itaque alius hodie Episcopus, cras alius, hodie Diaconus qui cras Lector.

S. Cyprianus epist. 15. meminit literarum quas per Diaconum suum Clementinum acceperat. Et epist. 24. Saturum quendam se fecisse Lectorem ait, & Hypodiaconum Optatum cõfessorem. Item epist. 55. quę tertia est primi libri, Saturum Acolythum ad se literas pertulisse. Et 78. quæ est 10. libr. 5. se accepisse quod fuerat missum, per Hypodiaconum Herennianum, & Acolythos Lucanum Maximũ & Amantium. Concilium Eliberinum promoueri ad Diaconatum vetat eum, qui adulterio se in adolescentia polluerit.

Sed nihil meo iudicio illustrius ad omnium ordinum distinctionem & distributionem reperietur, quàm quod fuit in Romano Concilio decretum, præside religionis Syluestro anno trecentesimo vigesimo; Verba ipsa lubet subiicere, *Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolythus, Acolytho Exorcista, Exorcista Lector, Lectori Ostiarius in omni loco repræsentet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.* Omnes D. Hieronymus instituit & ad modestiam componit Epist. 2. ca.

Synod Rom sub Sylu. st. c 2.

 6. his

6. his verbis iudicii maturi plenis atque prudentiæ, Si propter officium Clericatus vidua visitatur aut virgo, nunquam domum solus introeas. Tales habeto socios quorum contubernio non infameris, si Lector, si acolythus, si psaltes te sequitur, non ornetur veste, sed moribus, non calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur.

S. Augustinus epist. 62. meminit Acolythi Albini. Seuerus Sulpitius in vita S. Martini cap. 4. Hilarium refert sanctissimum Episcopum, creauisse Martinum Exorcistam, quam ille inquit ordinationem ne despexisse tanquam humiliorem videretur, non repudiauit.

Sed quoniam multi curiosius & fastidiosius inquirunt, à quonam tempore ea varietas ceremoniarum adhiberi cœpta, qua etiamnum in sacris ordinibus conferendis vtitur Ecclesia; audiant Concilium Carthaginense quartum, quod sapientum claro & augusto cœtu celebratum fuit anno salutis trecentesimo nonagesimo quinto, Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositioné non accepit, patenam de manu Episcopi vacuam & calicem vacuum accipiat, de manu verò Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile & manutergium. Et paulo post cap. 6. Acolythus cum ordinatur ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum ad Eucharistiam sanguinis Christi. Item cap. 7. Exorcista cum ordinatur accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi dicente sibi Episcopo, Accipe & commenda memoriæ & habeto potentiam imponendi manus super energumenos siue baptizatum siue catechumenũ. Idem cap. 8. Lector cum ordinatur faciat de illo verbum Episcopus ad plebem indicans eius fidem & ortum & ingenium, post hæc spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est dicens ad eum, Accipe & esto Lector verbi Dei habiturus si fideliter & vtiliter impleueris officium partem cum iis qui verbum Dei ministrauerunt. Idem cap. 9. Ostiarius cum ordinatur postquam ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conuersari ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Ecclesiæ de altario dicens, Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ his clauibus recluduntur. Atque vt omnes intelligant, minutos quosdam ordines quorum sæpe mentio fit in Conciliis & Decretis Sanctorum Patrum, non in eo esse dignitatis loco, quo memorati iam gradus reponuntur, quale officium est Cantorum atque Psallentium, idem Concilium sapienter nulla ordinis facta mentione, siue ordinationis, vt prius fecerat, decimo capite ita subiungit, Psalmista id est Cantor potest absque scientia Episcopi, sola iussione Presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero, Vide vt quod ore canis, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.

Concilium Carthag. 4. c. 5.

Quod ad votum continentiæ pertinet ordini Subdiaconorum annexum, vt omittã superius laudatas autoritates, Concilium primum Toletanum

Digitized by Google

letanum habitum anno 408. disertè & expresse id declarauit valere in iis, qui non ante promotionem, matrimonii societatem contraxissent, vt etiam in illis quorum iam coniuges diem extremum obiissent. Quod idem pronunciat Agathense Concilium cap. 39. cuius sapienti Decreto epulo nuptiali atque repotiis, Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi prohibentur. Sanctus Leo epist. 84. cap. 4. sic grauiter, Subdiaconis carnale connubium non conceditur, quod si in hoc ordine qui quartus à capite est dignum est custodire, quanto magis in primo, secundo & tertio seruandum est? Isidorus Hispalensis id refert ad diuinum imperium, quod Isaiæ ore proditur, *Mundamini qui fertis vasa Domini*: Et cap. 11. libr. 2. de diuin. offic. Lectorum ordinem à Prophetis initium duxisse ostendit, quibus nimirum dicebatur, *Clama ne cesses*: Et cap. 13. docet Exorcistarum ordinem ministerium habuisse quoque suum in Templo Salomonis, eosdemque ipsos videri, quos deinde nominauit Esdras Actores Templi. Item cap. 14. Ostiariorum ordinem refert ad eorum similitudinem, quos in veteri Testamento Ianitores templi nuncupabant. Quæ clarorum virorum authoritates & locupletissima testimonia satis omnino facient iis mentibus, quæ appetentes studiosæq; sunt veritatis, eas sane noster hic omnis labor & conatus intuetur.

Isidor. l. 2. c. 10. de off. Eccl.

QVOD EPISCOPVS GRADV ET dignitate Presbyterum exuperet.

CAPVT LIX.

CERTÆ huius propositionis mucro in Aerianos præsertim intenditur, qui Sacerdotem in eodem cum Antistite loco & gradu ponebant: Ab horum fæce Marcilius deinde Patauinus hausit, cuius labor & insanæ curæ in eo errore disseminando euigilauerunt, eum secutus Richardus Armachanus consimili prolapsione ruit. Quinque sexve testimonia Scripturarum atque Patrum, eorum omnium temeritatem refutabunt.

Epip. & August. de Aerio.
Marcilius viuoit l'an 1310.
Armachanus l'an 1350 in lib. 11. de quæstionibus Armenorum c. 5.
V videsortus in illũ scripsit.

Actorum 14. Apostoli (& quod sequi necesse est Episcopi) Presbyteros per singulas Ecclesias constituunt, & adhibitis piis precationibus atque ieiuniis illos Deo commendant. Et 1. ad Titum cap. 1. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas & constituas per ciuitates presbyteros sicut & ego disposui tibi.* Quibus in locis quis non facile animaduertat superiorem in iis gradum, qui pro arbitrio suo & autoritate certos homines legunt & consecrant, inferiorem in his qui consecrantur? Quis nō videt & fatetur ad eos & eorum simillimos illa sanctissimi Petri verba referenda, *Seniores qui in vobis sunt obsecro & ego consenior & testis Christi passionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloria communicator, pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque*

1. Petri 5. 2. 3. 4.

turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque vt dominantes in Clericis, sed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

S. Ignatius Epist. ad Smyrnens. monet vt laici Diaconis subiiciantur, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Episcopo, Episcopus Christo vt ipse Patri. Quo etiam loco Presbyteros componit cum chordis, Antistites autem cum citharis cum mutuæ caritatis consensione suauissimũ quendam concentum edunt. Origenes in Cantica eleganter ait in Ecclesiæ substructione & magnifico palatio, Episcopos esse trabes veluti quasdã odorata ex cedro, quæ totum ædificium sustineant, Presbyteros autem esse tigna ex abiete quæ suo modulo totam rem condecorent. De eo scribit Eusebius Cæsariens. lib. 6 hist. cap. 17. cum pro certis Ecclesiæ negotiis profectionem in Græciam adornasset, venissetq; in Palæstinam, Cæsareæ factum fuisse presbyterum per impositionem manuum Episcoporum.

Conc. Nicæn can. 60. Arabico. *Si qui sint ex populo eligendi ad Sacerdotiũ: primum quidem præsentandi sunt Episcopo aut Patriarchæ, postea examinent eos Archidiaconus & Chorepiscopus, &c.*

Canone 6. Nicæni Concilii ex Arabico statuitur quo modo atq; ordine Episcopi aut Chorepiscopi examinare debeant & instituere Sacerdotes, priusquam eligantur aut post etiam quam renunciati fuerint. Alias quoque ex magni Osii mente & sententia decernitur, vt nemo ad episcopi munus & officium adsciscatur, quin prius fuerit Lector, Diaconus & Presbyter.

Concil. Sardicense c. 13. *Osius dixit hoc quoque necessarium existimo, vt cum omni cura & diligentia examinetur, vt si quis diues vel ex foro scholasticus Episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur quàm Lectoris & Diaconi & Presbyteri ministerium peregerit.*

S. Gregorius Nazianzenus orat. 2. de laude Basilii, cum meritis atque morum excellentia peruenisse primum ad Sacerdotium, mox ad Episcopi dignitatem prædicat. Idem orat. 21. de S. Athanasio, cuius fidei constantia multa patiendo & agendo nobilitata fuit, omnibus ordinibus perfunctum ait, priusquam Alexandrinæ Ecclesiæ gubernaculum admoueretur. Socrates lib. 1. cap. 20. Eusebium Nicomeduensem refert in odium magni Athanasii, renunciasse presbyterum Ischyram quendam, hominem impurum & audacem, qui singulari improbitate sese antea, cum prophanus omnino foret, presbyterum simulauerat, cui etiam pollicitus est curaturum se atque perfecturum, vt ad Episcopi honorem soliumque dignitatis perueniret, modo quidpiam vafre & malitiose in Athanasium machinaretur. Ex quibus constat ex communi Patrum sensu presbyterum populo superiorem esse, presbyterum autem ab Episcopo superari. Neque verò quisquam est hactenus in Ecclesia repertus, nisi hæreticus, qui ordines illos duos confunderet: nam apud hæreticos, vt acutè scribit Tertullianus, *Hodie presbyter qui cras Laicus, quippe qui Laicis sacerdotalia munera iniungunt*: atque vt prophanum hunc morem tueantur ac defendant, duo proferunt in medium & magno verborum sonitu obiiciunt, 1. locum vnum laudant D. Petri, & ex Apocalypsi alterum, vbi in hunc modum scribitur, *Et fecit nos regnum & Sacerdotes Deo & Patri suo.* 2. aiunt ex communi Doctorum nostrorum opinione Sacerdotium eundem esse ordinem cum Episcopatu. Sed facilis est vtriusque solutio: Nam si verum est illius sententiæ vi, quæ ex sacris oraculis

Tertull. de præscript. c. 41.

1. Petr. 2. 9. *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, &c.*
Apocal. 1. 6.

oraculis profertur, quemlibet de vulgo Sacerdotem esse, consequitur necessario vt etiam regia dignitate potiatur: quod cum sit absurdum, perspicue intelligitur de spiritali tantum Sacerdotio ibidem agi, quod linguas & ora Numini omnes debeamus ad sacrificium laudis & gloriæ persoluendum: sicut & victimam corporis ad tuendam fidem, & mentium nostrarum holocaustum, ad caritatem propugnandam, quam Deo & Ecclesiæ communioni par est omnes suo merito tribuere.

Quod verò dicebatur gradus illos duos ad vnicum Sacramentum pertinere, communis sanè Doctorum Scholasticorum est opinio, esse characteris amplificationem in Episcopo: sed absolutè propositionem illam admittimus, dicimusque cum eruditissimo grauissimoque Ambrosio, ordinationem Episcopi & Presbyteri eandem esse. Quæ causa fuit cur Apostolus scribens ad Timotheum Diaconum post Episcopum statuat, quod presbyter æquo iure cum Episcopo sacrificium obeat, hic nihilominus prior est dignitate & augustior, verumq; est omnem Episcopum esse presbyterum, non autem quemlibet presbyterum esse Antistitem: non secus ac iudicem videmus esse Doctorem, non tamen Doctorem quemlibet esse Iudicem. Et quemadmodum tametsi experientia pares atque scientia, dispares tamen dissimilesque sunt dignitate & autoritate: sic quanquam in Sacerdotii ratione conueniant, iurisdictione tamen potestateq; dissentiunt. Et quidem Sacerdotes nihil moliuntur, perficere etiam nihil possunt, sine imperio & bona venia Episcoporum, vt hodiernus quoque vsus admonet, & Damasus Papa significat in sua quadam epistola, cum ait quod ad Presbyteros attinet hanc regulam esse tenendam, vt nihil faciant sine iussu imperioque Episcopi sui. Concilium item Carthaginense 3. cap. 32. vetat ne presbyter inconsulto Episcopo quempiam pœnitenté reconciliet, nisi vel cum ipse abest, aut necessitas ingruit. Et cap. 36. sine illius permissu atque approbatione, ne consecrent Virgines; Chrisma verò conficere omnino prohibet.

D. Hieronymus epist. ad Eustochium cum parentis eius sanctissimæ describit exequias, *Aderant*, inquit, *Hierosolymorum & aliarum vrbium Episcopi & Sacerdotum inferiores gradus, & Leuitarum innumerabilis multitudo, omne monasterium virginum & Monachorum chori repleuerant*. Sed quæ potest esse huius discriminis illustrior firmiorque testificatio, quàm quod scribit D. August. ad S. Hieronymum, quicum ætate filium dignitate patrē vocauerat? Verba illius in epistola sunt 19. ca. 4. Quanquam secundum honorum vocabula quæ iam Ecclesię vsus obtinuit Episcopatus presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est, licet etiam à minore quolibet non sit refugienda vel dedignanda correctio. D. Gregorius epist. 31. ad Imperatorem Mauritium, Constantini Magni pietatem obiicit, qui libellos accusationis propositos aduersus Episcopos noluit excutere, eosdemque libellos in flammas coniecit, quo tempore memorabile illud dictū protulit, Vos dii estis à vero Deo consti-

Hieron. ep. 27.

S. Gregor. l. 4. ep. 31.

constituti, ite & inter vos causas vestras discutite, quia dignum non est vt nos iudicemus Deos.

Concilia quæ in Occidente celebrata sunt, pari cum Oriente seueritate prohibuerunt Presbyteris, ne functiones Episcoporum proprias vsurparent, quales nimirum sunt Chrisma consecrare, sacras ædes dedicare atque altaria: & discrimen quidem inter vtrumq; gradum, atque differentia, tanta hominum opinione fuit, vt Presbyteri celebrare diuina mysteria vetarentur in altari, in quo illo die Antistes operatus sacris fuisset. Agathense Concilium statuit, vt nullus ad Episcopatus vel Sacerdotii gradum promoueretur, qui non trigesimum ætatis annum attigisset: quæ quidem Ecclesiæ constitutio ratione Episcoporum etiamnum obseruatur. Et quod ad Sacerdotes attinet, ab æuo Iustiniani Imp. anno 530. decretum fuit, vt viginti quinque annorum Sacerdotes creari possent, quæ temporis intercapedo atque distinctio, non obscurè discrimen hos inter duos ordines significat.

Concil. Bracarense primũ c. 37. *Placuit vt si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam vel altarium consecrare, à suo officio deponatur, nam antiqui hoc canones vetuerũt.*
Concil. Antisiodorense c. 10. *In altario vbi Episcopus missas dixerit presbyter illa die missas non dicat.*
Concil. Agathense c. 17. *Presbyterum vel Episcopum ante triginta annos, id est antequam ad viri perfecti ætatem peruenerint, nullus metropolitanorum ordinare præsumat.*
Iustin Imp. nou 123. c. 25. *Presbyterum minorem* [illegible] *annorũ fieri permittimus.*

Origo etiam ipsa confirmat: nam Isidorus l. 2. de diuin. offic. cap. 2. docet ordinem Sacerdotum ab Aarone ductum haustumq; fuisse, Episcoporum verò gradum, ab iis qui nominati quondam fuerunt Principes Sacerdotum. Atque hæc veritas cum sit perspicua, Ecclesiæ perduelles, qui eius splendore cohorrescunt, iusto Dei iudicio spiritu vertiginis laborant & concitantur, tantaque apud illos est confusio, vt Diaconus siue Minister maior sit Presbytero vel Seniore, & Presbyter superior sit Episcopo; qua in re cum ordinem omnem hierarchicum perturbent & confundant, notas exhibent animi præpostere omnia fingentis, & impotentis iudicii vorticibus agitati.

QVOD DIACONI PRESBYTERIS inferiores semper fuerint, quodque non modo ad erogandas olim eleemosynas ab Episcopo legerentur, verum etiam vt Sacerdoti ad aram inseruirent, legerent Euaneglium, & cæteris piis functionibus adessent.

Cap. LX.

Isidor. de offic. diuin. l. 2. c. 8.

Ex domo Leui prima eorum institutio eruenda est: nam cum Aaron liberique ipsius à Deo lecti fuissent ad sacrificia ritè & legitimè obeunda, vniuersa Tribus sobolem omnem suam consecrare Numini debuit, pro reliqua populi multitudine, cuius primi fœtus Deo certo iure addicebantur. Leuitarum munus officium-

officiumque fuit, adesse coram Aarone & filiis eius in Tabernaculo Domini, excubare de die atque nocte in templo, Arcam gestare & Tabernaculum, & omnia vasa eius, parare victimas atque ad Sacerdotem adducere, &c.

Secunda eorum institutio in Actis Apostolorum ita proditur, Crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus " Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorũ. " Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt, " Non est æquum nos derelinquere verbũ Dei & ministrare mensis: con- " siderate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii septem plenos Spiri- " tu Sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus, Nos verò o- " rationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram o- " mni multitudine & elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu " Sancto & Philippum & Prochorum & Nicanorem & Timonem & Par- " menam & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante cõ- " spectum Apostolorum & orantes imposuerunt eis manus. " *Actor 6.1.*

Reliquum modo est vt videamus, quales ab iis temporibus functiones illorum fuerint in Ecclesia. S. Ignatius in epist. ad Heronem Diaconum monet, vt nihil faciat sine consilio Episcoporum, quod Sacerdotes sint, tu verò, inquit, Sacerdotum minister, Sacerdotes tingunt, sacrificant, eligunt, imponunt manus: tu verò illis ministras, vt Sanctus ille Stephanus Iacobo & presbyteris qui erant Hierosolymis. Et alio in loco, Oportet Diaconos mysteriorum Christi ministris per omnia placere, nec enim ciborum & potuum ministri sunt, sed Ecclesiæ Dei administratores. Et infra, Quid Sacerdotium est quàm sacer cœtus? quid verò Diaconi quàm ministrantes Episcopo? imitatores Angelicarum virtutum, qui purum & inculpatum ministerium illi exhibent, vt S. Stephanus B. Iacobo, &c. Idem alias, Principes subditi estote Cæsari, milites principibus, Diaconi Presbyteris & sacrorum administratoribus. *S. Ignatius.* *Idem epist. ad Trallian.* *Idem epist. ad Philadelph.*

Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. cap 6. vult progressiones Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, esse imitationes gloriæ Angelicæ & illius œconomiæ, quæ in cœlesti Hierarchia reperitur. Origenes in Cantica homil. 2. ait *Sedem puerorum* in diuinis oraculis, Episcoporum gradum & Presbyterorum innuere, stationes verò ministrorum, Diaconorum, qui in sacris functionibus inseruiant.

Eusebius Cæsariensis de Nouato disputans in historia meminit 46. Presbyterorum, 7. Diaconorum, & totidem Hypodiaconorum Et alio in loco nominat Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, Exorcistas. Sed quæ maior post diuinam Scripturam potest esse autoritas quàm vnius Concilii œcumenici Niceæ quondam celebrati? quod inter illa quatuor, quæ Geneua comprobat & tuenda credit, principatum obtinet, hic verò est ipsius Canon 14. Peruenit ad Sanctum Concilium " quod in locis quibusdam & ciuitatibus, Presbyteris Diaconi Sacramen- " ta porrigant. Hoc neque regula neque consuetudo tradidit, vt hi qui " *Euseb. hist. eccl. l. 6. c. 35.* *Idem lib. 8. c. 6.*

Digitized by Google

,, offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerũt corpus Chri-
,, sti porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam Diaconi etiam ante
,, Episcopos sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & ma-
,, neant Diaconi intra propriam mensuram, scientes quia Episcoporum
,, quidem administri sunt, Presbyteris autem inferiores sunt. Accipiant
,, ergo Eucharistiam secundum ordinem post Presbyteros ab Episcopo
,, Presbytero. Quod si non fuerit in præsenti nec Episcopus nec Presby-
,, ter, tunc ipsi proferant & edant. Sed nec sedere quidem in medio Pre-
,, sbyterorum liceat Diaconis, extra regulam enim, extra ordinem est vt
,, hoc fiat. Quod etiam Concilium Laodicenum confirmat Canon. 20.
,, iisdem prope verbis.

S. Cyrillus Alexandrinus lib. de adorat. in Spir. cum discrimen notat Presbyteros inter atque Diaconos, illorum esse proprium ait tueri Sacerdotium & religiose procurare, horum autem Tabernaculi introitum seruare & omnia vasa eius, & monere populum, vt nunc quidem Psalmos concinat, modo silentium adhibeat, stet, quiescat summa modestia; præterea dum sacrosancta victima consecratur, adesse & circunferre arcani mysterii vasa, Presbyterum in augusta functione iuuare vt Leuitas ab Euangelio doctos & splendidos, qui tam honestum in Ecclesiæ ordine locum habeant.

Socrates lib. 4. histor. cap. 18. meminit Euagrii Monachi, qui Diaconus fuit consecratus ab eloquentissimo Theologorum Gregorio Nazianzeno. Et lib. 6. cap. 3. Ioannem memorat æqualem D. Basilii Lectorem primum à Zenone Episcopo renunciatum, mox Diaconum, ad extremum etiam presbyterum creatum ab Euagrio. Et lib. 7. cap. 40. Proclum celebrat, qui ab ineunte adolescentia Lector fuit, eundem verò literis admodum & virtute proficientem, Atticus ad Diaconorum gradum euexit.

Isidorus Pelusiota ad amicum scribens sic eum affatur, Si reuerendi altaris Diaconi Episcopi sunt oculi, profecto cum tu Dei permissu ipsis præsis, totus oculus esse debes.

Theodoretus lib. 5. histor. cap. 21. Equitium Diaconum refert Antistitis sui imperio lustralem aquam in flammas iniecisse, quæ ardere atq; exurere non poterant ob magicam vim & cantiones consceleratí cuiusdam Iudæi, qui delubri idolorum superstitioni & cultu impio contaminati deflagrationem impediebat. Et cap. 30. de Ioanne Chrysostomo incredibili homine copia & sanctitate loquens, complures ab eo constitutos fuisse ait Presbyteros, Diaconos, & Lectores, qui eadem omnes lingua loquebantur.

Concilium Chalcedonense Canone 6. edicit neminem consecrandum esse Presbyterum vel Diaconum, vel cuiuslibet inferioris gradus administrum, nisi cuipiam certæ Ecclesiæ ciuitatis, vel pagi, vel monasterii addicatur. Imperator Iustinianus Nouella Constit. de hac ipsa re sancit, vt in maiori Ecclesia non plures sint quàm sexaginta Presbyteri,

Diaconi

Digitized by Google

Diaconi centum, & Diaconissæ 40. Et Nouel.123.cap.5. permittit Presbyteris, Diaconis, & Hypodiaconis, vt tutores esse possint curatoresq; eorum, cum quibus stirpe & agnatione iunguntur.

S.Cyprianus epist.65. meminisse Diaconos iubet Apostolos, hoc est " Episcopos & præpositos à Seruatore Christo fuisse delectos, Diaconos " autem post Christi abitum in cœlum, ascitos ab ipsis Apostolis vt Eccle- " siæ administros fuisse. Et quod attinet ad cœlibem eorum vitam, Concilium Eliberinum anno 318. celebratum prohibet, ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi matrimonii societatem contrahant, liberosve procreent, id si à quoquam tentetur audacius, à gradu & ordine deiiciendum videri.

S.Ambrosius lib.1.de Offi.c.41. fortissimi Laurentii verba memorat, quibus Sixtum incredibili animi robore septum ad certam mortem abeuntē prosequebatur, Quò progrederis sine filio Pater? quò Sacerdos " sancte sine Diacono properas? Nunquam sacrificium sine ministro of- " ferre consueueras. Quid ergo in me displicuit pater? num degenerem " probasti? experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris, cui com- " misisti Dominici sanguinis dispensationem: cui consummandorū con- " sortium Sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas? Idem " in cap.4.Epist.ad Ephesios, *Euangelistæ Diaconi sunt sicut fuit Philippus: quamuis non sint Sacerdotes: euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus.*

Optatus Mileuitanus exprobrans Donatistis incredibilem eorum immanitatem, quatuor genera præsidum in Ecclesia constituit, in quæ nota illorum acerbitas & inhumanus furor sæuiisset, Episcoporū, Presbyterorum, Diaconorum, atque fidelium. *Optat. Mileuit. l. 2. contra Donatistas.*

S.Hieronymus scribens ad Euagrium, queritur quod Romæ Diaconum viderit in medio Presbyterorum sedentem, qui etiam tam proiectus fuit ad audendum, vt cum adessent honestissimi Sacerdotes, extructam cibis apparatamq; mensam benediceret. Aut igitur, inquit, ex pres- " bytero ordinetur Diaconus, & presbyter minor Diacono comprobe- " tur, in quem crescit ex paruo, aut si ex Diacono ordinatur presbyter, no- " uerit se lucris minorem, Sacerdotio esse maiorem. " *S. Hieron. ep 85.*

Concilium Carthaginense 4. Canon.4. solum Episcopum ait, bene- " dicere eum Diaconum debere, quem ordinat, & manum super illius ca- " put ponere, non enim ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecrari. " Et Can.37. Diaconus, inquit, ita se Presbyteri, vt Episcopi ministrum " nouerit. Item Can.38. Diaconus præsente Presbytero Eucharistiā cor- " poris Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget. Idem can.41. " Diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis alba vtatur. "

Concludamus cum D.Augustino non inscitiæ modo, sed væcordiæ certissimum argumentum esse, Diaconum æquare Presbytero & Leuitam Sacerdoti, quam delirationem defendebat Falcidius quidam, contra quem eximius Doctor agit quæst.101. ex vtroque Testam. his verbis,

Autor qq. ex vtroq. Test. q. 101 apud August.

Quidam qui nomen habet Falcidii, duce stultitia, & ciuitatis Romanæ iactantia, Leuitas Sacerdotibus, & Diaconos Presbyteris coæquare cõ-
» tendit, non dicam præferre, quia stultius est & fortè incredibile vide-
» tur, & nos non emendatores, sed calumniatores habeamur. Qua igitur
» lege, quave consuetudine, quonam exemplo hoc aggredi audeat, nul-
» lum scire arbitror, vt istos quibus consessus in Ecclesia datus est, mini-
» mè iis coæquet, qui propterea quod Antistites Dei sunt, in domo Dei &
» in honore Christi cum dignitate consistunt. Quæ audacia est Presbyte-
» ris ministros ipsorum pares facere? quæ temeritatis præsumptio Sacer-
» dotibus baiulos Tabernaculi & omnium vasorum eius & lignorũ con-
» cisores & portitores aquæ conferre. Et paulo post, Multum distare in-
» ter Diaconum & Sacerdotem liber approbat, quem dicimus Actus A-
» postolorum. Cum enim ex Samaria credidissent Philippo prædicanti,
» Diacono ab Apostolis ordinato, Miserunt, inquit, Petrum & Ioannem vt venirent, & iis qui crederent darent Spiritum Sanctum, per manus impositionem.

DE POTESTATE ADIVRANDI ENERgumenos & Catechumenos.

CAPVT LXI.

August. l. 2. de nuptiis & concupisc. c. 29. *Hos iste audeat dicere Manichæos, & antiquissimam Ecclesiæ traditionẽ isto nefario crimine aspergat, qua exorcizantur, & vt dixi, exsufflantur paruuli, vt in regnũ Christi à potestate tenebrarum, hoc est diaboli & angelorum eius eruti transferantur.*

Vvolffang Muscul. in locis Communibus c. de Baptismo.

IVRISCONSVLTVS Vlpianus Exorcistas nominabat Impostores, Iulianus Pelagianus exsufflationes illudebat & quæ fiunt in Baptismo paruulorum adiurationes. Wolfangus Musculus in locis Communibus exorcismos fatetur quidem in vsu fuisse temporibus Cypriani & Augustini, se tamen, quid fecerint Patres minimè quærere. Quod fastidiosi hominis dictum sibique nimium sine vllo pudore modestiaque tribuentis, Nouatores etiam hac tempestate sæpe in ore & impiis Commentariis habent.

Et tamen nullus æquus rerum æstimator iure hanc potestatem & Ecclesiæ notam abiudicauerit, cum Seruator ipse religionis parens de iis prædicet, qui vera fide ornati sint, *In nomine meo dæmonia eiicient.* Matthæi 10. munera illa simul coniungit, fidei res & doctrinam explicare, sanare ægros, à mortuis excitare, impuros spiritus exigere. Consimili modo apud Lucam 10. cum binos suos ad euulganda cœlestium rerum arcana dimisit, dedit eis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: quod etiam postquam bonus pollensq; Magister ad beatum cœli domicilium abiisset, facere non destiterunt, vt idem Euangelii Scriptor in rebus gestis Apostolorum prodidit. Et sanè cum inter omnes quæ in hac vitæ iactatione & calamitosissimo exilii loco euenire homini possunt, hæc maxime sit odiosa & infesta atque in omnem

mnem partem miseranda vexatio; est imprimis suaui Numinis prouidentiæ conueniens, vt cum aliis fortunæ vulneribus, & multis ac magnis hominum incommodis medicinam fecerit, huic malo omnium acerbissimo remedium quoque certum & salutare esse vellet.

Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphone Dæmones ait ad diuinitatis mentionem incredibiliter cohorrescere. Et hodie quoque illi, inquit, per nomen Iesu Christi crucifixi sub Pontio Pilato adiurati nobis parent.

Eusebius Cæsariensis historiæ suæ monumentis consignauit Nouatum Exorcistarum præsidio ab infesti spiritus vexatione fuisse liberatũ, & salutari vnda lotum, cum periculosissimo in morbo spem vitæ omnem abiecisset.

Magnus ille Antonius qui opinione sui nominis imperium orbis terræ commouit, hoc vno telo Gentilium Philosophos qui ad eum audiẽdum in sola loca veniebant, solebat configere, Ita enim aiebat, *Adsunt patientes à dæmonibus vexati, nunc vos collectionibus vestris & quo vultis malefico carmine deos vestros quos putatis expellite: sin autem non potestis, victas submittite manus, & ad Christi trophæa confugite, & statim crucifixi credulitatem maiestatis potentia prosequetur.* Tum verò præstabilis & bonus senex, signum crucis in frontibus Energumenorum faciebat in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, & e uestigio discedebant Stygii illi prædones summa eorum sophorum admiratione, quorum pars fidei ductum atque lumen excipiebat, pars consueto in cœno hærebat.

Athanasius in vita Antonii.

S. Cyrillus Hierosolymitanus præfatione in Catechef. vt aurum ignis vi atque flamma, sic animum exorcismis ab omni omnino colluuione purgari docet, εἰσὶ γὰρ θεῖοι ἐκ θείων γραφῶν συνειλεγμένοι, diuini sunt enim è diuinis Scripturis delecti. Et in 2. Catech. mystagogica olei meminit exorcismis rite sanctificati, cuius cum rationem vult prodere ita loquitur,
„ Vt insufflationes Sanctorum & nominis Dei inuocatio tanquam ve-
„ hementissima quædam flamma vrit dæmones & in fugam conuertit:
„ sic & exorcisatum hoc oleum per orationem Deique inuocationem,
„ tantam virtutem consequitur, vt non modo ardentia peccatorum ve-
„ stigia expurget, verum etiam omnes inuisibiles dæmones repellat.

Cyrill Hierof. præf. Cat. τοὺς ἐπορκισμοὺς δέχου μετὰ σπουδῆς καὶ ἐμφυσηθῇς καὶ ἐπορκισθῇς, σωτηρία σοι τὸ πρᾶγμα. νόμισον εἶναι τὸ χρυσὸν, ἐ δεδολωμένον ποικίλαις ὕλαις ἀναμεμιγμένον, χαλκῷ, ἐ κασσιτέρῳ, ἐ σιδήρῳ, ἐ μολύβδῳ, ζητοῦμεν τὸ χρυσὸν μόνον ἔχειν. χρυσὸς μὴ δύναται ἄνευ πυρὸς καθαρθῆναι τὰ ἀνοίκεια. οὕτως ἄνευ ἐπορκισμῶν οὐ δύναται καθαρθῆναι ψυχή.

S. Gregorius Nazianzenus orat. in sanct. baptism. Ne repudies, inquit, medicinam exorcismi, nam id quoque veluti lapis quidam Lydius est, ad quem exploratur quàm sincerè quisque pectore ad baptismum accedat.

Concilium primum Constantinopolitanum Canon. 7. ordinem ponit ante oculos atque apparatum, qui adhiberi in eorum baptismo consueuit, qui ad numerum se Christianorum aggregarent: *Prima*, inquit, *die eos Christianos facimus, 2. Catechumenos, tertia verò die exorcisamus, & tum in Ecclesia eos perseuerare facimus, audire Scripturam, & tum demum baptizamus.* Atque huc spectat quod S. Ioannes Chrysostomus homil. ad baptizand. quærit cur ex maiorum institutione Catechumeni ad Exorcistarum vo-

Digitized by Google

cem atque ductum ad baptismum veniant, nudis aliquando pedibus, & vnico vestimento concesso. Cuius item rationem profert homil. de Adamo cum caussas diligenter anquisisset quæ Ecclesiam vniuersam in eam rem induxerint.

Theodoretus c.9. historiæ Patrum, Petrum eremitam memorantem facit, atque exponentem mirabilia multa, quæ Antiocheni Monachi in vexatis à Stygio prædone hominibus liberandis patrabant.

Tertull. de præscript. c. 41.

Et vt quidpiam è Latinis Scriptoribus delibem, Tertullianus petulantiam insectans mulierculararum, quas infanda hæresis contagio polluit, audere illas scribit docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere forsitan & tingere. Et in Apologetico Gentilibus proponit quemadmodum humani generis hostes ad vocem & afflatum Christianorũ è corporibus excedant inuiti, dolentes, & ipsis etiam præsentibus erubescentes. Minutius Felix ait dæmones aut exilire statim, aut euanescere gradatim, prout fides patientis adiuuat aut gratia curantis aspirat.

Lactant. c. 27. l. 4.

Optatus l. 4 contr. Donat.

S. Cyprianus 2. epist. lib. 2. asseuerat haud esse obscurum immundos & erraticos spiritus dura supplicia & inexplicabilia perpeti, ex eo quod extensius fieri videamus, cum eiulent, cum arcanis flammis torreantur ad imperium Exorcistæ. Et alio in loco, O, inquit, si audire eos & videre velles, quando à nobis adiurantur & torquentur, spiritualibus flagris & orationis flagellis exire coguntur. Lactantius in eandem rem elegantissimè, Illi nequissimi spiritus vbi adiurantur, ibi se dæmones confitentur, vbi coluntur, ibi se deos mentiuntur. Et Optatus Mileuitanus contra Donatistas, Vos rebaptizando exorcisatis hominem fidelẽ & dicitis Deo habitanti, Maledicte exi foras, vt compleatur quod à Deo dictum est per Prophetam, Et maledixerunt mihi.

D. Ambrosius lib. 1. de Sacram. cap. 5. apud Ecclesiam in more positum ait vt baptismi fontes consecrentur, admoueantur exorcismi & cõsuetæ adiurationes creaturæ, inuocetur Dei nomen ad Elementum, fundantur precationes, vndæ aspergantur.

Prudentius in apotheosi.
Audiat insanus bacchãtis energima monstri, &c.
Has inter voces medias Cyllenius addens
Eiulat, & notos suspirat Iupiter ignes.
Concil. Carthag 4 c. 7.

Prudentii boni poetæ elegantissimi versus in Apotheosi, dignissimi sunt qui ad cognoscendam veteris æui imaginem & trophæa pietatis legantur, sed Concilium Carthaginense 4. audiamus, Quando quis promouetur ad ordinem Exorcistarum, adiurationum libros de manu Antistitis capiat, qui ex communi formula illi dicet, *Accipe & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super Energumenum, siue baptizatum, siue Catechumenum.*

S. Augustinus lib. 1. de Nuptiis & concupis. *In veritate*, inquit, *& non in falsitate potestas diabolica exorcisatur in paruulis.* Et libr. 2. contra Pelagianos disputans, qui negabant teterrimos spiritus vllum habere ius in paruulos ante baptismum, concludit id si verum esset, accusandam videri Ecclesiam vniuersam, in qua vbique, inquit, baptizandi infantuli, nõ ob aliud insufflantur, nisi vt ab iis princeps mundi mittatur foras, à quo necesse

Digitized by Google

cesse est vasa iræ possideri cum ex Adam nascuntur. Et lib. 6. cap. 5. ita " Iulianum affatur, Sed tu id commemorare noluisti, tanquam ipse à to- " to orbe exsufflandus esses, si huic exsufflationi, qua princeps mundi à " paruulis eiicitur foras, contradicere noluisses. Idem alio loco, Quid in " paruulo agit exorcismus, si in familia diaboli non tenetur? Idem ipse " Doctor in symboli explicatione pure candideque monet & describit quid tandem valeant exorcismi, orationes, hymni, insufflationes, cilicia, ceruicum inflexiones, aliæque huiusmodi actiones Christianæ humilitatis. Et lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 22. discrimen exponens inter eos qui iussu & imperio spiritus improbos eiiciunt, & qui eosdem emittunt scelerata pactione, ait homines diuinæ gloriæ studiosos qui vera pietate ornantur, aerias potestates atque inimicas pietati expellere exorcisando & pro sua potestate adiurando, non placando. Quod ad D. Gregorium attinet, libro de Sacramentis formulam ipsam exorcismi ponit verbaq; Sacerdotis, cùm ter insufflat in eius vultum qui salutaribus vndis abluendus est. Atque ex his quæ hactenus à nobis è penu antiquitatatis prompta sunt, facile intelligitur, illam Ecclesiam quæ hanc communem & constantem maiorum religionem obiecerit, eandem non esse cum ea quam Sancti Patres, quàm Apostoli ipsi excoluerunt. Secundo existimandum est eam quæ hanc potestatem dæmonum eiiciendorum non habeat, minimè Sponsam Christi nominandam. Denique fatendum aliam nullam præter Catholicam Ecclesiam, propria functione, atque ordine hominum certo & destinato, Exorcismos adhibuisse, & proinde nullum præter ipsam aut ab ipsa institutos hac legitima potestate valuisse.

QVOD DIGAMI A SACRIS ORdinibus arceantur, quodque ad eos iam inde à temporibus Apostolorum admissi non fuerint.

CAPVT LXII.

HOc sacrorum Ordinum impedimentum nimium quantum Luthero & Bezæ displicet, sed de Episcopo est illud diuinæ mentis oraculum 1. ad Timotheum 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse vnius vxoris virum.* Et cap. 5. *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum quæ fuerit vnius viri vxor:* quod S. Hieronymus interpretatur de viduis, quæ Ecclesiæ pascuntur eleemosynis. Et in Epist. ad Titum cap. 1. cum de Sacerdotibus præcipit, *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas presbyteros sicut & ego disposui tibi: si quis sine crimine est vnius vxoris vir.* Est etiam de Diaconis

Mart. Luth. in colloquio conuiuali cap. de matrimonio *Valde miror quod Iurisconsulti adeo offenduntur digamia Sacerdotum, &c.*

Theodor Beza lib. de diuortiis. *Digamos, id est, eos qui plures successiue vxores vel etiam vnà & eam viduam duxerant, olim pleri-*

que consueuerunt indignos esse ministerio, vt eos nō modò à sacris ordinibus, Episcopatu, Presbyteratu, Diaconatu, ac Subdiaconatu sed etiam ab ipso Clero semel excluserint: sit hoc quantumlibet vetustū, nihilominus tamen iniquissimum esse, nec in Ecclesia tolerabile affirmo.

Hieron. lib 1. cont Iouin. c.6. *Quam sancta sit digamia hinc ostenditur, quod digamus in Clerum eligi nō potest. & ideo Apostolus ad Timotheum, Vidua, inquit eligatur, non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor: hoc omne præceptū de his viduis est, quæ Ecclesia pascuntur eleemosynis.*

Epist. ad Titum c.1.5 *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt corrigas, & constituas presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir.*

conis 1. ad Timoth. cap. 3. *Diaconi sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præsint & suis domibus.* Tam claris & perspicuis Scripturæ locis nihil magnopere aduersarii habent quod obiiciant, nisi forte quod de matrimonio contrahendo in iis præceptum contineri videatur, cui Episcopi, Presbyteri, Diaconi parere debeant, cum illæ Ecclesiæ Magister hoc vocabulo *Oportet* vtatur. Sed ratio, Patrumque autoritas, & perennis Ecclesiæ vsus docent contrarium. Imprimis enim Titus & Timotheus ad quos scribit, quosque Episcopos summa autoritate consecrat, hunc Ephesi, illū Cretæ, nunquam matrimonio iuncti fuerunt, neque ante, nec postea quam ad eam dignitatem peruenerunt. Secundo ipsemet Paulus diuinitus lectus Apostolus, & quod sequi necesse est Episcopus, mulierem habuit nullam, cuius vir esset, vt de se ipse testatur 1. Corinth. 7. Tertio Nicænum Concilium nunquam celibem vitam iniunxisset Episcopis, Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, si Apostolus aliud constituisset. Quarto verissimile non est Ecclesiam, sine diuino imperio, domesticos suos oppidò caros ad eam rem obligare voluisse, tam arduam, operosam, atq; difficilem, vt qui vocem audire Ecclesiæ recusant, nullis eam naturæ humanæ viribus atque opibus confici posse dicant. Sed quod fuerit sanctissimorum Patrum ea de re iudicium operæpretium est vt audiamus, quorum proinde ipsa verba rite atque ordine proferentur.

" S. Clemens lib. 2. Constit. Apostol. cap. 2. Talem esse oportet Episco-
" pum qui vnam tantum vxorem duxerit, quæ vni tantum nupserit. Et lib.
" 6. cap. 17. Episcopum, Presbyterum ac Diaconum ordinari præcipimus,
" qui sint monogami, id est vnius vxoris viri, siue eorum vxores superstites sint siue non. Canon decimus septimus Apostolorum laudatus à Theodosio Imp. in Edicto aduersus Porphyrianos, Nestorianos & Irenæum Tyri Episcopum, inserto in Actis Concilii Ephesini cap. 19. spem omnem vllius Sacerdotii illis adimit, qui concubinam habent, aut qui post baptismum secundis nuptiis implicantur.

Origenes homil. 17. in Lucam, Ab Ecclesiasticis dignitatibus non
" solum fornicatio, sed & nuptiæ repellunt: neque enim Episcopus, nec
" Presbyter, nec Diaconus, nec vidua possunt esse digami. Sanctus item
" Basilius ad Amphilochium scribens, Digamos Canon omnino à mini-
" sterio exclusit. Epiphanius idem omnino ait additque id sanctam Dei
" Ecclesiam pie & rite obseruare, honoris illius causa, qui Sacerdotio debetur. Idem in Compendiaria doctrina Sacerdotium asserit aut ex virginibus conflatum, aut ex solitariam vitam degentibus, alios autem si qui sint, aut continere se ab vxoribus, si vinculis matrimonii colligantur, aut si vidui sunt, semel tantum nuptiis irretitos fuisse.

S. Ioannes Chrysostomus homil. 2. in Epist. ad Titum huius sanctionis aliam quandam rationem profert, quod nimirum expectandū non sit vt

sit vt is fidem & beneuolentiam Ecclesiæ præstet, qui primæ vxori eandem violauerit: nam tametsi nuptiæ secundæ permittantur, offensioni tamen & plurimis accusationibus patent, à quibus liber omnino esse debet summa religione & ceremoniis consecratus.

Iustinianus claro Edicto Ecclesiæ vsum & morē comprobat, statuitque vt à Clericis omnino cōtinentia obseruetur, & si fortè sociatus matrimonio sit quispiam, ne ad sacros ordines promoueatur, nisi castè cum vxore sua viuat, & illa mortua ne digamus sit. Quod si contingat vt propter aliquam rationem Lector matrimonii societatem ineat, ne ad superiorem ordinem promoueatur, quod si vitam vxor cum morte commutet, ei ne liceat ad alias nuptias properare.

In Authen col 2. quomodo oporteat Episcopos, &c. Et c 13 de Clericis quales eligendi: *Neq; autem secundas habentē, aut eum qui habuerit nuptias ordinari in Diaconum, aut Presbyterū volumus, &c. nihil enim sic in sacris ordinibus diligimus, quàm cū castitate viuentes aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius vxoris, verùm qui vel fuerit, vel sit, vel ipsam castitatem eligentem.*

Theophylacti Scriptoris grauissimi verba subiiciamus, licet ad nonum sæculum peruenerit, quod tralatitiæ obiectioni respondeat ex vi illius vocis *Oportet* petitæ, qua plurimi voluptatis titillatione elati cœlibem Clericorum vitam oppugnant: Sic igitur in 3. cap. primæ ad Timotheum disserit, *Vnius vxoris virum.* Porrò non vt legem faciat hoc dicit, quod omnino oportet Episcopum vxoratum esse, qui enim istud statuerit, cum alias dicat, *Volo vos omnes esse sicut me ipsum*: verum quia tēpus non postulabat, at si contingat inquit, sit vnius vxoris vir.

Tertullianus cum Montani pestem fato miserando hausisset, iniquo animo tulit lib. de monogamia, quod secundæ nuptiæ iis tantum prohiberentur, qui ad ordines Ecclesiæ aspirarent. Et in exhortatione ad Castitatem cap. 7. se nosse quosdam profitetur, loco deiectos, propter digamiam.

S. Ambrosius lib. de dignit. Sacerd. cap. 4. effatum illud Apostoli 1. ad Timoth. eodem cum superioribus Patribus sensu protulit cum ita inquit, Vnius vxoris virum, si ad superficiem tantum literæ respiciamus, prohibet digamum Episcopum ordinari, si verò altiorem sensum conscendimus, inhibet Episcopum duas vsurpare Ecclesias. Et primo lib. de Offic. cap. 50. illius controuersiæ modum soluit, vnde fiat vt digamia in Baptismo nō aboleatur, ait culpam quidem Sacramento remitti, non autem legem aboleri, quæ propter aptam & conuenientem mysteriorū functionem lata est: alioqui quonam modo, inquit, potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? Quod etiam virginali continentiæ, & pudico thoro, epist. 82. lib. 2. accommodat.

S. Hieronymus libr. 1. aduersus Iouin. cap. 8. elegantissimè probat quam sancta & glorianda haberi debeat monogamia, ex eo quod omnibus religioni addictis repetitæ copulæ prohibeantur, imo & ipsi viduæ, quæ Ecclesiæ benigna erogatione pasci velit, ex Apostolo, locis superius laudatis.

Concilium Carthaginiense 4. Episcopo tribuendorum ordinum potestatem adimit, si quem in numerum Clericorum adlegit, qui cum vidua nuptias cōtraxerit, aut eam ducit, quæ ab altero deserta est, aut quæ fuerit iterato coniugio deuincta. Et S. Augustinus lib. de bono coniu-

Concil. Carth. 4 c 69 *Ordinandi; o estate priuatur Episcopus, si clericus ordinauerit clericum eum, qui viduam aut repudiatam vxorē habuit, aut secundam*

gali c.18. polygamiam eo etiam ariete oppugnat, quod monogamiam honoribus prosecuta sit Ecclesia, digamiam autem respuerit & refutarit. Tum idem quod Sanctus Ambrosius respondet iis, qui mirandum existimabant, quod hoc ordinum impedimentum per Baptismum non tolleretur, ait enim in Digamia non peccatum aliquod committi, sed normam quandam sacram amitti, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessariam.

Addit Sanctus Leo, Si prohibita in veteri Testamento fuerit Digamia, vt constat ex Leuitico, minimè mirum videri oportere si illa corporis sanctimonia in Euangelica lege obseruetur, quæ tanto Synagogam exuperat, quanto expressa effigies vmbra, anima corpus antecellit. Scriptum autem est in lege, Sacerdos virginem vxorem accipiat, non viduā, non repudiatam, &c. Innocentius primus, S. Hilarius, S. Gregorius, Isidorus, aliique numero prope infiniti, idem & docent & suis monumentis consignant. Nunc quid Ecclesia de matrimonio sentiat in medium proferamus, vt constet, quod à nobis de digamia expositum est, non deterere huius Sacramenti dignitatem.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

CAPVT LXIII.

Iren. Epiphan. August. & Theod de hær.
Epiph. hæres.25.
Augu. ad Quod vult hær.5.
Clem. Roma. Const. Apost. l.6.c.8.
Iren. l.1.c.12.
Clem. Alex l.3. Strom.
Epiph. & Theod. de illorū hæres.
Nicetas lib.4. Orthod. fid. hær 17.
Theod. l.1. hær. Fab. Iren.
Epiph. Th. de Tatiano.
Augu. ad Quodvultdeum hær 31.

SIMON Magus impudicæ libidinis magister mulieres omnes communes esse cupiebat: quam eandem vagam licentiam vt diuinæ voluntatis imperium spurci Nicolaitæ à suis teneri voluerunt. Simoniani à Mago principe generati, Matrimonium Dei esse opus negabant. Saturniani nuptias aiebant atque liberorum procreationē à Satana primum inuectam: Gnostici fœda Carpocratis soboles cum fœminas communes esse oportere docerent, prolem omnem auersabantur. Ex eadem schola prodeuntes qui à Basilide nomen habuerunt, inducebant polygamiam. Seuerus contendebat dæmonem architectatum esse fœminam, eosque omnes diaboli opus exædificare qui cum ea volutarentur. Hydroparastæ matrimonii opus scortationem appellabant: Tatianus à quo tanquam à capite

Digitized by Google

capite orti Encratitæ, nuptias opinabantur Satanæ occupationem. Adamitæ sibi in animum induxerant, si Adamus non peccasset, nunquam futurum matrimonium & nuptias, & vestium expoliatione nudisque corporibus æmulari eum statum volebant, qui primam hominum labẽ antecessit. Marcion vocabat matrimonium impudicitiæ commercium. Montanistæ secundas nuptias auersabantur, Origenistæ primas, Manichæi vtrasque damnauerunt. Hierax in veteri quidem lege fas fuisse cõtrahere matrimonium aiebat, sed post Christi Seruatoris aduentum minimè id licere, neque vllum eorum qui coniugii nodo copulati fuissent cœli gloria potiturum. Apostolici neq; maritos ad communionem admittebant suam, nec qui ius in bona sua retinerent. Eustathius ita repudiabat nuptias & abominabatur, vt spem in Deum habere negaret, qui vxorem duxisset. Priscillianistæ & parturientes odere fœminas, & omnem fœtum in lucem venientem. Armeni gratiam negabant coniunctionem illam comitari. Bogomilæ indiuidua vitæ societate copulatos disiungebant, priusquam in numerum suum admitterent. His oppositi sunt (adeo illud verum est In circuitu impii ambulant) Dauiditæ & Georgitæ qui vnius cum vna matrimonium malum esse defendebant, plures enim esse ducendas ad humanum genus propagandum. Impudentiores verò Libertini & effrænata libidine gestientes, docebant, explere in iis rebus voluptatem, & genialem thorum inuadere, mutare, polluere, esse opus eorum palmarium, qui diuinam vocationem sequerentur. Lutherus existimat ignorationem ipsius vocabuli atque rei è matrimonio Sacramentum fecisse.

Tertull. l. 1. contra Marc.
Clem. Alex 3. Strom.
Hier. contr. Iouin.
August. hær. 26. Epiph. hær. 63.
Epiph. Aug. Theod. de illorum hæres.
Epiph. hær. 67.
Aug. hær. 40.
Concil. Gangr. & Socrat. l. 2. c. 33.
Leo 1 epist. 17 c. 7.
Alph. Zamer. c. de Ministerio.
Euthy. in Panopl. a parte 2.
Nicol. Eymericus par. 2 q. 11. Bern. Lutzemb. de hær.
Caluinus Instr. aduers. Libert. c. 20 Bullinger. de Anabapt.
Luth. in c. Babyl. l. de matrimonio.

Et tametsi hæ tam impiæ tamque aniles opiniones impurarum mentium ludibria, per se ipsa ruunt & refelluntur, tamen illustrius etiã multo constabit Matrimonium Christianorum Sacramentum esse, si Apostoli dictum illud consideretur, *In Christo dico & in Ecclesia*, cum docere instituit, viri & vxoris consensionem repræsentare naturæ diuinæ cum humana coniunctionem in hypostati verbi, & eiusdem Filii Dei cum Ecclesia Sponsa copulationem. Itaque maritis præcipit vt vxores diligant quemadmodum Christus Ecclesiam, & mulieribus vt ita viris subditæ sint, quemadmodum Ecclesia Christo. Et quasi dicti sui rationem redderet hoc modo concludit Sacramentum enim hoc magnum est dico in Christo & in Ecclesia, cum significare vellet dignitatẽ Sacramenti matrimonii ex eo peti, quod exprimat singularem beneuolentiam & caritatem; qua Verbum diuinum humanam naturam, & quam sibi despondit Ecclesiam prosequitur.

Eph. 5. 32 *In Christo dico & in Ecclesia. εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.*

Hæc totius antiquitatis mens & intelligentia fuit. S. Ignatius in epist. ad Philippenses ita sentit. Iustin. Mart. orat. ad Antoninum Pium. Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. Origenes homil 11. in Exodum & lib. 8. in epist. ad Roman. S. Athanasius serm. contra hæreticos, S. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. D. Basilius lib. de vera virginitate. Epiphanius hæresi 67. S. Gregorius Nazianz. orat. de S. Gorgonia. S. Gregorius

Nyssenus lib. de virginitate cap. 8. S. Ioannes Chrysostomus in Psalm. 43. & homil. 20. in cap. 5. epist. ad Ephesios vbi μυστήριον τοῦ eodem quo Ecclesia Catholica sensu ad Matrimonium accommodat.

Quod verò quidam asserere voluerunt, neminem de veteribus Patribus ante Gregorium Magnum existimasse matrimonium Sacramentum esse, & nusquam à S. Augustino ita fuisse nominatum, quandoquidem facti quæstio est, non erit operosum pro latis tabulis docere contrarium, & in medio atque omnium luce veritatem ponere.

Tertull. lib. de anima c. 21.
Tertull lib. de Monogamia c. 5. Christus vnam habens Ecclesiam sponsam se vndi Adæ & Euæ figuram, quam Apostolus in illud magnum sacramentum interpretatur in Christum ecclesiam competisse, carnali monogamia per spiritalem.
Idem lib. de præscript. c. 40.
Idem l. aduersus Valentinianos c. 31 *Honorandorum coniugiorum supernorum gratia dicitur apud illos meditandum atque celebrandum semper Sacramentum.*
Ambr l. 1. de Ambr c. 7. *Et quia in Deum peccat sacramenti cœlestis amittit consortium. Idem in c. 5. ad Ephesi.*

Tertullianus lib. de Anima cap. 21. & lib. de Monogamia cap. 5. lib. de Præscript. cap. 40. Contra Valentinian. cap. 30. matrimonium clare & diserte nominat Sacramentum. Sanctus item Ambrosius libr. 1. de Patriarcha Abrahamo cap 7. & in cap. 5. Epist. ad Ephes. & D. Augustinus libr. 1. de nuptiis cap. 10. cum discrimen exponit inter Christianorum & Gentilium nuptias, ait Sacramentum nuptiarum commendari fidelibus coniugatis. Et lib. de bono coniugali addit in matrimoniis Christianorum plus valere sanctitatem Sacramenti, quàm vteri fœcunditatem, Bonum nuptiarum, inquit, per omnes gentes atque omnes homines, in causa generandi est, & in fide castitatis: Quod autem ad populum Dei attinet, etiam in sanctitate Sacramenti.

Atque hinc oritur indiuidua illa iugatorum societas quæ dissui nequeat, insolubilisq; matrimonii nodus, vt paulo post dicetur vberius, quod nimirum coniugium inter Christianos repręsentet arctissimam illam coniunctionem naturæ diuinæ cum humana in persona Verbi, & eiusdem cum Ecclesia Sponsa copulationem.

Geneuæ tamen aliud statuere libuit, & ea de re sunt in manibus Decreta quædam facta in ea ciuitate anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo, 13. Nouembr. typisq; ibidem mandata anno consequenti 1562. obsignata nomine I. F. Bernard à Secretis, quibus mulieri permittitur absente marito post legitimam citationē per trinundinum codicillos fiduciarios à magistratu capere, & postquam stiterit se Pastoribus, cuicunque voluerit pro animi sui arbitrio nubere. Et ne fortè fraudem & calumniam adhiberi à me quisquam putet, verba ipsa quam potero fidelissimè repręsentabo.

Quas ob causas pactio Matrimonii rescindi potest secundum Decreta Geneuæ.

CVm inter legitimas personas initum fuisse nuptiarum pactum constiterit, Matrimonium rescindi non potest, nisi duas ob causas: nimirum si manifestis indiciis probaretur corruptam fuisse nuptam, quæ pro virgine ducta fuisset: aut si alteruter fœdi morbi contagione laboraret qui sanari posse non videatur.

Animaduertet hic Lector non loqui tantum hoc decretum de sponsione

ſione quæ verbis de futuro tranſigitur, ſed de ea quæ in præſenti fit conuentione in manum & mutua conſenſione, vt voces *Matrimonium* & *reſcindi* ſatis ſignificant, & illa plena dedecoris atque probri in caſtimoniam inquiſitio.

De gradibus cognationis qui matrimonium impediunt. Pag. 36.

IN aliis gradibus tametſi neque Dei lege, nec ciuili Romanorum iure matrimonium prohibetur, ad offenſionem tamen euitandam (quod iampridem id in vſu non fuit & ne Dei verbum ab imperitis blaſphemetur) inter conſobrinos & patrueles nullum matrimonium contrahatur, quoadusque ea de re ſit à nobis aliud ſignificatum. In reliquis verò gradibus nihil penitus eſt quod impediat.

Quas ob cauſas matrimonium reſcindi queat. Pag. 38.

SI maritus adulterii vxorem accuſet, & certis indiciis ac teſtimoniis ream criminis illam peragat, petatve ſibi licere diuortio ſeiugari, concedatur; eique proinde liberum ac ſolutum ſit ex animi ſui ſententia, quam voluerit in matrimonio habere: & quanquam ad veniam mulieri tribuendam cohortandus videatur, nulla tamen inferatur vis, vt præter animi ſui voluntatem quidquam faciat. Si vir flagitio abductus aut mala quadam affectione elatus abit, domiciliumque ſuum deſerit, inquirat vxor diligenter & ſagaciſſimè odoretur, quem ſe tandem in locũ receperit: quod cum reſcierit, tum à Magiſtratu literas petat, quibus euocare eum poſſit, aut ad munus officiumque ſuum adigere, aut certè illi ſignificare, vt ad familiam redeat ſuam, fore alioqui vt iure ac legibus cum ipſo abſente agatur. Quibus rite legitimeqe perfectis, ſi nullo modo atque via compelli ad reditum poſſit, ius ſuum perſequatur mulier, hac maximè ratione: Appelletur ternis Dominicis diebus ſic vt inter quemque, dies quindecim interiiciantur, ſpatiumque vniuerſum ſit hebdomadarum omnino ſex, ter idem fiat in iure coram Prætore, totaque res duobus aut tribus ſignificetur, qui cum eo vel beneuolentia vel affinitate iungantur. Ni paret ſiſtitque ſe, ad proximum Conſiſtorium vxor adeat, legitimam ſeparationem poſtulet, quam æquum eſt illi cõcedere, cui ſtabiliendæ mittenda eſt ad Magiſtratum vt is Decretũ ſuum interponat. Qui verò ſic adeſſe noluerit vt inſolens & animi contumacia fretus, perpetuo exilio damnetur. Si vir nequitia & improbitate inductus, vt antea dictum eſt, vxorẽ deſeret ſuam, ſine cauſa, nulla ipſius mulieris culpa, idque foret vicinorum & familiarium teſtimonio rite

cognitum atque exploratum, si ea de re libere expostulans remedium ipsa flagitaret, admoneatur vt summa cura industriaq; peruestiget, quo se vir eius contulerit, atque illius vocentur amici & familiares, si quos habet, qui de illo, si fieri potest, renuncient. Vxor interea ad vnius anni curriculum expectet si nullo indicio possit vbinam moretur cognoscere, atque pie se Numini commendet. Anno euoluto, venire in Consistorium poterit, & si forte animaduertatur fore operæpretium vt Matrimonii societatem ineat, cum de officio fuerit commonita, mittatur ad publicum vrbis Consilium & Magistratum, apud quem iusiurandum concipiet, & profitebitur, an sciat quo vir suus diuerterit, quod etiam à transfugæ illius familiaribus & amicis faciendum erit. Deinceps ad publica illa præconia & denunciationes veniatur, de quibus superius dictum est, vt mulieri fas liberumque sit genialem torum sternere, nouas tabulas conficere, & cum quo libitum fuerit nuptias contrahere. Quod si absens ille quasi postliminio redeat, prout æquum esse videbitur legitimis sententiis mulctetur.

Prudens Lector sine mea monitione satis peruidet, in tam iniquis legibus plurima reprehendi posse, multa redargui in hoc iure tam iniusto, in hoc more politiæ qui ciuium mores contaminat: hic tamen sufficiet ostendere, propter adulterium, nullam iustam & legitimam dissociationem esse viri & vxoris, quod quidem ad vinculum matrimonii pertinet; gradus verò propinquitatis & affinitatis tum spiritalis, tum etiam naturalis, ab omni hominum memoria in Ecclesia Dei pro veris atque iustissimis impedimentis fuisse habitos.

QVOD PROPTER ADVLTERIVM coniugibus fas licitumque non sit, de aliis nuptiis cogitare.

CAP. LXIV.

Apollonius apud Euseb. l. 5. c. 17. Scribens contra Cataphrygas, de Montano asserit: *Iste est qui nuptiarum diuortia perdocet, qui nouas ieiunii leges sanciit, &c.*

Sanderus hæres. 85.

August. de adulterinis coniugiis.

Caiet. in 19. Matth.

Intellige igitur & hæc Domini nostri Iesu Christi le-

INTER flagitiosos Ebionitarum errores, hunc fuisse memorat Epiphanius, vt viuis & videntibus iis, qui matrimonium contraxerant, secundas & tertias nuptias permitterent. Montanus dogma idem tenuit acriterq; defendit, & Origenis æuo quidam Antistes, vt ipse et homil. 7. in Matthæum meminit. Messaliani leuiorem etiam ob causam eas concedebant apud Socratem: & Pollentius, in quem libros duos S. Augustinus elucubrauit: Erasmus in eadem re probanda omnes ingenii sui neruos intendit Commentariis in 7. caput 1. Corinth. & Thomas Caietanus in cap. 19. Matthæi, quanquam hic quidem

quidem negat in mulieris potestate situm esse, vt adulterii causa sese à viro disiungat, id enim ad virum tantum pertinere, quemadmodum, inquit, in veteri lege vir vxori libellum repudii dare poterat, non autem hæc illi: Opinionem verò suam, vt & alia quæ variis de rebus copiose conscripsit, submittit Ecclesiæ definitioni, & quod sequi necesse est cõmuni veterũ Patrum sententiæ & decretis. Scripturam diuinã igitur audiamus, & Ecclesiæ Doctores tum Orientis tum Occidentis, quorũ venerandam & æquis animis suspiciendam autoritatem opponere quisq; illi possit. quam nouitatis studiosi & inauditæ religionis præcones Luthero, Caluino, Melanchthoni, Bucero & similibus concesserunt.

Marci 10. Quod Deus coniunxit homo non separet. Iterum ea de re discipuli priuatim interrogauerunt, quibus ipse dixit, Quicunque dimiserit vxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum & alii nupserit, mœchatur. Paria scribit S. Matthæus cap. 5. Verum quidem est Christum Dominum ibi adiungere excepta fornicationis causa: sed qui locum attentius diligentiusque legerit, liquido animaduertet, eam exceptionem in futurum tempus cadere, quasi dicere voluisset, qui sine causa vxorem dimittit, facit adulteram, si deinde flagitiose viuit: at qui dimittit post culpam iam ex nequitia contractam, adulterii scelus deinceps vni fœminæ tribui debet. Hoc autem ita esse capiẽdum Filii Dei interpres ac internuncius D. Paulus haud obscurè declarat 1. Corinth. cap. 7. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed Dominus vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat. Vbi notanda maximè sunt illa verba, Præcipio non ego sed Dominus. Et ad Roman. 7. Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir, liberata est lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.

Patrum quoque dicta mirabili concentu cum diuina Scriptura consentiunt. Clemens Alexandrinus 2. Strõm. cap. 12. postquam ipsa Matthæi verba laudauisset, adiungit, Adulterium enim existimat coniungi matrimonio, viuo altero & separato. Origenes homil. 7. in Matthæum, certos quosdam arguit Episcopos, qui illa D. Matthæi sententia abutebantur, & opponit quod iam protulimus è D. Paulo, Nam quæ sub viro est mulier, viuente illo alligata est legi.

S. Basilius epist. 1. ad Amphilochium Canon. 9. ita loquitur, Vir vxore dimissa (scilicet propter fornicationem) si ad alteram se contulerit, ipse adulter est, quoniam in causa est vt vxor adulteretur, & quæ cum eo habitat adultera est, eo quod alium virum ad se traduxerit. Confirmat id etiam Epiphanius hæresi 59. de Catharis: & S. Chrysostomus homil. 17. Matthæum addit hanc rationem, quod ea quæ dimissa fuerit, aut eiecta, semper vxor illius maneat, qui abiecit. Concilium Elibertinum

Canone

ge licitum esse Christiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipsius vxoris, & posse aliam ducere vxorem salua semper Ecclesiæ definitione, quæ hactenus non apparet, nam decretales Pontificia de hac re non sunt definitiua fidei, sed iudiciales facti; profitetur enim ipsius pontifices vt patet in 5. c. de diuortiis in c. Licet, de sponsa duorum. Rom. Pontifices aliquando in his iudiciis matrimoniorum errasse. Nec ex his intelligas vxorem quoq; posse dimittere virum fornicantem, quia Iesus, qui est verus Deus, non hoc concessit, nec ratio par est, vt patet, nec etiam in veteri lege poterat vxor repudiare virũ.

Luther. de Capt. Babyl. cap. de matrimonio. Itẽ sermone de Matrimonio ad cap. 7. 1. ad Corinth.

Melanchthon in locis Communibus tractatu de Coniugio.

Bucerus ad cap. 19. Matth.

Caluin l. 4 Instit. c. 19. 37.

Leges sanxerunt quibus tyrannidem suam firmarūt: sed partim in Deum manifestè impias, partim in homines iniquissimas.

Canone 9. communione priuat eas mulieres, quæ nuptias nouas contrahunt viuo & ſpirante viro, à quo ſepoſitæ ſunt adulterii cauſa, niſi infirmitatis neceſſitate diſſociata fuiſſet.

S. Auguſtinus l. 8. in 16. caput Lucæ, cum ſumma elegantia & copia coniuges fuiſſet hortatus, ne mutuam vitæ ſocietatem abiicerent, Si nubat, inquit, neceſſitas illius crimen tuum eſt, & coniugium quod putas adulterium eſt.

S. Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ illuſtrem & ſplendidam habet deſcriptionem pœnitentiæ publicæ, quam Fabiola ipſa obierat, quod hoc decretum violaſſet, Aliæ, inquit, ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti: aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Et epiſt. 147. cum propoſitæ ab amico quæſtioni reſponderet, Vtrum nimirum mulier quæ virum dimiſiſſet qui neque adulter eſſet neque Sodomita atque omnibus flagitiis coopertus, aliique viro nupſiſſet, poſſet ad communionem admitti, viuo illo primo quem reliquiſſet: Veræ ſolidæque reſponſionis loco profert Apoſtoli verba ſuperius laudata, & concludit, nullam eſſe reliquam exceptionem aut excuſationē, ſecundum illum maritum eſſe omnino deſerendum, regrediendum ad primum reconciliata gratia, aut in cœlibe vita manendū; quod ſi durum illi videatur amaſium illum ſuum abiicere & præferre mundi Seruatorem voluptati, audiat iterum Apoſtoli vocem, *Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum.*

D. Auguſtinus lib. de bono coniug. cap. 7. Vſque adeo fœdus illud initium nuptiale cuiuſdam Sacramenti res eſt vt nec ipſa ſeparatione irritum fiat quandoquidem viuente viro, à quo relicta eſt, mœchatur ſi alteri nupſerit, & ille huius mali cauſa eſt qui reliquit. Et paulo poſt exquiſitius perueſtigans, quæ ſit cauſa inſolubilis illius nexus, eam refert in vim & dignitatem Sacramenti. Quod etiam repetit cap. 15. & 18. eiuſdem libri, & lib. 1. de adulterin. coniug. cap. 9 & 11. Et lib. 2. cap. 5. & 9. Et præterea lib. 50. Homiliarum homil. 49. cap. 2. Et quoniam frequentem illam repetitionem faſtidioſa mens cuiuſpiam inſolentis, non ſat animo æque ferre potuiſſet ita concludit, *Si contemnitur Auguſtinus, timeatur vel Chriſtus.*

Concil Mileuit. can. 17. *Placuit vt ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neq; dimiſſus ab vxore, neq; dimiſſa à marito, alteri coniungantur, ſed ita maneant vt ſibimet reconcilientur, quod ſi contempſerint ad pœnitentiam redigantur.*

Concilium Mileuitanum idem ſtatuit Canon. 17. Decretumq; ſuum appellat Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam. Et ſanè Apoſtoli magni effato nititur Epheſios ita monentis *Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto & in Eccleſia*, cum ſignificare vellet exprimi ſingularem illam naturæ diuinæ cum humana cōiunctionem in hypoſtaſi Verbi, & immenſam atque interminatam caritatem qua Dei Filius Sponſam Eccleſiam proſequitur. Quod Geneua reformidans inſolenti & audaci nimium deprauatione vertit, Dico de Chriſto & de Eccleſia, vt alias fuit à nobis animaduerſum.

DE AF-

Digitized by Google

DE AFFINITATE SPIRITALI QVAE *in Baptismo contrahitur.*

CAPVT LXV.

AFFINITATEM omnino triplicem agnoscit Ecclesia, naturalem, legalem, spiritalem. Prima fontem atque originẽ habet in natura, secunda in lege, tertia in Sacramento. Naturalis diuiditur in cognationem & affinitatem, tum legitimam, tum spuriam & minimè legitimam. Secunda ex adoptione manat, tertia ex Sacraméto Baptismi & Confirmatione tantum: nam quæ olim è catechesi & piæ doctrinæ institutione oriebatur, iampridem obsoleuit.

Lutherus lib. de captiuit. Babyl. Vldericus Zuinglius epist. ad Heluetios, Philippus Melanchthon in locis Communib. Theodorus Beza lib. de diuortiis in quodam articulo captiuitatis vt vocant Papisticæ, communem hanc omnium Theologorum doctrinam oppugnant.

Luther. de capt. Babyl. cap. de matrimonio.
Vldericus Zuinglius epist. ad Heluetios.
Melancht. in locis Communibus c. de Coniugio.
Th. Beza lib. de diuortiis.

Patres singulari doctrina, & excellentia morum illustres, Ecclesiæ fidem confirmant: nam imprimis Canon. 21. Arabico Nicæni Concilii statuitur, vt nemo fidelium cum patre aut matre spiritali matrimonium contrahat, id qui fecerit tanquam Ethnicum existimandum, à communi illorum consortio remouendum, & viginti annorum pœnitentiam illi imponendam. De eorundem liberis inter se paria decernuntur Canone 23.

Concil. Nicænum can. 21 Arabico. *Nemo fidelium cum patre aut matre spirituali matrimoniũ contrahat, id est, cum Patrinis aut Matrinis, & qui hoc cõmiserit, habeatur tanquã Ethnicus quousq; separentur & spatio viginti annorum pœnitentiam sui peccati agant.*

Imperator Iustinianus Edicto suo illud idem sanciuit. Et in Nomocanone Photii apud Theodorum Balsamonem præscribitur vt vtrique nares abscindantur si specie matrimonii aut alia ratione coniugentur. Et Can. 53. Synodi Trullensis inauspicatæ illorum nuptiæ quoque notantur & prohibentur qui matres illorum viduas quos è fonte salutari suscipiunt, in matrimonio habent, quod vt disertè ait Canon *Spiritalis necessitudo seu affinitas, corporum coniunctione sit maior.* Fuit autem instituta cõsultatio de Canone, cum vt ait Balsamon, vir longe clarissimus Gregorius Siccus descriptionem hanc dubitationemque proposuit, Maria habens filium Constantinum ex diuino & sancto Baptismate fuit Irenes susceptrix, genuit Constantinus Theodorum & Irene Theodoram, & rursus genuit Theodora Annam. Volens ergo Theodorus legitimo matrimonio Annæ coniungi, sciscitatur vt sciat an hoc fieri liceat: lectus igitur est, inquit Balsamon, in Synodo 53. Canon sanctæ vniuersalis Synodi in Trullo.

Apud Theod. Balsamonẽ in Nomocanone Photii tit. 13. c. 5. *Cæterum qui de sancto baptismate aliquam susceperit, non potest ipsam postmodum in matrimoniũ assumere, &c.*

Ex legibus Caroli Magni lib. 6. cap. 316. huiusmodi hominibus qui Ecclesiæ morem violauerint diuortium indicitur, mortis aut exilii perpetui pœna imponitur. Concilium Moguntinense sub Arnulpho Imperatore celebratum cap. 18. cum didicisset Altmannum quendam spiritalem

Carol. Mag. l. 6. leg. c. 316. *Sciendum est omnib. quod coniunctio spiritualis commatris maximum peccatũ sit, & diuortio separan.*

dum, atque capitali sententia mulctandum, vel peregrinatione perpetua delendum.

Aimoinus histor. Franc. l. 3. c. 6.

ritalem commatrem suam connubio sibi iunxisse, dirarum obnunciatione illum deuouit ex Decreto S. Gregorii Papæ in cœtu 58. Episcoporum. Aimoinus autor est Galliæ Regem quendam nuncium remisisse vxori suæ suasque res sibi habere iussisse quod filiolam ipsa suam baptismi vndis eluisset: quanquam in eo quidem negotio plus regia libido valuit & æstus animi in Fredegundam, quàm ratio, quam aduersus Ecclesiam pietas & obseruantia, cum notum perspicuumque sit quæ de affinitate spiritali dicuntur de illa tantum intelligi quæ matrimonium antecedit, non autem de illa quæ consequitur: illa etenim irritas nuptias facit, hæc tantum exigendi debiti iure spoliat eam partem quæ pium Ecclesiæ morem violarit: Quod neque tum locum habet cum vel rei totius ignoratio excusat, aut summa quædam vrget necessitas, cui obsisti alia ratione non possit. Princeps autem præcipuumque argumentum quod à Doctoribus profertur, quodque Ecclesiam ad id sanciendũ impulit, est huiusmodi, Quo est sanctius honestiusque vinculum, eo etiam religiosius seruari debet: atqui spiritale vinculum longe corporeo est sanctius, est igitur exquisitius & religiosius conseruandum, & saltem nõ minor eius habenda ratio est in gradibus qui disertè & expresse prohibentur in Leuitico cap. 18. Atque hoc ipsum est quod Papa Zacharias respondit distinct. 30. q. 3.

AFFINITATIS ET NATVRALIS *cognationis gradus societatem matrimonii legitimam ob omni hominum memoria impediuisse.*

CAPVT LXVI.

Callixtus Papa ep. 2. ad Episc. Galliæ habetur causa 35. q. 2. c. 2. Coniunctiones consanguineorum fieri prohibentur, quando eas & diuina & seculi prohibent leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes & eos qui ex eis prodeunt non solum eiciũt, sed & maledictos appellant &c.

Fabianus papa eadẽ causa 35 q. 2. & 3. c. 3.

CALLIXTVS Summus Pontifex qui Dei causa cruorem omnem suum gloriose profudit anno post Christum 218. epist. 2. cap. 9. asserit diuinæ legis vi atq; imperio esse omnes infames existimandos, qui affines cum sint & consanguinei, incestis nuptiis copulantur, matrimonium eorum esse inane atque irritum, eosque atque omnem eorum posteritatem legis maledictioni fore obnoxiam. S. Fabianus summus quoque Ecclesiæ moderator qui pro religione fortiter occubuit cum Decius impium & crudele bellum Christianæ pietati indixisset, respondit aliquando impedimentum affinitatis gradu quarto præcise definiri, neque iam locum habere in quinto. Sanctus Ambrosius epist. 48. lib. 6. ad Paternum scribens, ponit ipsi ante oculos quantam maculam nomini suo inureret, quantam labem conscientiæ, si incesto se matrimonio sociaret in tertio necessitudinis gradu, & in eam

Digitized by Google

in eam rem in memoriam illi reuocat Theodosii Imperatoris Constitutionem. Et quoniam obiicere quispiam potuisset plures ab Ecclesia gradus numerari quam in veteri lege contineantur, respondet S. Augustinus lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 16. atque in summa docet varietatem sæculorum varios quoque mores ritusque inducere, & diuersas proinde leges decretaq; esse necessaria. Quæ causa fuit cur Ecclesia consilia multa excogitarit, proposueritq; hominibus ad perfectionem vitæ cósequendam, quæ par est omni studio atque obseruantia tum excipere tum religiosissimè obseruare: quo in genere gradus affinitatis esse collocandos, pudor haustus è naturæ fontibus & verecundia quemque docet.

Concilium Agathense anno quingentesimo sexto celebratum cap. 61. affinitates prope omnes & consanguineorum inter se nexus enumerat, qui legitimè impedire posse videantur, quorum contemptum incestam copulationem nominat, id si accidat pro inauspicato & funesto prodigio esse ducendum: eos qui ius & sanctionem in ea re polluerint inter Catechumenos esse ponendos, quousq; plene satisfecerint. Concilium 2. Toletanum coactum anno quingentesimo primo cap. 5. idem pronunciat, additq; tanto diuturniori excæcationis tempore à communi piorum commercio remouendos esse quanto se propinquioris sanguinis contagione polluerint. Lugdunense Concilium 2. habitum anno quingentesimo octogesimo sexto sententia sua comprobat quæ prisca de illis nuptiis Canonum statuta prohibuerunt.

S. Gregorius lib. 2. Indict. 7. epist. 32. abominandos coram Deo illos homines vocat, qui ea se libidine commacularint, atque sapientissimos totius antiquitatis Patres nusquam voluisse innuptis illis nuptiis & incestis, matrimonii nomen imponere, de ea re Anglos qui non ita pridem fidei lumen excepissent, diligentissimè instrui oportere.

Cæterum impedimentum quod ex cognatione manat ad sextum omnino gradum pertinebat, vt constat ex Isidoro Hispalensi lib. 9. Etym. cap. 6. excludebatq; septimum, vt perscribitur in Concilio Lugdunensi 2. laudato 35. Distinct. quæst. 2. & 3. Leges item Caroli Magni lib. 8. cap. 206. cum protulissent locum Leuitici Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet vt reuelet turpitudinem eius, hoc est, inquiunt illæ, vsq; ad septimum gradum. Fundamentum illorum in hac temporis definitione fuit, vt patet ex distinct. 35. q. 5. vt nimirum secundum imperii leges, hæreditatum & successionum gratia, eos affinitatis gradus protenderent. Sed postea œcumenica Concilia rem ad 4. duntaxat gradum reuocarunt, vt constat ex Innocentio 3. Titul. *De consanguinitate & affinitate*. cap. *Non debet*. Tum vt facilior sit connubiorũ consociatio & aliquid imbecillitati humanæ tribuatur, tum etiam quod pudor & naturæ conueniens obseruantia illis veluti quatuor graduum regionibus ac terminis concludi videatur. Quod si Lector in promptu habere cupit quæ sit apud magni Mosis Commentarios ea de re diuinæ mentis præceptio, Leuitici caput 18. consulat à vers. 6. vsque ad 19.

DE EXTREMA VNCTIONE.

Cap. LXVII.

Guido hær. Armeniorū 21.
Guido de Vvaldensib. Anton. 4. parte summ. tit. 11. c. 7. § 5.
Trithem. in Chronic. Hirsaugiensi de anno 1315
Bernardus Lutzembur. de hæres.
Vvicleffus l. 4. Trial. c. 25.
Æneas Sylu. ep. 130.
Luther in capt. Babyl. c. de extrema vnct. si vspiā hoc loco præcipue deliratum est, omitto enim quod hanc epistolam non esse Iacobi nec Apostolico spiritu dignam multi probabiliter asserant, licet consuetudine auctoritatē cuiuscunq; obtinuerit, tametsi etiam esset Apostoli Iacobi dicerem non licere Apostolo sua auctoritate sacramentum instituere, id est, diuinam promissionem cum adiuncto signo dare.
Phil. Melanch. in locis com. de extr. vnct.
Iac. 5. 14. 15.
ἐπ' αὐτόν.

ARMENI Sacramentum extremæ vnctionis penitus repudiabant, Waldenses id verò appellabant Sacramentum maledictionis. Lollardi cum rogarentur quid de illo sentirent, impudenter suo more contumelioseq; respondebant Olera oleo condita meliora. Flagellantes obstinato animo defendebant eiusmodi functionem nulla esse gratia præditam nulla diuina pollicitatione sancitam. Wiclefus negabat institutum fuisse à Christo vel ab Apostolis Sacramentum. Thaboritæ vix quidquam certi habebant quod hac de re tuerentur & prædicarent. Lutherus si quid deliratum fuit vnquam ab hominibus, id insigne maximè in hoc Sacramento videri; Epistolam D. Iacobo tributam eius non esse propriam, neq; Apostolico spiritu dignam, & tametsi ab illo fuisset exarata, non esse tamen Apostolorum, Sacramenta in Ecclesiam inducere. Melanchthon consueta modestia ceremoniam vocabat superstitione plenissimam.

Quidquid tandem illi garriant, non est vt refellere D. Iacobi sententiam & arguere inanitatis possint, *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus & si in peccatis sit remittetur ei.* Nam quonam modo ausus fuisset & illam inducere ceremoniam Apostolus, & tam certo spiritalem gratiam polliceri, nisi diuina monitione fretus atque imperio, id palam denunciare potuisset? Itaque Geneua cum effati huius vim persentisceret, in Bibliis deprauatū eum exire voluit: cum enim esset vertendum *& orent super eum*, in quo Sacramenti actio innuitur, reddidit *pro illo*, præterea cum probum esset *& alleuiabit eū Dominus*, maluit, *sanabit eum Dominus*, vt persuaderet sanitatem primis efflorescentis Ecclesiæ temporibus fuisse Sacramenti huius effectum: & vt liberius refutare causam posset ex qua huiusmodi effectus non amplius redundaret. Sed ex ipso Apostolo constat esse duos huius Sacramenti

ed by Googl

menti essentiam attingit. Sanctissimus Iacobus palmarium eum effectum statuit salutaris vnctionis, vt peccata remittantur, nam quod ad corpus attinet, expresse recreandum esse ait & leuandum, quanquam sæpissimè contingit vt Sacramenti vi, perfecte etiam incolumitas ægroto reddatur. Sed quid Patres totius antiquitatis eruditissimi sentiãt proferamus. Origenes homil. 2. in Leuitic. monet septimam peccatorum remissionem tum fieri, cum id completur quod ait Apostolus, Si quis infirmatur vocet Presbyteros Ecclesiæ. Canon 69. Arabicus Niceni Concilii statuit vt *quotannis aqua & oleum noua benedictione consecrentur, non sicut fit in baptismo nec sicut benedicitur chrisma, sed sicut oleum infirmorum.* Sanctus Ephrem qui anno trecentesimo admirabili vitæ sanctitate & eruditione florebat, lib. de vita spiritali nouitium monachum docet qua religione ministrare hoc Sacramentum debeat. Et S. Ioannes Chrysostomus libr. 3. de Sacerdotio, eleganter ostendit Sacerdotes potestatem habere purgandi expiandique homines à peccatis non modo cum regenerant, verum etiam & cum inungunt, ex oraculo B. Iacobi, *Infirmatur quis ex vobis,* &c.

S. Cyrillus Alexandrinus libr. 10. de adoratione in spirit. ægrum qui Dominum Sabaoth prædicat & fide profitetur, maximopere cohortatur, vt ad Ecclesiæ medicinã & Scripturam diuinitus inspiratam in morbi conflictatione recurrat, & verba ipsa D. Iacobi in oratione sua ponit. D. Hieronymus in vita S. Hilarionis refert sanctissimum illum virum Constantiæ nobilissimæ & optimæ fœminæ generum è leti faucibus olei vnctione eripuisse, incolumesque reddidisse alios bene multos pastores & rusticanos quos serpentes venenati momorderant.

D. Augustinus tractat. *de rectit. Cathol. conuersat.* pia & diserta oratione ægris suadet, vt opis & præsidii causa ad hoc potius Sacramẽtum, quàm ad Ariolos, Magos, & deum Accaron confugiant, neq; Ochosiam stultum & impium regem imitentur. Qua de re vberius quoq; disputat tomo 10. serm. 215. de Tempore, & lib. 2. de visit. infirm. (si tamen hi libri germani illius sunt) idq; Apostolorum exemplo qui ægrotis oleum admouebant, vnde mirabiliter salus & incolumitas consequebatur.

In hoc Sacramento oleum est materia, oratio forma, remissio peccatorum effectus princeps & primarius Innocentius primus qui circa annum quadringentesimum floruit Apostoli sententiam eodem cum Ecclesia sensu & ex hoc communi omnium nationum vsu exponit, & eo modo sine vlla controuersia & ambiguitate intelligi oportere pro summa sua autoritate constituit. Et Magnus Gregorius qui sanctissimi Ecclesiæ moderatoris numeros omnes expleuit serm. feriæ quint. integram orationem ponit quæ in olei benedictione adhibetur. Venerabilis item Beda in id Marci 6. *Dæmonia multa eiiciebant & vngebant oleo multos ægros & sanabant*, profert Iacobi sententiam sæpe iam à nobis allatam, & deinde in hunc modum concludit, Vnde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctum " Ecclesiæ morem esse traditum vt Energumeni, vel alii quilibet ægroti "

Innocent. 1. epist. ad Decentium Eugub. c. 8.

Digitized by Google

„ vngantur oleo pontificali consecrato. Quod ipsum repetit in cap. 8. Lucæ, & in cap. 5. Epistolæ S. Iacobi.

Calu. l. 4. Instit. c. 9. §. 20.

Atque vt disputationem hanc concludamus, non multum ab hac opinione Caluinus abhorret lib. de modo reform. Eccles. & in Antidoto Concilii Trident. vbi fatetur temporibus Apostolorum Extremam vnctionem fuisse Sacramentum. Et lib. 4. Instit. cum omnes ingenii neruos atque audaciæ in hoc oppugnando Sacramento contendit, vehementissimè laborat in reddenda ratione cur Sacramentum iam esse desierit. Neque enim nescit quod licet valetudo atque sanitas diuino prodigio comparata præcipuus effectus Sacramenti huius foret, (quod tamen D. Iacobus non asserit, sed potius, *Si in peccatis sit remittetur ei*) nihilominus tamen adhibenda esset vnctio, vt pro sua prouidentia Deus optimus maximus de ægroti valetudine statuat, cum multos constet hoc maxime modo incolumitatem percepisse. Et vbi latet diuini numinis voluntas atque sententia, considerati hominis est, id quod toties hactenus valuerit, impertire potius quàm id laboranti negare. Denique lib. de visitat. infirm. decernit ægros sæpius à Ministris & Pastoribus esse inuisendos. Atq; hoc mihi verè videor esse dicturus, perexiguum esse quod impediat, quominus ille nouarum opinionum magister & qui sectam eius sectantur ad Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ mentem in hoc pio ritu adhibendo sese accommodent: tametsi aliàs idem ipse Caluinus, vt superius memoratum est, dum improbissimo Genio obsequitur, velut æstu quodam maleuolentiæ abreptus, procul à via rationis deflectit.

Et quoniam qui Caluinum maxime admirantur, nihil habent quod grauissimæ S. Iacobi autoritati respondeant, quàm vt dicant, tum extremam vnctionem fuisse Sacramentum & vim suam obtinuisse, quandiu in Ecclesia constat fuisse diuina prodigia, quanquam illa quidem veteratorum hominum responsio, minimè difficultatem exhauriat, quod ex perspicuis Apostoli verbis hoc quoque Sacramentum ad diluendas animi noxas institutum fuerit, breuiter & dilucide ostendamus in Ecclesia omnium seculorum ætatibus vera & illustria miracula extitisse.

QVOD

Digitized by Google

QVOD A TEMPORIBVS APOSTOLORVM OMNIBVS OMNINO ÆTATIBVS IN ECCLESIA VERA MIRACVLA HOMINVM generi suspicienda fuerint.

Cap. LXVIII.

PRIMO sæculo Euangelii Scriptor Ioannes sanctitatis & castimoniæ exemplar in feruidum oleum demersus nihil penitus incommodi persensit. S. Polycarpus ad funestum rogum damnatus non modo nihil læsus ab incendio est, sed clarissimo splendore circumfusus, incredibili odoris suauitate spectatores omnes compleuit. Secundo sæculo Tertullianus de fœmina memorat, eam exanimem cum à Sacerdote piis precationibus sepulturæ mandaretur, manus in orantis speciem composuisse, rursumque condita pace situi suo reddidisse. Narcissus Episcopus Hierosolymitanus cum in ædis sacræ lychnuchis deesse oleum cognouisset, immitti aquam iussit, quæ fusis ab eo precibus euestigio in oleum est conuersa. Eadem ætate Gregorius Neocæsareæ Episcopus omnibus modis mirabilis morbis grauissimis debilitatos voce tantum atque imperio sanauit, ab infenso humani generis hoste afflictos liberauit, montem amouit è loco suo, templi structuram impedientem, lacum arefecit vnde fratres litium & discordiarum materiem hauriebant, Lycum fluuium exundantem & super ripas diffluentem repressit, tot deniqne & tanta prodigia vi diuina perfecit, vt Thaumaturgus, hoc est rerum admirabilium patrator indigitatus fuerit.

Tertull. de præsc. hær. c. 36. *Apostolus Ioannes postea quàm in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur.*
Euseb. lib. 4. c. 14.
Tertull. lib. de Anima c. 51.
Gregor Nyss. l. 4. c. 22.
Niceph. lib. 6. c. 17.

Tertio seculo S. Romanus martyr clara constantia nobilitatus, in ipsius Tyranni ore atque oculis, præcisa lingua plenissime loquebatur: & vt Beda hominum memoriæ prodidit Albanus sicco vestigio cum mille viris qui eum sequebantur Tamesin fluuium traiecit. Paphnucius vt est apud Ruffinum in miraculis efficiendis Apostolos æquauit, nefarios spiritus exegit, reddidit incolumitati ægros, cæcis lucem restituit & homi-

Prudentius in hymno S. Romani.
Chrysostomus in encomio eiusdem S. Romani.
Beda libr. 1. c. 7. histor. Anglicana.
Ruffin. lib. 1. c. 4.

Hieronymus in vita Hilarionis.
Fortunatus in vita S. Hilarii.
Sozomenus lib.3.c.13.
Sulpitius in vita Martini.
Theodoret. in Philotheo c. 9.
Idem ibidem cap.22.
Idem ibidem cap.16.
Nicephor l.15.c.23.
Gregor. Turonensis l.2. hist. Franc.c.34.
Niceph.lib.15.c.23.
Grego. Turonensis lib.2. hist. Franc.c.31.
Sigonius in hist. Bononiensi lib.1.
Ado Viennensis ætate 6.
Gregor. magnus lib. 3. dialogorum c.2.
Beda in martyrol. Calen. Februarii.
Gregor magnus. l.2. dialog.
Idem lib.3 dialog.c.3.
Faustus in vita eius.

& hominum membris paralysi dissolutis motionem. S. Hilarion Abbas tres homines perdita valetudine conflictatos recreauit, luminibus orbum illuminauit, paralyticum erexit, toties de malo dæmone victor & triumphans, ducentos simul aliquando quos miris modis & perspicua vexatione Stygius prædo affligebat, pollenti virtute liberauit. Sanctus Hilarius Pictauiensis Episcopus hominem defectum viribus quiq; alterum pedem iam, vt ita dicam, in cymba Charontis haberet, diuinitus confirmauit, suscitauit alterum è mortuis ad vitam, & post fatum edidit miracula. S. Martinus, inquit Seuerus Sulpitius, Apostolorum decus & splendidissimam gloriam prodigiis conficiendis expressit, non morbis modo, sed morte quoque ipsa superior, quam cõcesso vitæ munere extinguebat, alia denique fecit plurima quæ communem ordinem rerum magnitudine & vi arcana vincebant.

Quarto sæculo Petrus Eremita væcordem vnum, quem cum insania malus dæmon agitabat, animæ corporisque saluti reddidit. Thalesius idem præstitit sanctissimo nomine Iesu pronunciato. Simeon Stylites languentium hominum multitudinē benè magnam quos diuturna tabes peredebat sanauit, omnigena miracula fecit pæne infinita. Antistes quidam, teste Nicephoro, ad veritatem Catholicæ fidei comprobandam sese in flammarum ardentium globos iniecit atque ab iisdem euasit incolumis. Mamertus Episcopus Viennensis in lacrymarum suarum & copia, incendium restinxit, quod per vrbem grassabatur. Pictor quidam suam derepente manum aridam expertus est, quod sub Iouis similitudine mundi Seruatorem expressisset, idem tamen cum scelus suum agnouisset, & ex intimo animi dolore fuisset confessus, à Gennadio Patriarcha Constantinopolitano fuit sanatus. Sanctus Remigius Episcopus Rhemēsis vastum aliquando oppressit incendium signo Crucis obiecto, energumenum vnum liberauit, fusis ad Deum precibus exanimem ad vitam reuocauit, ampullam sacram diuinitus obtinuit, vini vberem vim amplificauit, prædictione rerum futurarum valuit, fatoque functus admirabilia multa perfecit.

Quinto sæculo Proclus illustris Christi martyr, suum caput impia hominum crudelitate sectum, in totius populi conspectu manibus cepit tulitque. Ioannes Papa Romanæ sedis dignissimus Antistes cum esset Constantinopoli, cæco lumen admiranda virtute restituit. S. Brigitta virgo in castimoniæ & integritatis suæ testimonium viua folia & viriditatem trunco impertiuit. S. Benedictus Abbas signo crucis efformato calicem fregit, in quo venenum pestilens continebatur, è rupe dura fontem elicuit, ab inferis vnius hominis animam excitauit, res longe futuras prædixit. Agapetus summus Pontifex mutum vnum, claudum alterum, cœlesti præsidio sanauit. S. Maurus oculos cassos lumine diduxit, illustrauit, paralyticum recreauit, teterrimum Genium vnius hominis possessione exuit. S. Amandus presbyter sanctitate & manuum attactu, vt diuina panacea, omne genus morborum eiecit. Augustinus ille nomi-

lenominatus Angliæ Apostolus spiritu & ardore plenissimus, magnis, mirificis & præstabilissimis operibus, quæ à Beda memorantur, incultas illas prouincias, & hominum multitudinem prope incredibilem conuertit.

Greg. magnus l. 3 Dialog. c. 35.
Beda hist. Angl. lib. 1 c 31.
Georg presbyter in eius vita.

Sæculo sexto Abbas Theodosius tam præsentem opem adferebat tam facilem tamque expeditam omni corporis contagioni atque morbis, vt ad illum vndique ægri deferrentur, quos ille solo attactu sanabat, & pari facilitate etiam eos quos atri & turbulenti spiritus agitabant. S. Arnoldus Metensis Episcopus tanquam stigmatius impuros dæmones coercebat, è mortis gremio iam depositos abducebat, vorantes omnia flammas extinguebat. Par geminusque S. Amandus fugientem animam in cadauer exanimum reuocauit, emortuis solutisque membris hominem, valentem fecit, luminibus orbatum addita luce recreauit.

Surius to 4.
Gaudemũdus in eius vita.

S. Eligius Nomodunensis Episcopus huic quidem liberam manus motionem, illi autem totius corporis restituit cum miserando casu debilitati commouere se non possent, vino exiguo multorum hominum inopiam sustentauit, oculorum sensu priuatum nouo lucis munere instruxit, claudum erexit, è regione mortuorum vnum ad vitæ functiones reuexit. S. Trudo presbyter vi sanctissimarum precum splendidissimum cognitionis gradum & vberrimam scientiam est consecutus: durissime è solo perennis aquæ fontem claro prodigio elicuit. Antistes Florentius egregiis pii animi dotibus præstans filiam Dagoberti à primo ortu mutam & cœcutientem, gemino ornatu linguæ & oculorum mirabiliter insigniuit.

Audoenus in eius vita.
Theodorus Abbas in eius vita.
Surius in vita S Florentii Episc. Argentinensis.
Platina in eius vita
Marcellus in eius vita.

Circa sæculum septimum Agatho summus Pontifex hominem lepræ notis maculosum osculo impertito sanauit. Vuibertus è tetra & horribili custodia Angeli ductu emissus & liberatus, cœcis lumen reddidit, paralyticis præsentem medicinam attulit, morbo afflictis salutem, funere iam elatis vitam restituit. Otilia Vlrici filia cum in lucem sine luce oculorum venisset, cum ab Erhardo Episcopo Treuerorum sacris vndis abluta fuisset e uestigio lumen excepit.

Acta Episcopi Treuirensiũ.
Munsterus in Cosmograph.

Octauo sæculo Abbas Ioachimus signo crucis immanem Draconem oppressit, vi precum ab Insula quadam serpentes omnes exegit: atrocem tempestatem dicto citius placauit, inter precandum cœlesti ardore sublimis attollitur. Cum sacra lipsana D. Marcellini transferrentur surdi, claudi, cœci, morbi molestiis afflicti, sensum, motionem, incolumitatem exceperunt. S. Rombertus Danos Sueuosque ad Christianam religionem cõuertit tum piis admonitis & institutione, tum prodigiis multis & suspiciendis quæ palam & in omniũ luce patrabat. S. Rumoldus Scotiæ Regis filius hominem quendam victis fati Parcarumq; legibus in vitam reduxit.

Metaphrast. in eius vita.
Eginard. lib. 2. c 6. 7.
Albert. Crant. in Metropol. lib 2 c. 10.
Surius tom 7.

Sæculo nono S. Poppo ad testificandam nostræ religionis fideiq; veritatem, ferrum candens magni ponderis nuda manu diu gestauit illæsus. S. Vdalricus plurimos quidem sanauit ægros, sed præsertim singu-

Albert. Crant. in Metrop. lib. 3 c. 34.
Berno in eius vita.
Albertus in eius vita

Digitized by Google

Odilo Presbyter in eius vita c.11.

lari dono ac munere diuinitus ornatus Herculeum morbum exterminabat. S. Dametanus Cantuariensis Episcopus nequam spiritus animarum hostes vi victoriaque domuit, è sicca humo scaturientem vndæ venam excitauit, beatorũ spirituum cōcentum audiuit. Cluniacensis Abbas Maiolus vir morum excellentia magnus plurimos Stygiarum laruarum impressione & ludificatione vexatos, metu, malo, infortunio exsoluit, à serpentibus noxio dente morsos, aliisque fortunæ vulneribus saucios curauit.

Helgaudus in eius vita.
Rupertus Tuitiensis in eius vita.
Petrus Damianus in eius vita.
Edinerus in eius vita.

Decimo sæculo Robertus Rex, vt Commentariis rerum gestarum prodit Helgaudus signo crucis manuumque attactu omne genus ægrotationum depellebat. Heribertus Archiepiscopus Coloniensis, cum inopi mulierculæ iacenti in via, toto corpore neruorum resolutione infirmo, benedictionem impertiuisset, derepente saluti illam restituit. Odilo Cluniacensis Abbas sanctimonia vitæ notus potenti signo crucis oculos hominis à pueritia prima cœci, non sine sacro omnium stupore patefecit. D. Anselmus Cantuariensis Episcopus Dynastum quendam maioris Britanniæ à lepra fœdissima liberauit, qua mirum in modum exedebatur.

S. Bernard. in eius vita.
Guiller. Tyrius l.16.c.11.
Albert. Stadensis & alii.
Trithemius & alii.
Hermoldus in Chronico Sclauonum l.2.c.19.

Sæculo vndecimo Malachias Episcopus Islandiæ cum Sacramentum Confirmationis ministraret admoueretque sacrum oleum, vnum de multis fanaticum & cerritum, surdum alium sanauit, vnius è prima nobilitate principis vxorem fato functam vitæ munere donauit. Robertus Nazaretanus Episcopus signo crucis interposito flammarum incendium & vastum fumum in Turcarum legiones retorsit. D. Bernardus mirabilem cœlestemque vim, in animo diuinitus insitam, sæpe declarauit, in cœcis, claudis & omnium morborum generibus sanandis. Hildegardis plurimarum Nonnarum mater singulari virtute præcellens diuinorum oraculorum intelligentiam Spiritus Sancti afflatu consecuta est, vt scribit Trithemius. Et Cantuariensis Thomas quem inter cœlites meritissimo veneramur, aquam in vinum conuertit cum bene illi dixisset.

Hector Boethius l 13. hist. Sclauonum.
Vincent. Burgundus
Bonauentura & alii.
Vincent. in speculo historia.
Bonif l.7 decad 2 rer. Vngaricarum.
Iacob. Montanus Spirensis in eius vita.
Octauian de Martinis ad Sixtum quartum.
Petr. Aliacus in eius vita.
Petrus de Natal.
Albert Crantz in Metrop lib.9.c.5
Raym. Capua. in eius vita.

Duodecimo sæculo Gulielmus Scotiæ Rex nobilem quendam incolumem sua sanctitate præstitit crucis efformatione, cum ille ex oculo, pede, manu grauissime laboraret. Par illud sanctimoniæ Franciscus & Dominicus religiosæ prosapiæ clarissimi nobilissimique parentes, illustrium duorum ordinum fundatores, tantum operum admirabilitate valuerunt, vt vix quidquam à Deo poposcerint, quod non impetrarint. Elizabeta Hungariæ regis filia, cadauera septem & decem vita spirituq; spoliata mirabili modo animauit, homini à primis initiis vitæ cœco acrem & vegetam vim contuendi peperit. S. Bonauentura qui incredibilem morum innocentiam cum eximia doctrina iugauit cum extinctæ in vtero materno proli vitam à numine petiisset, vt lauacro salutari expiaretur, obtinuit. S. Petrus Cœlestinus animarum prædones è corporibus hominum pro imperio eiecit, loripedes & paralyticos curauit.

Sæculo

Digitized by Google

Sæculo decimo tertio S. Yuo Presbyter omnium virtutum choragio instructus, cruce tanquam virga Mosis illa mirifica, vndas magno miraculo diuisit, restinxit periculosissimum incendium, tortum ab improbissimo Dæmone hominem liberauit, nobili cuidam matronæ sanitatem vi maiori quadam & augustiori reddidit. S. Rochus Narbonensis illustri familia ortus Romæ aliisque in locis magnam hominum multitudinem pestilenti contagione liberauit, cum signo crucis pro narthecio vteretur. Catharina Senensis cuius dignitas omnem omnium prædicationem exuperat, genitricem suam quæ absque exomologesi diem extremum obierat, vita & luce munerauit, ab ineunte verno ieiunio, vsque ad octauum post Pascha diem, nihil penitus edit præter Eucharistiam, cum denique vitæ cursum tot & tantis prodigiorum insignibus admirandum peregit, quem qui illi fuit à confessionibus vir doctus æque ac integer, in rerum gestarum monumentis prodit.

Sæculo decimo quarto S. Vincentius Ferrariensis ordinis S. Dominici lumen pusionem in minutissimas partes à furente matre & insana cõcisum, noua & mirabili artuum conglutinatione vitæ restituit: sed & alios plurimos fato extinctos, & numero mortuorum exemit, viginti hominum millia quinque panibus aluit, tot alia prodigia confecit, vt cum relatus in ordinem Cœlitum fuit quingenta nota certa & contestata exhiberentur. S. Bernardinus Senensis cum Græcam linguam nunquam didicisset, Græcè tamen concionabatur apud Græcos, sicco vestigio & suspenso diuinitus super vndas incessit, morientem quendam iamque abeuntem stitit inter homines, imbrium vim & procellam dicto cohibuit, morbis languentes & debilitatos curauit. Antoninus Florentinus in quo liberalis eruditio cum insigni pietate certauit hominem è situ & puluere excitauit, & Heliæ magni exemplo multiplicauit mel oleumque. S. Didacus, autore Blosio virginem suscitauit iam è corporis vinculis exolutam, & in ægris persanandis glorianda multa & omnium literis prædicanda fecit.

Petrus Rauz in eius vita.
Platus de bono status religiosi.
Ioan. Capistranen. in eius vita, & alii.
Vincent. Maynardus in eius vita.
Thomas Blosius de notis ecclesiæ l. 7. c. 1.
Sadolet. in eius canonizatione.

Decimo quinto sæculo Franciscus de Paula innocentissimæ vitæ & sapientissimæ simplicitatis, in fornacem ardentem ingressus aliquando est, sic vt ne pilum quidem ignis attigerit idem libratis mirandũ in modum vestigiis pedes per liquidas vndas incessit, omnigenas hominum calamitates depulit, deploratæ salutis homines pristinæ incolumitati reddidit. Ignatius à Loyola hominem ad vitam reuocauit qui præstrictas fauces in funestum laqueum induerat pressus inopia & desperatione, & donec confessione animi sui labes expiaret viuum & spirantem exhibuit. Franciscus Xauerius in India Orientali lucem Christianæ religionis spargens inaudito illis oris prodigio, sanctitudine animi singulari, tres anima & sensu carentes imis è Manibus euocauit, & alia prope infinita miracula perfecit. Ioannes à Sancto Francisco pie precando propitiandoque Numen, Mexicanæ linguæ intelligentiam

Petr. Maffeius l. 3. c. 14.
Hora. Turselinus in eius vita, Thom. Bosius de notis ecclesi.

consecutus est, & puerum vnum exanimem matri restituit incolumem & valentem. Carolus Borromæus non purpura quam aurea vita illustrior, cum in eum quidam fistulam ferream explosisset acri sonitu, flamma, fumo locum spargente, nullum incommodum persensit, quippe plumbea glans statim corpus attigerat, vim & impetum omnem amisit.

Hoc decimo sexto in quo versamur plurimi sunt tum viri tum fœminæ Deo consecrati, de quibus admirabilia multa referri & prædicari possent, ni moneret Sapiens neminem ante fatum laudandum. Vnum est quod quia omnibus perspicuum & communi sermone celebratum dissimulari non debet aut ingrato silentio præteriri, quam multi nimirum strumosi sint qui nostrorum Regum attactu perfectam sanitatem consequantur, & maximè Henrici quarti iam Gallicum imperium moderantis, cui longam beatissimamque vitam comprecari fas piumque est.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTVS

De Ecclesia patiente.

Vbi propter materiæ similitudinem disputatur quoque de Indulgentiis, Limbis, Inferis, deque Animabus quæ se videndas obiiciunt.

Et ad extremum

De Prædestinatione.

S. Augustinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 109. Tom. 3.

Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosinæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cum viuerent, vt hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt: est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus vt non requirat ista post mortem, nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem, &c.

PRAE-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QVI reformatæ religionis gloriam falſo & inaniter aucupantur, haud contemnendi tribus in rebus, potius laudandi mihi videntur; quod nimirum diuinam miſericordiam omnibus orationis copiis & dicendi luminibus exaggerant, quod abiectam humanarum actionum conditionem & operum noſtrorum imperfectionem agnoſcunt, quod denique omnia Chriſti meritis & præſtantiſſimæ dignitati accepta ferunt. Sed eodem ipſo temporis puncto, ô fragiles hominum cogitationes! o communis inimici abominandam funeſtamque malitiam! aduerſarius, vt è ſacra pagina veriſſimum dictum mutuer, in medio tritici ſuperſeminauit zizania. nam cum illos opinione ſua doctos & ſapientes, elatos hominum laude, ſomno oppreſſos deprehendiſſet, tria quædam illis perſuaſit, quæ non minus reprehenſione dignos & communi omniũ bene ſentientium odio efficiant, quàm illa quæ paulo ante poſita ſunt magna & illuſtria laudandos reddebant. Nam ex magna aduerſus Deum fiducia & anticipata eius bonitatis in omnem partem infinitæ notione, arrogantius de miſericordia diuina præſumere docuit; in humanarum imbecillitate actionum, bonorum operum contemptum & exinanitionem machinatus eſt, propter merita Seruatoris & eximias ſatisfactiones, voluntariæ pœnæ deſpicientiam induxit, purgantis

gantis ignis metum exterminauit. Et vt fuit iam inde ab exordio prædo immanis diuinæ gloriæ animarumque parricida; hoc tempus opportunum existimauit ad sopitum iam incendium exsuscitandum, quod olim teterrimi oris sui afflatu in Ecclesia communem perniciem inflammauerat. Aerius presbyter ab Arii schola impia furiosaque prodiens anno trecentesimo quinquagesimo post Virginis partum asseuerabat, nihil omnino sacrificia virorum, ieiunia, precationes, vita functis prodesse. Armeni, Græci, Moscouitæ repudiabant & auersabantur omni mente Purgatorium, tametsi non nemo de illis pro mortuis preces & augustæ religionis sacrificia offerret. Petrobrusiani & Henriciani tertium illum locum funditus eruebant. Waldenses impuro Mammonæ Genio sacrificari à Sacerdotibus aiebant, cum Manium causa litarent. Albigenses omnem illam viuentium curam, & industriam, & piam caritatem illudebant, cum dicerent, omnia mortuis esse mortua. Flagellantes in ore semper habebant, mortuorum exequias & funebrem omnem pompam, esse veluti apothecam & cellam penuariam Sacerdotum, & inanem parentum consolationem. Lutherus, Zuinglius, Petrus Martyr, & Caluinus, per iocum & acrem Sarcasmum dixerunt illo igne Summi Pontificis ollam cacabumque feruere. Ecclesia contra semper tenuit religioseque defendit, vt Deus semper est Deus, hoc est misericordia infinitus, sic eundem iustitia omnibus suis partibus absoluta summum & infinitum esse, illam sperandam, hanc cuique metuendam: futilem illam & arrogantem præsumptionem scelus esse & peccatum in Spiritum Sanctum, non minus quàm desperationem: opera nostra ex se quidem nullius esse momenti atque ponderis, ad merendum verò opportuna in Christo, cuius

Epiph. August. Isidor. Damasc. de Aerianis.

Guido de Armen.

Guid. & cæteri qui de Græc. & Rut. moribus.
S. Bernard. ser. 66. in cant. & epist. 240.
Æn. Syl hist. Boem. c. 38.
Anton. 4. par. tit. 11. § 5.

Digitized by Google

ius merita & satisfactiones minimè nobis applicantur, illius solius actionis vi, qua se Deo parenti obtulit, sed fide veluti proxeneta, interposito ardore caritatis, participatione Sacramentorum, obedientia qua iussis diuinis obsecundamus, victoria de nobis ipsis sensuumque iudicio parta, voluntaria vexatione & pœnis sponte susceptis, atque data Numini satisfactione, quæ mortificatio illa est à magno Apostolo celebrata, cuius illud tanquam ab oraculo effatum est, si patimur, si cum illo morimur, nos itidem suscitandos, nos cum eodem in omnem æternitatem victuros.

Sed rem totam exquisitius & accuratius enucleemus.

DE PVRGATORIO.

Capvt I.

Cal. 3. Inst. c. 5. § 6. Vbi peccatorũ expiatio alibi quàm in Christi sanguine quæritur, vbi satisfactio aliò trãsfertur periculosissimum silentium. Clamandum ergo, non modo vocis, sed gutturis ac laterum contentione Purgatorium exitiale Satanæ esse commentum quod Christi crucem euacuat.

PVRGATORII nomen iis duntaxat vanos metus iniicit, qui opinantur expiationi & purgationi id repugnare, quam preciosus innocentis Agni cruor effecit, neque vident non Baptismum minus quàm Purgatorium illi posse aduersari, cum baptisare æque ac purgare, maculas demere significet, quorum alterum fiat vndis, alterum incendio, sic vt dissimilia elementa duo, in hoc cõsentiant.

Quatenus autem latissime huius nominis vis ac significatio funditur, exprimit id omne, quod expiando expurgandoque sceleri adhiberi solet, atq; hoc modo conuenit imprimis atque præcipue sanguini Christi Iesu, vt scribens ad Hebræos magnus Paulus præstabili sapientia docuit. *Hebr. 1. 3.* Secundo bonis laudatisq; operibus id tribuitur, prout eiusdem Filii Dei meritis & sanctitate nituntur, est enim in diuinis oraculis de eleemosyna & largitate, eius vi atque præsidio munda omnia nobis fore. *Luc. 11. 41.* Tertio ita tormenta illa fortunæ & res aduersæ nominantur, quibus benignissimus hominum parens Deus nos affligit, quasque sanctis & eximia virtute viris purgationis loco esse cupit, nam illud Sapientis effatũ est, Tanquam aurum in fornace probauit illos. *Sap. 3. 6.*

Hic verò Purgatorii nomine defossum alte in terris locum intelligimus, supra impiorum ergastulum & nigrantis Erebi os, vbi animæ noxis leuioribus contaminatæ, aut quæ nondum meritas in hac vita pœnas diuino iudicio dependerunt, igne purgantur *miris sed veris modis*, vt ait D. Augustinus. *August. l. 2. de Gen. c. 30.* Humani generis Liberator Christus Lucæ 12. id appellauit carcerem, cum monet vt dum sumus in huius vitæ peregrinatione, inter nos cõsentiamus, ne tradamur Iudici & seuera custodia claudamur donec ad extremum etiam quadrantem minutiasque omnes satisfaciamus. Vates Zacharias ex communi Doctorum hominum interpretatione lacum nominat cap. 9. *Zachar. 9. 11.* cum sic inquit, *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Vnde solidum hoc & firmissimum argumentum eruitur ex omnium partium enumeratione, Aut isto lacu in quo non est aqua intelligitur hic mundus in quo versamur,

Digitized by Google

ſamur, quod ſanè dici non poteſt, cum perennium fontium geliditates atque riuuli vberibus fluentis per vniuerſam terram luxurient, & quod attinet ad cœleſtes abditaſque aquas diuinitatis, diues illa gratiarum copia nunquam deficit: Aut eodem lacu Babylonis captiuitatem & duram illam Hebræorum vexationem capimus, ſed repugnat ipſius Vatis oratio, qui de vi atque efficientia diſputat ſanguinis noui Teſtamenti, veluti iam fuſum contueretur: deinde iam ille Babylonius furor calamitaſque deſierat: his adde quod eo lacu ſine aqua Babylon delineari minimè queat, vt quæ maximo & illuſtri fluuio Euphrate opportune alluatur, & vbi populus ſeruituti mancipatus multis lætitiis perfruebatur, quas Daniel cæterique diuinitus afflati homines augebant. Aut eo lacu Tartarus exprimitur vbi impii ſempiternis ſuppliciis mactantur. Sed hæc quidem merito ſane illuderetur expoſitio, cum fides de pœnarum earum æternitate neminem ſinat ambigere: Aut hæc Vatis prædictio ad Patrum Limbum referenda eſt, quod æque reiicitur, cum in ea quoque ſede ſpiritalis quædam vnda fuit puræ & liquidæ voluptatis, quam fruſtra diues epulo quondam expetiit. Aut recurrendum eſt ad illam cuſtodiam atque ſpeculam quam bellus machinator Caluinus in cœlo exædificauit ad eas animas continendas quæ liberatoris noſtri aduentum expectabant. Sed id omnino impropriè diceretur, niſi fortè cœlum quis dicat eſſe lacum eumque defoſſum, vel neget vndam ibi gaudiorum defuiſſe quam Deus ſanctiſſimis viris affunderet. Reliquum igitur eſt vt neceſſario concludamus Zachariam de hoc ipſo loco fuiſſe locutum de quo diſceptatur.

Atque huc Regii Vatis pronunciatum Origenes & D. Ambroſius referunt, *Tranſiuimus per aquam & ignem & induxiſti nos in refrigerium.* Vbi cumprimis animaduertere oportet quod ſæpius inculcandum & repetendum foret, vim omnem atque efficientiam tum Baptiſmi tum Purgatorii ad culpam & pœnam eluendam pendere à ſanguine, meritis, & ſatisfactione Chriſti Ieſu, quæ ſatisfactio fidei & caritatis beneficio prout à nobis antea fuit expoſitum vnicuique accommodatur. Quemadmodum igitur crudeles illæ & acerbæ Filii Dei perpeſſiones nihil conſcelerato homini proſunt ad delendas noxas, niſi dolorem rite & legitime concipiat: ſic eiuſdem ſatisfactiones non adhibentur ſonti & maculoſo, niſi quod pro virili parte iuſtitiæ diuinæ ſatisfaciat. *Si compatimur,* ait diuinus Apoſtolus, *& conglorificabimur.* & alio in loco, *Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filii ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: quos autem prædeſtinauit hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.* Nullus Paſtor in nouitia religione, nullus Verbi Dei eſt Miniſter, qui populū non identidem admoneat, vindicem Deum Eccleſiam quatere manu atque affligere propter ſcelerum impunitatem quæ Chriſtianæ rei [illegible]: neque animaduertunt in eo ipſo Purgatorium [illegible] quod ex abditis ten[illegible]

Ambroſ. in Pſal. 36. & ſer. 3. in Pſal. 118.
Orig. hom. 25. in Num. c. 31.

putant sic labes Ecclesiæ suæ omnes maculasque eluisse, vt gratia quisque potiatur, & persuadere sibi debeat, ea ipsa fide qua Christum mortuum esse credit, suscitatum, & ad dexteram Genitoris sedentem, donata sibi esse omnia peccata. Atqui firma constantique fide tenere remissa esse peccata, & tamen eorundem causa diuinitus affligi nos, & calamitatibus exerceri, quid aliud est, quàm publico præconio fateri culpa eiecta & expiata, pœnam tamen subeundam manere? an non idipsum clare significat purgationem quandam esse reliquam, qua vel in hoc vitæ cursu, aut post fatum, iustitiæ diuinæ satis fiat? an non ea ratione vero iudicio comprehenduntur diuini Numinis perfectiones, cum Deum esse Deum fatemur, hoc est perfectum vndique & infinitum? Vnde sequitur, quod quemadmodũ tum Deus esse desinet, cum bonitatem eierabit suam, ita plane diuinitatem abiiciet, cum desinet esse iustus. Vt bonus & incredibili humanitate atque misericordia pœnitenti scelus remittit, & pœnam quæ sempiterna futura erat, in temporariam commutat; vt verò sanctus & exquisita iustitia, hanc ipsam pœnam exigit in hoc mundo, aut post huius vitæ curriculum; quod nos omnium Scriptorum consensione Purgatorium in terra & Purgatorium infra terram nominamus.

Quod verò post remissam culpam, reliqua sit pœna huiusmodi, definitumq; supplicium subeundum, tam expressa tamque luculenta sunt diuinarum literarum testimonia, vt ambigere & dubitare sit nefas. Primus ille qui Dei legem vno scelere violauit, quemque deinde inconsideratæ impiæq; audaciæ pœnituit, veniam est à magno parente consecutus si Salomoni fides; & tamen iam inde à primis contaminati mundi initiis vsque ad hanc tempestatem terra spinas carduosque progenerat, mulier in summa corporis animique vexatione parturit, vir continuo sudore perfusus victum parat, mens nobis hebet crassis ignorantiæ tenebris circunfusa, voluntas infuscata malitia, pars inferior animi cœca & impotens, bellorum strages, fames, contagia, & innumerabiles aliæ calamitates quæ in humanum genus efferuescunt, satis in animum reuocant ratam illam & capitalem sententiam qua scelerum causa percellimur. Baptismus ipse quo flagitia omnia eluuntur, non impedit quo minus funestam illius sententiæ vim omnes sentiant, adeo verum illud est *stipendia peccati mors*. Inexpiabilem fraudem & scelestum facinus Vituli aurei væcordi superstitione culti, propter ignitas & ardentes Mosis preces Deus condonauit, sed in diem vltionis pœnam distulit quæ abominando illi sceleri debebatur. Magnus Moses Numini fuit carissimus, cum quo etiam familiarissimè sermones miscebat, & tamen noxæ illius gratia quam ad aquas cõtradictionis admiserat, nunquam in Terram promissionis est ingressus.

Cum Rex Dauid nequitiæ suæ pestem agnouisset, Nathan Propheta deletam eam esse maculam significauit: enimuerò vt idem Vates antea prædixerat, multa ad puniendum consecuta sunt, vt scelerata plurium defectio,

Sap. 10. 1. *Hæc illum qui primus formatus est à Deo, pater orbis terrarum: &c. eduxit à delicto suo.*

Rom. 6. 23.
Exod. 32. 34.
Exod. 33. 11.
Num. 20. 12.
2. Reg. 12. 13.

defectio, præliorum motus, familiæ perturbatio, ipsius sobolis mors, quæ flagitio erat suscepta. Anonymus ignotusque Vates 3. Regum quod Deo obtemperare noluisset, morte punitus fuit, cuius cadauer ab eodem ipso Leone perspicuo miraculo seruatum est vt constaret illum gratia Deique beneuolentia ornatum occubuisse. Hoc mirum est quod Iesus filius Syrach monebat, De propitiato peccato noli esse sine metu. Itaque si quis forte apud Deum gratiosus, si instructus caritate, si virtutibus affluens ante emoriatur, quàm æquissimo omnium parenti Deo satisfecerit, dicamus & fateamur cum diuinæ paginæ oraculis, cum sanctissimis eruditissimisque Patribus, cum totius Ecclesiæ Catholicæ sensu, locum esse, vbi Christi Iesu illi applicentur satisfactiones, quod in gratia Deique amicitia versetur; Quod cum fieri in gurgite Inferorum nequeat, vbi damnati nullum habent cum mystico filii Dei corpore cõmercium, sed in sempiternam sæculorum omnium continuationem immortales Deo vindici pœnas dependunt, necesse omnino est vt ad Purgatorium reuocetur.

3. Reg 13. 24.

Ecclesi. 5. 5. περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου.

Catholici Doctores magnam copiam testimoniorum & autoritatum è diuinis Commentariis proferunt, quæ à Patribus comprobantur: & tametsi in controuersiam quædam vocari possint, si priuato cuiusq; iudicio fas foret eas expendere subtiliusque ventilare, vna tamen eximia illa autoritas Apostoli diuinæ mentis internuncii è cap. 3. epist. ad Corinthios prompta deberet sufficere, vbi grauis sententia hæc ponitur, *Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit*: quem locum Origenes, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Gregorius de Purgatorii pœnis intelligunt, laudatque eruditissimus Hieronymus in cap. 4. Amos & in Micheam. Et sub finem prædictionum Isaiæ scribit suis temporibus omnium ore celebratam fuisse illam sententiam eiusdem Micheæ, Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius.

1. Reg. 2. 6.
Tob. 4. 18.
Ecclesiast. 7. 37.
Zachar. 9. 11.
2. Macchab. 12. 46.

Origen. homil. 6. in Exod. & homil. 14. in Leuit. & 12. in Hierem.
Ambros. in c. 3 ep. 1. ad Cor.
August. in Psal. 37.
Gregor. 4. dialog. c. 39.
Hierem. in c. 4 Amos & in Micheam & in Isaiam.
Michea 7. 8. 9.

Attexamus huic testimonio quod in eadem est Epistola cap. 15. vbi Apostolus suscitationem corporum atque animorum immortalitatem probat ex precibus & piis operibus quæ mortuorum causa suscipiuntur, Quid facient, inquit, qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? Quæ sanè verba de Baptismi Sacramento nequeunt intelligi, tum quod D. Paulus abusum hic coerceat, tum quod nemo alterius causa baptismo elui possit: quare ad baptismum pœnitentiæ & voluntariæ afflictionis referri debent, de quo mundi Seruator loquebatur, cum de morte ageret sua horribilibusq; illis pœnis quas baptismum suum nuncupabat. Est igitur hæc Apostoli mens atque sententia quasi dicere voluisset, Cur abstinentia sese homines conficiunt, cur preces cur lacrymas fundunt? Cur benigne de suo erogãt, cur inopes fouent, cur mortuorum causa Numini sacrificant, si nulla est à mortuis excitatio?

Digitized by Google

2. Macchab. 12. 43.

Talis fuit Iudæ Machabæi solicitæ mentis afflictio, cum *facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam: sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt à peccatis soluantur.* Cum hic locus tam apertus sit tamque insignis veritatis notis, repudiari omnino non potest nisi & totius libri negetur autoritas. Quanquam hoc quidem nec fieri debet nec iure potest: Eadem enim quæ nos obligat parens Ecclesia, vt quatuor Euangelii Scriptoribus fidem adhibeamus, his quoque sacræ historiæ monumentis iubet credere, quique alterum reiiciet, alterum quoque eodem fastidio poterit abiudicare. Deinde Concilium Carthaginiense tertium ante annos mille & trecentos celebratum, cuique doctissimus Augustinus Africæ lumen interfuit, duos Machabæorum libros inter Canonicos reponit. Tertio idem S. Augustinus libr. *de cura pro mort. ger.* ita scribit, In Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium, sed etsi nusquam in Scripturis veteribus omnino legeretur, non parua tamen est vniuersæ Ecclesiæ quæ in hac consuetudine claret autoritas, vbi in precibus Sacerdotis quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locũ suum habet etiam commendatio mortuorum. Cur autem in Canone Hebræorum non reperiantur hæc, ratio est, quod post reditum è captiuitate Babylonis, ne spurius aliquis liber in sacrorum voluminum numerum irreperet, index eorum quos Canonicos dicunt in Arca positus, & descriptus fuit secundum numerum literarum Hebraicarum, quo tempore duo tantum & viginti recensebantur. Machabæorum libri atque Esdræ, Ecclesiasticus & Sapientia numerari tũ minimè potuerunt quod compositi & excogitati non fuissent: Neque deinde nouus Canon fuit subornatus, sed Iosephi testimonio & Rabbinorum qui Iudæis religionis fontes & doctrinæ aperiebant, constat Hebræos iis Commentariis vsos, & ipse Christus sua præsentia cohonestare & celebrare voluit festum diem dedicati Templi quem Encænia Græci vocant, quemque Iudas Machabæus instituerat. Sed fingamus animo sanè (liberæ enim sunt hominum cogitationes) eos libros sacros & summæ autoritatis non esse, non minus certè veros fateamur necesse est, quàm Herodoti, quàm Plutarchi, aut T. Liuii monumenta. Quod cum ita sit, pro certo igitur constat eo tempore ex quo bis mille anni iam prope fluxerunt, preces fundi pro mortuis consueuisse.

Augu. l. de cur. pro mort. agend. c. 1.

Idem lib. 18. de ciuit. c. 36. *Ab hoc tempore apud Iudæos restituto templo, non Reges, sed principes fuerunt vsque ad Aristobulum: quorum supputatio temporum non in Scripturis sanctis, quæ Canonicæ appellantur, sed in aliis inuenitur; in quibus sunt & Machabæorum libri: quos non Iudæi, sed Ecclesia pro canonicis habet.*

Ioan. 15. v. 11.

Beda in exposit. allegor. in Samuel. 4. c. 10. v. 12. & c. 3. v. 35.

Eo ieiunia referebantur antiquæ legis cum quis vitam cum morte cõmutauisset, vt memini à Beda animaduersum. Dauid à cibo & potione abstinuit post Ionathæ mortẽ 2. lib. Reg. c. 1. Et lib. 3. post Abneris fatum ad occasum vsque Solis non accubuit, & vim magnam lacrymarũ in tumulum eius profudit. Quæ diuini hominis actiones eius religioni potius & pietati, quàm dolori tribuendæ sunt. Iudæi in Synagogis suis

suis librum continent, cui titulus Mahzor, in quo solennes pro mortuis preces & exequiarum modus exprimitur, vbi inter alia hæc ponitur Apostrophe, Patres æterni qui dormitis in Hebron, portas horti Eden aperite illi, portas paradisi patefacite illi, atque pacem aduentui illius denunciate. Custodes thesaurorum horti Eden, patefacite ei portas Edem. Hoc audias ô Domine eique dicas, in pace esto aduentus tuus.

Quæ precatio non absimilis illi est, quàm Salomon post parentis sui ab hac vita migrationem adhibuit in hæc verba, Dauid autem & semini eius & domui & throno illius sit pax vsque in æternum à Domino. *3. Reg. 2. 33.*

Hierosolymitana Liturgia quæ S. Iacobo tribuitur, Romana quam D. Petri tuetur autoritas, Alexandrina D. Marci opus, Æthiopica Sancti Matthæi, Mediolanensis quam sacer Ambrosius confecit, Cappadocum & Syrorum, quam adornauit Basilius Magnus, Constantinopolitana instructa ab Andrea & suauissimo Chrysostomo, Arabica quã Leander Hispalensis composuit, Liturgiæ denique omnes quibus Græci Armeniique vtuntur sine vlla exceptione earum precum meminerũt, & quoddam orationis genus, quod mirifice quadrat cum Missarũ consuetis sacris, quæ in eam rem Catholico ritu fiunt.

Quod attinet ad Concilia veteresque Patres vix vllæ sunt hac tempestate controuersiæ quæ maiori & splendidiori testimoniorum apparatu comprobari queant, quàm de purgante hoc igne deque precibus mortuorum causa profusis, quas cum Aerius olim impugnauisset hæreseos nomine damnatus fuit.

August. l. de hæresib. hær. 53. *Aerius in Arianorum hæresim lapsus, fertur propria quoq; dogmata addidisse nonnulla, dicens orare vel offerre pro mortuis non oportere.*

Theodoretus in 1. ad Corinthios Græcorum omnium ore ita respondet ὅτι τὸ πῦρ πιστεύομεν, ἐν ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ ὡς χρυσίον ἐν τῷ χωνευτηρίῳ, hoc est, illum ignem credimus in quo animæ vt aurum in fornace purgantur. Et S. Ioannes Damascenus orat. de iis qui ex hac vita excesserunt, egregiam habet disputationem, & ad tuendam stabiliendamque sententiam, Græcorum illustrium choream, sanctimoniæ florem aduocat. Nazianzenus Gregorius orat. in sancta lum. Ignis baptismum in altero æuo esse contendit, longe acerbiorem atque diuturniorem eo, quem in hac vita perpetimur. Idem scribit magnus Basilius lib. de Sancto Spiritu cap. 15. cuius vestigia premit S. Hieronymus cum exponit id Baptistæ Ioannis dictum Matth. 3. Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne, Siue quia, inquit, ignis est Spiritus Sanctus, vt Acta Apostolorum docent, quo descendente sedit quasi ignis super singulos credentium, & impletus est sermo Domini dicentis, Ignem veni mittere super terram & quid volo nisi vt ardeat? siue quia in præsenti spiritu baptizamur, & in futuro, igne, Apostolo quoque huic sensui congruente, *Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.*

Sed vt ordine Græcis Patribus Latinos attexam, Tertullianus libr. de Anima cap. 18. locum hunc nominat *carcerem infernum* vnde nisi expensis & persolutis omnibus nemo dimittitur.

S. Cyprianus ep. 2. lib. 4. alludens ad dictum Lucæ cap. 12 ita infit, Aliud.

Digitized by Google

liud est ad veniam dare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse.

D. Ambrosius hominum memoriæ posteritatique reliquit funebres orationes quas in obitu aliquot Imperatorum habuerat, vbi pias precationes legimus atque vota quæ pro Manibus Deo nuncupauerat. Sanctus Augustinus de hac ipsa re solidum Commentarium pertexuit iam sæpius laudatum à nobis de curá pro mortuis gerenda. Et lib. 9. Confess. quemadmodum pios lectores ipse inuitet vt Patricium Genitorem Monicamq; matrem iam vita functos Deo commendent, aliàs vberius exponebamus. Idem ipse Serm. 32. de verbis Apostoli, Orationibus verò, inquit, sanctæ Ecclesiæ & sacrificio salutari, & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandũ mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia, &c. Et libr. 20. de ciuit. cap. 9. Neque enim piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesia quæ etiam nunc est regnum Christi: alioqui nec ad altare Dei fieret eorum memoria, in communicatione corporis Christi.

Quis deinceps asseuerabit nos in hac quæstione minimè conuenire posse? quis preces pro mortuis fusas repudiabit? quis antiquitatem & omnium sæculorum intercapedinem vanitatis & mendacii coarguet? Quis doctrinam eam refutabit atque reiiciet, quam ipse Caluinus in perpetuo fuisse vsu apud Christianos fatetur, mille iam & trecentis annis? Quod si verum illud est quod scribit lib. 4. Institut. cap. 2. §. 3. nullam doctrinæ factam fuisse immutationem in Ecclesia, vsque ad ætatem S. Augustini, qui anno post Christum quadringẽtesimo effloruit, an nõ perspicue sequitur preces pro mortuis ad doctrinam Apostolorum pertinere? quam sanè doctrinam aspernari & repudiare nemo potest, sine perfidiosa & inhumana temeritate quæ cœno hæreseos contaminetur.

Calu. l Inst. 3. c. 2. §. 10. *Cæterum vt concedam vetustis Ecclesiæ Scriptoribus pium esse visum suffragari mortuis, &c.*

Idem l. 4 Instit. c. 2. § 3. *Sed cum extra controuersiã esset, nihil à principio vsque ad illam ætatem mutatum fuisse in doctrina, sumebant quod omnibus nouis erroribus conficiendis sufficerat, illis oppugnare doctrinam ab ipsis vsq; Apostolis constanter & vnanimi consensu retentam.*

Confirmari illud etiam potest eiusdem noui Doctoris sententia: Nam lib. 4. Institut. docet peccati maculam totius vitæ curriculo hærere in homine, Vnde de quinque necessario vnum conficitur, aut nimirum purgantem esse locum post huius vitæ stationem, aut planè omnes in sempiternum exitium ruere, aut peccati maculam in domicilium beatorum introeuntes sequi, aut deleri hominis morte vt efficiente causa veniæ, aut in ipso extremi fati puncto scelus exuri, atque extolli extraordinaria quadam meritorum Filii Dei applicatione. Atque hæc postrema quidem propositio, nullam habet aut in diuinis oraculis, aut in ratione probationem: & si vera esset omnes tandem gloria perfruerentur quod diuinis codicillis repugnat: Penultima verò insaniam manifestam continet, & aduersus Deum contumeliam, vt nimirum propria morte homo beatus fiat, vnde sequeretur cum intereant omnes, omnes quoque bea-

Digitized by Google

beatos aliquando futuros. Tertia propositio quod macula in gloriæ sedem penetret, Dei verbo liquido aduersatur, vt & secũda quæ damnandos omnes asserit: Vna igitur reliqua est prima: ad quam quisque mentem & voluntatem suam eo libentius aggregabit, si animaduertamus, Ecclesiam neminem obligare, nemini præcipere vt oret pro mortuis, sed duntaxat ad illud opus Christianæ pietatis & beneuolentiæ inuitare.

Quod ad eos spectat, qui obiiciunt, Anabatarum nos more, pro laruis Manibusque pugnare, cum sit incertum an dãmnentur, an feliciate potiantur: iis quidem Augustinus respondet cap. 110. Enchiridii, aitque preces nostras cum pro beatis funduntur esse gratiarum actiones, pro iis qui purgantur igne, propitiationes: cum pro reprobis, etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque viuorum consolationes sunt, quippe qui eo ipso testimonia pietatis suæ relinquant.

DE SACRIFICIO MORTVORVM CAVSA OFFERRI CONSVETO.

CAPVT II.

SI quis adhuc ambigit de sacrificio, quod pro vita functis magna religione fieri consueuit, reuocet in animum dictum illud summi Doctoris & sapientum coryphæi, *Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit*: Meminerit quod idem ipse prodidit de Baptismo pro mortuis, quodque in vsu fuisse communi Macchabæorũ historia significat. Oculis item animoque percurrat caput 7. de Hierarchia Eucharistica, vbi Magnus Dionysius non tam Græciæ lumen quàm orbis terrarum, funeris pompam ceremoniasque describit, eumq; à diuinis Apostolis ritum manasse contendit. Et inter alias precationes, orare Antistitem ait vt omnia peccata quæ humana fragilitate & imbecillitate admissa sunt, ei qui excessit è vita, Deus pro sua incredibili benignitate remittat.

1. Cor. 3. 13.
1. Cor. 15. 29.
2. Macchab. 12. 39.

Hierosolymitanus Cyrillus vir disertus & cœlestium rerum cognitione magnus Catechesi mystagogica 5. de tota re sic eleganter disputat, Sacrificium hoc offerimus vt meminerimus etiam eorum qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum,

Cyrill. Catech. 5. Mystag.
Εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν προκεκοιμένων ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων,

Digitized by Google

μεγίστην ὄνησιν πιστεύοντες ἔσεσθαι ταῖς ψυχαῖς ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις ἀναφέρεται τῆς ἁγίας καὶ φρικωδεστάτης προκειμένης θυσίας, &c.

Chrysost. l. 6. de Sacerd.
Τὸν γὰρ ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως καὶ τί λέγω πόλεως; πάσης μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης πρεσβεύοντα καὶ δεόμενον, ταῖς ἁπάντων ἁμαρτίαις ἵλεων γενέσθαι τὸν θεὸν, οὐ τῶν ζώντων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπελθόντων, ὁποῖόν τινα εἶναι χρή.

Chrys. homil. 21 in Acta
οὐχ ἁπλῶς ὁ διάκονος βοᾷ ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων καὶ τῶν μνείας ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιτελούντων, οὐχ ὁ διάκονός ἐστιν ὁ ταύτην ἀφιεὶς τὴν φωνὴν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Idem hom. 3. in c. 1. epist ad Philipp.
οὐκ εἰκῆ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων· ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. ὅταν γὰρ ἑστήκῃ λαὸς ὁλόκληρος χεῖρας ἀνατείνοντες, πλήρωμα ἱερατικὸν καὶ πρόκειται ἡ φρικτὴ θυσία πῶς οὐ δυσωπήσομεν ὑπὲρ τούτων τὸν θεὸν παρακαλοῦντες.

Martyrum, vt Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis Patribus & Episcopis, denique pro omnibus oramus qui inter nos vita functi sunt maximum esse credentes animarum iuuamen pro quibus offertur precatio, sancti illius & tremendi quod in altari positum est sacrificii. Quod exemplo vobis demonstrare volumus: Scio enim multos dicere, Quid iuuat animam, siue cum peccatis siue absq; peccatis ex hoc mundo decedentem etiamsi in hoc sacrificio mentio illius fiat? An enim si Rex aliquis eos à quibus offensus est, in exilium pepulerit, postea verò illorum propinqui coronam aliquam conficientes pro his qui sunt in supplicio exulibus, eidem offerrent, nonne condonationem aliquam suppliciorum ipsis dederit? Ad eundem modum & nos pro deffunctis precationes adhibentes quamuis sint peccatores, non quidem coronam plectimus, sed Christum pro nostris peccatis mactatum offerimus, vt & nobis & illis eum qui est benignissimus propitium reddamus. D. Gregorius Nazianzenus orat. de Cæsareo fratre, Deo commendamus animas nostras, tum eorum qui nos vita præcesserunt.

S. Ioannes Chrisostomus lib. 6. de Sacerdotio, Eum qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? imò verò pro vniuerso terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque est apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modo, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet. Et homil. 21. in Act. Apost. Non simpliciter minister clamat pro his qui deffuncti sunt in Christo, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Non Diaconus est qui talem illam vocem emittit, sed spiritus non sanctus inquam sed donum. Idem homil. 3. in Epist. ad Philippenses, Non frustra hæc ab Apostolis sunt legibus constituta, vt in venerandis inquam atque honorificis mysteriis memoria eorum fiat, qui decesserunt. Nouerant hinc multum ad illos lucri accedere, multum vtilitatis. Eo enim tempore quo vniuersus populus stat manibus passis, ac cœtus sacerdotalis, & illud horrorem venerationis plenum incutiens sacrificium, quomodo Deum non placabimus pro istis orantes?

Idem homil. 3. in Epist. ad Philippenses, & homil. 41. in 1. ad Corinth. docet mortuum non esse planctu & mœrore prosequendum, sed eleemosynis, votis, sacrificiisque iuuandum. Et rursum, Nec temere, inquit, qui altari assistit, inter horrenda mysteria clamat pro omnibus in Christo dormientibus, & pro his qui memoriam celebrant eorum. Et infra, Si Iobi illius liberos patris victima purgauit, quid dubites à nobis quoque si pro dormientibus offeramus, solatii quiddam accessurum? Sanctus Epiphanius in Anacephal. inter Ecclesiæ dogmata reponit precari pro mortuis, funebria iusta ritu Christiano pro eis soluere, mysteria celebrare.

Cyprian epist. 66. ad Presb. Diacon. & pleb. Ful.

Illustria maxime sunt quæ à sanctissimo Cypriano proferũtur, Quod Episcopi, inquit, antecessores nostri religiose considerantes & subtiliter pro-

Digitized by Google

ter prouidentes, cenſuerunt ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & miniſtros noluit auocare.

Quod ad D. Auguſtinum attinet clariſſimum Eccleſiæ decus & magiſtrum, toties huic veritati lucem protulit, vt nullus commentationum illius tomus reperiatur, qui non diſertè & inſigniter eam prædicet. Vidimus iam eum, pium Lectorem obteſtantem in Confeſſionibus, vt pro illius parentibus fato iam functis, Chriſtiana beneuolentia orarent, quid aliis in locis pro more ſapienter efferat audiamus, Neque negandum, inquit, eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari cum pro illis ſacrificium Mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Idem lib. de origine An. Salua fide Catholica & Eccleſiaſtica regula nulla ratione conceditur vt pro non baptizatis cuiuslibet ætatis hominibus offeratur ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti. Præterea ſerm. 34. de verbis Apoſtol. Orationibus verò ſanctæ Eccleſiæ & *Sacrificio ſalutari* (hic notet mihi pius Lector Sacrificium ſalutare expreſſe diſtingui à precationibus & eleemoſynis) & eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Quibus è verbis prudens Lector & exquiſito iudicio præditus facile intelliget Nouatorum Eccleſiam quæ ſacrificium mortuorum cauſa non offert, tempore D. Auguſtini neque Eccleſiam neque etiam Catholicam fuiſſe, neque vllos fuiſſe in orbe terrarum homines qui paria cum illis ſentirent, nam D. Auguſtinus ſermon. 17. de verbis Apoſtoli hæc addit, Ideoque habet Eccleſiaſtica diſciplina quod fideles nouerunt, cum martyres de loco recitantur ad altare Dei vbi non pro ipſis oretur, pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur, Iniuria eſt enim pro martyre orare cuius nos debemus orationibus commendari. In hanc eandem ſententiam plurima quoque aliis in locis commemorat, vt lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 9. vbi ſcribit vita carentium animas minime diſiunctas & ſeparatas eſſe ab Eccleſia, quæ etiamnum regnum Dei nominatur, nam alioqui futurum ait, vt in communione corporis Chriſti Ieſu, nulla de iis fieret commemoratio.

l. 9. Confeſſ. c. 13.
Idem Auguſt. de 8. quæſt. Dulcid. q. 2. 4.

Quod ſi quis etiam ſtudioſius communem totius Eccleſiæ mentem atque ſententiam in hac controuerſia cupit intelligere, peruolutet Oecumenica Concilia Prouinciarumque propria, omnino videbit, quàm longè lateque patet Chriſtianæ religionis ſplendor & integritas, ſacrificium pro vita functis ſumma omnium voluntate exceptum vſitatumq; fuiſſe. In Africa ſi velit primum inſiſtere, reperiet Carthagininéſe Con-

Digitized by Google

Concil. Carthaginiense 4. can 79. *Pœnitentes, qui attẽte leges pœnitentia exequuntur si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & oratio nibus & oblationibus commendetur.*

Concil. 1. Braccarẽse can. 34. *Item placuit vt qui aut per ferrũ, aut per venenũ, aut per præcipitiũ, aut suspendium, aut quolibet modo violentam sibi ipsis inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione cõmemoratio fiat, neq; cum psalmis eorũ cadauera ad sepulturã deducantur, &c. & can 39. Item placuit si quid ex collatione fidelium, aut per festiuitates martyrum, aut per commemorationes mortuorum offertur, apud vnũ clericorum fideliter colligatur.*

cilium 3. Can. 29. & Concil. 4. can. 79. Migret deinde in Hispaniam, occurret Braccarense primum Can. 34. & 39. In Galliam conseruatæ religionis gloria præstantem si introeat, Catalaunense Concilium offeret se, vt refertur Can. Visum. de Consecrat. Distinct. 1. Adeat si lubet etiam Germaniam quæ Wormatiense Concilium suppeditabit Can. 10. Iam Italia orbis terræ oraculo nobilitata quartum sub Symmacho Concilium bono in lumine collocabit: Græcia denique vt Symbolam ipsa quoque proferat suam, dabit Canonem 69. inter Capita Synodorum Græciæ quas Martinus Braccarensis collegit. Et si fidem adhibendam esse Liturgiis putat, quæ S. Iacobo tribuitur, quæ Magno Basilio, Chrysostomo, Armenis & Chaldæis clarissime eandem veritatem comprobabunt.

S. Ambrosius funebrium sacrorum vsum contestatum reliquit orat. de Satyro fratre, atque in ea, quam in exequiis Theodosii Imperatoris habuit, vbi solennem meminit diem tertium, septimum, trigesimum & quadragesimum, quibus functorum memoria pio ritu celebrabatur. D. item Augustinus Sermo. 34. de verbis Apostoli funeris pompam eleganti ssime describit his verbis, Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, viuorum sunt qualiacunque solatia non adiutoria mortuorum. Orationibus sanctæ Ecclesiæ & sacrificio salutari & eleemosynis iuuantur. Quis igitur deinceps de hac clara & perspicua veritate dubitare possit?

DE INDVLGENTIIS.

CAP. III.

Nicephor. l. 10. c. 25.

IVNIOR Apollinaris vir vberrimo ingenio & mirabili copia dicendi cum doctissimum librum elucubrauisset, quem inscripsit περὶ ἀληθείας, *De veritate*, cumque misisset ad Iulianum Imperatorem Græciæque Sophos Christianæ religionis inimicos; perfidiosus ille imperii dominus tribus verbis non breuiter magis quàm malitiose respondit ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων, legi, cognoui, damnaui. Cumque istam responsionem arrogantiæ plenissimam sanctis Patribus deferri voluisset, qui tum in Ecclesia summis animi ornamentis præditi, & incredibili sapientia florebant: S. Basi-

Digitized by Google

S.Basilius nomine omnium in hæc verba rescripsit, ἀνέγνως μὲν, ἀλλ' οὐκ ἔγνως, εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως, Legisti, sed non cognouisti, si enim cognouisses, non damnasses.

Paria omnino responderi par est iis qui Indulgentias repudiant, quique non modo lapidem quendam exiguum offensionis in iis struunt & machinantur, verum etiam vastum olympum & insana mole Atlantem ad quem malitiæ vndis vecti & turbidarum opinionum illidantur. Sed profectò fieri vix potest vt ad eos scopulos naufragium patiantur, si ea quæ hic subiiciam æqui animi considerationε perpendant.

Indulgentia nihil aliud est (vt descriptionem & verba ipsa à magnis Theologis mutuer) quàm benigna quædam condonatio solutioq; pœnarum temporariarum, quæ sceleri admisso, cuius culpa iam eluta est, debentur, extraordinaria quadam applicatione satisfactionũ Filii Dei, omniumque animarum, quæ meritis Seruatoris assecutæ sunt in vita, vt mereri etiam apud Deum possent: id totum fit virtute clauium, quas humani generis liberator D.Petro, & potestatis quam Ecclesiæ suæ pro sua grauissima autoritate concessit: Sed partes omnes huius descriptionis sigillatim enucleemus. *S.Thom. 3.p.q 86. art.1.*

Duo sunt in quoque peccato (ait subtilis & eximie doctus S.Thomas) imprimis auersio à Deo qui infanda mentis contumacia deseritur, alterum est conuersio ad rem procreatam quam futili voluptate gestientes appetimus: auersio respondet culpæ, pœnæ autem conuersio. Et quoniam ad æternum decus beatorum gloriamque adipiscendam, necesse omnino est debito omni solutũ ac liberum esse, in quæstione iam ponitur, quonam modo culpa ex animo exuri, qua item ratione pœna tolli & extingui possit.

Nouatores qui musteam Theologiam tanquam mimum in Theatrum induxerunt, aiunt vtramque simul à Deo remitti, eosque omnes supplicii expertes meritæque pœnæ futuros, qui Dei gratiam consecuti fuerint. Contra verò Catholica Ecclesia credit accurateque docet, non semper remitti omnem pœnam, cum culpa eluitur, imò potius vulgo & vniuerse fieri, vt cum inusitata illa sua admirandaque misericordia Deus culpam delet, testificandæ iustitiæ causa pœnam aliquam restare patiatur. Vnde fit vt quemadmodum iusto animi mœrore & scelerum confessione illius misericordiæ satisfacimus, ita bonis laboriosisq; operibus placanda sit iustitia. Cui sanè rei diuinæ paginæ autoritas & experientia fidem facit. Nam si pœna quæ maleficio debetur simul cum eo debetur penitus atque eraditur, cum mors stipendium sit peccati, vt ait magnus Apostolus, vnde fit vt quemadmodum supra exposuimus, Adamus immortalitatem perditam minimè recuperarit, postquam scelus agnouit suum, & veniam à Deo est consecutus? Cur Eua non iis doloribus liberata fuit, qui partionem comitari solent? Cur tellus sine cultura non eos fructus vberi copia profundit, quos tot ærumnis vix elicimus? Cur nostræ mentes inscitia inobscurantur, malitia contaminantur volunta- *Rom.6,15.*

tes, pars irascens desperatione abiicitur, appetitus immoderatione insolescit? Cur etiamnum hærent in nobis tot morborum contagia, tot fata imminent ceruicibus atque iugulis, primæ illius culpæ argumenta, si ea noxa vnde funesti illi fructus pullularunt, per baptismum funditus eiicitur? Cur cum parens vniuersitatis, idololatriæ facinus Mose precante populo condonauisset, addidit nihilominus sese *in die vltionis id peccatum visitaturum*? Cur cum Mosi crimen admissum ad aquas contradictionis remisisset, beati fœcundiq; soli aditu prohibuit? Cur cum Nathan diuinæ mentis interpres Dauidi dixisset, *Dominus transtulit peccatum tuum*, Rex tamen idem fuit postea tot miseriis fractus, tot incommodis exercitus, tanta & tam perenni calamitate afflictus, ob patratum cum Bersabee flagitium? Cur memorantur hæc omnia, si cum culpa simul omnia Deus remittit, curve sæpe dicimus, vitæ nostræ labes atque noxas esse in causa cur tot malis subinde vrgeamur? Est igitur omnino concludendum, cum eluitur culpa, non pœnam semper omnem deleri, & post gratiam reconciliatam, excogitandos esse modos atque rationes diuinæ iustitiæ mitigandæ, quod semper Christi Iesu meritis fieri debet, sine quibus nullum meritum, nulla penitus satisfactio, quæ quidem alicuius momenti esse videatur, in hac rerum vniuersitate existit. Cæterum grauissimi Theologi docent quatuor esse vias atque modos, quibus idem cruor qui nobis culpæ remissionem commeruit, ad pœnam quoque exhauriendam accommodetur.

Exod. 32. 34.

2. Reg. 12. 13.

Primus est Sacramentorum efficientia, quorum vsurpatio semper ex opere operato vt vocant, partem meritæ pœnæ consumit, partem inquiunt, non pœnam vniuersam, quod Sacramentum non applicet Filii Dei merita & satisfactiones, quàm late earum vis atque pretium & immensa dignitas patere potest, alioqui vnica tantum vnius Sacramenti perceptio affluente omnium gratiarum copia animam ornaret, tamque sanctam augustamq; redderet, quàm ipsius Christi Domini mens omnibus cœli muneribus cumulata fuit. Quod si quis vrgeat ex aduerso atq; efflagitet cur id ipsum in culpa locum non habeat quæ tota semper & non ex parte exhauriatur. Respondent id fieri quod culpa nunquam eiicitur nisi gratiæ beneficio quæ diuidua non est neque potest cum lethali peccato consistere, quod de pœna dici nequit: adde quod cum gratia cohærere potest vt in Adamo iam meminimus, in Mose, in Dauide, & quotidie in Ecclesia experimur, quæ cum multis asperitatibus quatiatur & vndis calamitatum, in quibus assidue fluctuat, est tamen opifici omnium Deo cara eximieque dilecta, vt quæ Filii Dei Sponsa nominetur.

Secundus modus est vis caritatis, quæ tanta esse potest vt martyrii generosum ardorem æquare possit, est enim illud magnæ mentis Axioma verissimum, *Charitas operit multitudinem peccatorum*. Item illud, *Fortis vt mors dilectio dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum*.

1. Petr. 4. 8.
Cantic. 8. 6.

Tertius

Tertius in iis operibus consistit quæ Satisfactoria Theologi vocant, quod quemadmodum iniuriam Deo facimus, & merita gloria spoliamus, vel propter externa bona, quæ fortunæ vulgo dicimus, vel corporis voluptates, quod sæpe rationi obsistit, aut propter animi ornamenta, cum interiores literæ atque reconditæ, cum maximarum rerum intelligentia, cum Encyclopedia, cum Prudentia, cum ipsa Virtus animos facit attollitque superbia: ita verum est & congruens, vt ex aduerso & fortunæ commodis eum veneremur & stipe conferenda, tum corporis afflictione atque ieiunio, tum denique animi expurgatione & reuocatione ad fontem ipsum & principem Deum, quod oratione fieri solet, ad quam omnis religionis cultus pietatisq; reuocatur.

Quartus omniumq; facillimus est bonus & opportunus Indulgentiarum vsus: nam vt liberatoris hominum satisfactiones nobis applicantur communibus illis modis Sacramentorum, caritatis, & piorum operum quæ cum animi corporisq; labore obeuntur, ita extraordinariè admouentur, illius ministerio cui concessa fuit eorum bonorum potestas modo non dissipet, sed vt sapiens diuini fisci præfectus dispenset thesauros, quorum habet claues à Christo Ecclesiæ suæ relictas. Atque huiusmodi applicatio, nuncupatur, vt superius dictum est, benigna quædam condonatio solutioq; pœnarum, sed tantum *Temporariarum*, quæ vox, quia secundum obtinet locum in descriptone superius posita, nunc eodem cursu orationis exponetur.

Dicuntur ergo pœnæ temporariæ ad distinctionem æternarum, cum certum ac perspicuum sit, quod quemadmodum de remissione cogitare nemo debet, quandiu culpa remanet, ex qua tanquam ex propria stirpe atque origine pœna generatur, ita existimandum non est, aliis quàm Dei amicis, atque apud eum gratiosis, prodesse Indulgentias posse, siue illi iam inde à Baptismo, perpetua cum mundi parente beneuolentia iuncti conglutinatique fuerint, seu pœnitentia, post lapsum atque perfidiam, cum diuina mente reconciliati. Quod si aliquando in Programmatum lemmate ita perscribitur, *Indulgentia & culpa & pœna*, non est cogitandum Indulgentiam ad culpam referri, quam supponit elutam & exterminatam, sed iis verbis significatur, eo tempore potestatem fieri omnibus Sacerdotibus, qui legitimè aduentorum cōfessiones excipiunt, vt ab omnibus omnino sceleribus etiam iis quæ Superiorum tribunali & iurisdictioni reseruantur, sine vlla exceptione possint absoluere. Ex quo ieiuna certorum hominum malitia & inscientis animi calumnia potest intelligi, qui vbique illud effutiunt & blaterant, Papam Romanum Indulgentiarum præconio quasi hasta posita cœli palatium vendere. Theologi Catholici à tam absurda delirantis animi opinione sic abhorrent, vt cum in scholis de peccati remissione disputant, negent vlla ratione fieri posse vt Deus condonet animæ, eamque diuina sua gratia illuminet, nisi verè de peccatis suis dolentem? At enimuero solenne iis est, qui in viam Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, &

in con-

Epist. Iudæ v. 10.

in contradictione Core perierunt, vt quemadmodum ait D. Iudas quæcunque quidem ignorant, blasphement, quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpantur. Vt cum fatentur nos à Deo propter scelera & vitæ prauitatem in hoc mundo puniri, & tamen cum vrgentur vt dicant, si quispiam sorde vitiorum pollutus ab hac vita demigret, priusquam plene diuino iudicio fecerit satis, num deinde sit ei pœna subeunda, tacent videlicet & obmutescunt, aut nescio quæ inania, aut inconsideratæ mentis flagitia respondent. Dicamus igitur atque vltro admittamus, temporarias esse pœnas, aut in hoc vitæ cursu, aut in alterius æternitate pendendas nisi à nobis fuerit illi satisfactum, qui Actor est simulque testis atq; Iudex vitæ nostræ: eosque bene & sapienter prouidere suis rebus, & felicitati consulere, qui oblata illa Numinis benignitate & Indulgentiarum beneficio fruuntur, quibus iustas & meritas pœnas exhauriunt, quæ alioqui ante aut post fatum necessario persoluendæ fuissent. Sed reliqua iam allatæ descriptionis videamus.

Quæ sceleri admisso cuius culpa iam eluta est, debentur.

DIctum superius est, rerum omnium opificem Deum vt misericordem culpam remittere, vt iustum autem retinere pœnam atque repetere: in memoriam id reuocare nunc sufficiet, tum Deum nomen suũ dignitatemq; perditurum, cum iustus esse desinet, non minus quam si bonitatem suam eieraret. Vnde in nobis decus aliquod atque ornamenten esse cupit, quod à gratia meritisq; eius filii oriatur, qui nobis merendi vim potestatemq; peperit, vt post dicetur, iamque aliquoties vberius declaratum fuit. Adde quod vt participes compotesq; simus satisfactionum Christi Iesu atque Cœlitum, sit necesse vt cum eis copulemur: hæc autem mystica coniunctio gratia & charitate fieri solet. Illud quoque animaduertere oportebit de peccatis præteritis hic agi, de quibus iam perfecta olim contritio, aut sanè iuncta Sacramento Pœnitentiæ attritio præfuit: cum sit euidens atque notum, Indulgentias minimè ad peccata futura pertinere. Sequitur in descriptione,

Extraordinaria quadam applicatione satisfactionum Filii Dei.

TRalatitia vulgarisq; applicatio tribus modis fieri solet, aut per opus operantis solum, aut per opus operatum tantum, aut vtrumque simul. Primum in laboriosis operibus situm est; Secundum in Baptismo puerorum infantium: Tertium in perceptione Sacramentorum quæ fit piè &

piè & religiose. Extraordinaria verò applicatio fit potestate quadam singulari & inusitata quam animarum nostrarum parens Deus Ecclesiæ communi matri reliquit, ad Seruatoris merita, perpessiones, atque satisfactiones vtiliter in nos deriuandas. Et quoniam sanctissima illius parens atque Virgo grauia quædam & acerba quoq; pertulit, cum nunquam illius numen scelere vllo violasset, quem Genitorem, quem filium, quem suauissimum Sponsum agnoscit: quia itidem sanctissimi viri plus multo vitæ sanctimonia eximiisque moribus diuinam mentem coluerunt, quam maleficio eius dignitatem nomenq; polluerint; est omnino rationi consentaneum, vt laudatæ illæ actiones, exhausti summa animi constantia & puritate labores, ipsæ denique satisfactiones non irritæ fuisse videantur, & vt nos qui eiusdem corporis membra sumus, sub eodem capite mystico, atque intima cum iisdem communione sociati, fructum quoque percipiamus ex illis, & eorum meritorum vtilitatibus recreemur, quandoquidem in eodem Ecclesiæ sunt thesauro, cum meritis Filii Dei, vnde vim omnem suam pretiumq; hauserunt. Atque hoc ipsum est quod in extrema definitione collocatur cum additur

Tum laudabilium operum, quibus diuina gratia, meritaque ipsius Seruatoris tribuerunt vim satisfaciendi, tum in augusta Dei matre, tum in iis omnibus qui apud Deum gratiosi fuerunt.

Vt hæc clausula melius intelligatur, necessario exponenda nobis est operum natura & conditio longe quàm hactenus vberius atq; distinctius.

Actio omnis humana aut viua est, aut mortua, aut mortificata, aut mortifera, quam partitionem è cap. 18. Ezechielis promunt eruditi.

Viua illa est, quæ fit in gratia, quæque diuina caritate velut anima spirituque ornatur, propter quam vt est in excellentium Vatum oraculis, vir iustitia præditus vita viuet, & si vel aquam inopi præbuerit, lautum & opulentum præmium assequetur. *Matth. 10. 42.*

Actio mortua est, quæ natura quidem sua honesta est, morata, laudabilis, sed quæ ab illo proficiscatur, qui sit immani & grauiori aliquo flagitio pollutus, itaque huiusmodi actio, puta oratio, ieiunium, benignitas in pauperes, aliaque id genus, quod absit gratia illa iustificans, quæ sola est principium fonsque vitæ, mortua iacet, neque vllum cum beata æternitate habet commercium: prodestque tantum aut ad peccatum aliud euitandum, aut ad animum disponendum quo facilius periculum suum & conditionem intelligat, aut ad exemplum rerum honestarum atque laudabilium in oculis aliorum figendum, aut denique ad

Digitized by Google

degendam vitam tum longiorem tum feliciorem. Huius generis fuere virtutes antiquissimi Socratis, Epicteti, Senecæ, talis quoque eorum fides, quam Iacobus sanctissimus mortuam indigitat, quod caritate spolietur.

Opus mortificatum, & vt ita dicam, exanime, illud est de quo pol-
Ezech. 18. 24. lens Deus in clarissimi vnius Vatis prædictionibus ita loquitur, Si autem auerterit se iustus à iustitia sua & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius nunquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur in præuaricatione qua præuaricatus est & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Quibus è verbis liquido perspicitur eas actiones quæ propter agentis gratiam & dignitatem vim merendi habebant, quodammodo emori propter hominis spiritalem occasum è quo manauerant.

Discrimen autem inter has, & superiores illas plane mortuas, hoc est quod opus mortuum principium vitæ nunquam habuit vtpote in flagitio sordibusq; generatum; mortificatum contra, è vitali fonte haustum fuit, in gratia videlicet perfectum, vt paulo ante monebamus: alterum habet negationem solam vt Theologorum Scholæ loquuntur, alterum vitæ priuationem: Itaque fit, vt cum scelere & maleficio contaminatus se intuetur, & ad mentem redit, iure quodam veluti nouæ generationis atque suscitationis, opera illa prius mortificata recuperet, quod de mortuis operibus dici non potest, vt quæ vitam habuerint nunquam, nec proinde excitari iterumq; generari queant, vt doctissimi Patres animaduerterunt in 18. caput Ezechielis & decimum quintum Lucæ, vbi perditi prodigiq; adolescentis parens, dum eum recipit & complectitur,
Luc. 15. sic ait ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην ϗ ἐνδύσατε αὐτὸν, cum reduplicatione articuli τὴν, ad indicandam stolam ipsam primam, quam olim induerat.
Ezechiel 18. 21. Quod etiam Vates olim significauerat cum inquit, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet.

Ezech. 18. Iam Mortiferæ actiones illæ sunt de quibus id perscribitur, *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Item, *Si auerterit se iustus à iustitia sua, &c. in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur.* Et in hanc rem verè olim de beatis spiritibus vnus aiebat eos propriarum animarum esse hostes qui scelere se obligarent. Et quoniam hic tantum agitur de viuis, aut iterum ad vitam reuocatis operibus, eorum nobis breuiter exponenda est conditio.

Omnis igitur actio viua aut suscitata, qualitates omnino habet quatuor, vim scilicet merendi, satisfaciendi, impetrandi, consolandi. De
Matth. 16. 27. prima id perspicue in diuina pagina consignatur, Tunc filius hominis reddet vnicuique secundum opera eius. De secunda quæ nimirum ad
Daniel. 4. 24. satisfaciendum refertur, est Danielis illa prudens ad Nabuchodonosorem monitio, Peccata tua eleemosynis redime, &c. De tertia sic Abra-
Genes. 22. 17. hamum generis humani parens affatur, Quia fecisti hanc rem, & non peperci-

pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum, &c. De quarta, ista humanissimæ voluptatis plena produntur, Dicite iusto quoniam bene. & alio in loco, Secura mens quasi iuge conuiuium. *Isaiæ 3.19.* *Prouerb. 15.15.*

Inter has verò boni operis proprietates hoc discrimē statuitur, quod prima tantum sit opificis autorisq; sui propria, videlicet meritum, quod nulli tribui & communicari potest, cum omnium fator Deus apud Ezechielem id pronunciet, Iustitia iusti super eum erit. *Ezech. 18.20.* Quod attinet ad satisfactionem, impetrationem, consolationem, donari & porrigi etiam possunt ad eos, qui certa communione & societate nobiscum iunguntur. Ita quidem satisfaciebat cœlesti ardore incensus Apostolus, cum adimpleret ea quæ deerant passionum Christi in carne sua pro corpore eius quod est Ecclesia. *Coloss. 1.24.* Sic & optabat esse anathema à Christo pro fratribus suis. *Rom. 9.3.* Consimili beneuolentia Daniel pro suo populo qui misertima Babylonis captiuitate tenebatur, fame se atque ieiunio vexabat. *Daniel. 10. 12.* Ita Iob pro liberis atque amicis offerebat sacrificia, quos videmus benigne à Deo exauditos. *Iob. 1.5.* Nos quoque ita vitam agere iubet Deus, vt cæteri piorum operum luce inuitati glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est. *Matth. 5.16.* Et alias primæ Sapientiæ ore proditur Gaudium coram Angelis Dei futurum super vno peccatore pœnitentiam agente. *Luc. 15.10.*

Est autem quatuor harum proprietatum excellentissima quæ in merendo posita est, cui respondet ex rigore vt loquuntur iustitiæ, felicissimus ille conspectus & iucunda essentiæ diuinæ possessio, cum aliis sempiternæ gloriæ adiunctis multis atque magnis, qua de re dubitare & ambigere nemo potest, qui meriti causas diligentius perpenderit.

Prima est Efficiens princeps, nimirum ipse Deus, laudatarum omniū actionum dux impulsor & machinator, qui omnia operatur in omnibus, *1. Cor. 12.6.* qui non modo voluntatem exsuscitat, verum & perficit, & opera in nobis sua coronat. *Philipp. 2.13.* Deus autem nihil omnino efficit quod non illo sit dignissimum, quacunque tandem exquisita iustitia id examinetur.

Secunda causa petitur ab ipso mundi Seruatore Christo, sine quo fieri nihil potest, dici aut cogitari, quod summo æternoque parenti proponi queat. *Ioan. 15.5.* *2. Cor. 3.5.*

Tertia manat ab intima consociatione atque nexu qui inter ipsum Christum Iesum atque animam gratia præditam intercedit, quod magnus Apostolus vocat sepultum esse & suscitatum cum illo, vitam nostram absconditam esse cum Christo in Deo, nos ita viuere, vt ne viuamus quidem, sed viuat in nobis Christus, in omnibus diuites fieri in illo, denique omnia nostra esse, nos autem Christi, Christum verò Dei. *Rom. 6.4.* *Coloss. 3.3.* *Galat. 2.20.* *1. Cor. 1.5. & c. 3. 23.* Vnde sequitur vt quemadmodum mixta vino aquula, colorem, saporē, vimque vini induit, ita nostræ actiones propter illam arctissimam conglutinationem, & veluti permixtionem cum Dei Filio, supra naturam attollantur, & naturam velut diuinitatis induant. Quæ causa fuit cur cœlestium arcanorum conscius Paulus noluerit vt vel quotidianæ ho- *1. Cor. 10.31.*

minum actiones, cibi & potionis perceptio & alia quæ ad naturam spectant omnia, ad diuinam gloriam referantur.

Quarta sumitur ex gratia & caritate quæ forma est vniuscuiusq; boni operis atque perfectio, de qua magnifice id pronunciauit Apostolus Gratia Dei sum id quod sum, quamque in nobis regnare cupiebat per iustitiam, vt per eandem iustitia & sanctitate ornamur. Quare non secus atque annulus ex adamante, smaragdo, sardonyche aliisq; rubri littoris delitiis pretium & æstimationem capit, ita nostræ actiones à gratia dignitatem suumq; decus accipiunt, quæ nunquam sine caritate reperitur, vt neque caritas sine illo instructu eximioque ornatu quem illi D. Paulus attribuit.

Rom. 5. 21.

1. Cor. 13. v. 7. 8.

Quinta ex diuinis pollicitationibus oritur, quas filii sui ore magnus parens sanctas atque ratas esse voluit, & sacrarum literarum monumentis prodi, nimirum pro nostrorum operum conditione, se præmium vnicuique tributurum, largiturum se mercedem omnibus, donaturum se vitam sempiternam quæ in eo consistit, vt eundem cum Filio Christo Iesu, sicut est, cognoscamus. Igitur quemadmodum Saul Hebræorum moderator, vi liberæ pollicitationis suæ, adigebatur ad Micholem filiam ei despondendam, qui vastum & immanem Philisteum bello & contentione vicisset, victorq; Dauid & triumphans iure summo exigere illam potuit, licet exiguo labore perfunctus: Pari modo licet actiones nostræ viliores sordidioresque etiam forent, quàm quæ à nobis moderanti omnia Deo afferuntur, modo illæ ipsæ in Deo & Dei causa perficiantur, verè tamen sempiternam vitam merentur, etiam summo iure, & quantum exquisita iustitiæ ratio potest repetere, tum propter rationes superius allatas, tum quod Deus sese promisso obligarit. Cuius rei diligens & accurata consideratio illud ab Apostolo liquida lætitia delibuto expressit, De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. Vbi maximè animaduertere oportet, non gloriam beatorum interminatam vocari ab illo munus gratuitum misericordiæ, sed coronam iustitiæ, neque sibi datum iri contendit, sed esse repositam, non à benigno humanissimoq; parente, sed à iusto iudice: neque donaturum illum, sed redditurum sibi, aliisque omnibus, qui consimili Numen religione atque beneuolentia prosequuti fuerint.

Matth. 16. 27.
Rom. 2. 6.
Marc 9. 40. Luc. 6. 23. 9. & 4. 7. 1.
Apocal. 22. 12.

1 Reg. 3. 14.

2 Timoth. 4. 8.

Quæ cum ita se habeant, omnes fateantur necesse est, opera bona mereri apud Deum, illa eadem solari Ecclesiam & recreare, à diuina mente conspici, eorum beneficio diuinæ misericordiæ fructus obtineri, satisfieri iisdem offenso Deo & irato: præterea sanctissimas quasdam animas vt Virginis Dei parentis, vt Apostolorum, vt quorundam aliorum excellenti virtute atque innocentia, plus honoris quàm dedecoris, plus studii atque beneuolentiæ, quàm offensæ aduersus mundi opificem exhibuisse, quidquid reliquum ipsis est satisfactionum vberrimas vtilita-

Digitized by Google

vtilitates adferre iis posse, qui eiusdem mystici Ecclesiæ corporis viuentia membra sunt atque partes, æquum minimè consentaneumq; videri, ac ne fieri quidem posse, vt de operibus Summi Genitoris, atque ipsius Filii meritis, quidquam deperdatur, quod tamen sanè eueniret, si illæ ipsæ quæ reliquæ sunt & supereffluunt satisfactiones, nemini aliquando prodessent. Cuius rei purpureus Vates non intelligentiam modo, sed mirificum etiam fructum collegerat, cum ita canit, Particeps ego sum omnium timentium te. Et ipsi religionis Præceptores Apostoli iubent id credere, cum in Symbolo communionem Sanctorum omnibus denunciant. Et vt tandem huic disputationi finem imponamus, omnes deinceps dabunt hoc opinor & concedent, temporarias pœnas quæ noxis hominum sceleribusque debentur, remitti posse certa quadam applicatione satisfactionum Filii Dei, cum quibus etiam sanctissimarum mentium illustria facinora Seruatoris meritis nobilitata iunguntur. Restat hoc vnum vt videamus, cuius vi & qua ratione extraordinaria hæc applicatio & communicatio fiat, quanquam illa quidem neque noua neque extraordinaria videri debet illis hominibus, qui vnica mentis agitatione sese ab omni scelere atque supplicio liberos & solutos gloriantur, quique adeo tot Iubilæa suis in capitibus circunferunt, quoties meminisse lubet earum acerbitatum quas liberator hominum Deus morte exorbuit. Sed quoniam non ab istis monstris opinionum, quæ vt à fimo Scarabæi, sic à morum corruptione generantur, argumenta probationesque ducimus, age ostendamus eam applicationem fieri vi, & potestatis autoritate, quam in Ecclesia sua Deus reliquit. *Psal. 118 63.*

DE CLAVIBVS ET POTESTATE *quam Christus D. Petro successoribusque concessit.*

CAPVT IV.

MAGNIFICA vox illa fuit Seruatoris ad D. Petrum, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis. Grauissimi & eruditissimi Patres Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, ad eum locum animaduertunt, vocabulum *quodcunque* ita late significatione patere, vt nullis terminis definiatur, à quo fas non sit quidpiam excipere, iuberique nos proinde credere, quidquid tandem illud sit, pœna vel culpa, id omne solui in cœlis, dummodo Petrus ea manu quā pollens Deus munificentissimè armauit in terris absoluat. Sed quoniam Christus eodem ipso loco iisdem verbis vtitur dum Apostolos o- *Matth. 16.19. c.18.18. Ioan. 20.25.*

mnes numero multitudinis affatur, vt etiam apud Ioannem, vbi illorum missionem cum sua componit, eam ob causam docet Ecclesia conferendæ Indulgentiæ potestatem iure diuino ad Pontificem Maximum directè pertinere, D. Petri legitimum successorem, aliosque Antistites religionis administros; ad illum quidem generatim, sine exceptione, in commune erga vniuersos: ad alios autem speciatim & determinate, & erga eos tantum qui eorum curæ & prouidentiæ committuntur. Verumenimuerò quia diuino iure Summus Pontifex autoritatem & iurisdictionem in eosdem habet, vt gregis sui partem eximiam, potest quoque potestatem illam coercere, & limitibus iis qui æquissimi esse videbuntur definire.

D. Th. in 4. dist. 20 q. 4. Et in supplem. 3 part. q. 26. artic. 1 & 3. Bonauen. Palud. & alii dicta dist 20. Conc. Lateran. c. 62. c. nostro, cap. cum ex Antiquorum fida relatione, de pœn & Remiss. Concil. Lateranense.

Atque hoc etiam totius Ecclesiæ iudicio comprobatum videmus in Concilio Lateranensi, vbi decretum fuit posse Archiepiscopum in prouincia sua & Episcopum in Diœcesi vnius anni Indulgentiam largiri, cum augusto & solenni ritu Templum Numini dedicatur, atque anniuersario die pro animi sui arbitrio, cuilibet dies quadraginta de imposita pœnitentia remittere. Quare dicendum omnino est plenam & absolutam potestatem conferendi & dispensandi illibatum hunc thesaurum & refertū, spectare ad vnum ipsum cui dictum est Pasce oues meas, pasce agnos meos, vbi vim habet atque pondus vox ποιμαίνειν, quæ non modo pascere significat, verum etiam regere & administrare. Sed vt dispensator modo est atque diribitor, & vt omnis curatio atque distributio pro ipsius voluntate fieri debet, ad quem bona vsu & mancipio pertinent, necessarium planè est, vt cum sanctum hoc ærarium aperitur, id fiat pro mente atque sententia Christi Iesu, hoc est propter æquam rationem, vt cum largitio in diuinam gloriam, in vtilitatem Ecclesiæ, in commune animarum bonum redundat: siue illa quæ obeunda significantur, lucro & fructui magnitudine respondeant, qui fructus indulgentiæ beneficio percipitur, siue non respondeant, cum vulgo in fauore & gratia atque in benigna Indulgentiæ erogatione proportio minimè desideretur; Adde quod hic thesaurus tam infinitus est tamque immensus, vt nulla vnquam profusione exinaniri possit.

Ioan. 12 v. 15 & 17.
Et hic iam quæritur vt inter dispensatores fidelis quis inueniatur, ita Pontifices ipsi; Innocentius 3. ca. Cum ex eo, extr. de pœnitentiis & remissionib. & Clemens 6. in Extrauag. vnica & Martin. 5. in fine Concil. Const. Et in bulla condemnationis Lutheri. D. Th. 4. Sentent. dist. 20 q. 1. art. 3 supplem. 3. part. q. 25. art. 23. A Soto, Cordub. & alii quos citat Gregor. à Valentia de Indulg. 20. 4. disp. 7.

DISCRIMEN ET VARIETAS Indulgentiarum.

CAP. V.

AB hac summa illius potestate qui Romanæ sedi moderatur, pendet omnis Indulgentiarum varietas atque distinctio: tot enim earum formæ speciesque referuntur, quot modis Summus Pontifex ea beneficia largiri solet. Cum pro pœnis conceditur grauiori flagitio debitis & impuritatum

Digitized by Google

tatum colluuioni, quam quis ad tribunal pœnitentiæ legitimè aperuerit, vel de qua dolorem hauserit animo acerbum, cum proposito ineundæ confessionis, à quibusdam nominatur *plena*, si verò pro pœna quæ leuioribus noxis respondet, quæ Sacerdotibus iam fuerint pio ritu in aurem expositæ, nuncupatur *plenior*. Si denique pro criminibus generatim siue capitalia illa fuerint, seu minuta, arcano in prætorio explicata, aut obliuione præterita, vocatur *plenißima*, hæc enim trita & tralatitia sunt nomina, quibus thesauri illius curatio tributioque insignitur. Quam distinctionem Doctores quidam summo ingenio viri perspicue colligũt ex Extrauagante *Cum ex antiqnorum fida relatione*, *De pœnitentiis & remißionibus*. Quanquam in fructu quidem Indulgentiarum alia quædam varietas notari possit & differentia, quàm quæ à summo præside religionis, aut aliis, qui ab eodem conferendi vim habent, statuitur, quæ tota res ab illius vnius voluntate pendet, qui reconditas illas & diuinas opes legitima autoritate dispensat. Sed hanc disputationem Illustrissimus Cardinalis Bellarminus cap. 9. libri de Indulgentiis eximiè vt solet copioseque illuminat. Vbi animaduertendum est, cum Indulgentiæ cõceduntur pro iniunctis & impositis pœnitentiis, intelligendum id esse de omnibus, quæ vel reipsa definitæ hominum iudicio fuerint, vel quæ certa & nusquam errante Numinis sententia & Ecclesiæ cognitione imponi deberent.

Paludanus dist. 10. q 4. Nauar. de Indulg & Iobel.

Indulgentia *vnius Carena* tantum pœnæ incommodique remittit, quantum diuina iustitia detraxisset, post dierum quadraginta vexationem, acerbumq; in pane & aqua ieiunium, additis postea septem annis quos scelerum conscientia afflicti, in aliis asperitatum generibus traducerent. Indulgentia quæ vocatur *vnius quadragena* eluit tantam pœnam quantam dierum quadraginta pœnitentia Ecclesiæ iure iudicioq; constituta delere potuisset, quæ verò mulctam septem annorum animaduersionemq; extinguit, *septena*, quæ decem annorum, *decennii* appellatur Indulgentia. Qualis nimirum illa fuit Innocentii 4. Summi Pontificis largitio, qua frui toties omnes voluit, quoties pro Rege Christianissimo piè precarentur, qua de re D. Thomas & Nauarrus Doctor, eruditionis principes memorarunt.

D. Thom. in 4. dist. 10 q. 8. art. 3. & refert Nauar. de oratoriis & horis canonicis c. 17 num. 90. Quod credo concessum, ait ob illustrissima officia quæ olim regia illa piissima, Christianissima, & munificentissima Maiestas erga Sedem Apostolicam præstitit: nam septem vel octo Pontifices Sede Apostolica deturbatos, suis impensis & suorũ sanguine restituerunt.

Præterea notandum est in pœnis illis septem, decem & duodecim annorum quæ maculosis hominibus imponebantur, certos fuisse dies, quibus afflicti & pœnitentes acerbiorem quandam animaduersionem pœnamq; luebant, quos dies olim nominabant *quadragenas*: vt cum Canone *Presbyter Distinct.* 82. impuro sacerdoti & infami libidine polluto, decem annorum vexatio præstituitur, ea conditione, vt prioribus tribus nihil præter aquam & panem in cibo & potione adhibeat, nisi fortè diebus festis quibus aliquid vini, pisculi & legumina concedi possunt. Ex eo more factum est, vt in quarundam Indulgentiarum Programmatis, ad annorum complurium remissionem, quædam etiam Quadragenæ addantur.

DE IV.

DE IVBILEO.

CAPVT VI.

IVBILEVM ad eam quam plenam Indulgentiam vocant hæc adiungit. Imprimis vbique, quàm late patet Christianæ religionis nomen atque splendor indicitur, grauioresq; vulgo ob causas quæque ad omnes generatim pertineant, quod aliis in Indulgentiis non vsuuenit. Secundo communem quandam gestientis lætitiæ voluptatem, & vt ita dicam iubilum, in hanc magnam Dei parentis familiam importat. Tertio fit tum potestas omnibus Sacerdotibus, quos quidem Antistes & religionis Præfecti ad audiendas hominũ confessiones approbarint, absoluendi à quolibet scelere insigni atque flagitio, itemque à Censuris, seu maior sit minorve Excommunicatio, seu suspensio ab officio vel beneficio, siue Interdictum loci aut personæ; Autoritas quoque iisdem conceditur, vt commutare vota queant, nullo excepto, vel cum aliqua exceptione: quo in genere vulgo excipi tantum videmus à Summo Pontifice, Votum Religionis, perpetuæ Castitatis, peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ & Compostellanæ.

Leuitic. 25. 9.

Iubilei haud obscuram adumbrationem videmus in Leuitico, Clanges buccina mense septimo decima die mensis propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. Sanctificabisq; annum quinquagesimum & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim Iubileus. Hic autem animaduertendum est has tubas numero septem fuisse, vt in Iosue Commentario proditur cap. 6. è veruecum cornibus affabrefactas, vt intelligeremus, Indulgentiam omnem atque remissionem oriri, atque adeo in omnem consequentis æui durationem manaturam ex meritis Agni sine macula. Inde etiam è plurium eruditorum opinione fluxit vox יובל Iobel quæ cornu arietis significat.

Illius autem Iudaici Iubilei leges fuerunt, vt captiui in libertatem vindicarentur, frangerentur tabulæ, vetera nomina inducerentur, obliterata pristinæ iniuriæ omni recordatione iucunda pax animos conciliaret, redirent omnes ad eius terræ possessionem, quæ funiculo distributionis quondam obuenisset.

Extr com l. v. tit. 9 c. 1. *Omnibus in præsenti anno millesimo trecẽtesimo à festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi præterito proximo inchoato, & quolibet centesimo anno deinceps sequuturo.*

Et quemadmodum omnia in figura illis contingebant, vt conscius arcanorum cœlestium Paulus monuit, ita opportunum iudicatum fuit, vt Iubileum Christianum quod olim centesimo quoque anno indicebatur, vt constat è Bonifacii octaui Extrauagante, ad quinquaginta annorum cursum definiretur, cuius autor mutationis fuit Clemens 6. id enim legimus in Extrauagante *Vnigenitus*, titulo eodem *De pœnitentiis & remission.* Deinde verò cum humana vita breuior in dies minusq; diuturna fieret, labentisque Ecclesiæ calamitates affluerent etiam longe quàm antea

Digitized by Google

antea copiosius, Paulus 2. instituit vt vigesimo quinto quoq; anno celebraretur, cum videlicet quarta sæculi pars effluxisset, quod Sixtus ad perennem vsum & consuetudinem traduxit. Iam restat vt Indulgentiarum antiquitatem iis patefaciamus, qui primum fontem atque originẽ conferunt in annum millesimum ducentesimum; deinde ostendetur prodesse illas piis Manibus, si legitime applicentur.

INDVLGENTIARVM ANTIquitas.

Cap. VII.

IN sacra D. Ioannis historia salutis hominum parẽs Christus anteactæ vitæ scelerum pœnam remisit paralytico, cum sic inquit, Iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat, quod video animaduersum in Cap. *Cum infirmitas.* Par tributa fuit condonatio flagitiosæ mulierculæ, & quod ad culpam atque animaduersionem attinet, cui in diuinis monumentis ita loquens Deus inducitur, Nec ego te condemnabo, vade & iam amplius noli peccare: vt egregiè D. Augustinus Tract. 33. in Ioannem exposuit. *Ioan 5. 14.* *Ioan. 8 10.*

Corinthii multis precibus à magno Paulo efflagitarunt, vt incestæ libidinis viro pœnam remitteret, quod ipse quidem lubens concessit, & hoc in persona Christi, vt memorat epistola 2. cap. 2. & explicat Theodoretus & post ipsum ingeniosissimus & singulari animi sanctitate Thomas. Negari etiam non potest, quin D. Petrus Ananiam & Sapphyram ab exitio potuit eripere, quamuis scelere graui obligatos, si id commodum & æquum fore putauisset, in eo verò an non fuisset Indulgentiæ largitione vsus? *2. Cor. 2. 10.*

Post ætatem Apostolorum D. Cypriani & Tertulliani consequuntur testimonia de remissione, quam Antistites Martyrum precationibus inuitati quorum esset in patiendo nobilitata constantia, aut alias ob causas tribuebant. Tertullianus libro ad Martyres, Indulgentiam nominat pacem, vt & S. Cyprianus epist. 15. lib. 3. vbi Martyres monet grauissimè, videant & accurate considerent pro quibus intercedant. Cæterum durus contumaxque Tertullianus cum mente impia sese ad castra hæreseos contulisset, repudiare id cœpit atque refellere, quod volens antea pieque exceperat, negauit enim Indulgentiarum fructum ad eos manare oportere, quibus Martyres victoriis gloriosi benignè fieri poposcissent.

Tert. l. ad Mar. c. 1. Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes, à martyrib. in carcere exorare consueuerunt. vide annotationem Pamelii in hunc locum, numero 12.

l. de pudicitia c. 21. Sufficiat martyri propria purgasse delicta, ingrati vel superbi est in alios velle spargere quod pro magno fuerit consecutus.

Tertio & quarto sæculo illustria ad hanc rem Concilia sunt, tum œcumenica, tum prouinciarum propria, in quibus Indulgentiæ conceduntur pœnitentibus, iuxta sapiens moderatumq; iudicium Episcopo-

Conc Nicæn.1 c.12. Licebit Episcopo humanius circa eos aliquid cogitare.

rum. Et primo quidem Nicæno Concilio cap.12. cum illi Patres clarissimi pœnitentiæ annos definissent, pro scelerum eorum magnitudine, de quibus tum agebatur, addit Synodus posse Antistitem sua vti humanitate; hoc est Indulgentia, aduersus eos, qui serio & haud obscura pietate, corporis simul animique afflictationes subiissent. Idem etiam in Ancyrano Concilio perscribitur Can.5. & in Laodiceno Can.2.

Conc. Ancyr. can.5. Statuimus v. Episcopi, modo conuersationis examinato potestatem habeant vel vtendi clementia, vel plus temporis adiiciendi.

distinct.20.q 1 art 13 quæstiuncul.2. Gul Altisiod. l.4. summa Theologia tr. 6.c.9.

Sæculo quinto atque sexto, Gregorius Magnus benigne indulgentias iis concessit, qui stationes Vrbis Romæ pia religione celebrarent, vt S.Thomas & Gulielmus Altisiodorensis suis monumentis produnt. Hic verò mihi animaduertat Lector, stationes olim, cum Tyrannorum furor & impietas in Christianos violentius baccharentur fieri de nocte consueuisse in Cryptis, Catacumbis, arcanis Martyrum memoriis, vt constat è Tertulliano cap.39. Apologetici, tum ad Dei laudes prædicandas, honorandos cœlites, qui moriendo lætissimos triumphos reportauissent, ad obeundas precationes pro Ecclesiæ tranquillitate, pro incolumitate Regum & Dynastarum: tum etiam ad sese mutuo consolandos, monendos, ad honesta omnia cohortandos. Deinde verò cum impiorum illa vexatio & tempestas posuisset, vitiumque in sacros cœtus & Christianam pietatem sensim irreperet, nocturnæ illæ stationes in diurnas piorum locorum visitationes commutatæ sapienter fuerunt, quas memoratis supra indulgentiis Gregorius omni ratione Magnus ornauit.

Septimo & octauo sæculo sanctissimus Leo Summus Pontifex varias indulgentias concessit Ecclesiis Germaniæ atque Franciæ, vt Ludgerus scribit ad S.Suuibertum apud Surium Tomo 2.

Papa Sergius cognomine Iunior religionis clauum moderabatur circa annum Domini 884. cum trium annorum & trium pariter quadragenarum indulgentiam beneuolentissima largitione iis communicauit qui Romæ D.Martini templum inuiserent, eo die, quo festus loco illi dies celebraretur, vt peruetusto ex marmore constat, quo sacrum ipsius templi altare contegitur; impressæ verò incisæque in eo notæ satis declarant non modo veteris scriptionis, sed Indulgentiarum quoque fidam & incorruptam antiquitatem. Cæterum minimè verò simile est Leonem tertium, Sergium 2. Gregorium primum vitæ sanctimonia & clara prudentia nobilitatos rem tanti ponderis ac momenti sine vllo superioris æui exemplo vsurpare voluisse. Adiungi testimonia hic possent Gregorii septimi, Alexandri tertii, & complurium aliorum, sed in ea quam sectamur breuitate sufficiet nõnulla œcumenica Concilia in medium producere, quorum sanè repudiari non potest & refutari autoritas, nisi eo modo quo Nicænum illudebat Arius, Nestoriani Ephesinũ, Eutychetis Iaternarii Calcedonense, qui ridendam explodendamque suam impietatem omnium sæculorum ætatibus obiecerunt.

S. Antonin.2 part.1 16. c.1. §.23.

In Claromontano generali Concilio Vrbanus Pontifex plenam indulgentiam cruce insignitis concessit anno Domini 1116. Innocentius quoque

quoque

quoque tertius Magni Petri Vicarius anno millesimo ducentesimo decimo tertio, publico præconio indixit plenam indulgentiam, pro ferendis suppetiis terræ sanctæ, præsidioq; importando. Futurum item Concilium œcumenicum denunciauit, quod post paulo in Lateranensi palatio fuit celebratum, vbi actum fuit imprimis accurateque disputatum de Indulgentiis, & abusus qui pedetentim irrepserat glorioso Patrum omnium & fideli consilio repressus, de qua re est in Cap. *Cum ex eo*. Consimilis allata fuit medicina in Concilio Lugdunensi, vt cap. 1. perscribitur *De pœnitentiis & remissionibus* in Sexto. Et Viennensi Concilio generali ex Clementina secunda eod. Tit. & in Constantiensi vbi Wicleffus totius Ecclesiæ diris atque execratione damnatus fuit, Martinus 5. plenam Indulgentiam distribuit, vt octaua sessione proditur. Concilium denique Tridentinum Anathema iis pronunciat qui legitimum vsum Indulgentiarum in Ecclesia vtilem & fructuosum esse negant.

Abbas Vsperg. in Chronic, ann 1110.

Concil. Trident. sess. 25. Decret. de Indulg.

Ad corroborandam eandem veritatem, ea prodigia commemorari possent, atque miracula multa & magna, quæ diuina sapientia mirandus religiosissimusque Bernardus, in promulgandis indulgentiis, Christiani populi in luce patrauit, cum Eugenius Papa humanissima & amplissima diuinorũ munerum largitione illos omnes prosequeretur, qui salutaribus armis instructi Hierosolymam petebant, ad terram Filii Dei cruore imbutam vindicandam, quod dilucidè colligi potest, ex lib. 2. de Consideratione, & lib. 3. vitæ ipsius cap. 4. Proferri etiam potuissent visa diuinitus patefacta S. Brigittæ, examinata in Concilio Basiliensi, & omnium sententiis comprobata, vbi legimus egregiam illam animam diuino afflatu monitam de Indulgentiis quæ Romæ celebrantur.

Refertur ipsa S. Brigitta l. 6 Reuel. c. 102. & 105.

DE INDVLGENTIIS MORTVOrum causa concessis.

CAPVT VII.

EX eodem iam posito fundamento, sequitur fructus & vtilitas ea permagna, quàm illorum mentes capiunt, qui gratia ornati de hac vitæ statione migrauerunt, cum Romani solii autoritate, satisfactiones Christi Iesu & appendiculæ quæ à Sanctorum innocentia petuntur, accommodantur iisdem & addicuntur, cum vnam & eandem nobiscum Ecclesiam conficiant, cum propius ad beatorum conditionem accedant, cum denique vox *super terram* ad soluendi verbum & Apostolorum actionem referatur. Quodque vulgo dici solet *per modum suffragii*, aliud nihil significat, quàm talem suffragationem non fieri per modum iuridicæ absolutionis sed per modum piæ & certæ solutionis. Quæ vt bene legitimeq; fiat, cõmunis omnium nationum Pastoris sufficit autoritas, quæ prima & ne-

Nauarr. de Iubil. not. 22. num 4. Bellarm. l. de Indul. c. 14.

cessaria conditio est huius largitionis. Secunda, vt æqua honestaq; subsit causa, quæ diuinæ mentis gloriam amplificet Ecclesiæq; bonum, & ex qua tantum honoris summo rerum opifici accedat, quantum è iusta animaduersione consequeretur. Tertia communis omnium Indulgentiarum conditio est, vt qui id genus pietatis & beneuolentiæ erga manes adhibere cupit, perficiat ea omnia, quæ in scripto & Programmate collocantur, animumq; habeat quantũ fieri potest Dei gratia & virtutibus instructum. Quæ cum fecerit, tum certo sibi persuadeat, non inutilem eam manibus religionem futuram, qui nobiscum fidei & amoris communione iunguntur, septi nihilominus grauium pœnarum acerbitate, quæ propter inexplicabilem vim & magnitudinem nullo modo cum exquisitis atque atrocibus huius vitæ suppliciis componi possunt, vt clarissimi religionis magistri docuerunt S. Augustinus, S. Gregorius, Beda Venerabilis, D. Bernardus.

Greg in Psal. 3. pœnit. Bed. in eundem Ps. S. Anselmus in Commẽtariis in cap. 3 1. ad Corinth S Bernar serm. de obitu Vmberti Monachi.

Quod autem viuorum subsidium atque suffragia nimium quantum illis prosint, præter Patrum tum Græcorum tum Latinorum testimonia, de quibus superius, id etiam facile comprobatur eorum ipsorum Manium testimonio, qui frequenter sese videndos obtulerant. Visa quidem huiusmodi bene multa suis monumentis prodiderunt S. Augustinus libr. de cura pro mort. gerend. cap. 4. & in Enchirid. cap. 110. Gregorius Magnus Dialogorum libr. 4. cap. 40. Gregorius Turonensis libr. de gloria Confess. cap. 5. Quibus è locis perspicue intelligitur, vnius diei pœnam, quæ in Purgatorio pendatur, multorum annorum intercapedini respondere, qui in huius vitæ curriculo in summa & acerbissima corporis vexatione transigi possunt, nec proinde auribus hominum animisque absurdum & incredibile videri oportere, si nonnunquam sex, decem, & centum annorum millia in Indulgentiis nominentur. Tametsi enim non tandiu hæc commutabilium rerum vniuersitas ac ne is quidem locus ad expiandas mentes ædificatus duraturus videtur, vix tamen illos immanes & intolerandos cruciatus intelligentia consequi aut probabili coniectura possumus, quam ex vitæ huius modo & conditione. Fuit autem veteris Ecclesiæ ea summa in animaduertendo seueritas, vt cuique maleficio capitali, quinque, septem, decem etiam, & interdum annorum duodecim mulcta imponeretur. Exempli causa in Concilio Elibertino cap. 5. statuitur, vt qui casu & imprudentia homini vitam eripuisset, is consueto Ecclesiæ ritu quinque annos affligeretur, qui verò id nefaria deditaq; opera fecisset, annos septem. Cap. 64. eiusdem Concilii, decem annorum pœna in adulterii libidinem decernitur. Præterea in Synodo sub Syluestro, cuius mentio fit Cap. *Presbyter.* Distinct. 82. par modus animaduersionis in presbyterum constituitur, qui se vulgari flagitii turpitudine contaminat luparumque obscœnitate polluit. Et Canon. *Si quis Sacerdos* 30. quæst. 2. Si Sacerdos filia spiritali nequiter abutatur, duodecim totos annos in continua peregrinatione de-

D Aug. in Enchir. c. 109. *Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificiũ Mediatoris offertur vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt.*

ne de-

ne debet insumere, tum post reditum in reliquum vitæ tempus Monasterio includi.

Quænam igitur longissimi temporis diuturnitas, aut sæculorum pœne innumerabilium continuatio, ad expiandos tot flagitiorum aceruos queat sufficere, quæ non dicam singulis diebus, sed horis, sed momentis in hac audaci & effrænata hominum libidine atque malitia committuntur? Sed Sancti Numinis infinita potentia facit, quod etiam faciet vehementius sub finem mundi cum & Purgatorium extinguetur, vt pœnæ adiunctione suppliciique grauitate maleficia puniat, atque vt Scholæ dicunt intensiuè, quæ breuior temporis decursus haud satis vindicare extensiuè potest, cum certum sit gradus caloris centies mille posse tantum momento vno conficere, quantum centum annorum millibus grad[illegible]num.

Nunc igitur liberè concludamus, certissimum atque verissimum esse illud Theologorum axioma, Indulgentias tum esse vtiles, fructumq; habere certum & necessarium, si adsit in concedente autoritas, in causa pietas, & in suscipiente charitas. Est ergo sanè insolens & arrogātiæ plena illorum opinio, qui vnicam fidei actionem pro omni Pontificia Bulla sibi esse gloriantur, eleuationem viuidæ mentis pro Indulgentia, mortis Christi meditationem pro magno diuitiq; Iubilæo, quo pœna omnis & culpa exteritur. Neque tamen volunt eos qui eadem præstant, quiq; præterea vehementem de sceleribus suis dolorem adiungunt, qui noxarum omnium exomologesim, Eucharistiæ perceptionem, pias precationes summo animi ardore fusas, alienæ inopiæ subleuationem, similiaque opera bona religionis ornamenta studiosissimè attexunt, ea consequi quæ tanta sibi facilitate spondere audent. Quam verè dici vulgo solet communem humani iudicii trutinam falsam esse atq; mendacem! Nos verò earum mentium quæ ratione præditæ sunt, longe æquius & maturius consilium expectemus. *Psal. 61. 10. Mendaces filii hominum in stateris suis.*

DE LIMBIS.

Caput VIII.

EST etiam quod in hac Controuersia omnium animos conciliet, si modo non tam ad nomen, quod nouis Ecclesiæ Pædagogis nouum & inusitatum videtur, quàm ad rem ipsam mentis intelligentiam conuertamus.

Certum imprimis est omnium confessione, sinũ fuisse quendam Abrahami, vbi Lazarus conquiescebat, de quo Lucæ 16. atque ab eo ad miserrimum illud ergastulum, in quo diues epulo cruciabatur, fuisse magnam intercapedinem atque distantiam. Neque in dubium reuocari omnino debet, quin vera sit illius rei commemoratio, atque à rerum gestarum monumentis petita, cum tot Patres ingenio maximi, & recondita eruditione nobiles id asseruerint, pauci negarint. Quatuor defendunt esse parabolam ad fingendos mores excogitatam, nimirum Iustinus quæst. 60. Theophilus Antiochenus libr. 4. Allegor. Eucherius quæstionib. in D. Lucam. S. Ioannes Chrysostomus 4. homil. in Lazarum, cui iungendus is qui semper eius terit vestigia quique ab illo sumit omnia Theophilactus in eum Lucæ locum, vbi ἀπίστους appellat eos omnes, qui in contraria sunt opinione. Cæteri tamen antiqui Scriptores, sapientiæ lumina, qui rerum magnarum intelligentia & sanctitate floruerunt, historiam esse docent: Ireneus imprimis libr. 2. cap. 62. Tertullianus lib. de Anima cap. de substantia animæ, ille ipse aureus Chrysostomus (quem in contrariam partem rapiunt) homil. 6. in 2. ad Corinth. item homil. de S. Iob, & homil. in eum versum *Redime me* Psal. 25. S. Ambrosius in Commentariis suis, Euthymius in 16. Lucæ. Princeps illorum palmarisq; ratio est, quam doctus attulit Origenes in 1. cap. historiæ Iobi, quod nimirum in ea rerum gestione Lazarus nominetur, quo etiam argumento veteres vsi sunt aduersum Iudæos, qui acriter defendebant, parabolam esse meram, quæ de Iobo diuina oracula prædicarent. Sed tametsi illud in hac quæstione cõcederemus fictam esse rem & adumbrationem veritatis, certè fatendum est, mundi Seruatorem aptè & conuenienter ad communes hominum mores, & vsurpatam cõsuetudinem fuisse locutum, & proinde esse vero simillimum, Christi Domini

Domini tempestate Abrahæ sinum Hebræis fuisse cognitum, vt quietis *Iren. l. 4. c. 45. & 66.*
locum, ducta similitudine vel à reducto maris sinu atque portu, quo iactata nauigia excipiuntur, vt exponit Theophylactus, aut quod arcanus & penetralis sit locus, vt eruditissimus Augustinus capit serm. 110. de Tempore: aut à veterum nota cõsuetudine accumbentium ad mensam, quorum alii ad aliorum pectus gremiumque hærebant, quod non abhorret ab eo Filii Dei sermone Matthæi 8. de iis memorantis, qui ab Oriente atque Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob: sic etiam gratiosissimus ille Ioannes mysteriorum cœlestium buccinator, in extremo vnus conuiuio Seruatoris in sinu quieuit.

Hoc etiam fatebuntur omnes & admittent, quod quemadmodum Edeneus hortus omniũ rerum mirabili copia & suauitate affluens, post parentum nostrorum lapsum clausus iisdem atque omni omnino posteritati obstructus fuit, *Esai. 22. 22.* ita omnes cœli aditu prohibebantur, vsque ad illius in suprema illa domicilia profectionem, qui diuinitus Clauis Dauid nominatur, *Apocal. 3. 7.* qui descendens in inferiores partes terræ, inde veterem illam hominum prosapiam eduxit, læta & augusta clarissimi triumphi pompa, vt Apostolus ad Ephesios scribens commeminit. *Ephes. 4. 8.* Quonam igitur modo negari potest fuisse locum vllum quo tanta captiuorum multitudo liberata fuit & erepta?

Caluinus qui aliàs eum locum præfractè & cõtumaciter abiudicauit, *Calu. in Psych.* his admittit verbis & agnoscit in Psychopannychia, Nec verò miretur quispiam includi carcere sanctos Patres qui redemptionem Christi expectabant. Marcion item qui negabat à Filio Dei liberatos Abelum, Noe, Abrahamum, aliosque Patriarchas, defossum tamen in terra locum, vt Ireneus prodit, *Iren. l. 3. c. 29.* recipiebat, vnde Cainum, Nembrotum, Sodomitas, aliosque scelere & maleficio nobilitatos fuisse abductos impia & væcordi mente opinabatur, Sanctos autem illos, antiquæ religionis florem, in eodem hæsisse.

Quod verò hic sub terra locus fuerit, & Symbolum Apostolorum & diuini Codicilli demonstrant, quibus iubemur credere hominum liberatorem descendisse ad inferos: nam vt quis Inferorum nomen, quo imus & profundus locus significatur, pro doloribus sumere velit, quos Christus in animo acerbissimos pertulit, in cruce fixus, cum magna voce pronunciauit se ab æterno parente fuisse derelictum, vt sumit Catechismus Geneuensis cusus anno 1562. an non eo ipso, articuli duo confunderentur, de perpessione nimirum atq; morte, & præterea de descensu? nonne vnus, de Symboli duodecim articulis eximeretur? nonne illudenda rei vnius geminatio repetitioq; videretur? an non peruerso & præpostero ordine neque satis fidei formulæ conuenienti illius vitæ dolores memorarentur, postquam iam prius de morte fuisset actum? an non etiam illa incredibilis & prodigii plena est verborũ interpretatio, vt *descendit* idem sit quod *passus est*, & *ad inferos*, significet *in animo suo*? Adde quod cum elatus in crucem fuerit, quonam modo dici queat ante mortem do-

Catechismus Gebennensis. *Descensus Christi ad inferos, significat quod Christus non solum naturalem mortẽ sustinuit, quæ est separatio corporis & animæ, sed quod anima quoq; eius mirabilib. angustiis astricta conclusaq; fuerit, quas Sanctus dolores mortis appellat; idcirco factũ hoc est quia se Deo præsentabat sistebatq; vt ei peccatorũ nomine satisfaceret; & fuit necessariũ vt horribiles has conscientiæ angustias experiretur non secus ac si à Deo*

derelictus esset, imò verò quasi illi iratus fuisset, atq; in illa abysso cōstitutus exclamauit, Deus meus vt quid me dereliquisti?

tem descendisse? quod si forte id imaginatione factum dicas, quis non videt nouam & ineptam illam interpretationem aliud esse nihil, quàm delusæ mentis & temere fingentis omnia inanitatem?

Propter hanc eandem rationem, credi non potest, descensum ad inferos idem omnino esse cum sepultura, vt tueri videtur Beza: nam vt omittàm Symboli in ea re imminutionem, hoc fere modo interpretanda verba essent atque exponenda, *Christus*, hoc est *eius corpus*, *descendit*, hoc est *delatum fuit*, *ad inferos*, hoc est *ad monumentum*. Quis verò huiusmodi commentarium aut paraphrasim legit aliquando? Sed videamus quemadmodum regius Vates id prædixerit, Apostolorum coryphæus prædicauerit, memorarit S. Lucas, Gentium Doctor religionis mystagogus intellexerit.

Act. 2. v. 24. 25 27.
Λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου.

S. Petrus cum ad Hæbræos concionem haberet post aduentum Spiritus Sancti, vt pius Scriptor Actorum 2. prosequitur, hæc protulit in medium cum de suscitato à mortuis Christo disputaret, *quem Deus suscitauit solutis doloribus Inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, Dauid enim dicit in eum, Prouidebam Dominum in conspectu meo semper*, &c. & paulo post, *Non derelinques animam meam in inferno nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Et infra de Christi à mortuis excitatione differens, *Propheta*, inquit, *prouidens locutus est de resurrectione Christi quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.* Quis tam plumbeus est qui non videat in his verbis à Dauide, S. Petro & Luca tantam poni differentiam inter inferos & sepulchrum, quantum est discrimen animam inter & corpus?

Psalm. 15. 11.

Hebræa simul & Græca vocabula vtriusque Testamenti, hanc eandem omnino differentiam comprobant. Pro anima in Hebræo est נפש Nephesh, in Græco ψυχὴ, quæ voces nunquā pro corpore vsurpatæ repeentur: sicut & doctissimus Genebrardus de vocabulo שאול Sceol docet, & Grammatici de voce ᾅδης qua D. Lucas bis vtitur vers. 27. & versu 31. neq; vspiam in eadem re explicanda nomen τάφος adhibet. Et quidem Ἅδης abditum locum & profundum tenebricosumq; significat mœroris plenum atq; tristitiæ, τάφος autem locum à summa terra minus dissitum, quem nos vulgo tumulum, monumentum & sepulchrum nominamus.

Genebrardus in Psal. 15.

Mag. Etymologicum.
Ἅδης. χωρίον ἀφεγγὲς, σκότους αἰωνίου & ζόφου πεπληρωμένον.

Ephes. 4. 9.

Deinde, quid grauissimo diuinæ mentis interpreti Paulo responderi potest, qui ad Ephesios scribens de illo de quo agimus descensu, Christum ait descendisse in inferiores partes terræ, vbi disertè comparatiuo est vsus? quanquam Biblia quædam quæ hæreseos ab officina prodeût, cum vim verbi non sine ratione metuerent positiuum expresserunt, autographo ipso reclamante, in quo est κατώτερα μέρη, quibus perspicuè innuitur, eum locum, quem Seruator hominum adiit, nō demissum modo fuisse in monumenti morem & sepulchri, sed longe inferiorem penitusq; defossum, quem indigitant Limbum: de quo loquebatur, si Paraphrasi Chaldaicæ fides & magno Chrysostomo, Patriarcha olim Iacobus cum è filii charissimi recordatione luctu & mœrore conficeretur,

Chrysost. hom. 4. in Ioan.

atque

Digitized by Google

atque diceret, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et purpuratus Vates cum ita canit, *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*, vbi iuxta Septuaginta Interpretum versionem supremum comparationis gradum adhibuit.

Psalm 85.13.
Καὶ ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου.

Sed ad D.Petrum redeamus, qui 1.Epistol.cap.3. Christum ait in Spiritu venientem prædicauisse his qui in carcere erant. Quem locum è Catholicæ Ecclesiæ mente laudat S. Cyrillus, quemq; nemo ad sepulchrũ satis commodè & conuenienter retulerit: neq; enim sermo haberi solet ad cadauera quæ extructis tumulis operiuntur: multo verò minus ad damnatos, qui in Erebi tristissima caligine & luctuosa desperatorũ hominum sede versantur, quod illis quidem nulla spes liberationis remaneat. Accedit etiam quod D.Petrus de iis spiritibus loquatur qui erant, quiq; proinde modo non sunt in carcere: reliquum igitur est, vt de quopiam tertio loco intellexerit, vbi animæ fuissent ad percipiendam consolationem accommodatæ. Cumq; idem preces fudit pro Tabitha quæ nominabatur etiam Dorcas, cuius animam reuocauit in corpus vis diuinæ præsidio fretus, vndenam anima piæ mulieris bonis quondam operibus efflorescentis redibat? è cœlo? an ab inferis, aut tertio quodam è loco? qui cum sinus Abrahæ esse nequeat post descensum Filii Dei in eas oras terrarum eiusq; in cœlum ascensionem, restat vt de purgatorio intelligendum fateamur.

Cyrill. Alex. ad Theodos. Imp. de recta in Deum fide.

Priusquam verò in hanc eandem rem veterum Patrum grauissima testimonia proferamus, animaduertat Lector fateri Caluinum in Psychopannichia mundi Seruatorem prædicauisse iis spiritibus, non animæ suæ præsentia, aut prolatis ore sermonibus, sed mirabili fructu passionis. Quæ quidem hominis expositio ad eas animas accommodari non potest, quæ sempiterno Inferorum cruciatu mulctantur. S.Irenæus illam ait dierum trium totidemq; noctium cõmorationem extitisse cum Patriarchis, atque in eam sententiam laudat Apostolum ad Ephesios, & dulcium Hymnorum cantorem, cum ait, Eruisti animam meam ex inferno inferiore.

Iren l.5. c.31. & l.4. c.45.
Eapropter Dominum in ea quæ sub terra sunt descendisse, euangelizantem & illis aduentum suum remissam peccatorum existentẽ his qui credũt in eum, &c.

Clemens Alexandrinus eam concionem quam ad defossos illos spiritus habuit Strom.lib.6.cap.2.exponit. Origenes homil.15. in Genesim docet inde primum humani generis satorem Adamum fuisse abductũ, atque adeo illam pollicitationem Hodie mecum eris in Paradiso nõ latroni modo fuisse factam, verum etiam illis omnibus, ad quos de morte victor & triumphans Christus descenderat. Eusebius Cæsariensis memorat animam Christi Iesu cum æterno se Patri commendauisset, corpus reliquisse, mortis aculeos incredibili constantia prouocantem, imo captam & constrictam illam rapientem ad inferos, vnde Patres ea summa qua valebat autoritate & potẽtia vindicauerit. S.Athanasius Filium Dei prædicat non solum liberum incessisse inter mortuos, quod regius Vates Dei afflatu prouiderat, sed & Manium fuisse Liberatorem. Hierosolymitanus Cyrillus Catechesi 14. mortem scribit atque inferos inu-

Psalm. 87 6.

Cyrill. Catech. 14 ἐξεπλά-

γῇ ὁ θάνατος θεωρήσας καινόν τινα κατελθόντα εἰς ᾅδην δεσμοῖς τοῖς αὐτόθι μὴ κατεχόμενον.

Basil. in Psal. 44. v. 9.

sitata specie obstupefactos cohorruisse, hominem cum viderent vnum sine vinculis & numellis & consueto pondere catenarum, mortemque oris illius maiestatem non ferentem sese in fugam coniecisse. S. Basilius hoc illi dictum accommodat, *Myrrha & gutta & casia à vestimentis eius*: aitque myrrham adumbrare sepulturam, guttam autem descensum ad inferos. Eloquentissimus omnium Chrysostomus homil. 5. de resurrect. huc refert diuini Isaiæ prædictionem, *Sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* Item aliud eiusdem vaticinium ex cap. 45. *Portas æreas conteram & vectes ferreos confringam & dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum.* Tertullian. libro de Anima, graphice Limbos delineat & oratione depingit, altitudinemque notat imprimis & abstrusam profunditatem, ex eo quod Seruator hominum de se pronunciauit, instar Ionæ in ventre Ceti filium hominis in corde terræ futurum: sanè cor terræ minimè sepulchrum appellari potest.

S. Hieronymus epist. 3. diuinitatis incredibilem beneuolentiam in natura hominum induenda oratione sua prædicans, Ante Christum, inquit, Abraham apud inferos, post Christum latro in paradiso. Et ep. 25. Iacobi dictum ratione illustrat, *Descendam ad filium meum lugens in infernum*, quia, inquit, necdum paradisi ianuam Christus effregerat, necdum flammeam illam romphæam & vertiginem præsidentium Cherubim sanguis eius extinxerat. S. Augustinus in epist. ad Dardanum primæ quæstioni respondens, voce paradisi quem latroni Christus pollicebatur, cœlum negat posse intelligi, cum nec ipse hominum liberator tam citò sit in eum locum ingressus, siquidem anima ipsius descendit ad inferos, corpus in monumento positum fuit: quam in rem profert etiam Dauidis & Præsidis Ecclesiæ Petri testimonia, quæ paulo ante protulimus. Sed & aliis compluribus erudite vt solet eandem opinionem confirmat.

S. August. epist. 57.

Ep. 99. ad Quod. l. 20. de ciuit. Dei c. 15. In Psal. 85. & Tract. 110. in Ioan.

Rabbini quoque doctissimi Hebræorum diuinorum oraculorum lectione illuminati rem eo modo perceperant, & præsertim Rab. Haccados in libro cui titulus Mystagogus arcanorum mysteriorum, & Rabbi Moyses Hadarsan in expositione 24. cap. Geneseos. Mydras Thehillim in Psalm. 48. Mydras Schir Haschirim in 2. Canticorum, Mydras Cohcleth in 1. Ecclesiastis, Rab. Salomon in 37. Geneseos. Nunc Limbum paruulorum inquiramus.

DE LIM-

Digitized by Google

DE LIMBO PUERORUM INFANTIUM.

CAPUT IX.

NEGARI non potest, quin abortiui, aliique hominum fœtus, qui sine vnda salutari huius vitæ vsuram amittunt, propter insitam labem originis diuino conspectu priuentur: aut negandum illud est effatum magni parentis, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei*: & par prope Testamenti veteris oraculum, quod nihilominus sobolem tantum Abrahami tangebat, eosque omnes, qui in Israelis familiam cooptari cupiebant, Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illius de populo suo. Illius primi, coryphæo Apostolorum interprete, Arca fuit olim adumbratio, in qua numerus exiguus, hominum tantum octo, in mediis vndis à certo periculo fuit ereptus: secundi autem figura illo in imperio exprimitur, quo iussus fuit ductor fortissimus Iosue omnes Hebræorum infantes cultro lapideo circuncidere, priusquam in terram promissam inducerentur, vt nimirum intelligeretur, neminem olim in domicilia beatorum suauissimamque patriam ingressurum, cui non lapis angularis vim suam in Sacramentis accommodauerit. Zuinglius tamen libr. de Baptismo cum de peccato originis disputat, nihil esse contendit in animis puerorum infantium, quod vllius noxæ rationem habeat, ac ne in iis quidem qui è parentibus fide & religione spoliatis generantur. Quod Caluinus in Antidoto Concilii & libr. 4. Institutionum non tanta penitus insolentia peruicaciaque defendit: nam angustius opinionem suam definiens, in paruulis Christianorum fidelium communem illam peccati contagionem agnoscit, quanquam iisdem imputari negat. Controuersia igitur modo est de hac ipsa *non imputatione*, quàm è generantium fide nasci opinatur. Quid verò ea de re diuinarum literarum autoritas, quid Concilia, quid eruditi Patrum Commentarii statuerint videamus, inquiramusque diligentius num quædam opinionum conciliatio inueniri possit.

Ioan. 3. 5.

Genes. 17. 14.

1. Petr. 3. 20. 21.

Iosue 5. 2.

Esa. 28. 61. & 44. 13. Ephes. 2. 20. 1. Petr. 2. 6.

Zuingl. lib. de Baptismo.

Calu. l. 4 Inst. c. 16. §. 24.

Deus filiorū haud dubie loco habet eorum filios, quorū semini in patrem se fore pollicitus est. Qui verò infidelis est, impiis ortus parentibus, donec per fidem Deo vniatur à fœderis communione extraneus censetur.

Idem ibid. §. 25. & 26.

Digitized by Google

Ratio princeps omnium consensione probata, ex eo petitur, quod omnes in peccato concepti sumus. Atqui regius Vates qui de se illud confitetur, Iesseo patre fuit progenitus viro iusto, moribus integris & religiosis, Ruffino teste, & matre consimili innocentia vitæ meritisque ornata. Vbinam igitur est illa excogitata *non imputatio*? vbi reperietur, vt idem ait Scriptor, qui prognatus ab Adami stirpe non ab eo pœnam & culpam hauriat? Ipse quoque Gentium Doctor Apostolus gente nobili & honesta genitus erat, & quidem è Beniamin Tribu, vt ipse ad Philippenses Corinthiosq; scribit, vbi natione atque origine Hebræum se fuisse gloriatur, non autem è Gentium colluuione impiorum instar proseminatum, & tamen de se quoque prodit ad Ephesios, Eramus natura filii iræ sicut & cæteri. An igitur hic fictitiam illam *non imputationem* reperiemus?

Ruffin in Psal. 50. *David natus erat de Iesse viro iusto & coniuge eius, &c.*

Philip. 3. 5.

Ephes. 2. 3.

Interrogatus aliquando D. Cyprianus an liberi fidelium ante octauum diem sacro Ecclesiæ fonte elui possent: posse respondit, propter summum æternæ pestis exitiique periculum, in quod sanè præcipites agerentur remedio illo destituti, quod tantus vir minimè asseruisset, si istam agnouisset non imputationem. Sanctus Ambrosius ad eiusdem sententiæ communionem aggregat se, cum ita grauissimè pronunciat, *Antequam nascamur maculamur contagio, prius contaminati quàm nati.* Acutissimus & in choro sapientum prope maximus Hieronymus in Epist. ad Lætam de instit. filiæ, *Christiani*, inquit, *non nascuntur, sed fiunt*: Quam candem sententiam vetustissimus Tertullianus tanto ante vsurpauerat in Apologetico. S. Augustinus libr. 2. de peccat. original. Regeneratus non regenerat filios carnis, sed generat, & per hoc in eos non quod regeneratus, sed quod generatus est traiicit: sic igitur siue reus infidelis siue absolutus fidelis, non generat absolutos vterque, sed reos. Concilium Palestinæ coegit Pelagium dirarum obnunciatione eos prosequi, qui paruulos sine Baptismo sempiterna frui gloria posse contenderent, vt constat ex Epistola 106. ad Paulinum inter Epistolas D. Augustini. Mileuitanum idem anathema & metuendum fulmen intorquet Canon 2. & Concilium Florentinum sessione vltima in hunc modum côcludit, *Illorum animas qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere pœnis tamen disparibus puniendos.* Huc congeri aliæ multæ & grauissimæ autoritates potuissent: sed cum nulla in contrarium proferatur, & ne quidem è diuinis oraculis petita, nunc sufficiet iis verbis disputationem claudere, quibus S. Augustinus D. Hieronymum affatur, Quisquis dixerit quod in Christo viuificabuntur etiam paruuli, qui sine Sacramenti eius participatione, de vita exeunt, hic profectò & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam, vbi propterea cum baptizandis paruulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo viuificari omnino non posse. Qui autem non viuificatur in Christo, restat vt in eadem damnatione maneat, de qua dicit Apostolus, Per vnius delictum in omnes homines mors pertransiit.

S. August. ep. 28. Alias idē etiam probat epist. 106. ad Paulin. l. 1. de orig. ani. c. 9. l. 2. c. 12 & in Iulian. c. 8 Enchirid. c 93. de verb. Apost. c. 14. & 1. de peccat. mer. & remiss c. 23.

Cæterum

Digitized by Google

Cæterum opinionum in hac re conciliatio, facilior meo iudicio futura est, quàm sperari fortè potuisset: nam Catholici tribus omnino haud inuiti assentientur, nimirum duas tantum futuras sedes post finem huius vniuersitatis, iis hominibus propositas, qui iudicio fuerint atque vsu rationis instructi, beatissimam cœli domum, horribilesq; inferos, illud domicilium est piorum, hoc improborum: deinde Commentarios sacrosanctos nullam facere mentionem illius loci, quem paruulorum ritu Christiano minimè ablutorum Limbum nominant. Ad extremum opinionem esse leuem & plenam inconsideratissimæ temeritatis, existimare, paruulos non salutari vnda tinctos post magni iudicii diem fruituros hoc orbe terrarum vt Schola omnis Theologorum cum suo coryphæo D. Thoma magna consensione docet, qua de re doctissimè, vt solet & eleganter, Bellarminus aduersus Catharinum & Pighium disputauit.

S Thom. S. Bonauent. Scotus, Durand. Richard. Capreol. & alii in sent. d. 33. vel in 4. d. 45. & praeterea Alex. Alen. in 2. parte sum. q. 122. memb. 10 § 1. & Albertus in 2. parte sum. q. 113 & hoc solum inter tantos Theologos interest, quod alii constituunt infantes in parte inferni altiore, quam limbum puerorũ appellant: Alii cum cæteris damnatis eos locum habere pronunciant.

Fatebuntur vicissim aduersarii, paruulos eos qui ante rationis vsum intereunt, quibus id remedium non admouetur, quod aduersus labem originis vitæ nostræ parens & liberator Christus instituit, in numero miserorum censendos, vt qui nunquam felicissimo essentiæ diuinæ conspectu sint perfruituri, quidquid tandem de reliqua illorum conditione dicendum videatur, deque sede in qua in omnem æternitatem morari debent, quæ ex communi doctorum hominum opinioue parte Inferorum superiore definitur. Sed quoniam eo nos quasi filum disputationis ducit & materiæ connexio, de sede Inferorum nunc agamus.

DE INFERIS.

Cap. X.

AD refutandam Caluini sententiam facile omnes consentient qui ausus est libr. 2. Institut. scribere, Nihil fuisse a-ctum si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus, sed operæ simul pretium esse vt diuinæ vltionis seueritatem sentiret, quo & iræ ipsius intercederet & satisfaceret iusto iudicio, Vnde etiam eum, inquit, oportuit cum inferorum copiis æternæque mortis horrore quasi consertis manibus luctari: vno duntaxat excepto, quod dolorib. mortis nõ poterat detineri. Hoc si verum esset, merito diuinas literas mendacii & inanitatis argueremus, quę

Caluin. l. 2. Instit. c. 16. § 10.

Apocal 15. Rom.5.10. Hebraeor.10.14. Ioan.19.30.

perspicuè denunciant, mundi Seruatorem nos omnes cruore suo eluisse, morte sua fatum extremum peccato attulisse, vna oblatione consummata fuisse omnia, quod ea quoque ipsius vox declarauit in cruce languentis *Consummatum est.*

Beza quoque Annotat. in 2. cap. Actorum Doctoris sui non minus impiam quàm fatuam opinionem repudiat, quamuis eum honoris causa non nominet, eiusque rationem quoq; refellit, quæ fuit huiusmodi, quod nimirum humanæ gentis liberator perpeti omnia, & suo corpore animoque debuit excipere, quæcunque nos flagitiosissima vita eramus commeriti. Obiicit autem si vllam vim haberet ista ratiocinatio, necesse fuisse, vt etiam Christus corpore atque sensibus impiorum pœnas illas æternas & inexplicabiles pertulisset, quandoquidē interminatis suppliciis addicti non minus corporis quàm animi supplicia merueramus. Quis verò tam hospes & peregrinus in arcanis fidei nostræ percipiendis qui nesciat, non modo grauium dolorum magnitudinem & acerbitatē, quos Christus Dominus sustinuit, pro sceleribus hominum satisfecisse, verum etiam præstabilem dignitatem excellentiamq; personæ, quæ infinita est, & supremo Genitori æqualis? Itaque si non fuisset naturæ humanæ compos, morte occumbere, si non Deus, satisfacere omnino nō potuisset: vt verò talis atque tantus eam est in agendo vim & amplitudinem consecutus, vt eius tenuissimum officium & procuratio, gutta cruoris vna, lacrymula vna oculorū, sola denique naturæ hominum assumptio satis superq; diuino iudicio summo iure facere satis potuerit. Quos præterea dolores pati, quas haurire animo calamitates, quas molestias exorbere voluit, ea gratia voluit, vt quemadmodum pius Vates cecinit, copiosa esset nostra redemptio, atque vt hominibus vim sui amoris incredibilem & in omnes partes infinitam patefaceret, quam *excessum* clarus Euangelii Scriptor appellat, ipse verò Christus *horam suam, calicem suum, Pascha & Baptismum suum.*

Psalm.129.7.

Luc.9 31. Ioan.13.1. Luc.12.15. Marc.10.38. Luc.12 50.

Quod ad ignem attinet quem reipsa quidam apud Inferos esse negāt, sine causa inconsideratæ mentis homines gratiam inire volunt à desperatis, & perduellibus æquissimi Dei lenocinium facere, quibus fictas & adumbratas tantum pœnas constituunt. Et tamen hæc Caluini est miserandum in modum ruentis fraus & ludificatio in 30. cap. Isaiæ, vbi de
» Tophet disputans sic ait, Per Tophet Gehennam haud dubiè intelligit:
» non quod locum aliquem somniare oporteat, in quo impii mortui con-
» cludantur, sed conditionem ipsorum miseram extremosq; cruciatus &
» tormenta significat. Inepti & ridiculi sunt Sophistæ, qui de illius ignis
» natura & qualitate subtilius disserunt, atq; in eo explicando variè se tor-
» quent. Explodendæ sunt crassæ huiusmodi imaginationes, cum figura-
» tè Prophetam loqui intelligamus.

Atqui sacræ paginæ diuino afflatu compositæ nos minimè sinunt de hac veritate ambigere. Quod si quis vero dubitaret, ipse Isaias quem præposterè Caluinus interpretatur, moneret subinde atq; exsuscitaret,

Quis

Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Et sub finem prædictionum suarum cum de præuaricatoribus agit, *Vermis eorum*, inquit, *non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Ipse præterea Iudex & disceptator Matthæi 25. cum de illo decretorio magno die & censura horribili loquitur, sentētiam ipsam describit quam ore sæuo & seuero in damnatos, stratos & abiectos vibrabit, *Discedite à me male dicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius.* Et alio in loco vbi cum gnauo & experienti agricola se componit qui aream suam expurgat, *Congregabit*, inquit, *triticum suum*, hoc est gratia & virtute præditos, *in horreum suum, paleas autem*, id est impios & consceleratos, *comburet igni inextinguibili*. Experitur id quidem luctuosissimo suo fato diues Epulo, Sodoma item & Gomorrha, vt ait S. Iudas, ignis æterni pœnam sustinent. Et in S. Ioannis Apocalypsi cap. 21. Timidis autem & incredulis & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Quod si tenebricosissimis illis Inferorum in locis nullum esset aliud suppliciū, quàm Dei conspectu spoliari (quanquam id quidem summum & princeps atq; omniū grauissimum est supplicium) multi certè in hac hominum vniuersitate inuenirentur, qui quod ea tantum reformident quibus sensus molestia afficiuntur, pro nihilo penderent lætissimo Dei vultu & humanissima illius præsentiæ voluptate nudari, modo certi forent, nulla se animi ægritudine, nullo graui & odioso corporis dolore in æternum tempus cruciandos.

Isai. 33. 4.
Idem c. 66. 24.
Matth. 25. 4.
Matth. 3. 12.
Luc. 16. 24.
Iud. v. 6.

Præterea si apud Inferos neq; ignes neq; flamma esset, non fames aut sitis, contagio morbi nulla, non contentiones præliorum, nō aliud sensuum incommodum atq; molestia, dicerent plurimi, longe potiorē esse illius loci conditionem, quàm huius communis viuentium domicilii, quod verè lacrymarum vallem appellant, funestum odiosæ peregrinationis diuersorium, vbi omne miseriarum genus circumfluit. Quod si etiamnum reperiuntur, qui sempiternæ gloriæ decus & amœna Paradisi loca Deo sponte volensq; relinquerent, dummodo possent terræ huius inani voluptate perfrui, quando plures cœlum despicerent, innumerabilesq; illas delicias hominum præstantia dignas, nisi metu suppliciorū tardarentur, nisi grauiores audirent minas, quam vt non minus cōmodè habituri sint post mortem, quàm in hoc vitæ statu, quem cum ipsa beatorum domo commutare nollent? an non hoc modo Numinis irati & seuerè denunciantis minæ illuderentur & eo in numero ponerentur, quo terrores panici & inanes puerorum metus?

Cæterum quod Caluino obiicitur, voluisse ipsum blandiri malis dæmonibus, & leuissimæ orationis illecebris tenere damnatos, cum in Epistolam Iudæ scribit eos in iudicii diem reseruari, intelligi fortè posset, de perfecto & suis numeris absoluto supplicio: constat enim fore vt accidon-

1. Cor. 6. 3.

Psalm. 48. 15.

cidentariæ eorum pœnæ tum mirificè augeantur, cum nos Angelos iudicabimus vt conscius arcanorum cœlestium Paulus testatur, quo tempore exaggerato amplificatoque impiorum incommodo, mors depascet eos vt sceptro & diademate ornatus Poeta olim panxit.

DE APPARITIONE ANIMARVM ET PRÆSERTIM VATIS SAMVELIS.

CAP. XI.

Quæ de apparitione animarum fabularis, vana sunt & inania: animæ enim corporibus exutæ vel in cœlis iam agũt vel apud inferos: quæ cœlũ inhabitant nunquam descendunt, quæ in inferno detinentur liberari non possunt.

Hieron. aduersus Vigilantium, Ais enim vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel subter aram Dei animas Apostolorum & martyrum consedisse.

EXISTERE post mortem animas atque apparere quidam negarunt, ne tertium quendam locum fateri cogerentur. Zuinglius nullas de cœlo quidem descendere, ab inferis nullas egredi putat. Vigilantius amandabat eas ad sinum Abrahæ, vel subter aram Dei concludebat, vt prodit grauissimus autor Hieronymus. Contrarium paucis, sed perspicuis & ad probandum opportunis rationibus demonstrari potest.

1. Reg. 28. 15.

2. Machab 15. 12.

Matth. 17. 3.

Luc. 9. 30.

Libro 1. Regum anima Samuelis apparuit Sauli eumq; ita compellauit, *Quia non obedisti voci Domini neque fecisti iram furoris eius in Amalech, idcirco quod pateris fecit tibi Dominus hodie. Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philistiim, cras autem tu & filii tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philistiim. Statimq; Saul ce*[illegible]*porrectus in terram, extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in e*[illegible]cchabæorum lib. 2. Onias Pontifex & Hieremias Propheta Iudæ Machabæo per quietem sese videndos obtulerunt, & in hunc modum sunt locuti, Accipe sanctum gladium munus à Deo in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Moses & Helias Christo Seruatori ostenderunt se in monte, cum etiam de excessu verba facerent quem cõpleturus erat in Ierusalem. Basilides apud Eusebium fidei lucẽ & religionis excepit, cum ei Potamiona gloriosissimo fato defuncta apparuisset, quam ille ab insolenti contumelia vindicauerat cum ad martyrium educeretur. Plures item Alexandrini pari viso commoniti aniles impiorum superstitiones abiecerunt. Scriptores Romanæ historiæ produnt, M. Ruffum Senatorem, postquam è vita migrasset, sæpe in Senatu visum in toga prætexta, consuetum suum locum occupantem, tempore Antonini Pii. Constantinus Magnus in Edicto ad Syluestrum & successores, recitat quemadmodum princeps Aposto-

In vita Antonini Pii.

Digitized by Google

lorum Petrum & Paulum viderit audieritq; monentes, quo remedio fœdam animi corporisq; lepram posset exuere. Nazianzenus Gregorius Theologorum eloquentissimus orat. 1. in Iulian. ait illis præclaros honores & festa constituta, à quibus dæmones propelluntur, morbi curantur, quorum inquit apparitiones & prædictiones & vel sola corpora idem possunt quod animæ sanctæ: hæc sunt viri sanctissimi verba. D. Gregorius Nyssenus refert, quomodo miraculorum effectori Gregorio cœli terræq; Regina Virgo apparuerit, B. Ioanne comitata, à quibus arcana mysteria diuinitatis perceperit, ad quæ prius explicanda imbecillitati suæ diffisus accedere minus audebat. Lucianus qui anno Domini 410. floruit, posteritatis memoriæ mandauit decimo consulatu Honorii sexto vero Theodosii die 2. Decembris sero vespere sibi in cōclaui considenti apparuisse Gamalielem senis effigie, Pontificali ornatu, auream manu virgam tenentem, qua ipsum tetigit, appellauitq; ter nomine, locum edocuit in quo sanctæ corporis reliquiæ vnà cum lipsanis D. Stephani conquiescerent, iussit ea de re moneri Ioannem Hierosolymorū Episcopum: cumque Lucianus virum non agnosceret, subiunxit, Ego sum Gamaliel, qui educaui Paulum Apostolum, & in lege diuina erudiui.

Greg Nyssen orat. de Greg. Thaumat. c. 7.

Baron. in Notis ad Martyr. 3 August. hæc habet de litteris S Luciani. *De integritate litterarum Luciani quibus agitur de huiusmodi inuentione nullus hactenus dubitauit. illis etenim adstipulantur Gennadius de viris illustribus cap. 46. & 47. qui testatur eadē à Luciano Græcè scripta, Latinè reddita esse ab Auito: Marcellinus in Chronico: Nicephorus hist. lib. 14 c. 9. Beda in retract. in Act. Apost. & de sex ætatibus, & alii recentiores.*

Sozomenus lib. 9. c. 2. ter Augustæ Pulcheriæ memorat apparuisse Thyrsum Martyrem, & quadraginta alios, proprio sanguine Dei causa purpuratos, in quorum honorem pulcherrimum ædificari templum curauit. Socrates libr. 1. Irenen virginem Spiridionis filiam suscitatam ait apparuisse patri, qui ad eius monumentum se contulerat, sciscitaturus, vbinam depositum recōdidisset pretiosarum rerum complurium, quod eius fidei commissum erat, eamq; rursus cum sancti senis desiderio satisfecisset, in tumulū lapsam obdormiuisse: additq; historiæ Scriptor rem se à multis contestatam audiuisse, adeoq; in Latina Ruffini historia legisse. Theodoretus lib. 5. hist. Eccles. insignes duas Imperatori Theodosio factas apparitiones recenset, diuini Meletii vnam Patriarchæ Antiocheni, qui chlamydem illi imperatoriam iniecit, capiti coronam imposuit: alteram duorum virorum, splendido amictu, equis albis vehentium, qui magnos illi spiritus addiderunt, iubentes vt prima luce militē in apertam aciem educeret, auxilio se futuros & belligerando præcessuros. Quod deinde summa fide præstiterunt, visi enim palam sunt legionibus, cum in prima acie volitarent, ventus autem eo impetu & tempestate subito commotus est, vt tela hostium atq; pila immensamq; pulueris nubem in aduersos bellatores inijceret, eosq; pauore debilitatos, & desertis ordinibus palantes, sine vllo victoris periculo sterneret. Iidem gregario vni militi se conspiciendos dederant sub iisdem signis versanti, seq; Apostolos Ioannem & Philippum esse aiebant. Euagrius quoque scribit Zenonem Imperatorem sanctissimam vidisse Theclam, quæ iuberet Constantinopolim versus duci exercitum, atque imperii restitutionem polliceretur.

Socrat. l. 1. c. 8.

Theodoret. l. 5. c. 6.

Claudia: *O nimium dilecte Deo cui mittit ab antris Æolus armatas acies, cui militat æther Et coniurati veniunt ad classica venti.*

Euagr. l. 3. c. 8.

S. Ambrosius serm. 90. quo laudes mirabilis Agnetis prosequitur, illam se parentibus videndam obtulisse refert, speciosissimo Virginum choro circunfusam, vultu eximiè collucente, splendidissimo corpore, quæ prope niue candidiorem agnum haberet, vetaretq; mœrore & lacrymis felicissimam suam conditionem turbari, quod nimirum iam in cœlo omnibus gaudiis & liquida voluptate perfunderetur, cum eo perfectè coniuncta, quem in terris singulari beneuolentia dilexisset. Quod cum fuisset multorum sermonibus vulgatum & ad Constantiam filiam Constantini delatum, quæ tam graui morbo cōficiebatur, vt nulli corporis artus essent incolumes, bonam in spem venit fore vt illius sanctissimæ Virginis præsidio & fauore, sanitatem consequi posset: quare deferri sese de nocte ad eius monumentum curauit, vbi post fusas preces, quamuis nondum fidei luce collustrata foret, cum in dulcem & placidū somnum incidisset, vidit ad se venientem virginem blandè cohortantē, vt Christi religionem amplecteretur, sic enim valetudinem recuperaturam: quod etiam contigit, nam cum paulo euigilasset, ita sana reperta est, vt ne tenuissimæ quidem reliquiæ pristini morbi superessent: admouetur deinde ad fontem salutarem, templum postea exædificandum curauit, sumptu regio atque magnificentia, in honorem tantæ virginis suauissimæ Dei Sponsæ, martyrisq; nobilissimæ, quod templum etiamnum Romæ visitur. Idem ipse venerandus Antistes refert ter à se visos clarissimos cœlites Geruasium atq; Protasium, & cum illis agnouisse D. Paulum, ex ipsius picta imagine quam viderat, à quo etiam fuit edoctus, quinam essent duo illi adolescentes, qui summa gloria triumphantes illum comitarentur.

Idem Ambros. l. 7. ep. 1.

S. Augustinus lib. de cura pro mort. ger. cap. 15. in eos magna vi orationis disputat, qui hanc veritatem respuunt, quiq; putant esse mali dæmonis ludificationem atque præstigias, quæcunq; tandem Manium fiat ad nos accessio, adfertq; Samuelis exemplum Sauli apparentis, Mosisq; præterea iam longa temporum intercapedine mortui, qui cum Helia beatum montem magnis mysteriis notatum sua præsentia illustrauit. Deinde sequenti Capite S. Felicem memorat singulari animi virtute virum, Nolanis suis apparuisse, cum eorum ciuitas à Barbaris obsideretur, quam visionem elegantissimus Paulinus eiusdem vrbis Antistes poetica suauitate complexus est. Seuerus Sulpitius beatum se Martinum audisse refert, cum candidè & perfusus insolita quadam animi voluptate fateretur, se vidisse haud rarò, atq; adeo fuisse allocutum sanctissimā Dei parentem, S. Theclam, S. Agnetem, etiam cum D. Petro atq; Paulo religionis præsidibus iucundissimè aliquando pertractauisse. Gregorius ter maximus Dialogor. lib. 3. posteritati propagauit eximias & præstabiles visiones omnino tres: Beda Venerabilis duas lib. 2. de histor. Anglic. & lib. 4. cap. 14.

S. Paulin. nat. 8 S. Felic.
Seuer. Sulp Dia. 2. c. 24.

Partium igitur conciliatio fieri potest si dicamus, ex vna quidem parte cautos esse oportere & consideratos in apparitionis admittēdis, quod improbus

improbus animarum hostis in Angelum se lucis immutans, cuiuslibet etiam hominis effigiem seu beati seu pœnis sempiternis addicti possit induere: ex altera verò parte fateamur, existere animas haud posse & corporibus fabricatis se hominum sensibus obiicere, nisi præpotentis Dei voluntate: easdem vbiq; non posse versari, sed in iis tantum locis ad quæ diuina prouidentia sinit accedere, vt S. Augustinus libro superius laudato monet. Quod ad reditum earum pertinet, fit eo modo & loco quem opifex rerum omnium gubernatorq; Deus permittit; hoc autem vero simillimum, animas iam felicitate perfruentes vulgo beatis Angelis comitatas operari & moueri.

August. de cur. pro mort. c. 16.

Tertull. l. de Anima prope finem.

Iust. in quæst. 52. ad Orthod.

Quoniam verò in dubium multi reuocant vtrum malus dæmon an Samuelis anima Sauli Regi apparuerit cum Pythonissa Manes euocaret, pretium operæ est vt hanc etiam dubitationem tum diuinæ paginæ oraculis, tum veterum Patrum autoritate hoc loco tollamus.

Imprimis diuina Scriptura semper eum qui apparuit Samuelem nominat. Deinde Iesus filius Syrach viros magnos laudatosq; memorans, Samuelem prædicat quod etiam post extremum fatum res futuras arcanasq; prædixerit: quæ verò laus Prophetæ foret dignumq; præconium, quod infestus hominibus dæmon eius formam sit ementitus? Quæ causa fuit cur S. Augustinus libr. de cura pro mort. ger. affirmarit, veram fuisse animam Samuelis, qui contrarium cum ad Simplicianum scriberet, hoc profectò Ecclesiastici testimonium minus tum mente atq; memoria complectebatur, quod ipsum de Tertulliano dici potest, qui 3. Carminum libro aduersus Marcionem mirificum Samuelem laudibus effert, quod primum Israelis dominatorem sceptro & corona insignem, oleo delibutum consecrarit, quod etiam post mortem vaticinando præstiterit. Tertio malus dæmon neque tam certo prouidere potuit neque prædicere fore vt Saul crastina luce cum liberis occumberet, Dauidque succederet in eius locum: Adde quod Pater luminum principi tenebrarum non concedat in sanctorum virorum effigie ludificari, quorum vel nomen ipsum Inferos quatit & percellit. Sunt autem graues & complures Scriptores qui hanc veritatem opinione sua confirmēt, Iosephus lib. 6. Antiquit. cap. 15. Iustinus Dialogo cum Triphone post medium, S. Basilius in Epistola ad Medicum Eustachium, Tertullianus lib. 3. Carm. aduersus Marcionem, S. Ambrosius lib. 1. in Lucam. D. Hieronymus libro 7. in Isaiam.

1. Reg. 28. 11. *Samuelem mihi suscita.*

Ecclesiast. 45. 23. *Samuel post hoc dormiuit & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ.*

August. lib. de cur. pro mor. gerend. c. 15.

Ad Simplician. lib. 2. qu. 3.

Tertull. l. 3. carm. aduers. Marcion. *Mirificus Samuel cui reges vngere primū Præceptum, dare chrisma, vires ostendere Christos, Talibus in vita spatio laudabilis egit. Vt quoq; post requiem Prophetica iura teneret.*

PRÆFATIO

in sequentem Disputationem.

GRAVIS & *perobscura de Prædestinatione Disputatio, non ad alium magis quàm hunc ipsum locum pertinere potest, quandoquidẽ iam de sedium omnium varietate quæsitum & explicatum à nobis est, quibus anima post corporis cõmune diuortium & seiugationem recipi solet, & proximè de luctuosissimo ergastulo atque horribili custodia, vbi infandi perditorum hominum greges, religionis maculæ, cœli probra æuo sempiterno cruciantur. Ades Dux veritatis auctorq; Deus per merita illius eximiamque dignitatem qui prædestinatorum caput est atque princeps, ades, inquam, huic necessariæ grauissimæq; disputationi, in stylum hunc atque scriptionem vberem vim tuæ benignitatis infunde, has Schedas donis & muneribus tuis beneuolentissime prosequere, atque in vltimis his pagellis æternæ veritatis notas literis vncialibus inure.*

DE PRÆ-

Digitized by Google

DE PRÆDESTINATIONE.

Capvt XI.

NOn sine incredibili animi dolore boni omnes in Caluino
legunt ea quæ sequuntur, Prædestinationem vocamus æ- *Caluin.l.3.Instit.c.21.§.5.*
ternum Dei decretum quo apud se constitutũ habuit quid
de vnoquoq; homine fieri vellet. Non enim pari condi-
tione creantur omnes, sed aliis vita æterna, aliis damnatio
æterna præordinatur. Itaque prout in alterutrum finem quisque condi-
tus est, ita vel ad vitam vel ad mortem prædestinatum dicimus. Et cap.
23.§.7. Vnde factum est vt tot gentes vnà cum liberis eorum infantibus
æternæ morti inuolueret lapsus Adæ absque remedio, nisi quia Deo ita
visum est? Hi præposteræ impiæq; mentis errores omnino cum flagitiis
consentiunt Marcionitarum, Cerdonianorum, Manichæorum, Priscil-
lianistarum, qui diuersis temporibus atque prouinciis docere ausi sunt
principia esse duo, bonũ vnum, alterum malum, Deum vnum comem
& perhumanum, alterum improbum: illum bonorum omnium & præ-
destinatorum parentem, hunc damnatis pollutisq; scelerum contagio-
ne præfectum. Tam absurda tamq; incredibilia portenta Tertullianus
in Cerdonianos disputans acri & cõtorta oratione dilacerat: S. Irenæus *Tert.de præsc. aduer. hæret.*
aduersus Marcionitas: valentissimus Augustinus Manichæos viuido *Iren. l.1.aduer.hæres. c. 46.*
ingenio & stylo cruentans, deniq; S. Leo qui Priscillianistas confecit. *Augugst. lib. de hæres. c. 46.*
Sed eandem impietatem diuina Scriptura, aliorum etiam Patrum au- *Leo Ep.ad Tur. 93.*
toritas, & ratio ipsa confutat.

Deus mortem non fecit (ait Sapiens) nec lætatur in perditione viuo-
rum: Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis ter- *Sap.1.12.13.*
rarum & non est illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnũ
in terra. Et alio in loco, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum
quæ fecisti, nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Et apud Eze- *Sap.11 25.*
chielem, Nolo mortem impii. Diuinissimus item Paulus, Omnes, in- *Ezech.33.11.*
quit, homines vult saluos fieri. Cum his effatis congruentem Patrum sa- *1.Timoth.2.4.*
pientiam videre licet. *2.Petr.3.9.*

Concilium Arausicanum secundum anno Domini 440. celebratum
Canon. 25. ita sancit, Aliquos verò ad malum diuina potestate prædesti-

Digitized by Google

„ natos esse nō solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum „ credere velint cum omni detestatione illis anathema dicimus. Arelaten- „ se 3. sub Innocentio 1. damnat eos qui in Dei præscientiam hominū exitium referunt, dicit etiam iis anathema qui vas cōtumeliæ assurgere posse negant, vt fit vas in honorem: eos quoq; tanquam infausta prodigia execratur, qui aiunt non pro omnibus Christum esse mortuum, nec omnes homines saluos esse velle. S. Augustinus articulos illos refutans, qui falso illi à quibusdam tribuebantur, clarissimè dicit prædestinationem diuinam neq; excitasse, neq; persuasisse, nec impulisse improbos in exitium funestumq; fatum, sed propriam illorum consceleratamq; malitiam. Et aliàs protestatur toto pectore atq; omni religionis ope credēdum esse, velle Deum gloriam omnibus impertiri, & magnum Apostolum ex ea mente iussisse, vti pro omnibus in Ecclesia preces funderentur, cōstare proinde neminem nisi improbitate sua damnari, seruari neminem nisi diuina gratia instructum adiutumq;. Prosper Aquitanicus B. Augustini discipulus, Qui dicit, inquit, quod Deus ita definierit, vt quicunq; non credunt, ex ipsius constitutione non credant, non est Catholicus: quia Deus pœnas criminum nouit ordinare, non crimina.

S. August. ad art. c. 10.

Prosper Respons. 14. ad obiect. 15.

Ad oracula Scripturarū & veterum Patrū sanctissima testimonia, accedunt etiam rationes firmæ atq; robustæ. Imprimis n. fieri nullo modo potest vt quis omni animi contentione quidpiam velit, quin etiam illa velit quibus tanquam adiumentis eo peruenitur: Atqui peccatum sola via est & directa ad exitium sempiternum, vt diuinæ paginæ omnes pronunciant, igitur sequi omnino necesse est è duobus alterū, vt aut Deus velit peccatum, aut nullius hominis exitium moliatur. Deinde Christus Iesus mortem oppetiit propter scelera non modo nostra, sed totius vniuersi, vt S. Ioannes diuinitus afflatus monet: Christus autem eorum omnium salutem optat pro quibus eos in morte cruciatus exorbuit, vult igitur optatq; vniuscuiusq; hominis salutem. Præterea via quæ ducit ad vitam angusta nimirum est, electorum autē numerus exiguus, vt Commentarii sacri pronunciant: Restat igitur è contraria illa opinione, vt Deus fons & autor sit luctuosissimæ cladis & ruinæ, perniciemq; volens creet maximæ hominum parti quos ad imaginem suam procreauit, etiam antecedente voluntate, hoc est priusquam vitæ nostræ cursum moresq; prouiderit, & illam immensam & prope infinitam multitudinem crudelissimo exitio deuoueat, quæ contumeliosissimæ linguæ blasphemia non ferenda, abominanda, & ex naturæ humanæ finibus eiicienda merito videtur & exterminãda. Quid verò de gratia dicemus? nonne omnibus & singulis offertur? iussa diuina è naturæ fontibus hausta definitaq; Decalogo, an non omnibus in cōmune proponuntur? quid ipsa Sacramenta, an non omnium causa instituta? Dei pollicitationes nonne omnes intuentur? Quid opus esset magno illo formidandoque iudicio, si ante causæ disceptationem iam miseri damnati forent? cur leges imponerētur acerbæ atq; difficiles, quas nulla naturæ vis posset implere,

Matth. 7. 14.

plere, negaretur gratia ad eam rem opportuna? cur sine fructu imperata Sacramenta? cur Numen cœlum, terras, mariaq; tuens ac moderans ea promitteret, quæ nollet exequi? an Deus præstans nimirum ac benefica mens in ea opinione pingitur, non potius inane quoddam & fictitiũ idolum? Regem appellem sic à deuiis hominibus adumbratum, non crudelem verius acerbissimumque Tyrannum?

Quod ad illud attinet quod ex Prouerbiis Sapientis obiicitur, Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus impiũ quoq; ad diem malum, Verum quidem est Deum procreauisse hominem qui flagitiosus & nequam est, non autem fecisse impium qui homo est, vel vt clarius eloquar, non improbitatem in homine progenuisse, sed hominem generasse, cui deinde accedit improbitas, non diuina creatione aut infusione, sed rei procreatæ electione. Quæ responsio è D. Augustino libata est epist. 65. & 106. ad Paulinum, vbi docet vitiatam voluntatis iniquitate fuisse naturam, quæ à Deo conditore condita est bona. Alias etiam hoc adiunxit, Melius Deum iudicauisse ex malis bene facere, quàm mala nulla esse permittere. Responderi quoque meo iudicio potest sensum esse illius sententiæ, omnia Deum propter gloriam suam machinatum, impiosq; etiam in eam rem conferre, quod in die vltionis seuerissimæq; vindictæ (quem diem malum appellat) eius pollenti iustitiæ æquissimoque furori obiiciendi sint, qui misericordiæ tamq; perspicuæ humanitatis compotes esse noluerunt. Ita cum Apostolum dicentem audimus, potestatem habere figulum, ex eodem luto efficiendi aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam, animaduertendum est, duo quædã in contumeliæ vase notari, alterum quod vas sit, alterum qnod dedecori ignominiæque seruiat, illud primum à figuli manu habet, secundum à materia, hoc est luto vel argilla, quæ per se despicabilis est & abiecta: quod si ad honestos quosdam vsus & hominũ opinione præstantes accommodetur, vel instructu ornatuque sit splendido & pretioso, tum ipsam constitutionem à figulo & ornamenti splendorem consequitur. Pari modo duo in conscelerato reperiuntur, quod nimirum homo sit, & deinde quod peccator, quod vas sit, & quod vas iræ: primum habet à Deo à quo fabricatus est, alterũ à massa siue Adami prosapia è qua pullulat. Quod si regenerati sumus, iterum ficti, ornatu & decore insigniti, Iacobo simillimi, Esau in massa remanente, beneficium est misericordis & liberalissimi ædificatoris hominum Dei. Reprobatio igitur atq; reiectio ab homine manat, aut in origine ipsa ante regenerationem, aut post illam, diuinarum legum violatione indignisq; facinoribus quæ ipse cõsciuerit. Quod egregiè D. Augustinus explicat epist. 105. ad Sixtum, & epist. 106. ad Paulinum. Iam ad illud quod sapientissimus Paulus adiungit, Cum nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem Dei propositum maneret, non ex operibus, sed ex voluntate dictum est ei, Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Respondetur primum scriptũ non esse

Prouerb. 16. 4.

Rom. 9. 21.

Rom. 9. 11. 12. 13.

esse quod Iacobum Deus beneuolentiâ, Esau verò odio prosequutus sit priusquam aliquid boni malive egissent, sed tantum quod maior inseruiturus esset minori: deinde verò Malachiæ prædictio adiungitur, apud quem rerum omnium parens ait Iacobum se dilexisse, Esau autem odio habuisse. Secundo tametsi id asseruisset D. Paulus, eoq; sensu quem præ se ferre videtur oratio explicuisset, hoc sanè tantum dicere voluisset, Deum nimirum alienum animum ab Esau habuisse priusquam in lucem venisset aut nefanda quapiam actione diuinæ mentis numen violasset, sed non ante labem originis & commune hominum scelus, nec priusquam illum Deus in massa perditionis atq; cœno hærentem prouidisset. Nam vt in rebus procreatis quæ præditæ sunt ratione, motum animi omnem & affectionem anteit quædam intelligentia: sic in prouidentissimo rerum moderatore Deo, reprobatio omnis atq; abiectio præsupponit mentis prouisionem atq; scientiam, non quidem antecessione existentiæ, sed rationis tantum, vel ordinis, vel, vt alii loquuntur, naturæ. Contra verò Iacobum dicitur beneuolentia complexus, quod iam ipsi de remedio prouidisset, non modo ad primæuam illam maculam exurendam, quam habuit cum germano communem, quęq; ipsum iræ filiũ cõstituebat, verum etiam quod singularibus donis atq; muneribus eum exornatum iret ad improbitatis genus omne fugiendum. Qua in re diuina bonitas & æterni parentis munificentia, iniuriam Esau nullam inferebat, non secus ac dominator quispiam atq; princeps, qui cum duobus maiestatis violatæ reis ita se gerit, vt condonet vni, puniat alterum, tametsi ex eodem sint parente generati, & eodem maleficio cõuicti sint, quippe qui se iustum in vnum, in alterum pium & clementem ostendit.

Malach. 1. 3.

S August. ep. 106. Laudet misericordiam qui liberatur, nõ culpet iudicium qui punitur.

Istuc omnino significare Moses voluit, à Doctore Gentium ibidem laudatus, Miserebor cuius miserebor, & misericordiam præstabo cuius miserebor. Qua re obstupefactus ille vir diuinus exclamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius! Et S. Augustinus l. 3. contra Iulianũ, Bonus est Deus, iustus est Deus: potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest quenquam sine malis meritis damnare, quia iustus est. Item Epist. 106. ad Paulinum, Quanquam verò immeritum & nulli obnoxium peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur.

Exodi 33. 19. Rom. 9. 15.

Restat modo vna obiectio, quæ cum sine ratione fiat, quasi in speciem firma, in ore vulgi & communi sermone iactetur. Nihil, inquiunt, euenire homini potest, quàm quod Deus summa & infinita mens prouiderit: quidquid igitur homo agat & moliatur, aliud nihil eueniet, vel ad felicitatem, vel ad exitium, quàm quod ille ab omni iam æternitate præscierit.

Si hæc ratio vim haberet vllam, quidquid gratiæ naturæq; est funditus euerteret: nam si Deus victuros nos valiturosq; nouit, cur cibo & potione vtimur? si messem habituros, cur sementem facimus? si victoriam

Digitized by Google

riam reportaturos, cur arma capiuntur? si in numerum Doctorum aliquando venturos, cur in summa studiorum contentione senescimus? si nos saluos beatosq; futuros, quid igitur opus cruce? quid Sacramentis ab eo institutis? quid pollenti verbo, miraculis, vita, morte, cruoris effusione, aliisq; tot & tantis salutis adiumentis? cum diuina scientia labi & errare non possit, eaq; certissimo fato euentura sint, cur tanti labores & incommoda exorbeantur? Et contra si iam prouidit nos morituros, nullos agrorum fructus percepturos, superandos in bello, perpetuò futuros idiotas, in omnem æternitatem damnandos, panis igitur atque aratrum, mucro & lorica, Doctorum monumenta libriq;, Sacramenta, Verbum Dei, clara & testata miracula, eius cruor, acerba gloriosaque mors, inutilia omnia nobis forent atq; inania. Hæc absurda, atq; similia tam flagitiosa tamq; anilia, quæ ex illo antecedente oriuntur, quæq; nos humana omni functione spoliarent vt truncos stipitesque inertissimos, satis superq; declarant, quàm sit absona illa obiectio, quàm imperita, quàm omnium mentibus repudianda. Itaque dicendum est quod quemadmodum Deus omnia tuens & gubernans earum rerum euentus prænouit, sic earundē rerum causas & impedimēta præsciuit; cumq; intelligentia illa sua immensa consequutus est quempiam saluum beatumq; futurum, vidit quoq; id euēturum fidei verè præsidio, Sacramentorum ope, diuinorum mandatorum obseruatione. Atq; ex aduerso reprobos & flagitiosos perditū iri propter scelus vel susceptum à se, vel origine contractum. Sed quoniam hæret etiamnū lapis offensionis in hac spissa & inuoluta quæstione, nō erit ab instituto alienum si doctrinæ appositione quam refellere nemo iure queat, rem totam illuminemus.

Sciendum igitur est magnum esse discrimen inter necessitatem & immutabilitatem siue vt cum vulgo loquar infallibilitatem, esseque aliud rem esse aut fieri necessariò, aliud esse aut fieri certo & infallibiliter, hoc vltimum actionem spectat, necessitas autem facultatem operantis: vnum cum effectu consociatur, alterum cum causa. Quidquid est necessariò illud quoq; definitè atque certo & infallibiliter est, sed non omne quod est infallibiliter, est etiam necessario: vt cum Plato pingit & Socrates disputat, vtrumq; est infallibiliter, sed liberè non necessario. Atq; in hanc rem qui in disserendi subtilitate versantur Logici commodè nos admonent, referre plurimum vtrum nomen modum rei tribuens (modicans illi vocant) cum subiecto alicuius propositionis copuletur, an cum eiusdem attributo. Nam si diuinum Paulum disserentem videamus, erit verissimum dicere, Necessariò Paulus disputat, falsum autem hoc, Paulus disputat necessariò, siquidem in primo necessitatis vox subindicat tantum actionē quæ tum existit, secundum verò ad agentis vim & facultatem refertur, quam innuit vinctam & cōstrictam necessitate, quod non ita est, cum Paulus disputet liberrimè, idque ipsum pro animi sui arbitrio possit omittere. Atq; ex his perspicuè colligitur, hanc consecutionem esse verissimam, Deus prouidit damnatum iri Cainum, igitur

necessariò sempiterno exitio damnabitur: hanc cõtra esse falsam, Deus Cainum damnandum esse præuidit, igitur Cainus damnabitur necessariò. Consimili modo verum est illud Enthymema, Omnium effector Deus præsciuit Iudam periturum, peribit ergo infallibiliter: at falsum quod sequitur, Præuidit Numen Iudam aliquando damnandum, erit igitur in numero damnatorum necessariò: ratio euidens est atque dilucida, nam tametsi aliter quidem res non fiet, aliter tamen fieri potuit.

Conciliari in hac controuersia animi omnium possunt, dubitatioque omnis profligari, si animaduertamus, cum de scientia aut præscientia Numinis disputatur, circa res futuras à libero hominis arbitrio pendentes, de iisdem vt præsentibus aut præteritis esse agendum. Quare vt præteritarum reum memoria non est causa cur effectæ sint atque præteritæ, neq; præsentiũ cognitio atque intelligentia efficit vt præsentes sint: ita præscientia prouisioque rerum futurarũ causa non est cur aliquando sint futuræ. Atque vt rem concludamus, quod ad reprobationem quidem attinet, dicendum est, rem omnino futuram, non quod illam sciat Deus atque prouideat, sed ideo illam sciri & prouideri à Deo, quod sit futura.

Naues quondam è portu Carthaginis oram soluebant, non quod Lynceus è sublimi Siciliæ promontorio eas contuebatur, sed idcirco videbat, quod reipsa prouehebantur in altum, & tanta in contuendo vis oculorum eius erat, teste Varrone, vt ad triginta milliariorum intercapedinem aciem intenderet. Huc spectat quæ adferri similitudo solet illius qui è celsissima turre homines duos conspicatur, quorum vnus deuia semita in obscuram syluam contendit, vbi sæui prædones subsident, alter via regia fertur periculo vacua nihilque insidiarum habente: de illo prædicet spoliatum & occisum iri, de altero saluum & incolumem eo quo intendit peruenturum; neque tamen illius euenti causa est vel aspectus illius aut prædictio, sed vtriusque propositum atque voluntas, qua libere diuersis regionibus feruntur.

VTRVM

VTRVM QVILIBET CHRISTIANVS SIBI CERTO PERSVADERE DEBEAT, SE EX NVmero esse Prædestinatorum.

PROOEMIVM.

CVM parens vniuersitatis omnia in numero, pondere & mensura machinatus sit, cumq; omnes eius filii Seruatoris nostri actiones instruant nos atq; instituant & perennis gloriæ viam demonstrent, nō sine causa magni Theologi quærunt, vndenam fiat, vt Christus Iesus semper & vbiq; medium fere locū tenere videatur. Nam si in eius diuinitatem aciem mentis intendamus, stetit in medio, inter Patrem & Spiritum Sanctum, vt secunda persona in præstabili & augusto illo cōsistorio sanctissimæ Trinitatis. Si lustrare humanitatē liber, & tanti operis & molitionis cursum intueri, stetit in medio, cum vnicus sit mediator tum natura tum gratia Deum inter hominesq;. Si mundum hunc pręsentiæ suæ luce ornare cupit, stetit in medio, in plenitudine temporum, vt magnus Paulus animaduertit; Si mortales naturæ nostræ exuuias placet induere, stetit in medio virginei nimirum claustri felicissimæ suæ parentis. Si se pastoribus obiicit stetit in medio, inter bouem & asinum: si à Magis muneribus honoratur, stetit in medio Iosephi Mariæq; : si natus annos duodecim abditos sapientiæ suæ fontes cœpit recludere, stetit in medio, quippe vt in Euangelio proditur, in medio Doctorum: Si Apostolos creat, si discipulos colligit, in medio illorum est sicut qui ministrat: si cum Iudæis agit, si cum populo & multitudine versatur, de illo præco diuinissimus Ioannes ait, *medius vestrum stetit quem vos nescitis*. Si in splendidissimo monte nouamq; dignitatis figuram capit, stetit in medio Mosis atq; Heliæ: si illo die qui à ramis nomen obtinuit, Ierosolymā ingreditur stetit in medio, turbæ videlicet quæ præcedebat, & Apostolorum simul & puerorū qui subsequebātur & acclamabant Osanna filio Dauid: si figitur in crucem, stetit in medio latronum hinc & inde latera tegentium: si Spiritum fundit suum vitamq; reddit, operatur salutem in medio terræ: si ianuis clausis penetrare lubet ad Discipulos, stetit, vt semel iterumque prodit

Luc.2.46. *Luc.22.27.* *Ioan.1.26.* *Matth.17.3. Luc.9.30.* *Ioan.19.18.* *Ioan.20.19.26.*

S. Ioannes, in medio: si post abitũ ex hoc mundo ad Patrem sese videndum vult obiicere, ab eodem sacro Scripturæ in medio candelabrorum collocatur: si pollicetur auditurum se precationes nostras caritate consentiente, fore id ait cum in medio duorum aut trium in eius nomine aggregatorum constiterit.

Cur verò ista omnia tam considératè perfecta, nisi vt nos moneamur, imprimis illum expetere medium & totius hominis præstabilissimum, nimirum cor metropolim animæ, vt elegantissimus Chrysostomus nominauit, quodq; inter principes & vitales partes idem est quod Sol inter stellas inerrãtes, quodq; olim arbor vitæ in Edenæo paradiso. Quare igneo colore purpurascit, diuino symbolo caritatis, infima sui parte cõclusum qua terram aspectat, superius latum & apertum ad concipiendos munerum cœlestium influxus. Secundo innuere etiam & docére voluit, sibi nimium quantum placere aureæ virtutis sedem, de qua prophanæ sapientiæ mystæ id vno ore cecinerunt

Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum.

Cuius dicti veritatem omnium virtutum cognitio seu moralium, siue illarum quæ Theologicæ nuncupantur, comprobare facile potest. Fides est inter perfidiam & credulitatem: Spes desperationem inter & audaciæ temeritatem: Caritas inter prophanum amorem & mere naturalẽ. Iustitia inter summum ius, & solutam indulgentiam: Prudentia inter veteratoriam calliditatem & inscitiam. Fortitudo inter confidentiam arrogantem, animiq; abiectionem. Temperantia inter luxuriem & sensus vacuitatem: Religio inter effrænẽ licentiam & superstitionem: laudata animi demissio inter superbiam & pusillanimitatem: Liberalitas inter auaritiam sordesq; & animi largi profusionem.

Denique medium, Veritatis Deo mirificè placet, deq; ea re nos monitos & instructos esse voluit, vt intelligamus, non virtutem modo speciosissimum decus voluntatis, sed etiam Veritatem mentium lucem atque Solem, sæpe in mendacii & inanitatis medio esse solere.

Ethnicus, vt exemplo rem illustremus, plures Deos sibi fingit, non genere modo, sed & sexu discretos & dispertitos, Cœlestes, Terrestres, Aerios, Marinos, Aqueos, Infernos, imos, superos, maiorum gentium Deos, patellarios atq; ignobiles. Iudæus contra vnum veneratur, & ita quidem vnum, vt distinctionem omnem personarum tollat. Christiana fides inter vtrumq; medium tenet, & ab vna quidem parte fictitiam illam Numinum multitudinem abiicit & repudiat, ex altera verò vnius hypostasis singularitatem; iubet verò vt reuereamur Deum vnum in tribus personis, personas verò tres in simplici vna diuinitate.

Anthropomorphitæ & Patropassiani Deum natura sua corporatum inducunt: Saturniani, Marcionitæ & Cerdoniani id ipsum Seruatori negant, voluntq; illum adumbrato & inani corpore tantum fuisse præditum. Medium quiddam pangit Ecclesia, neq; videlicet Patrem, neque Spiritum Sanctum humanũ corpus induisse, sed potius Verbum quod

veram

Digitized by Google

veram & maximè propriam naturæ nostræ substantiam hausit ex virgine, quodq; vt cœlestis tuba illa personuit, caro factum est.

Nestoriani duas hypostases, duas item personas affingunt Christo, diuinam vnam, humanam alteram. Ex aduerso Monothelitæ, vnam tantum voluntatem, vnam mentem. Eutychiani impia & væcordi permixtione vtramq; confundunt. Veritas Christiana tenet medium, neq; scilicet vllam substantiarum esse permixtionem, aut hypostaseon confusionem, sed duas mentes, voluntates duas, duas item naturas, vnicum Iesum Christum conficere Dei filium, & è Virgine matre progenitum.

Pelagiani vim naturæ & liberi arbitrii contentionem extollunt insolentius atque prædicant. Lutherani contra vtrumq; delent penitusque exinaniunt, vt aliàs ostendebamus, omniaque in gratiam referunt. Catholica fides modum mediumq; sectatur, nam & vna ex parte naturæ imbecillitatem agnoscit cum arbitrii tamen libertate coniunctam: ex altero verò gratiæ necessitatem, sed quæ liberæ voluntati vim nunquam inferat, nunquam libertatis possessionem adimat.

Caluinus nuperus Doctor & infaustæ religionis præco, omnia peccata voluit esse mortalia, actiones omnes nostras impuras, opera contaminata, hominem quocunq; in gradu & ordine, vbicunq; tandem esset, turpitudine flagitioq; deformari, omnium scelerum maculis notari, malitiæ contagione pollui. Nunc verò pro animi sui libidine quamuis ita rem se habere fateatur, vult tamen fideles omnes ornari gratia, & proinde beneuolentia cum Deo coniungi, illi caros esse, illi gratos, eius esse filios: & præterea tam certos esse, quod gratia diuina instruantur, quam certo sciunt se vitiorum sordibus obsoletos, spurcos & infames esse. Religio Christiana & Catholica è contrario verè perspicueq; docet, illa extrema non esse modo absurda & omnium irrisione ludenda, verum etiam monstris simillima, quæ nec esse nec intelligi possunt. Et quemadmodum ex illius mente vidimus non peccata omnia esse mortalia, non rursus omnia esse venialia, non laudabiles videri actiones omnes, neque item omnes vitiosas: non opera esse omnia mortifera, sicut nec viua vniuersa; concupiscentiam non semper esse peccatũ, quamuis semper fons & origo sit peccati: Ita iam clarè demonstrabit hominem neq; semper esse Numinis hostem & perduellem, neq; item semper amicum: non gratia perpetuo ornari, nec eadem perpetuo spoliari; non in omni vita iustum, nec pariter semper iniustum: non semper de summi Parentis amore certum, nec etiam certum de eiusdem odio & offensione.

NEMINEM DE SVA PRÆDESTINATIONE CERTVM ESSE POSSE, NISI DEVS singulari priuilegio id aperuerit.

CAPVT XII.

In Colleq. Ratisbon. art. de firm. aetern. salut. fiducia & certitud.

BVCERVS quem Caluini Doctorem fuisse volunt, neminem verum esse Christianum asserit qui nõ tanta certitudine atque fiducia saluum se fore & compotem felicitatis credit, quanta sibi persuadet vnicum esse Christum & vnum Deum. Eadem docet & prædicat Petrus Martyr in cap. 8. Epist. ad Roman. Agitur præceps in eadem vestigia Caluinus præsertim libro 3. Institut. cap. 2. §. 16. Ecclesia contra docet neminem certum & securum esse posse de sua prædestinatione nisi Deus singulari dono ac munere illud aperuerit. Huic firmandæ veritati diuinarum literarum lucem & veterum Patrum sapientiam adducamus.

1. Cor. 9. 27. *Rom. 11 20. 23. 34.*

Castigo corpus meum (ait Apostolus) & in seruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar. Et in Epist. ad Romanos docet idem & inculcat his verbis, Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Et paulo post exclamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius! quis enim cognouit sensum Domini? aut quis eius consiliarius fuit: Et ad Philippenses, Cum metu & tremore salutem vestram operamini. Idem ad Timotheum, Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem recte tractantem verbum veritatis. Sanctus quoque Petrus Christianæ Theologiæ apex eandem habet doctrinam, cum ait, Magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Vbi Lector animaduertet iuxta Caluinum in eum locum,

Philipp. 2. 12. *2. Timoth. 2. 15.* *2. Petri 1. 10.*

cum, verba ipsa *per bona opera* tametsi in textu non forent, debere tamen intelligi: faceturque etiam Beza se in quibusdam exemplaribus Græcis reperisse διὰ τῶν καλῶν ἔργων quæ Latini omnes libri exprimunt. Ecclesiast. 9. Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta.

Sed iam quædam à Patribus Græcis & Latinis libemus. S. Ioannes Chrysostomus homilia 11. in Epist. ad Philippenses, Si Paulus qui tanta passus est nondum de resurrectione illa securus fuit, quid sanè nos dicemus? D. Hieronymus libro 2. aduersus Pelagianos, Ne beatum dixeris quempiam ante mortem, quamdiu enim viuimus in certamine sumus: quandiu autem decertamus, nulla est certa victoria. Concinit D. *S. Augu. de correp. & grat. c.13.* Augustinus, Quis, inquit, ex multitudine fidelium, quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædestinatorũ se esse præsumat? Alias etiam docet viros Sanctos quamuis certi sint se aliquando gloria perfruituros si perseuerauerint, de ipsa tamen perseuerantia minimè certos esse, cum nemo sine diuino monitu scire pro certo queat, num perennes iustitiæ functiones sit ad extremum vsque vitæ diem exhibiturus, nisi ab eo significetur, qui arcano quodam consilio & hominibus suspiciendo vt plurimum id ignotum esse voluit. Rursus verò libr. de perseuerantiæ dono cap. 13. In hac, inquit, vita humana, quæ tentatio est super terram, qui videtur stare, videat ne cadat: quam sententiam à magno Apostolo mutuatus est.

Sunt verò multæ & perspicuæ rationes quæ illam eandem veritatem comprobent. 1. Nihil asseuerandum proque certo habendum est, ex iis quæ à sola diuini Numinis voluntate pendent, sine ipsius clara & dilucida monitione: atqui prædestinatio à Numinis voluntate pendet, nihil igitur de ea clarè & liquidò constare potest, nisi Deo rem aperiente. 2. Vitæ nostræ dux & parens Christus, cum saluum beatumque futurum pronunciauit, qui ad finem perseueraret: & D. Paulus monet Hebræos, ne leuitate & inconstantia commoueantur: nam participes Christi, inquit, effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus: nullus autem certissimè cognoscit sese firmum & constantem ad exitum vsque futurum: certus igitur de prædestinatione sua nullus esse potest. 3. Aut dicendum, non necessarium esse fidem ad salutem, neque vllum nouitiæ religionis Catholicum esse, aut aliquando futurum: aut fatendum non omnes eos Nouatores esse prædestinatos: Primum aduersatur diuinæ Scripturæ, secundum experientiæ, tertium igitur erit verissimum: quod si omnes funginæ illius religionis prædestinati non sunt, cur igitur ad falsæ rei persuasionem compelluntur? quod si distinctio quædam adhibenda est, quis sine aberrandi metu statuere illam possit? exempli gratia, cum Balduinus & Bolsecus nouitatis mulso illecti in gremio Diuæ Reformationis conquiescebant, aut prædestinati fuerunt aut non fuerunt: si primum, quonam deinde modo exciderunt à fide, & Catholici diem

extremum

extremum obierunt? si prædestinati non erant, cur igitur ad illud credendum adigebantur? 4. Cuipiam homini asseuerare certissimo, & sine vlla dubitatione ipsum esse prædestinatum, idem omnino est ac si quis diceret quidquid tandem ille facturus videatur, in omne genus vitiorum sese ingurgitet, latrocinetur, summa crudelitate, ferro & acie alios cruentet, Dei numen inexpiabili contumelia violet, auersetur diuinitatem, Seruatorem ipsum in crucem tollat, ipsum nihilominus saluum & beatum futurum. 5. Rursum tantundem est ac si quispiam hac illum oratione compellaret, Si vitæ vsuram deponere vis nunquam si non emori, fac vt mortali flagitio semper obstrictus viuas: fieri enim non potest, vt similis tui prædestinatus in grauiori scelere mortem oppetat Dei gratia & amore spoliatus: quis ab omni hominum memoria huiusmodi doctrinam audiuit? 6. Si tam certi sumus quod & modo gratiæ dono ornemur, & gloria in sempiternum tempus cumulandi simus, quid igitur sibi volunt illæ graues diuinarum literarum sententiæ tum quæ positæ superius sunt, tum quæ sequuntur? Tu autem fide stas, noli altum sapere sed time. Qui se existimat stare videat ne cadat. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Seruite Domino in timore & exultate ei cum tremore. Denique Beatus homo qui semper est pauidus.

Rom. 11. 20. 1. Cor. 10. 12. Apocal. 3. 11. 2. Ioan 8. Psal. 2. 11. Prouer. 28. 14.

Fecit audax improuidæ mentis & curiosæ insolentia vt à quibusdam quæreretur cur Deus nos ambiguos & de salute nostra incertos & fluctuantes esse vellet. Respondet vir singulari iudicio magnus Augustinus, id factum, ad Christianam humilitatem in omnium animis infigendam penitusque inurendam. Quod si quis præterea sciscitetur si nõ alio quodam modo commendare illam animi demissionem potuerit. Potuisse ait idem Doctor, sed non esse morbo laborantis & ægritudine confecti, Medico legem imponere, neq; Medici ab ægroto modos atq; vias rei gerendæ mutuari.

S. August. lib. de corrept. & grat. c. 14.

S. Prosper qui eodem quo S. Augustinus æuo præstabili scientia floruit lib. 2. de vocat. Gent. id prouisum diuinitus ait, neque vtile fuisse respondet hominibus prædestinationem esse cognitam & exploratam, propter reprobos & æterno exitio addictos, qui furiosa desperatione ruerent, & sine modestiæ vllo fræno laberentur.

Quod verò D. Paulus scribit habere nos Spiritum promissionis Sanctum qui est pignus hæreditatis nostræ: verum quidem est atque certum, eos pignus sempiternæ hæreditatis habere, quos Dei Spiritus muneribus suis præsentiaque exornat: sed quis certus est tamque non dubius & diuini splendoris compos cum exploratum sit tanto se hospite gloriari posse? qui verè audeat asserere Charitate præditus sum, Deum omni animi corporisque viribus amo, gratiæ Dei sum particeps? Et tametsi hoc certo dici aliquando posset, cui notum & manifestum esse queat,

Ephes. 1. 13. 14.

Digitized by Google

queat, se deinceps ea semper conditione fruiturum, eius pignoris se iacturam nunquam esse facturum?

Proferri & alia quædam Scripturarum testimonia solent, sed quæ minimè veritatem hanc labefactant, nihilque aliud probant, quàm prędestinatos nunquam in æternum exitium ruituros, Apostolos bonam de illis spem concepisse ad quos scribebant, Gentilium vocationem ad splendorem Christianæ religionis, notam esse quandam & insigne prędestinationis. Quæ nos omnia volentes profitemur & defendimus, nec inuiti sanctissimi Augustini consilium sequimur, vt nimirum cum de prædestinatione agimus, prima & secunda persona vtamur, cum verò de reprobatione & abiudicatione quæritur, tertiam adhibeamus, ne malam concepisse opinionem de iis videamur qui nos audiunt, aut sinistrum quidpiam atq; inuidiosum ominari.

Quoniam verò Controuersiæ prope omnes quæ prædestinationem attingunt, è principiis duobus oriuntur, quæ Caluinus suis in monumentis reliquit, videlicet nullum esse discrimen inter Numinis voluntatem, & permissionem diuinam; præterea Dei voluntatem ita esse definitam, vt ille rerum omnium architectus nihil aliud possit efficere, quàm quod agit & molitur, perpurgandus est etiam nobis hic locus, ne quid silentio præteriisse videamur, & cuiq; patefaciendum, Deum nullius fraudem atque scelus vel exitium expetere: explicandum deinde quonam modo fateamur immutabilem esse Deum, eumque tamen in mundi procuratione, & creatarum rerum administratione esse liberum: ad extremum dicendum quo iure prædestinatis gloriam impertitur. Hæc ferè sunt quæ clara in luce posita Caluini amasiis & miratoribus queant satisfacere.

DE CAVSA PECCATI: DEVM PERMITTERE ID QVIDEM, NON AVTEM velle: neminem ad destinatum exitium à Deo creari.

Cap. XIII.

Qvamvis ducem autoremque peccati Deum efficere, væcordiæ Gentilium proprium impietatisque videatur, apud quos in honore fuit Iuppiter incesta libidine furens, Iuno gloriosa & superba, Mars crudelis, fur Mercurius, Bacchus ebriosus, Venus impudicitiæ præses atq; obscœnæ voluptatis, & huiusmodi Numinum colluuies, quibus iampridem vacuum foret cœli palatium si causam in iure dixissent, vt ait Euripides: fraus tamen & cœca impietas aterq; spiritus infandi erroris sic quorundã mentes agitauit, vt idolorum superstitione iam eiecta penitusq; prostrata, in luce Christianæ religionis, dicere audeant, Deum esse autorem & impulsorem omnium maleficiorum, quæ sunt, quæ fuerunt, quæque deinceps in hac omnium sæculorum contagione sunt futura. Quæ assertio tam incredibilis & inaudita prodigiiq; simillima, verum Deum longè iniquiorem facit, quàm fictitia inaniaq; numina vetustatis. Nam ex doctrina quidem Ethnicorum, nõ alia Diis scelera tribuebantur, quàm quæ illi consciuissent: hi verò ter sanctum Numen, innocentiæ fontem immensum & augustum, omnibus probris onerant omni turpitudine & impuritate coopertum, omnis flagitii principem, scelerum omnium ducẽ efficiunt, quæ vnquam à flagitiosissimis, libidinosissimis, nequissimis suscepta fuerint, quæq; assiduè committuntur, tum in hac hominum vniuersitate, tum apud inferos siue ab hominibus, siue à perduellibus ipsis Geniis, & in cœlum furiose armatis, si verum sit nihil fieri ab illis, ad quod non à diuina mente impellantur. Talis fuit Simonis Magi non ferenda insania qui autorem malorum impietatumq; nostrarũ ausus est dicere Creatorem Deum. Talis etiam Marcionis insolens impudentia, qui vitiorum omnium architectum Deum esse prodidit. Par Apellis confidentia, qui secundum quendam Deum à primo fabricatũ est commentus, qui aspectabilem hunc mundum excogitata malitia nequiter

Vinc. Lyr. c. 34. *Simon Magus authorem malorũ id est scelerum, impietatũ, flagitiorumq; nostrorũ ausus est dicere creatorem Deum.*

Iren. l. 1. c. 19. *Marcion impudenter blasphemauit eũ qui à lege & Prophetis annunciatus est Deus malorũ factorem dicebat.*

quiter effecerit. Florinus plusquā hæreticus S. Irenæo dicitur & Eusebio Cæsariensi, quod parentē omnium rerum, suasorem omniū impietatum & molitorem existimaret. Hermogenes de duobus alterum docebat, aut nimirum materiam pari cum Deo æternitate existere, aut mala omnia fluere à Deo atq; ab eius motione proficisci. Manes veteris Testamenti Deum scelerum omnium inuentorem esse aiebat, & iniustè ab illo spoliatos Ægyptios, eiectos suis è regionibus atque oppidis Amorrheos, Iebuzeos, Philistinos, atq; adeo iussa illius esse impia. Seleucius & Hermias docebant malum nonnunquam à Deo, nonnunquam à materia oriri. Albigenses vagam libidinem vsuramq; fœdæ voluptatis probabant, cum dicerent Spiritum Sanctum eorum flagitiorum impulsorem & adiutorem esse. Ex horum fæce & impura colluuione hausit deinde Caluinus qui hæc scripsit docuitq; lib. 1. Instit. cap. 17. Dicimus nullum homicidium, libidinem voluptatis nullam, homicidium nullum existere, ad quod Dei voluntas non concurrat. Aliàs item scribit Absalonem non nisi volente Numine cum patris sui concubinis volutari potuisse. Item lib. de æterna Dei prædest. Non nisi sciente atq; ita ordinante Deo cecidit Adam seq; & posteros perdidit. Et paulo post, Hinc certè colligere promptum est, quàm inane & fluxum sit illud diuinæ iustitiæ patrocinium, quæ mala sunt non eius voluntate, sed permissu duntaxat fieri.

Cyril. Hierosl. Catech 6. *Μανὴς δὲ τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας ἀρξάμενος τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἤρξατο φάσκειν τὸν παλαιᾶς Θεὸν κακῶν εἶναι εὑρετήν.*

Aug. hæres 59. *Seleuciani vel Hermiani malum asserunt esse aliquando à Deo, aliquando à materia.*

Theodorus Beza expresse docet Adami lapsum ordinatum à Deo fuisse, vt eos posset abiicere & reprobare, quos in vasa contumeliæ finxerat, etiam ante omnem præuisionem culpæ, & vt alios summa humanitate atq; misericordia ornare posset. Fides Catholica nixa Dei verbo & certissimis oraculis veritatis, aliud loqui & sentire docet, cuius vocem excipientes, omnino consentiemus, modo studio veri [illegible] & sequendi teneamur.

Theod. Beza ad acta colloquii montis Belgarden. p. 155 & 164. *Decretū Dei de faciendis ex eadem massa vasis in honorem, [illegible] in contumeliam [illegible] omnem præuisionem [illegible] & omnem omnino causam, &c.*

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, ait diuino afflatu instructus princeps. In Prouerb. Abominatio est Domino via impii, qui sequitur iustitiam diligetur ab eo. Deus ipse Ezechielis ore atque Hieremiæ, Nunquid voluntatis meæ est mors impii dicit Dominus? Repleuerunt locum istum sanguine innocentium, & ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustū Baalim quæ non præcepi nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meū. Ecclesiasticus sententiam vnam proponit quæ quinque res magni ponderis & momenti complectitur. 1. Deum neminem quod ad se quidem attinet reprobare. 2. Eundem non esse mali autorem. 3. Liberum esse in homine arbitrium. 4. Diuina mandata obseruari posse. 5. Nullum Deo esse cum peccato commercium: hæc diuini Scriptoris est oratio, Non dicas, ille me implanauit, non enim necessarii sunt ei homines impii. Omne "execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus "eum. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu con- "silii sui, adiecit mandata & præcepta sua: Si volueris mandata seruare,

Psalm. 5. 5.
Prouerb. 15. 9.
Ezech. 18. 23.
Ecclesiast. 15 11. 12. 13. &c.

Digitized by Google

conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facies: apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam: ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Et infra, Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spatium peccandi. Sed quid ipsum veritatis oraculum proferat audiamus, Hierusalem, Hierusalem quæ occidis Prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti? Quare sapienter monet D. Iacobus, vt Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est.

Matth. 23. 37.

Iacob. 1. 13.

Patres Græci Latiniq; summa cum diuinis literis conspiratione sentiunt. Sic imprimis Iustinus Martyr, Non Dei culpa, qui prænoscuntur & futuri sunt iniqui, siue Angeli siue mortales, mali sint, sed suapte pro se quisque culpa talis fit, qualis esse apparet. Eusebius Cæsariensis, Impius profectò iudicabatur, imò verò pessimus omnium qui à creatore vniuersi, alios ad adulteria, alios ad rapinas, alios ad alia vitia impelli arbitretur, vnde sequitur aut peccata non esse, aut peccati causam creatori referri. S. Basilius homil. *Quod Deus non est autor malorum*; Stultus & à sensu alienus est qui dixerit, Non est Deus. Similis item huic est, nec quicquam in stultitia differt, qui Deum malorum causam esse dicit, parque priori scelus existimauerim, quoniam ambo bonum Deum similiter negant. Alter quidem non esse omnino dicit, alter verò non bonum esse affirmat. Si enim malorum est causa, non bonus est. S. Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Iulian. sub medium, vbi disputat de consiliis magni Dei, Deus, inquit, nullo modo est causa mali quippe natura bonus, vitiumq; est eius qui eligit. S. Chrysostomus aureum flumen orationis fundens hom. de interd. arb. Manifestum est Deum Adam noluisse peccare qui voluit eum ante delictum præstruere, quia & Adam potuit serpentem contemnere, qui Deo noluit obedire. Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem inter malum pœnæ & culpæ discrimen statuit ostenditq; alterum à Deo, alterum ab improbissimo dæmone proficisci. Et lib. aduersus Hermogenem differentiam ponens inter voluntatem & permissionem, Iam ergo, inquit, malum ab ipso, qui est mali si non autor, quia non effector, certè permissor quia dominator.

Iustin. dial. cum Tryph. prope finem.

Euseb. de præp. Euang. l. 6. c. 5.

Tertull. l. 2. c. 14.

Idem aduers. Hermog. c. 9.

D. Ambrosius libr. de Cain. & Abel. Quanto grauius peccato ipso, ad Deum referre quod feceris, & reatus tui inuidiam transfundere in autorem non criminis, sed innocentiæ? S. Hieronymus, Confundatur hæresis quæ malorum arbitratur conditorem Deum. D. Augustinus lib. de spirit. & lit. Nusquam legimus in sanctis Scripturis non est voluntas nisi à Deo, & rectè non scriptum est, quia verum non est: alioquin etiam peccatorum, quod absit, auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo, quoniam mala voluntas iam sola peccatum est etiam si desit effectus, id est si non habet potestatem. Idem lib. 1. de Trinit. cap. 12. de homine lapso in dæmonis potestatem, Non debet ita intelligi tanquam Deus

Ambr. l. 2. de Cain, c. 9.

Hieron. ad c. 45. Isaiæ.

August. de sp. & lit. c. 31.

Digitized by Google

Deus ante fieri iusserit, sed quod tantum permiserit. Et in Enchiridio cap.100. Dei bonitatem prædicans, Bene vtens & malis tanquam summe bonus ad eorum damnationem quos iustè prędestinauit ad pœnam, & ad eorum salutem quos benigne prædestinauit ad gratiam. Nunc examinemus rationes quæ cum Scriptura & Patrum clarissimis testimoniis mirificè consentiunt.

1. Si peccatum Deus vellet, aut desineret esse Deus, aut scelus iam peccatum non esset: Prius quidem illud, quod maleficio contaminaretur & eo quidem scelestius quo maior ipse est omnesq; res procreatas exuperat; peccatum autem desineret esse peccatum, neque enim amplius foret dictum factum vel concupitum contra legem Dei, vt definitur ab eruditissimo Augustino. *Aug.contr.Faust.l.1.c.22.*

2. Natura peccati priuatione sola continetur, quale silentium est, tenebræ, mors, morbus. Ad illud autem quod nusquam est & in priuatione consistit generandum, nec potentia nec efficiente causa est opus: Deus igitur autor illius & machinator esse non potest: Hæc S. Augustini ratiocinatio est lib.12.de ciuit.Dei, cap.8.

Aug. de ciuit.l.12.c.8. *Nemo quærat efficientem causam malæ voluntatis, non enim est efficiens, sed deficiens, quia nec illa est effectio, sed defectio.*

3. Deus ipsissima iustitia est, peccatum iniquitas, Deus sapientia, peccatum imprudentia, ille bonitas ipsa, hoc malitia mera. Deus æquitas, hoc iniuria; ille potentia, hoc infirmitas: Deus essentia, peccatum essentiæ priuatio. Quonam igitur modo fieri potest vt ille agendo mouendoq; generare hoc possit atque suscipere?

4. Sequeretur Deum eodem ipso temporis puncto consceleratum hominem & amare & non amare: illud quidē quod id præstet ad quod diuinitus impellitur, hoc verò, quod à Deo prohibitum exequatur. Et quomodo non iniusta foret iustitia, vt præclarè scribit Fulgentius, quæ flagitiosum puniret quem ad facinus suscipiēdum inuitasset, quem perditum & malitiosum esse compulisset? Rursum quomodo non maleuola beneuolentia & crudelis misericordia ait S. Augustinus, quæ cupit esse miseros vt misereatur? nisi forte illius clementia atque humanitas laudanda videatur quæ fratrem suum spoliaret vt posset induere, vulnus infligeret vt sanare, in profundū gurgitem deiiceret, vt eruere posset. Sed non ita se res habet, nullo etenim sapiente homine autore fit homo deterior, vt aliàs idem Ecclesiæ Doctor verè pronunciauit.

l.4.ad Mon.c.12.
Aug.3 confess.c.2.
Idem q.3 83.quæst.

5. Præterea si Deus committendum scelus describit atque ordinat, cur non istuc in numero mandatorum reponitur? id verò si in classem mandatorum coniiciatur, quonam modo diuina imperia violari vnquam poterunt, cum imperium recusare & infanda audacia perrumpere ad Dei iubentis voluntatem pertineat? an non ea ratione criminis expers, solutus scelere, omni labe atque noxa vacuus homo esset, cum se vbique ad Dei nutum & consilium accommodaret?

6. Rursus, nonne ex eo principio sequeretur, lentum esse Deum ad misericordiam, ad iram & crudelitatem promptissimum? maximam hominum partem ad funestum exitium procreauisse? mortales desti-

nasse ad perniciem & miseriarum omnium causam excipiendam? idque ipsum ab omni æternitate constituisse? Quin & sequeretur hortatorem illum esse omnium latrociniorum, incestæ libidinis facem, adiutoremque perfidiæ; excitare animi voluptatem gestientem & aduersus rationem incitatam, perturbationes inflammare nō permittendo modo, sed consilio & agente voluntate, cuius vim cohibere nemo queat: obdurare facinorosos homines in improbitate: non iam dæmonem appellandum esse prædonem & parricidam animarum, qui facinus abominandum suadeat, sed propriū id esse Dei omnia scientis & moderantis, quod ne cogitari quidem potest sine incredibili quodam animi horrore & impietatis tantæ execratione: sed ita nimirum hæreseon portenta viam aditumq; patefaciunt, ad contumeliosissimas opiniones, & non ferendam insaniam Atheorum.

Caluin. l. 1. Instit. c. 18. § 1. Occurrit Caluinus lib. 1. Institut. atque obiicit nugari eos & ineptire, qui in locum prouidentiæ Dei nudam permissionem substituunt, ac si in specula sedens expectaret fortuitos euentus, atq; ita eius iudicia penderent ab hominum arbitrio. Sed respondetur primum, si nullum est discrimen, voluntatem inter permissionemq; diuinam, soluatur igitur id argumentum quod ipse cum ei propositū foret expedire minime potuit. Est autem huiusmodi, Lutherus Vatem se & supremi Numinis internuncium prædicat, Catholici inficiantur: aut igitur necesse est Deum velle mendacium & inanitatem, quandoquidem duo contraria teneri iubet, & proinde non veritatis semper esse Deum: aut alterum velle, alterum permittere, quæ Catholicorum omnium est sententia. Cæterum intelligere ipse debet non describi à nobis Deum in specula sedentem & otiosum, cum dicimus illius pollentem & attingētem omnia prouidentiam, è malo eximiam suam gloriam educere: neque fingi expectantem fortuitos euentus, quem fatemur scelus prius intelligentia prouidere, quàm ab homine cogitetur: atque ab omni sæculorum omnium æternitate præfinisse bonum quod ex eo debeat elicere. Atque in hanc rem est illustris & commemoranda D. Augustini sentētia cap. 10. lib. de prædestin. Sanctor. Prædestinatio est quæ sine præscientia non potest esse, potest autē esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus, vnde dictum est fecit quę futura sunt. Præscire autē potens est etiam quæ ipse non facit sicut quæcunq; peccata. Neque tamen inde colligere fas, pendere Deum ab hominis voluntate, nisi quis velit dicere Regem & edicta ipsius, legislatorem atque scita pendere à nequissimis hominibus & furiosis, quod sanctionum vis pœnarumque impositio atque animaduersio præsupponat crimen, quod fieri nolunt, & factum merita suppliciorum acerbitate punire volunt.

Cæterum quod homo sui exitii ruinæq; sit causa quodq; frequētes illius occasiones ex naturæ deprauatione, mundo, Satanaq; hauriat, infinita prope sunt diuinarum literarum testimonia quæ significēt, & doctissimus

ctissimus Augustinus tanto minus Deo placere crimen atque scelus ostendit, quanto acerbius illud vindicat, eoq; minus perniciem nostram expetere, quo benignius studiosiusq; nos admonet vt caueamus atque eius abdita iudicia reformidemus: addit peccatum fieri quidē Deo præscio, sed nullo modo suadente aut impellente, cumq; prouiderit iniustè quidpiam faciendum, quid inde iustè fieri possit decernere. Et quoniam S. Augustinus in Enchiridio docet non fieri præter voluntatē Dei, quod fit contra eius voluntatem, additque non vtiq; sinit nolens, sed volens: respondendum est duo quædam in permissione contineri, volitionem nimirum & nolitionem, vt cum vulgo Theologorum loquar, vult enim Deus rem non fieri, non vult autem impedire illum qui exequitur. Sed vt subtilius rem totam expediamus, reuocādum in memoriam est quod naturæ Mystes Aristoteles docuit, negationes præcedere affirmationes, & priuationem anteire formam: itaque bonum, vt bonum sit, prius est non malum, & malum priusquam sit malum, fuit non bonum. Ex cuius doctrinæ intelligentia, permissionis nomen explicandum est per negationes, deinde per affirmationes, vt nimirum vna quidem ex parte significet velle ne malum sit, ex altera velle vt homo libero arbitrio suo vtatur. Atque hoc nimirum innuit S. Augustinus cum Deum rem fieri ait sinere volentem, hoc est velle permittere, ex quo tamen non sequitur vt scelus permissum velit, quin potius sequitur contrarium, vt scilicet minimè id velit, quandoquidem tanta legum acerbitate in eos animaduertit, qui scelerum se contagione polluerint.

Augu. in Enchirid. c. 100. *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiā contra eius fit voluntatem, quia non fieret si non sineret: nec vtique nolens sinit, sed volens.*

Dicet hic quispiam, Si verum est rerum opificem Deum scelus permittere quod impedire potuit, minimè hominem maculatum iri, cum permittet fieri flagitium, tametsi id queat autoritate coercere, cum in ea re diuinæ mentis similitudinem quandam assequatur. Respondeo falsam esse atque inanem consecutionem. Primum quod Deus agere nihil aliud debeat, quàm quod facit. Deinde quod in manu consilii sui hominem collocarit, neque opus suum debeat euertere, nec sui vnquam esse dissimilis. Tertio quod homines non potentia illa valeant in immensum atque in omnes partes infinita, qua pro animi sui sententia malo medicinam adferre possint & ex eo bonum colligere, quod suprema Numinis sapientia potest. Quam in rem luculentum illud est D. Augustini, Deus omnipotens siue per misericordiam cuius vult misereatur, « siue per iudicium quem vult obduret, nec iniquè aliquid facit, nec nisi « volens quicquam facit & omnia quæcunq; vult facit. Cæterum ea col- « ligendi argumentandiq; ratio inepta est & insulsa, Deus cœlum & terram machinatus est; possum igitur in eadem re molienda contendere: mundum perditum & abiectum mirabili modo instaurauit, ipsum igitur in tam glorioso facinore imitari lubet. Fas id quidem est iis in rebus in quibus semet exemplum obiicere voluit ad imitandum, non vbi rerum finis est aut efficiens, cum potentiam suam latè fusam & hominum cogitationes superantem explicare & patefacere voluit, atque huiusmodi

August. in Enchir. c. 101.

modi

modi esse mali permissionem atque sceleris fateamur necesse est.

Quod verò quidam asserunt & tuentur, omnia Deum velle, quæ ad eius gloriam amplificandam ornandamq; valent, ad quam etiam hominum scelus & criminum varietas inseruire posse videatur: haud operosum est docere contrarium. Nam si Deus absolutè vellet ea omnia, quæ gloriam ipsius atq; decus illustrare possunt, mundos infinitos atq; illustrium rerum copiam fabricaretur, pro exiguis numero donis atque muneribus quibus afficere mortales consueuit, gratiarum omnium abundantiam vbertatemq; profunderet, & qui semel calamitosorum causa est mortuus, identidem multiplici fato occumberet. Præterea absurdissimum est quodq; omnium mentes aspernentur ac respuant, vt peccatum per se naturaq; sua ad augēdam Numinis gloriam referatur, nam alioqui desineret esse peccatum, vt antea ostendebamus, quod sanè cōtradicentia inuoluit. Cum Deus gloriæ suæ fructum colligit hos puniendo, illos singulari beneuolentia munerando, in eo quidem dicendus minimè est scelus ipsum voluntate prosequi atq; expetere, sed eius tam immensa est vis atque bonitas, vt id ipsum quod ad eius decus violandum, & irritandam voluntatem susceptum est, ad tuendam nominis sui dignitatem excellentiamq; transferat: permittit igitur, hoc est fieri sinit maleficium, sed nunquam illud vult aut molitur.

Cal. 1. Inst. c. 17. par. 5. *Vnde quæso fœtor in cadauere quod calore solis tum putrefactum, tum reseratū fuerit? radius solis excitari omnes vident, nemo tamen illos fœtere ideo dixit; ita cū in homine malo subsideat mali materia & culpa, quid est quod inquinamentum aliquod contrahere poterit Deus, si ad suum arbitrium eius vtatur ministerio?* Instr. contra Libert. c. 14.

Rursum Caluinus similitudinem obiicit, quod quemadmodum fœtorem ē cadauere Solis calore putrefacto, eiusdem radiis excitari omnes vident, quos fœtere tamen nemo existimat, sic præpotens rerum omniū parens Deus sceleris dux & impulsor esse potest, sic vt eius turpitudine non obsolescat. Hoc simili, ita hominis mens suo iudicio sapientis, capta fuit & delinita, vt non modo in Institutionibus, verum etiam & Instructione contra Libertinos, & Epistola ad Rothomagenses velut repetitam crambem inculcarit. Sed claudicat illa quidem, vt dicitur, multis modis, & offendit similitudo, & vel in eo ipso cui illuminando adhibetur. Imprimis enim prius cadauer exanimum est & putrefactum, quam odoris mali grauitas & fœtor exhalet, vi Solis & radiorum appulsu excitatus: At Caluinus ostendere voluit Deum Solem animarū nostrarum putridi sceleris causam esse, sic vt ipse non maculetur. Secundo Sol causa vniuersa est vnde calor, illuminatio, & effectus à singularibus causis definiti oriuntur: exempli gratia, in suffitu cum thus aliaq; bene olentia incenduntur, existit quædam vi caloris afflaturq; odoris suauitas, contra verò è cloacis atque puticulis teter anhelitus & expiratio grauis attollitur. At ostendendum hic fuisset, Deum non modo esse causam vniuersam, sed etiam singularem flagitii Dauidis, incestæ libidinis Amnonis, Absalonis perfidiæ impotentis, & non ferendæ contra Genitorem contumaciæ, &c. Deniq; tametsi causa particularis Sol esset, infici tamen contaminariq; minimè potest, quod eius actio sic in obiectum corpus feratur, nihil vt ipse recipiat, nec illuminationem, nec calorem, nec corruptionem, nec vapores putidosq; afflatus. At si Deus facinus quodpiam

Digitized by Google

quodpiam nefarium vellet consciscere, actio voluntatis in eo hæreret, atq; intimè insideret, & licet contaminationem in se vllam atq; sordes præ se ferret nolle suscipere, sed in eum potius deriuari quem ad peccandum impelleret: reipsa tamen longe funestius & fœdius pollueretur, cum & fraudem maleficiumq; appeteret, næuos autem maculamq; defugeret, quo posset in scelerum atrocitate impunius & vitiorum omniũ licentia volutari. Quæ ratio magnam partem petita est è Fulgentio. Cui adiungi & hoc potest, esse absurdas & maximè ineptas similitudines eas, quæ ex rebus naturalibus haustæ, necessariis & ad verum actionum genus definitis, ad liberas suoque arbitrio fruentes, & honestis vel contrariis in rebus minimè ad partem vnam determinatis referuntur, cum certissimum sit, peccatum de quo hic quæritur, tam à libera voluntate pendere, vt cum abest rationis vsus & libertas, peccatum esse desinat, vt in pueris, vt in Cerritis, vt in iis quos impotens animi affectio aut morbus lumine mentis consilioq; spoliauit.

Quod ad ea Scripturarum loca pertinet quæ à Zuinglio, Caluino, Theod. Beza & Petro Martyre laudantur, intelligenda sunt non de forma ipsa peccati atque essentia cum in agendo versatur, nec de subiecto vel obiecto illius quod in officii prætermissione suscipitur, sed de eo quod in scholis vocant materiale peccati. Est autem peccatum omissionis, cum aliquid prætermittitur, ad quod vel externo iubentis imperio, vel intimo afflatu permouebamur. Scelus autem quod in agendo committitur est, cum aliquid contra fas & æquum fit, dicitur, & cogitatur. Quod vocatur materiale est ipsa cogitatio, dictum, facinus, operatio; Formale priuatio est rectitudinis & decoris qui in eodem opere, dicto, & cogitatione esse debuit. Discrimen autem hoc intercedit, materiale inter & formale peccati, quod essentia mali scelerisque consistat in formali, differatq; præterea in eo à materiali, quod efficiente causa careat, neque propriè sit effectus, potius defectus atq; exinanitio, vt eximius Doctor Augustinus explicare solet, cui producendæ non necessaria magis causa est, quàm ad tenebras aut silentium generandum, cum his efficiendis soni priuatio & luminis vacuitas sufficiant. Itaque recti honestique negatio in recondito animi sensu, in dicto, in actione, peccati essentiam sine essentia constituit. Quibus ita breuiter & dilucidè explicatis,

Tria sunt quæ communi animorum conspiratione cum Ecclesia Catholica teneamus. Primum est Deum Opt. Max. peccati materiale velle in eoq; reperiri, tum potentia sua infinita & immensa, naturam & essentiam illi communicando, tum præsentia id contemplando, tum deniq; potentia conficiendo: cum manifestum sit qui contumeliose quidpiam in Numen diuinum iacit, loqui non posse, nec qui alium ferri acie crudeliter obtruncat, impiam manum extendere, nisi Deus & vocem nefariè loquentis agendo prosequeretur, & furentis illius actionem sua vi sustentaret. Atque huc referri omnino debent diuinarum literarum sen-

tentiæ, quæ ab hæreticis obiiciuntur, vt deinceps liquidius etiam videbitur. Secundo credimus bonum atq; hominum amantem Deum formale peccati incredibili odio prosequi, vt Vatum prædictiones & Commentarii omnes sacrosancti vbiq; produnt, itaq; studium suum gratiamque nobis identidem beneuolentissimè offert, vt resistere vitio, scelus refutare & abominari possimus, & post lapsum noua cōstantia viribusq; recreari: sed tanta est hominis malitia, vel ingratæ mentis impietas, vt nulla sit tam exstructa & exaggerata Numinis beneuolentia, quam voluntas subinde non respuat: quo tempore ædificator mundi Deus opus tamen suum non delet funditus & extinguit, sed liberè agit cum liberis, necessariò cum necessariis, contingenter cum accidentariis, variè cum mutabilibus. Tertio profitemur tantam esse tamq; latè patere Dei pollentis bonitatem, vt nunquam sceleris formam tam insignem ad deformitatem tam horribilem atq; spurcam esse aliquando permitteret, nisi posset ex eo veluti cœno gloriæ suæ fructum colligere: nō quod ea turpitudine omnino indigeat, aut quod eam vlla ratione velit optetq;: sed quemadmodum è nihilo molitus omnia est, & mirabili potentia confecit, sic ex boni priuatione bonum admirabiliter educit, & in obsequium diuinæ mentis, vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Atq; hoc modo Iosephi adolescentis venditio cum in potestatem Madianitarum venit, tribuitur Deo: In Actis Apostolorū Filii Dei mors & acerbi cruciatus, ad supremi Genitoris decretum & voluntatem referuntur. Libro 2. Regum diuinitus iubetur Semei Dauidem abiectum cōtumelia & maledicto prosequi. Libro 3. spiritus mendacii à Deo excitatur, vt Achabum Regem in fraudem impellat. Et alias dicitur quoq; dux & autor superbæ contumaciæ & defectionis Ieroboami à Roboamo, & quod Iehu ab Achabi imperio desciuerit. Apud Isaiam, Sennacherib est virga furoris diuini, & Assur baculus. Medorum vim atque impetum apud Hieremiam suscitat. Rex Babylonis est orbis malleus apud Ezechielem, & expansum rete ad Hebræos capiendos. Quæ & similia multa de materiali peccati reperiuntur.

Rom. 4. 17. Gen. 4. & 50. Act. 2. & 4. 2 Reg. 16. 10. 3 Reg. 22. 22. 3. Reg. 11. 12. 4. Reg. 9. 10. Isa. 10, 13. Hier. 50. 9. Ezech. 12. 13.

Restarent nunc ea loca quibus dicitur Deus hortari nos & impellere ad malum, quosdam excæcare, alios indurare: Sed præter ea quę de materiali peccati sunt exposita, intelligenda eo modo sunt, vt cum Deus hominem deserit propter summam eius amentiam & iactatam in omni genere vitiorum improbitatem, miser ipse ingratusq; aduersus Deum in funestam cæcitatem animiq; obstinationem incidat, sitq; turbulentis effrænatisq; perturbationibus, vt nauis sine gubernatore ventorum turbinibus & tempestati expositus, intimo frigore conglacietur, vt concrescit aqua cum Sol à nobis longissimè recedit brumali conuersione, in tenebris hæreat, vt euenire nox solet, cum luminis fons atque princeps sub finientem circulum præcipito cursu occidit, quod in Scholis vulgo dicunt *tentare, excæcare, & indurare negatiuè, non autem positiuè.* Qua in re diuinæ mentis singularis bonitas sceleris argui & atrocitatis minimè potest,

Exod. 7. 8. 9. Deut. 2. Iosue 2.

rest, neque enim hominem vnquam inopem & desertum abiecit ante *1. Reg. 15.*
peccatum, nec alios obduratos esse permisit, quàm qui immenso quo- *3 Reg 12.*
dam maleficiorum cumulo vindicem illius manum irritauissent, quod *Isaia 19 & 63.*
de Pharaone similibusque legimus. Hæc autem verissima doctrina est *Ieremia 10.*
magni Augustini libr. contra Iulian. vbi sic habet, Cum dicitur homo *Iosue 12.*
tradi desideriis suis, inde fit reus, quia desertus à Deo cedit eis atq; con- *Rom. 1 & 9.*
sentit, vincitur, capitur, possidetur. Idem epist. 105. ad Sixtum, Non ob- *Contr Iulian l. 5. c. 3.*
durat Deus impartiendo malitiam, sed non impartiẽdo misericordiam.
Et alio in loco, Non irrogatur aliquid quo fiat deterior, sed tantum quo *l. 1 ad Simplic. 9 2.*
fit melior non irrogatur. Theodorus Beza in Aphorismis vrget illud A-
postoli dictum ad Ephesios & tanquam telum amentatum contorquet, *Ephes. 1. 11.*
qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ: sed responsum iam est,
bonum Deum innocentiæ fontem & totius sanctitatis exemplar, per-
missurum nunquam fuisse malum, si non ea potentia valuisset, quæ
suam gloriam ex illa fæce impietatis erueret. Atq; hanc ob causam ma-
teriale peccati administrat, & formale permittit. Denique S. Hierony-
mus cunctis silentium in hac Controuersia videtur imponere, cum i-
psum locum exponens Commentariis in Epist. ad Ephesios, perspicuè
& summa autoritate pronuncians, & denuncians iis qui aduersus Dei
voluntatem continuò belligerant, operari omnia Deum iuxta consiliũ
voluntatis suæ, non quo omnia quæ in mundo fiunt Dei voluntate &
consilio peragantur (alioqui & mala Deo imputari poterunt) sed quo
vniuersa quæ facit, consilio faciat & voluntate, quod scilicet & ratione
plena sint & potestate facientis. Ad hanc eruditissimi Doctoris senten-
tiam Caluinus cum sanus est mentem suam accommodat, scribit enim
in 17. cap. Ioannis vers. 12. malè illos argumentari qui scelerati Iudæ per-
fidiam, in Deum potius, quàm in eum ipsum referre vellent, quod an-
tiquæ Vatum prædictiones necessitatem illi quandam imposuisse vide-
rentur: neque enim euenta rerum ideo Prophetarum oraculis tribui o-
portere, quod ab illis sint prouisa, cum nihil ipsi prædixerint,
nisi quod illis quoq; tacentibus fuisset ali-
quando futurum.

Digitized by Google

DEVM ESSE LIBERVM IN AGENDO, IISQVE IN REBVS, QVÆ SVNT EXTRA IPSVM, procreandis.

CAPVT XIII.

1. Instit. c. 16. §. 3. Et sanè omnipotentiam sibi vendicat, ac deferri à nobis vult Deus, non qualem Sophistæ fingunt inanem, otiosam & fere sopitam: sed vigilem, efficacem, operosam, & quæ in continuo actu versetur.

CALVINVS lib. 1. Institut. cap. 16. aliisq; in locis vehementissima animi contentione defendit, aliud nihil agere Deũ posse, quàm quod agit & molitur, atque ita in continuo actu versari, vt desistere nequeat, nec eiusmodi esse illius potentiam qualem pingunt Sophistæ, (ita homo prudens Catholicos appellauit) nimirum liberam, & solutam, & nulla necessitate implicatam. Et libr. 3. cap. 23. sect. 2. absolutæ potentiæ nomen vix animo æquo ferre potest, Neque tamen, inquit, commentum ingerimus absolutæ potentiæ, quod sicuti prophanum est, ita merito detestabile nobis esse debet. Et in cap. 11. Iobi Serm. 43. ait non esse tribuendam Deo absolutam potentiam quam Papistarum Doctores prædicent, quod abominanda res sit & Dæmonis fraude & excogitata malitia inducta. Repetit eadem in cap. 23. Isaiæ.

Catholica Ecclesia diuinitus erudita ex aduerso pronunciat, Deum in agendo liberum esse, atq; in rebus quæ extra ipsum sunt producendis, adeoq; omnia absolutè posse. Expendemus tum firmissimas rationes, tum obiectiones quæ vtrinq; fieri possunt, & imprimis de libertate diuinæ voluntatis in externis actionibus, tum de potentia ipsius absoluta.

Psal. 113. 11. Sunt verò testimonia Scripturarum quæ rem comprobent. In diuini Poetæ Canticis, Omnia quæcunq; voluit fecit. Item vas electionis *Ephes. 1. 11.* clarè illud personat, Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis *1. Cor. 12. 11.* suæ. Et aliàs, Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.

Patrum etiam vox sententiaq; perspicua. S. Gregorius Nazianzenus aduersum Apollinaristas disputans, qui Seruatorem hominum Deum aliam nullam habuisse animam, quàm diuinitatem aiebant, in epist. 1. ad Celidonium eorum vnam rationem confutat, sic enim argumentabantur,

Digitized by Google

bantur, non anima fuisse opus, quod sine ipsa liberare genus humanum Dei Filius summa facilitate potuisset: at contra eruditissimus ille Theologorum princeps, neq; igitur illi opus corpore fuisse contendit, quod remota carne, vel vnica voluntatis motione nos in libertatem vindicare potuisset: quæ ratiocinatio falsa & inanis foret, nisi exploratum & certum habuisset Deum in agendo esse liberrimum.

D. Ambrosius, Vnus & idem Spiritus operatur omnia, diuidens prout vult, hoc est pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. *S. Ambr. l. 2. de fid. c. 3.*

S. Augustinus lib. 13. de Trinit. cap. 18. docet potuisse Deum hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator Dei & hominum, non de genere Adami qui peccato suo genus obligauit humanum, id tamen maluisse quod fecit.

Sed nunc rationes aliquot videamus. 1. Quæ causæ necessitate operantur ad certos quosdam effectus ita sunt definitæ, vt semper idem progenerent & conficiant. Exempli gratia, Ignis semper calorem gignit, Sol lucem, vnda humorem, quæ similis est plurium aliorum conditio. Cuius rei hæc ratio est, quod intimum nullum habeant principium, quo in alia ferantur, quove applicentur ad aliorum effectuum varietatem. Deum autem videmus multa moliri atque perficere contra vel præter communem ordinem descriptionemq; naturæ, vt cum diuturnum Solis cursum ad Iosue petitionem repressit, cum Virgini fœcunditatem tribuit, cum mortuos è situ & puluere suscitauit, &c. Non igitur insita quadam & naturali necessitate in agendo definitur.

2. Causæ quæ necessariò agunt, ex omni virium contentione operari solent, vt Philosophia & experientia docet. Sequeretur ergo si necessario Deus ageret, nullum esse opus illius posse, nisi infinitum & immensum, siue in intentione, vt loquuntur Scholæ, siue extensione. Est enim illius potentia visque agendi in omnem partem infinita & interminata: atq; hac ratione agens Pater Verbum genuit sibi æquum atq; omni perfectione simillimum, quod in ea re principium sit, non liberum, sed necessarium.

3. Si Deus neq; alio res moliri modo, nec alia possit efficere, quàm quæ facit, frustra conciliare illum precatione connitimur & flectere, vt benignus propitiusq; sit, iracundiam temperet, seueritatem imminuat suam, vt nos donis muneribusq; suis cumulet, & gratia ornatos velit: idemq; foret bonum illum & beneficum mortalium parentem inuocare, ac si quis posceret ab incendio ne calefaceret, vel aqua ne humorem suum iis rebus communicaret quas alluit & perfundit. Quem igitur in finem ea nobis indita est à natura propensio, qua, vt ait Tertullianus, fortunæ telis appetiti, iniuria oppressi, fracti & debilitati grauissimis incommodis & hominum furentium acerbitate, non in Capitolium, sed in cœlum oculos attollimus? Quam etiam gratiam à nobis iniuisset,

Digitized by Google

cum nos ad sempiternam gloriam destinauit, si id tantum non etiam aliud potuit conficere?

4. Causa libera longè est ea nobilior quæ necessariò ad certum quoddam genus in agendo definitur: est igitur procreatori omnium rerum Deo concedenda, vt qui numeros omnes perfectionis & absolutionem complectatur, vel sit potius ipsa perfectio.

Consequens nunc est, vt quemadmodum instituimus, intenta ab Aduersariis tela retundamus, atq; obiectiones breuiter & perspicuè diluamus.

Prima obiectio.

Posse quidpiam velle atque nolle, modo rem aggredi, tum abiicere, mox eandem adhibita animi consultatione repetere, imbecillitatem quandam & naturæ imperfectionem sapiunt, quæ mutabilitati sit obnoxia: Non est igitur existimandum eam libertatem esse in Deo, augustæ excellentiæ fonte, cui labes omnis repugnet.

Solutio.

Nihil etiam in Deo simile ponimus, sed eum ipsum ab omni sæculorum omnium æternitate ea omnia quæ modo exequitur voluisse contendimus: sed addimus eundem cum ab æterno tempore mentis infinitate cognosceret, essentiam suam incredibili varietate communicari posse, eas ætates & temporis puncta, atque eos modos efficiendi largiendiq; bona sua delegisse, qui accõmodatissimi videbantur, vt exempli gratia, quod produceret formam Leonis potius quàm alias animantes quas distinctas vario & dissimillimo genere in idæis suis animaduertebat, quod lapsum perditumque mundum Filii sui morte liberaret, quod eos omnes exaudiret qui eius opem auxiliumq; poscerent, quod nobis felicissimam beatorum gloriam tribueret, si vitam & mores ad eius nutum & voluntatem componeremus cum aliæ essent viæ atq; rationes infinitæ quibus id ipsum, si ita voluisset, assequeremur. Quod si modo virum probum, & ornatum eximia virtute, beneuolentia complectitur, & eundem post paulo scelere coopertum odit & auersatur, tota illa mutatio in creatura est, cum ab omni æternitate virtutem dilexerit, odio vitium sit prosequutus, quocunq; tandem ea tempore & ætate reperiantur, & id quidem simplici vna actione quæ ab eiusdem essentia minimè distinguitur: quæ mirabilis essentia præstabilitate illa sua excellenti cõprehendit omnia, quæ facultates hominum omnes atq; actiones incredibili illa varietate sua possunt, quemadmodum aurum sua nobili & simplici natura, potest omnia & longe exuperat, quæ in argenti pretio & æstimatione continentur.

S. Thomas ea mente qua rerum causas & naturæ arcana vidit, hoc etiam animaduertit quæst. 24. de Vero, velle bonum, & posse velle malum, non esse de essentia libertatis, quatenus libertas est, hoc est prout in seipsa consideratur, sed illius libertatis quæ propria est naturæ creatæ ra-

Digitized by Google

tæ ratione præditæ, hæc enim aberrationi obnoxia atq; lapsui, ponderibus veluti suis in nihilum semper tendit & exinaniti onem, vnde fabricantis omnia Dei nutu & potestate emicuit. Simillimam rationem habent, posse velle, & ab ipso desistere, omnis enim honestæ actionis quę libera animi voluntate suscipitur abiectio, imperfectionem arguit. Præterea post initam consultationem de re statuere, mancam imperfectamque naturam declarat, estq; hominis proprium, qui ea qua pollent Angeli simplici rerum intelligentia &comprehensione destituitur. Quare proprium libertatis hoc est, absolutè loquendo, posse in magna rerum copia & diuersitate, quamlibet pro animi sui sententia diligere. Atque hic etiam notandum est, cum Herueo doctissimo Theologo, cum dicimus Deum liberrimè admouere voluntatem suam potuisse ad res eas, quas eius admirabilis bonitas, sapientia, & potentia dignissimas existimauit, loqui nos de re vt in hac mundi vniuersitate existente; nam in causa tantum & principio suo considerata, & quatenus fieri potest, nihil est aliud quàm ipsa diuinitatis essentia, quæ hoc aut illo modo fundi potest & communicari. Cumq; asserimus Dei volentis actionem quę fertur in externa, liberam esse, id intelligi de voluntate, quatenus cum variis effectis comparatur, quæ velle aut nolle potuit & quorum hoc eligere, aliud repudiare: qui enim eundem mentis acie contemplaretur in natura sua sine respectu ad rerum molitionem, perspicuum est voluntatem eiusq; intimam actionem, essentiam, & eum qui vult cum de Deo Opt. Max. loquimur rem penitus eandem esse, & proinde vt Deus est necessariò, ita quoq; Dei voluntatem necessario futuram.

Est hoc quoq; animaduertendum cum de rebus disputatur diuinæ voluntati obiectis atq; propositis, non de iis agi quæ ad ipsius essentiam pertinent, qualis est bonitas, sapientia, potentia, aliæq; beatissimæ illius naturæ proprietates. Nam potest quidem nolle Deus quæ sunt extra ipsum, non potest autem non velle id quod in ipso aut ab ipso existit. Haud omnino fieri potest, quin æternus Parens amore immenso Filium suum prosequatur, Filius itidem non potest non amare Genitorem: vnde fit vt actiua spiratio Spiritus Sancti quæ à Patre simul & Filio vt vnico principio manat, sit absolutè necessaria. Atq; ex hac animaduersione, consequenter obiectiones duæ facilè diluentur.

Secunda Obiectio.

Dei voluntas eiusq; essentia eadem res ac penitus vna est, vt igitur hæc necessaria est; ita illam quoque esse oportet. Respondetur diuinam voluntatem duobus omnibus modis considerari posse, in subiecto nimirum & obiecto suo. Et primo quidem esse necessariam, cum sit penitus idem cum illius essentia qui voluntatis functionem exequitur: Secundo verò prout res procreatas intuetur, quarum efficiens causa est atque principium, esse liberrimam. Neq; enim aliunde quàm à seipsa impellitur ad rerum fabricationem quas pro animi sui arbitrio confecit.

Tertia obiectio.

Esse necessariò, perfectionem quandam arguit & præstabilem quandam excellentiam, quandoquidem diuinæ menti congruit, erit igitur id voluntati & illius actioni tribuendum, facilis est responsio: Cum de essentia quæritur, non est dubium quin nobilior sit necessaria: cum verò de causa & efficiendi vi, præstantior illa est quæ liberior: Vtriusq; ratio vna est nimirum ab alio non pendere. Vt igitur perfectæ essentiæ dignitas atq; præstantia in eo cernitur, vt non aliunde pendeat sitque à seipsa: ita causæ excellentiæ magnitudo in eo versatur vt liberrime suos effectus progeneret & moliatur, nihilq; sit aduenıatq; extrinsecus, quo ad vnum potius, quàm ad aliud definiatur, sed proprio intimoque motu ad omnia se accommodet. Quare dicimus volitionem voluntatemq; Dei in seipsa necessariam esse, prout autem vi agendi rerum vniuersitatem intuetur, esse liberrimam.

Quarta Obiectio.

Deus ab omni æternitate ad res agendas determinauit se, non igitur deinceps libere quidquam operatur. Hæc argumentatio inconsideratæ mentis plena est atque ignorantiæ. Imprimis enim naturam æternitatis minimè intelligit, in qua nec præteritum est nec futurum, vtpote quæ sit tota simul, tota præsens, tota indiuidua, quæ principio & fine careat; quare quod liberum in æternitate fuit, modo est, & in omnium sæculorum continuationem est futurum. Deinde collocare in Deo videtur mutationem & inconstantiam, quasi id quod aliquando voluerit, velle desinat, aut diuersa & mutabili voluntatis inclinatione rem eandem prosequatur; quod non ita est, cum Deus id quod vult, semper velit, amet semper, quod amandum iudicauit, statuat, & definiat, quod determinauit aliquando. Quod si res obiecta ipsius voluntati, fuit, est, aut erit, illa omnis mutatio atque varietas non in Dei mundi architecti voluntate atque actione recipitur, sed in re ipsa quam intuetur. Tertio nihil penitus efficit obiectio, nisi fortè necessitatem ex conditione ortam quam hypotheticam nominant, quæ absolutæ libertati non repugnat, cum aliud nihil significet quàm eam quam infallibilitatem vocant, vt cum Plato animum ad scribendum appulit, necessariò scribit, hoc est, vt ita loquar, infallibiliter, cum id quod est, non possit non esse, cum id esse cogitamus. Sed quærebatur de absoluta necessitate ab omni conditione secreta atq; hypothesi, quam à beata supremaq; illa natura longissimè amoueri contendimus.

Quinta Obiectio.

Indeterminatio est imperfectio nostræ voluntatis, vt hæsitatio, scrupulus, aporia mentis & intellectus, non igitur cadere in Deum potest. Hæc pariter inanis est obiectio, nam de alia quadam hæsitatione & indeterminatione loquitur, quàm quæ fuit in quæstione. Atque vt res tota li-

Digitized by Google

ta liquidius intelligatur, animaduertendum est, genera esse duo indeterminationis, altera est quæ ab ipsius subiecti siue causæ imperfectione manat, quæ sanè mancam impolitamq; naturam manifestè arguit, vt cum propter inopiam consilii & excogitatæ rationis quam Aristoteles ἀβουλίαν & ἀπορίαν vocat, hæret quis dubius atque anceps, nec quam in partem ferri debeat satis expedit: constat verò huiusmodi hæsitationem minimè in Deo esse posse, qui liberrimè ab æterno tempore se ad agendum pro animi sententia applicuit: Altera quædam est quæ à perfectione oritur, cum causa non pendet ab effectibus, nec ad eorum vllum extrinsecus definita est, & veluti certo imperio alligata, sed potius ius suum retinet, libera & soluta in his aut illis pro suo arbitrio & voluntate producendis. Hæc autem in pollente Numine cogitari debet sanè perfectio. Sed tempus iam est vt alteram controuersiæ partem expendamus.

PARENTEM RERVM OMNIVM DEVM, POSSE OMNIA, EIVSQVE POTENTIAM PLENAM & absolutam esse.

Capvt XV.

DEVS Abraham sic affatur, Ego Dominus omnipotens, ambula coram me & esto perfectus. Iobus aiebat sapienter, Scio quia omnia potes & nulla te latet cogitatio, cum cœlo atque terra dominantem Deum alloqueretur. Ieremiæ vox illa est, Domine Deus ecce tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum. Et infra, Ecce ego Dominus Deus vniuersæ carnis, nunquid mihi erit difficile omne verbum? Lib. 2. Macchab. Nos autem in omnipotente Domino qui potest & venientes aduersum nos & vniuersum mundum vno nutu delere confidimus. In historia Seruatoris ita Sanctus Matth. cap. 19. Apud homines hoc impossibile est: apud Deum omnia possibilia sunt. Lucæ cap. 1. Quia nō erit impossibile apud Deum omne verbum. Sed quis possit esse tam confidens tamque refractarius vt in grauissima autoritate Sapientis non facile conquiescat? Ita enim illic clarè & copiosè, Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua «

Gen 17.1. *Iob.42.2.* *Ierem 32.17.& 27.* *2.Macchab.8 18.* *Matth.19.26.* *Luc.1.37.* *Sap.11 18.*

» quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa immittere illis multitu-
» dinem vrsorum, aut audaces Leones, aut noui generis ira plenas aut i-
» gnotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem profe-
» rentes, aut horrentes ab oculis scintillas immittentes, quarum non so-
» lum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occi-
» dere. Sed & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab
» ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis suæ, sed omnia in men-
» sura & numero & pondere disposuisti, multum enim valere tibi soli su-
» pererat semper, & virtuti brachii tui quis resistet? Quoniam tanquam
» momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum & tanquam gutta ro-
» ris antelucani quæ descendit in terram, sed misereris omnium, quia o-
» mnia potes & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, dili-
» gis enim omnia quæ sunt & nihil odisti eorum quæ fecisti, nec enim o-
» diens aliquid constituisti aut fecisti, quomodo autem posset aliquid
» permanere nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset conserua-
» retur? parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine qui amas a-
» nimas. Hæc sententia diuinè loquentis viri tria manifestè conficit, ni-
» mirum Deum salutem omnium velle, eundem posse omnia, plurima
» deniq; fieri posse, quæ tamen nunquam fient.

Sed audiamus Sanctos Patres & ea diluamus quæ à curiosis homini-bus insana disputandi libidine proponi solent.

Cyril. Hierosl. Catech. 8. Αἱρετικοὶ δὲ πάλιν οὐκ οἴδασιν ἕνα παντοκράτορα θεόν. παντοκράτωρ γάρ ἐστιν ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων.

S. Epiphanius in Ancorato.

Chrysostom. hom. 7 in c. 4. Epist. ad Thessal.

Tertull. in Prax. c. 10.

Symbolum Apostolorum & Nicæni Concilii primi ita clarè, Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ. Hierosolymitanus Cyrillus catechesi 8. Hæretici vnum omnia pollentem Deum non agnoscunt: Omnipotens ille est qui omnibus imperat atque in omnes dominatum habet. S. Epiphanius, Potest Deus ex lapidibus excitare filios & potest Deus corruptibilia mutare in incorruptibilitatem, & potest in terra facere quietem paradisi, quia vult. Aurea mente atq; lingua magnus Ioannes, Ne putes aliquam hic operum difficultatem fore, Deus est qui efficiet. Græcos hactenus commemoro, sed non minus Latini Patres in eadem re explicanda diserti fuerunt. Tertullianus aduersus Praxeam, Sed nihil Deo difficile. Quis hoc nesciat? & impossibilia apud sæculum, possibilia apud Deum quis ignoret? D. Augustinus epistola quadam, Demus Deum aliquid posse quod nos fatemur inuestigare nō posse, in talibus rebus tota facti ratio est potentia facientis. Idem alio loco, Omnipotens est ad facienda maiora & minora: omnipotens ad cœlestia & terrestria, omnipotens est ad facienda immortalia & mortalia: omnipotens est ad facienda spiritalia & corporalia: omnipotens est ad facienda visibilia & inuisibilia. Rursum in Enchiridio Tunc in clarissima luce sapientiæ videbitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifesta cognitione videatur, quam certa & immutabilis & efficacissima sit voluntas Dei, quam multa possit & non velit, nihil autem velit quod non possit.

S. Aug. serm. 119. de Temp.

Idem in Enchir. c. 95.

Scriptura omnis diuinitus nobis commendata testatur Dei Filium debuisse

Digitized by Google

debuisse olim ab Adamo & Abrahamo naturam humanam suscipere, & tamen singularis ille Doctor Augustinus libr. 13. de Trinit. cap. 18. asserit potuisse illum aliunde sumere si ei libuisset. Diuinarum literarum monumentis perscribitur Iudam esse perditionis filium, tamen idem S. Augustinus lib. de natur. & grat. cap. 7. non dubitauit dicere, Christum Seruatorem haud minus illum beatum efficere potuisse quàm Lazarum suscitare. Est illud quoq; in diuinis effatis, Multi sunt vocati, pauci verò electi: hic idem tamen religionis antistes lib. de bono perseuerant. confirmat, perficere Deum posse, vti omnes ad finem vsque perseuerent. Ergo doctissimus sanctissimusq; Augustinus, agnoscit multa esse fierique posse, quæ tamen nunquam existent, idq; ductus Sacrarum literarum autoritate profitetur.

Ioan. 17. 12.

August. in l. de natura & grat c. 7. *Quia Dominus Lazarum suscitauit, sine dubio potuit: quia verò Iudam non suscitauit, nunquid dicendum est non potuit; potuit ergo, sed noluit: nam si voluisset, eadem etiam hoc potestate fecisset.*

D. Aug. l. de bono perseu. cap. 9. *Certè poterat illos Deus præsciens esse lapsuros antequam id fieret auferre de hac vita.*

Neque verò desunt rationes quæ ad eandem rem astruendam proferantur. 1. Qui dicit omnia nihil excludit, nihil excipit, quod non animo & cogitatione complectatur, atqui primus fidei & religionis articulus, in Symbolo iubet nos credere, Deum omnia posse, nihil igitur debet excipi, præter imperfectionem & peccati labem, quæ propriè in priuatione consistunt. 2. Deus est ipsum esse, vt Theologorum Scholæ personant, quidquid igitur habet aut habere potest essentiam, illam habet aut habere potest à Deo. 3. Si quod nunquam est futurum, id est impossibile, vt Caluinus asseruit. Fieri igitur non potest vt supremus mundi arbiter Deus æternis suppliciis addictos liberet & saluti reddat: vel vt hominum animas in nihilum redigat quandoquidē ea nunquam est facturus: fieri nequit vt nouum mundū procreet, quod de vno tantum pia monumenta & oracula Vatum meminerint: hunc ipsum etiam fabricari non potest & moliri quod tempus futurum nullum est quo nō eundem procreatum iam fuisse constet. Denique sequeretur quidquid omnium rerum parens in natura, in gratia gloriaq; perfecit, id necessitate compulsum fecisse, quod repugnat communi Theologorum axiomati & verissimo, Deum in omnibus quæ extra ipsum sunt esse liberrimum. 4. Certissimum est Deum nunquam remissurum maleficia illis qui sempiterno cruciatu meritas iudicio diuino pœnas dependunt: sunt igitur ex hac opinione peccata quædam, quæ nullo modo remitti possint à Deo. Non impediet vnquam Deus neque efficiet vt Caluinus non ea scripserit quæ refertis voluminibus reliquit, neque vt Cainus fratrem impia crudelitate non oppresserit, nec vt Iudas non liberatorem humani generis perfidiose prodiderit; fieri igitur nulla ratione potuit vt illa omnia Deus impediret, hoc autem si fieri à Deo non potuit, neque illi ipsi conscelerati homines illa tetra & horribilia facinora vitare vlla ratione potuerunt: Scelus igitur iam non erit scelus, cum vitari nequeat, & æquissimus omnium moderator iniustus fuit, qui noxæ causa, quam fugere nullo modo potuerunt, eos æternis suppliciis addixerit. Sed quot impiæ, falsæ, & aniles consecutiones ex eo antecedenti erui possent? 5. Quid plura? præpotens ipse Deus controuersiam hanc o-

Gen. 1. 3. 6. 9. 14. 24.
Psal. 134. 6.
Isa. 40. 10.
Ephes. 3. 20.

Digitized by Google

mnem dirimit, cum apud Ezechielem significat, tametsi iusto confirmarit fore vt vita viuat, si tamen auerterit se à iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes, inquit, iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur, in peccato suo quod peccauit morietur. Quemadmodum etiam cum dixerit impio fore vt morte moriatur, si tamen egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, vita viuet & non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. Hæc nimirum æqua Numinis sententia est Prophetæ ipsius ore vulgata. Consimili ratione apud Isaiam cap. 38. Vates maximus Regi Ezechiæ Dei verbis significauit, Dispone domui tuæ quia morieris tu & non viues: & tamen contrarium euenit, tantum abest vt id fieri minimè potuisse putandum sit. Nam cum Ezechias sese ad parietem conuertisset, precationesque Deo obtulisset, vberibus lacrymis intermixtas, ad eius vitam quindecim annorum intercapedo accessit, atq; in eius rei testimonium, Sol decem gradibus regio in solario retrocessit. Reliquum modo est, vt quæ obiici in contrarium possunt, breuiter more nostro soluamus.

Prima Obiectio.

Si Deus plura possit quàm nunc agit, aut facturus est aliquando, iners illa & odiosa videretur esse potentia, quæ tam multa & varia non exequeretur, non est verò committendum, vt eum næuum imposuisse diuinæ menti videamur. Est in promptu quod respondeamus; neque enim otiosa magis fuerit, quàm ante mundi ædificationem & aspectabilium rerum molitionem fuit. Et quidem si obiectio illa ponderis aliquid & momenti haberet, efficeret quoq; mundum sempiternum fore. Quatuor igitur hic ponenda sunt & diligenter animaduertenda: Primum ad hoc vt facultas quæpiam non inutilis aut penitus otiosa dicatur, sufficere, vt aliquando non quidem omnia quæ potest, sed partem modo exequatur atque perficiat. Mens & intellectus noster vt similium inductione rem illustrem, non quas potest rerum notiones omnes & cognitionem effingit: oculus non intuetur, auris non percipit quæcunque obiici possunt, facultates denique omnes naturæ, vix partem suarum functionum exiguam adhibent cum earum vis incredibilis videatur: quæq; à nobis inchoantur actiones sæpe intermissæ languescunt, quis tamen inanes eas facultates, quas natura nobis tribuit, atque inutiles fore contendat? cumque in prima pueritia ætatis imbecillitate non commouentur neq; ad necessarios adhibentur vsus, nonne tamen eo ipso vtiles & necessariæ dici queant, quod deinde suo tempore agant ea & moliantur, quorum gratia sunt à Parente omnium rerum Deo generatæ? Id autem si verissimum est, quis ignauam & inutilem potentiam Deo contumeliose atq; impudenter obiectare velit, qui tot res incredibili varietate, tum spiritales, tum sensibus hominum obiectas è mirabili idearum suarum infinitate eduxit?

Secundo hoc etiam intelligi oportet, quod quemadmodum infinita Numinis potentia, nunquam in hac tanta rerum omnium machinatione, fuit,

ne, fuit, aut erit laboriosissimè occupata, ita sine procreatione mundi atque opificio, nunquam otiosa fuit, quod perspicua & breui ratiocinatione ostendi potest. Potentia, sapientia, bonitas, & huiusmodi aliæ diuinæ mentis propietates, reipsa vnum quidpiam sunt cum diuina essentia, vt superius docebamus, & ex eo patet, quod in Deo nulla sit multiplicium rerum compositio atque diuersitas: Inde fit vt cum æterni Genitoris essentia, nec infœcunda sit, nec otiosa, sed potius inexplicabili se munificentia & liberalitate semper communicans Verbo: cumque Verbum ipsum infinitè se fundat actiua illa spiratione Spiritus Sancti, quam habet cum Patre communem, dici non potest omnipotentiam esse incertam, otiosam, & inutilem in Deo, cum vi omni sua tam beatè in diuinas personas effundatur.

Tertio notandum est, tum agendi facultatem inutilem fore, quando actio ab efficiente distinguitur, & ab ipsa facultate, quæ in agendo occupatur, vt in procreatis rebus videre est. Causa nimirum hæc est, quod actio præsertim illa quam immanentē vocant, perfectionem quandam atque dignitatem adiungat potentiæ, è qua ipsa manauit. Quod in Deo minimè locum habet, in quo vis efficiendi, actio, & efficiens rem omnino eandem constituunt, actio proinde nihil perfectionis illi adiungit, nihilque omnino importat noui, præter externam denominationem quandam Creatoris, Magistri, Domini, prouidentissimi gubernatoris. & similium, quæ supponunt obiectum, quod iis nominibus innuitur, nimirum creaturam, discipulum, seruum, aliaque.

Quarto agendi facultas tum cuipiam inutilis existimatur, cum definit ea perficere, quæ ipsi vel vtilia vel necessaria videantur: atqui effici nihil potest, quod non in Deo longè perfectius nobiliusq; sit, quàm in eo ipso quod producitur, cum res omnes procreatæ in se ipsæ definitæ sint, & angustis limitibus contractæ, in Deo vero principe mundi archetypo excellenti quadam ratione. Dici igitur non potest Dei potentiam illam immensam & interminatam fore inutilem, tametsi extra Numinis essentiam nihil penitus generaret. Atque ex his constare potest Caluinum à Theologia imparatum, propter cœlestium rerum inopiam & ieiunitatem, temere labi atq; ruere consueuisse.

Secunda Obiectio.

Plutarchus autor est, dictum ab Euripide fuisse quondam, facere Deum non posse, vt quispiam stet simul atque sedeat, vel vt ipse vitæ fons & sempiternus mortalis fiat, non posse quoque efficere, quin hesternus dies præteritus sit, & qui iam Consul fuerit, honorem non ceperit, & qui iam vitam cum morte commutarit, non vixerit, & quin bis decem viginti censeantur.

Addit de suo Theodotus Beza, Deum propria animi inductione legibus suis se subiecisse, nec proinde posse aut velle facere vt tria sint quatuor, vel triangulus quandiu tribus angulis definietur sit quadratum, neque vt hoc cubus censeatur. Thomas Erastus grauiter asserit,

præstare non posse Numen, vt Virgo sit, quæ pudicitiam violauerit. Adiungit se ad hanc choream Lambertus Danæus, aitque efficere non posse, vt sine valle sit montis exaggerata altitudo, & quod factum fuit sit infectum, vel vt hominum Seruator Christus non sit generatus, &c.

His omnibus breuiter respondeamus. Tantum verò abest vt potentia quædam infinita ad earum rerum procreationem requiratur, vt si quæpiam ad efficiendum causa foret necessaria, exilis ea quidem esse deberet, manca, tenuis, imperfecta, pro ratione illius defectus & imperfectionis quæ in re postulatur. Id autem breui ratione illuminare sic placet. Ad nihil efficiendum nihil sufficit, atqui facere aut postulare montium altitudinem sine valle, est omnino facere nihil, aut nihil postulare: nihil igitur, hoc est nulla efficiens causa sufficit, & nulla potest esse tam exilis & imminuta in agendo vis, quæ non potentior ad efficiendum videatur: nisi fortè dicere lubet, id quod est, ad illud quod nullo modo est generandum, esse necessarium. Quod verò nihil, idem omnino sit, aut potius fingi & cogitari idem esse debeat, cum monte sine valle, cum bacillo cuius extrema duo non sint, cum homine sine ratione, cum stante, qui idem sedeat, cum Deo qui Deus non sit, cum hesterno die, quem præteritum negemus, cum Consule, qui Consul non fuerit, cum bis decem, quæ non sint viginti, cum viuente qui non viuat, cum triangulo, quadrato; cum virgine sine pudicitia, cum facto, infecto; cum generato, non filio; aliisq; similibus, quæ vbere copia numerari hic possent: quod, inquam, hæc omnia in idem cum nihilo ipso recidant, comprobari hoc maximè modo potest & clarissimè concludi, Esse sine essentia, est omnino nihil esse, & esse tale, sic vt tale non sit, tale nihilum rectè nominabitur (si tamen tale de nihilo dici potest) atqui montem esse sine valle, hominem absque anima, triangulum sine tribus angulis, & alia quæ superius memorata sunt, est rem esse talem & tamen talem non esse, ergo similia machinari aut postulare, idem est ac postulare nihil, aut tale nihil, hominem nimirum qui homo non sit, montem non montem, sedentem, non sedentem, Deum non Deum, hesternum diem non hesternum, &c. Iam verò vt excellentem quandam potentiam quis efflagitet ad nihilum fabricandum, aut efficiendum id quod fieri non potest, an non idem iure videri queat, ac nihilum ipsum admouere velle, ad rem quampiam in hac mundi vniuersitate ponendam? Quare Theologiæ lumen S. Thomas sapienter Dialecticos illos populares monet, vt ab infanda in Deum contumelia vehementer sibi caueant, cumque de huiusmodi rebus disputabunt, & in stupore animi sui & caligine menti circunfusa, scioli tamen & subtili intelligentia præditi videri cupient, nunquam dicant, non posse Numen hoc aut illud efficere, sed potius rem hanc aut illam fieri non posse, vt omnes intelligant non deesse in pollente Numine potentiam, sed propositam rem non de illarum esse genere, quæ vi atque opificio constitui & excitari possunt.

Digitized by Google

possunt. Nam alias experientur illi quidem, quàm mendaces filii hominum sint in stateris suis, vt regius Vates purpurea lyra cecinit. *Psalm. 61. 10.*

Communi igitur omnes animorum consensione dicamus, Deum pôsse omnia quæ vult, neque velle tamen omnia quæ potest. Quod si Caluinus tueri contrarium aliquando videatur, aut impiè labi dicendus est, quod est illi familiare, aut tantum hoc intelligere voluisse, diuinam potentiam nihil agere, quod ipsius Verbum falsitatis inanitatisque argueret. Et quidem palinodiam canere & contraria vti velificatione post errorem videtur, cum clarè pronunciat eludi non posse eorum hominum sententiam, qui aiunt esse impossibile vt illæ res eueniant, de quibus Seruator hominum Christus prædixit fore vt eueniant nunquam, vbi sumit nomen impossibilis, pro eo quod certo, & vt ita dicam, infallibiliter contingit, idque refert non ad potentiam & agendi facultatem, sed potius ad actionem & propositæ rei gestionem.

Ad extremum restat vt disputemus de principe quodam Prædestinationis adiumento, nimirum fide bonis operibus comitata, & perspicuè demonstremus sempiternam beatorum gloriam, vt mercedem, vt præmium, vt iustitiæ coronam illis tribui, qui ad vsum rationis peruenerunt.

PROOEMIVM.

VT tandem huic operi colophonem addamus, rogo & obtestor memineris, bone Lector, eam Religionem cum qua nobis agendum est, tam esse nouam, interpolatam, & concinnè reformatam, vt funditus Euangelica omnia consilia euertat, diuina iussa minimè obseruari posse defendat, obligari neminem dicat ad vllam fidem Ecclesiæ adhibendam, Sacramenta septem esse neget, Baptismum absolutè necessarium, Cœlites qui felicitate perfruuntur, nostra intelligere, aut præstare opem vllam auxiliumque velle; neget item carnem vitiorum titillatione gestientem aspere tractandam abstinentia, cilicio, & similibus rebus ad dolorem infligendum accommodatis: statum illud ac solenne quadraginta dierum ieiunium, tum priuilegiorum, & quatuor anni tempestatum esse repudiandum clarè profiteatur, & nullam esse causam, cur se prædestinatum quispiam addubitet, nullum esse peccatum, quod prædestinatis sit mortale: neget denique vlla esse opera bona quæ salutem mereantur, aut sempiternam beatorum gloriam vlli tribui tanquam præmium & mercedem, ad eamque diuinorum mandatorum via perueniri. Hoc vltimum Deo iam duce explanabimus.

SEMPI-

Digitized by Google

SEMPITERNAM FOELICITATEM ET GLORIAM DARI PRÆDESTINATIS, NON VT GRATVITVM MODO MVNVS, SED VT PRÆMIVM quoque & mercedem, coronamq; iustitiæ, licet Prædestinatio secundum se totam sit gratuita.

CAPVT XVI.

IAM probatum superius à nobis fuit, præscientiam prouisionemq; Numinis reprobationem antecedere, neminemq; à Deo ad æterna damnatorum supplicia meritamq; pœnam destinari, quin eius scelus prouiderit, vnde tanquam ex fonte impiorum omnis damnatio procedit. Reliquum est vt probemus eum ipsum summum omnium parentem Deum in legendis hominibus ad felicitatē, habere operum rationem, non ex præscientia quæ sit causa duxque lectionis, sed veluti prædestinationis comes & administra; neminemque à piis operibus nudum & vacuum, vel delectum fuisse ab eo, vel ad desponsam illam gloriam accedere, si modo rationis vsum attigerit. Breui dicam, ostendendum hic est præstantem æternamq; naturam tuentem omnia & prouidentissimè administrantem, largiri beatitatem, vt ditissimæ coronæ præmium, postquam modos atq; vias suppeditarit ad eam consequendam, hominibusq; concesserit vt iure id comparent, ad quod eos gratia & beneficio destinauit, nimirum omnia eius mandata exhauriendo, piorum operum functiones adhibēdo, retinendo fidei integritatem, diuinis admonitis obtemperando, quæ omnia vna cum ipso gloriæ fructu qui vt merces æqua laboris & periculorū largè & ampliter consequitur, effectus sunt prædestinationis. Qua de re quid diuina oracula pronuncient, quid Patres, quid ratio ipsa moneat est videndum.

Splendida imprimis diuinarum literarum loca illa sunt, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Item, Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundū opera eius. Magnus Apostolus, Bonum, inquit, certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. Idem aliàs, Nolite errare Deus non irride-

Matth.19.17. *Ibid.v.27.* *2.Tim.4.7.8.* *Galat.6.7.*

» irridetur, quæ enim ſeminauerit homo hæc & metet, quoniam qui ſe-
» minat in carne ſua, de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat
» in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non
» deficiamus, tempore enim ſuo metemus nō deficientes. Ergo dum tem-
» pus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſti-
cos fidei. Item, Reddet vnicuiq; ſecundum opera eius, iis quidem qui
» ſecundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptio-
» nem quærunt, vitam æternam: iis autem qui ſunt ex contentione & qui
» non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.

Rom. 2. 6 7.

Cum diuina Scriptura doctiſſimi Patres conſentiunt. Iuſtinus Martyr. Apolog. 2. ſub medium, Non profitentes tantum, ſed operibus ſimul profeſſionē confirmantes ſaluatum iri dicit. S. Baſilius orat. in Prouerb Omnes qui in Euangelica via ambulamus, in cœleſtium rerum profeſſionem ingredimur Dei mandatis exequendis. Et alio in loco, Et gloria & honor & pax homini facienti bonum in promiſſis repoſita ſunt. D. Cyprianus lib. de vnit. Eccleſ. Credere ſe in Chriſtum quomodo dicit, qui nō facit quod Chriſtus facere præcepit? aut vnde perueniet ad præmium fidei qui fidem non vult ſeruare mandati? S. Auguſtin. lib. de moribus Eccleſ. cap. 25. Vita eſt æterna totum præmium cuius promiſſione gaudemus, nec præmium poteſt præcedere merita, & prius homini dari, quàm dignus eſt: quid enim hoc iniuſtius, & quid iuſtius eſt Deo? non ergo debemus poſcere præmium, antequam mereamur accipere.

Ad has Patrum autoritates rationes quoq; firmiſſimæ accedunt. Imprimis notum in cōmune id eſt, præmium & meritum eſſe de genere earum rerum quæ ſunt πρός τι quæq; ad ſeſe mutuo referuntur: atqui in diuinitus ſcriptis monumentis, ſempiterna vita merces & præmium nominatur: ſupponit igitur in hominibus meritum. Apud Matth. nuncupatur diurnus denarius quem Paterfamilias operis tribuit, vt exponunt eruditiſſimi Patres Hieronymus, Auguſtinus & Gregorius Magnus. Humani generis liberator apud eundem Euangelii ſcriptorem cap. 5. cum ærumnas huius vitæ & laborioſiſſimas virtutes explicauiſſet, ita concludit, Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et aliàs diuinarum literarum effāta ſignificant pro laboris operumq; ratione, perfruendæ gloriæ menſuram definiri.

Hieron. l. 2. aduerſ. Iouinia.
Aug. l. de virgin. c. 26.
Gregor. l. 4. moral. c. 42.
Matth. 5. 12.
Rom. 2. 6.

Secundo, quid aliud diuinus ſpiritus Eccleſiæ dux & magiſter vult exprimere, cum tam ſæpe nobis inculcat, non eſſe apud Deum acceptionē perſonarū: nihil dare gratiæ, aut externo ſplendori in iudicādo, quid inquam aliud ſimilibus ſentētiis deſcribitur, quàm Deum in vitā & mores & hominum actiones intueri, & pro meriti conditione cuiq; largiri?

Rom. 2. 11.
Galat. 2. 6.

Tertio, cum diuinæ paginæ de ſempiterna vita deq; bonis operibus coniunctim meminerunt, vtuntur particulis quæ concludendo cauſæ vim notionemq; importent, Poſſidete parate vobis regnum à conſtitutione mundi, eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, &c. Et aliàs, Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Rurſum, Hi ſunt qui ve-

Matth. 25. 34.
Matth. 25. 21.
Apocal. 7. 15.

Digitized by Google

qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine Agni, ideo sunt ante thronum Dei. Iidem etiam augusti cõmentarii aiunt vexationes huius vitæ immensum gloriæ pondus operari in nobis, fore præterea vt pro sementis ratione, quisq; metat: debere nos timidè atq; solicitè salutem nostram operari: in beatorum sempiterno æuo parando iustitiam versari, iniustum proinde minimè Deum existimandum, vt obliuiscatur operis nostri: beatũ illum esse qui fortunæ acerbitate & ærumnis conficiatur, quod probatus accipiat coronam vitæ, sitq; ad beatorum domicilium triumphanti lætitia euehendus: Deniq; monẽt vt fideles simus vsq; ad mortem, id si fiat, Deum nobis diadema gloriæ donaturum. Præterea Scripturæ vox est atq; pollicitatio, eos omnes qui reliquerint domum vel fratres vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios aut agros propter Dei nomen atq; decus, centúplum recepturos & immortalis vitæ gloriam assecuturos. Docet quoq; diuinissimus Apostolus pietatem esse vtilem & fructuosam ad omnia, & promissionẽ habere vitæ quæ nunc est & futuræ. Quid quod etiam identidem excitamur, vt nos dignos æterna vita reddamus? quam proinde appellatam videmus coronam, præmiũ, pignus, depositum, retributionem, mercedem, quæ sane voces illudendæ inanesq; forent, si Deus nullam meritorum rationẽ habendam existimaret.

2.Cor.4 17. *Galat.6.7.* *Philip.2.12.* *Hebr 6.10.* *Iacob.1.12.* *Apocal 2.10.* *Matth.19.29.* *1.Tim.4 8.* *2.Timoth 1.12.* *Apocal 3 11.*

Deniq; si summi omnium rectoris dominiq; numen prædestinatorũ actiones minimè intuetur, neq; iustitiam adhibet distributiuam, nulla igitur decretoria dies futura est, nullum reprobis iudicium; quo item in iudicio, si verum Caluinus dicit, nihil aliud facturus est prępotens Deus, quàm vt in luce & conspectu orbis vniuersi pronunciet autorẽ se fuisse improbis & vim etiam adhibuisse ad scelera consciscenda, quos tamen sempiterno supplicio addicet, hoc videlicet illi placere, ita velle.

l.3.Instit.c.21.§ 1.4.7. & c.23 § 1.2 5. *l.1.Instit.c.18.§ 1 2 4. & l.3.Instit.c.23 § 9.*

Obiiciunt mortem stipendium esse peccati, gratiam autem Dei vitam æternam in Christo Iesu Domino nostro. Sed quis non videt, hanc sententiã penitus idem conficere, quod Ecclesia Catholica docet & tuetur? nimirum mortem, hoc est improborum damnationẽ, à peccato purè & absolutè proficisci, non autem ab antecedente Numinis voluntate. Secundo vitam æternam non comparari, nisi gratiæ beneficio, quam salutis nostræ parẽs Deus nobis cõmeruit, cuius vi gratiæ atq; præsidio exequimur illa omnia quæ ad gloriam adipiscendam requiruntur. Et quidem S. Augustin. tribus in locis propositam Scripturę sententiam exquisito iudicio exponens duo quædam ponit imprimis animaduertẽda, alterum, æque potuisse dicere magnũ Paulum, stipendium iustitiæ vitam esse æternam, quemadmodũ ait stipendium peccati esse mortem: quod dictum nouorum hominũ opinionem labefactat penitus & conuellit, Alterum, sanctissimũ tamen Apostolum ita loqui noluisse, ne quis fortè sibi in animũ induceret, posse quemlibet suis tantum opibus atq; ductu, & sola vi laudabilium actionum ad felicissimam vsuram gloriæ peruenire, quemadmodum sine cuiusquam subsidio quisq; per se ruere in exitiũ perniciemq; suam potest.

Rom 6 23. *August epist.105.* *Idem in Enchir. c.107 & de lib. arbitr. c.8 9.*

 Adhęc

Digitized by Google

Adhæc multa obiiciunt diuinæ Scripturæ loca, in quibus vita sempiterna nominatur gratia, vbi etiam donari clementia & misericordia prędicatur: perpessiones item & acerbitates huius vitæ, non esse condignas hoc est proportione minimè respondere gloriæ, electos nos diuinitus, nuda & simplici Dei bonitate, & similia. Quinque propositiones genus illud argumentationis dilucidè soluunt & refutant. 1. Æterna vita nominatur gratia, quod vi gratiæ cõparetur, & illa tanquam principio suo gloria beatorum nitatur: quæ causa fuit cur Theologi gratiam dixerint inchoatam gloriam, gloriam autem, gratiam omni absolutione perfectam. 2. Donatur clementissimi Numinis misericordia, quod misericordia quadam excellenti & insigni beneuolentia Deus prædestinatos è communi massa perditionis euocauerit, vbi scelere primi hominis clausi & obducti continebantur. 3. Misericordiæ impulsu gratiam illis cõcessit, qua de noxis legitimum dolorem conciperẽt, & post fœdam prolapsionem nouo studio ad virtutem emicarent. 4. Eadem ipsa misericordia à multis eos maleficiis coercet, in quæ miseræ sine vllo diuinæ mentis præsidio collaberentur. 5. Denique singulari misericordiæ ope constantiam illis & perseuerantiæ donum largitur, quæ in hoc sita est, vt eius nutum & sanctissimam voluntatem perpetuo intueantur, mandatis illius semper obsecundent, iussa conficiant; & si quando pro humana fragilitate contigerit, vt deuii aberrent, & desciscant ab imperio & iustissimo Numinis dominatu, gratiam impertit, qua fraudem agnoscant & scelus suum, & à maculis ante factum expientur.

Quod ad operum dignitatem pertinet, verum quidem est huius vitæ perpessiones & ærumnas sempiternæ gloriæ amplitudini non respondere, si per se ipsæ considerentur: sed in meriti ratione, quatenus cum præstabilissimis Filii Dei actionibus & excellentia meritorum sociantur, respondent omnino certa quadam proportione si non ex æquo & similitudine suis omnibus numeris absoluta.

Iam verò de hominum electione, certissimum est nos à Deo electos incredibili & inusitata ipsius bonitate, & prędestinatos misericordia: sed hoc non minus exploratum, prædestinationem tria maximè in iis complecti qui ad vsum rationis perueniunt, nimirum vocationẽ ad gratiam, constantem & continuam ad finem vsq; perseuerantiam, & gloriæ communicationem. Vocatio & perseuerantia à beneficentissimo hominum parente manant, & vnius gratiæ beneficio sine meritis vllis tribuuntur. Gloriæ item cõmunicatio à Deo proficiscitur, sed nunquam eam tribuit Deus vt tantum gratuitum munus & liberalissimi doni beneficium, sed etiam vt mercedem præmiumq; meritorum, hoc est earum actionum, quas homines vi illius gratiæ laudatæq; perseuerantiæ cõfecerint. Quæ sententia est grauissimi Doctoris Gentium Pauli, & eruditissimi Augustini responsio in epist. 105. ad Sixtum, cuius hæc verba sunt quæ contro-
» uersiam hanc totam profligant, Ipsa vita æterna quæ in fine sine fine ha-
» bebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadẽ merita

rita quibus redditur, vt à nobis parata sunt per nostram sufficiētiam, sed "
in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud "
nisi quia gratis datur, nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt "
& ipsa merita quibus datur. "

Ab hac sententia pendet locorum diuinæ Scripturæ intelligētia vera, quæ alioqui dicere contrarium videantur: quædam n. de prædestinationis scopo atq; fine loquuntur, id est gloria, quæ nunquā iis, quibus adest rationis vsus, tribuitur, nisi prouisione meritorū, & operum bonorum merces. Alia de prædestinationis ipso principio agunt, nimirum gratia, deq; dono perseuerantiæ, de quo certus nemo esse potest, nisi diuina monitione collustratus.

Restat ergo vt videamus de quibus operibus sapiens architectus Paulus agat scribēs ad Hebræos, Philip. Ephesios, Titum, & Romanos, cum operum dignitatē eleuare splendoremq; omnem inobscurare videtur. *Hebr 11.13. Philip. 3.7. Ephes. 2. Tit. 3. Rom. 3.*

Sanè in Epist. ad Hebr. Euangelicorum operum vim non oppugnat, sed eorum maximè causa fidei præstantiam & incredibilem virtutē extollit, præsertim in asperis rebus & vexatione toleranda, eamq; maximè prædicationem adhibet, vt eos ad quos scribit, ad fortis & magni animi constantiam hortetur. Contra verò D. Iacobus cum eos sanctissimis admonitis instrueret, qui quadam inani fiducia elati fideles se nominabāt, & magnificè de sua fide sentiebant, operum excellentiam & necessitatem graui & diuina oratione exaggerat, & sine illis fidem esse mortuam ostendit. *Iacob. 2.17.*

Ad Philippens. ille idem religionis mystagogus stercora & detrimentum appellat quæ ante haustam Euangeli lucē in Iudaismo præstiterat. Ad Ephes. & Titum aliud nihil vult aut docet, quam gratiam & gloriam donari nobis à Christo Iesu, itaq; Mosaicæ legis opera fidentius deprimit & fidem in Dei Filium hominum Seruatorem prædicat. In Epist. ad Romanos gestientem quorundam hominum inanitatem coarguit, qui seipsos gloriose potius efferebant, quàm eum, qui dux & autor est primusq; impulsor opifexq; bonorum operum, in quo & per quem quidquid bonum est, honestum, gloriandum, subsistit, quiq; in nobis dona sua coronat, cum certum sit atq; perspicuum, omnia quæ in nobis sunt simpliciter & præcise nostra, colluuionem esse quandam, labem & imperfectionē, quidquid verò diuinitus in nobis & per nos efficitur, id mereri præmium amplissimum, quod inusitata beneuolentia pollicetur, & ad quod refert omnia illa opera siue illius dicam seu nostra. Sic cum iubet vt nos seruos inutiles & vilia mancipia existimemus, cum fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis, nobisq; persuadeamus, nihil aliud nos quàm quæ debuimus præstitisse, non ait vt elegantissimus respondet Chrysost. id se dictūrum, sed vt illud nos profiteamur: additq; non modo non opera nostra à iustissimo Deo repudiari, sed potius in Parabola de talentis exclamare Euge serue bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Voluit *Philip. 3.7. Ephes. 1 8. Tit. 3 8. Rom. 3.28. Luc. 17.10. Chrysost. hom. 3 in id Elatum est cor Ozia. Matth. 25.23.*

Digitized by Google

igitur animi demissionem & fructuosissimam humilitatem commendare, ne futile inanis gloriæ choragium vberem gratiæ fructum exinaniat, & meritorum florem infringat. Cuius rei suaui memoria excitatus D. Augustinus illa protulit, O magna bonitas Dei! cui cum pro conditione reddere debeamus obsequium, vtpote serui Domino, famuli Deo, subiecti potenti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, vt à nobis obsequia debitæ seruitutis extorqueat.

August. ser. 3. de verb. Domini.

Quis deinceps iure ac merito dicere audeat, hanc doctrinam exhaurire merita Christi atq; abiicere, cum potius excellenti quadam ratione illa eadem extollat, cum tribuat hominum Seruatori, non modo vim & dignitatem eripiendi nos à durissima seruitute, & ad beatorũ conditionem prouehendi, verum etiam largiendi hominibus potestatẽ, quã mereri ipsi & cum eo simul agere & moliri possimus? Agit enim nobiscum Deus, vt bonus & beneuolentissimus parens cum liberis, qui non modo eis bona facultatesq; suas, nomen, & rationes familiæ relinquit, verum etiam rectissimè instrui curat, & pulcherrimis vitæ institutis erudiri, tum ne in magna illa fortunæ abundantia insolescant, & improbè Genitoris patrimonio vtantur, tum vt eos legitimos hæredes, & tantæ copiæ dominos possessoresq; faciat. Quemadmodum igitur qui fructum prædicatione sua afficit, arborem laudat, quiq; palmitem præconio suo extollit, necesse est vitem concelebret: ita qui diuini Spiritus fructum, hoc est Sanctorum actiones merendi vi præditas commendat, summum illi honorem tribuit qui ait Ego sum vitis & vos palmites. Cumq; in laudabilium operum gestione nostra mente ac volũtate, libero arbitrio nostro, facultatibus functionibusq; naturæ vtitur, non id magis eius inobscurat potentiam & infinitam sapientiam imminuit, quàm cum in rebus quotidianis generãdis moderatorem luminis Solem adhibet, Lunam, Stellas, & secundarum omnium causarum vim & efficientiam. Atq; in hac re bono quasi in lumine collocata, fateri necesse est, eo nitere magis & efflorescere diuinas perfectiones, quo potentia solet illustrior & mirabilior videri, quæ per se perq; aliud rem gerit, quæq; non agit modo, sed vim quoq; efficiendi tribuit, quàm quæ nihil nisi per se atque in se ipsa moliri potest. Est etiam sapientia longè gloriosior, quæ plures causas in agendo mouet speciosissimo quodam ordine atq; nexu coniunctas: nobilior deniq; est bonitas & inusitatumq uendam amorem & admirationem conciliat, quæ diffundit se magis, atque larga & benigna communicatione ad plurimas creatas res pertinet. Tandem cum D. Augustino concludamus Deum Opt. Max. reddere mala pro malis, quia sit iustus, bona pro malis, quia bonus, bona pro bonis, quia bonus simul & iustus, nunquam verò mala pro bonis, quod iniustitiæ labe funestari nequeat.

Ioan. 15. 5. 6.

S. August. in Psalm. 118. concion. 7.

ILLI SOLI REGI OMNIVM SÆCVLORVM IMmortali honor & gloria.

FINIS.

INDEX

JNDEX CAPITVM ET LOCORVM *variorum huius Operis, è quibus responsiones peti possunt ad Quæsita Prædicantis Molinæi.*

NIHIL insolentius Hæresi, nihil iniustius, quæ cum noua & impia vexatione semper Ecclesiam Romanam perturbet, & ab ea fidei rationem identidem reposcat, nunquam tamen suam vicissim prodere vult, & opiniones suas nouas & inusitatas, vel quopiam saltem verisimilitudinis colore tinctas bono in lumine collocare. Et tametsi doctorum hominum sermonibus vrgeatur, id vt præstet, & mustea illa sua effata probet, hæret tamen tacita in gradu, & cum nequeat se suaque tueri, præsidiumque explicare suum, inuerecunda semper inuadit, & importuna leuis animi pertinacia vult lacessere. Hinc nimirum illæ fœdæ & pudendæ fugæ, cum erudito in cœtu est momentis rationum agendum, hinc veteratoriæ callidorum hominum simulationes & diuerticula, cum est scripto respondendum: Ex eodem ipso fonte Molinæi quæsita prodierunt, cum potius respondere ipse debuisset, qui non dubitauit sese Pastorem Ecclesiæ Parisiensis buccis tumentibus indigitare, cum sit nihil quàm Carentonii pagi Ministellus, & de grege nouitiorum vnus. Hic igitur ignobilis vici & obscuræ fidei Doctor, cum diuinæ Scripturæ subsidio vti nō posset, ad eas soluendas quæstiones, quas vndique magno iudicio & eruditione homines proposuerant, non putauit sese melius eam fatalem religioni suæ petitionem fallendo inobscurandoq; vitare, quàm si quæsita ipse adornaret, & velut Samnis de ludo batueret. Et quamuis hic illius agendi modus doli & fraudis malitiosæ plenissimus, responsionem nullam mereatur, & tanquam in via homo ignotus & contagione pollutus prætereundus sit, vt qui in ipsis de fide controuersiis formulam bonæ fidei eiuret atq; obiiciat: non defuerunt tamen clarissimorū virorum responsiones atque admonita quibus in hoc genere effusi hominis insolentia comprimeretur, eaq; in re tum R.P. Gonterius, tum sapientissimus Præses D. Angenoldus aliique elaborarunt. Cum quibus existimaui posse me beneuolentissimæ caritatis impulsu exiguas schedas adiungere, & experiri, an delectis huius operis locis ad Quæsita illius accommodatis, deuius à veritate possit in viam reuocari: singularis enim

me do-

igitur animi demissionem & fructuosissimam humilitatem commendare, ne futile inanis gloriæ choragium vberem gratiæ fructum exinaniat, & meritorum florem infringat. Cuius rei suaui memoria excitatus D. Augustinus illa protulit, O magna bonitas Dei! cui cum pro conditione reddere debeamus obsequium, vtpote serui Domino, famuli Deo, subiecti potenti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, vt à nobis obsequia debitæ seruitutis extorqueat.

August. ser. 3. de verb. Domini.

Quis deinceps iure ac merito dicere audeat, hanc doctrinam exhaurire merita Christi atq; abiicere, cum potius excellenti quadam ratione illa eadem extollat, cum tribuat hominum Seruatori, non modo vim & dignitatem eripiendi nos à durissima seruitute, & ad beatorũ conditionem prouehendi, verum etiam largiendi hominibus potestatẽ, quã mereri ipsi & cum eo simul agere & moliri possimus? Agit enim nobiscum Deus, vt bonus & beneuolentissimus parens cum liberis, qui non modo eis bona facultatesq; suas, nomen, & rationes familiæ relinquit, verum etiam rectissimè instrui curat, & pulcherrimis vitæ institutis erudiri, tum ne in magna illa fortunæ abundantia insolescant, & improbè Genitoris patrimonio vtantur, tum vt eos legitimos hæredes, & tantæ copiæ dominos possessoresq; faciat. Quemadmodum igitur qui fructum prædicatione sua afficit, arborem laudat, quiq; palmitem præconio suo extollit, necesse est vitem concelebret: ita qui diuini Spiritus fructum, hoc est Sanctorum actiones merendi vi præditas commendat, summum illi honorem tribuit qui ait Ego sum vitis & vos palmites. Cumq; in laudabilium operum gestione nostra mente ac volũtate, libero arbitrio nostro, facultatibus functionibusq; naturæ vtitur, non id magis eius inobscurat potentiam & infinitam sapientiam imminuit, quàm cum in rebus quotidianis generãdis moderatorem luminis Solem adhibet, Lunam, Stellas, & secundarum omnium causarum vim & efficientiam. Atq; in hac re bono quasi in lumine collocata, fateri necesse est, eo nitere magis & efflorescere diuinas perfectiones, quo potentia solet illustrior & mirabilior videri, quæ per se perq; aliud rem gerit, quæq; non agit modo, sed vim quoq; efficiendi tribuit, quàm quæ nihil nisi per se atque in se ipsa moliri potest. Est etiam sapientia longè gloriosior, quæ plures causas in agendo mouet speciosissimo quodam ordine atq; nexu coniunctas: nobilior deniq; est bonitas & inusitatumq uendam amorem & admirationem conciliat, quæ diffundit se magis, atque larga & benigna communicatione ad plurimas creatas res pertinet. Tandem cum D. Augustino concludamus Deum Opt. Max. reddere mala pro malis, quia sit iustus, bona pro malis, quia bonus, bona pro bonis, quia bonus simul & iustus, nunquam verò mala pro bonis, quod iniustitiæ labe funestari nequeat.

Ioan. 15. 5. 6.

S. August. in Psalm. 118. concion. 7.

ILLI SOLI REGI OMNIVM SÆCVLORVM IMmortali honor & gloria.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

JNDEX CAPITVM ET LOCORVM *variorum huius Operis, è quibus responsiones peti possunt ad Quæsita Prædicantis Molinæi.*

NIHIL insolentius Hæresi, nihil iniustius, quæ cum nota & impia vexatione semper Ecclesiam Romanam perturbet, & ab ea fidei rationem identidem reposcat, nunquam tamen suam vicissim prodere vult, & opiniones suas nouas & inusitatas, vel quopiam saltem verisimilitudinis colore tinctas bono in lumine collocare. Et tametsi doctorum hominum sermonibus vrgeatur, id vt præstet, & mustea illa sua effata probet, hæret tamen tacita in gradu, & cum nequeat se suaque tueri, præsidiumque explicare suum, inuerecunda semper inuadit, & importuna leuis animi pertinacia vult lacessere. Hinc nimirum illæ fœdæ & pudendæ fugæ, cum erudito in cœtu est momentis rationum agendum, hinc veteratoriæ callidorum hominum simulationes & diuerticula, cum est scripto respondendum: Ex eodem ipso fonte Molinæi quæsita prodierunt, cum potius respondere ipse debuisset, qui non dubitauit sese Pastorem Ecclesiæ Parisiensis buccis tumentibus indigitare, cum sit nihil quàm Carentonii pagi Ministellus, & de grege nouitiorum vnus. Hic igitur ignobilis vici & obscuræ fidei Doctor, cum diuinæ Scripturæ subsidio vti nō posset, ad eas soluendas quæstiones, quas vndique magno iudicio & eruditione homines proposuerant, non putauit sese melius eam fatalem religioni suæ petitionem fallendo inobscurandoq; vitare, quàm si quæsita ipse adornaret, & velut Samnis de ludo batueret. Et quamuis hic illius agendi modus doli & fraudis malitiosæ plenissimus, responsionem nullam mereatur, & tanquam in via homo ignotus & contagione pollutus prætereundus sit, vt qui in ipsis de fide controuersiis formulam bonæ fidei eiuret atq; obiiciat: non defuerunt tamen clarissimorū virorum responsiones atque admonita quibus in hoc genere effusi hominis insolentia comprimeretur, eaq; in re tum R. P. Gonterius, tum sapientissimus Præses D. Angenoldus aliique elaborarunt. Cum quibus existimaui posse me beneuolentissimæ caritatis impulsu exiguas schedas adiungere, & experiri, an delectis huius operis locis ad Quæsita illius accommodatis, deuius à veritate possit in viam reuocari: singularis enim me do-

me dolor angit, quod ingenium diuinitus illi tributum, ad Ecclesiam lacerandam & ad homines vanitatis aucupes irretiendos subornandosque inseruiat.

I. Qvæsitvm Molinæi.

AN doctrina Euangelii sufficiat ad salutem. An in nouo Testamento sit integrum Euangelium, aut si tantum pars vna reperiatur, vndenam petenda sit reliqua.

Responsio.

Fallax hæc est obscuraque petitio: nam si Prædicans vult & contendit Euangelium ita sufficere ad salutem, vt Mosis libros & Vatum prædictiones abiiciat, atque Veteris Testamenti vsum aspernandum in Ecclesia putet, eadem ipsum in classe collocabimus, cum Basilidianis, Marcionitis & Manichæis, & verò etiam cum Albigensibus, qui cum hæreticis nostri temporis plurimarum rerum communione & dictorum similitudine iunguntur. Rursum si Euangelii nomine doctrinam intelligit, quam Seruator noster in orbem terrarum inuexit, omnem illi dubitationem adimit S. Ioannes, cum docet, se non omnia monumentis suis prodidisse quæ Christus mirabili dicendi copia aperuerat: Atque hac quidem ratione, Epistolæ, & alia diuinorum Apostolorum scripta reiicerentur, si quis tantum Euangelii Commentarios admitteret. Quod si Apostolorum libri & eorum qui docentem in terris Deum audierunt, inter Euangelica scripta numerantur, necesse est vt videamus, an eorum omnia monumenta prodita literis extent adhuc in hac rerum vniuersitate, an alicubi delitescat Epistola D. Pauli ad Laodicenses, cuius meminit cap. vlt. Epist. ad Colossenses. Denique si hoc agit vt Traditiones & non scriptum Dei verbum ab Ecclesiæ gremio excutiat atque exterminet, reuocari ad moderationem poterit si legat attentius quod docetur cap. 34. lib. 2. pag. 333. 334. & præsertim 345. 346. Et quod ad libros illos attinet, quos Romanæ Ecclesiæ inimici apocryphos nominant, videatur cap. 24. pag. 318. & sequent.

II. Qvæsitvm Ministri.

Quando primum prohiberi id cœpit quod etiamnum vsurpatur ne quis laicus nisi potestate sibi facta diuinas Scripturas legat?

Responsio.

Hic calumnia cornua primum exerit sine fronte. Lubentes enim audiremus ab aduersario, si quos habeat huius criminis testes, quod nobis liberali maleuolentia impingit. Scribit etiam ad marginem reperiri hanc

Digitized by Google

hanc prohibitionem in Indice librorum prohibitorum iussu Concilii Tridetini adornato, Coloniæ cuso apud Cholinum autoritate Pii IIII. Et Clementis VIII. in quo tamen prohibetur nihil aliud, quàm quod Regula 4. continetur his verbis, Cum experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quàm vtilitatis oriri, hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur, vt cum consilio Parochi vel Confessarii, Bibliorum à Catholicis autoribus versorum Lectioné in vulgari lingua eis concedere possint. Hæc autem Regula non de laicis omnibus sine discrimine loquitur, neq; de omni genere Bibliorum, sed de iis tantum, quæ vernaculo sermone exprimuntur, quæ non passim conceduntur omnibus, sine Antistitis & Ecclesiæ moderatoris permissu, cuius proprium est versiones illas expendere. Nam quod attinet ad Hebraica Biblia, Græca & Latina, omni hominum generi & ordini permittuntur: vernacule scripta iustas ob causas vetantur, tum quod Hæretici more suo multa corruperint, tum propter vulgi ignorationem infirmitatemq; animi, cui tamen persuadere vult hæresis, posse omnes, sine vlla exceptione, diuinarum literarum intelligentiam consequi. Quod si fortè scire auet num sit nouum in Ecclesia non passim omnibus Sacrorum librorum lectionem permittere, digitum ad fontem intendet cap. 21. lib. 2. pag. 304. sed maximè D. Gregorii Nazianzeni ex Apologia testimonium pag. 304. 305. & laudata D. Hieronymi autoritas Præfat. in Ezechielem pag. 309. & seq.

III. Qvæsitvm.

An vllum in Scriptura diuina sit exemplum aut præceptum inuocandi Sanctos? Non petimus an orent pro fidelibus qui in terris morantur, sed vtrum ipsi fideles qui huius lucis vsura fruuntur Cœlites inuocare debeant, & vbinam hoc Deus præceperit.

Responsio.

Exemplum habemus clarum & perspicuum quod summi Numinis imperio nititur, ita enim tres Iobi amicos Deus affatur, Ite ad seruum meum Iob & orabit pro vobis. Ipsius Ministri quæsitorum copia luxuriantis esset ostendere, quo modo quamve ob causam maior Deo fieret iniuria cum D. Paulum aut alios cœlites inuocamus, quàm cum idem Ecclesiæ altor ædificatorque Apostolus sese precibus Romanorum, Ephesiorum & aliorum commendabat. Hanc verò doctrinam tum eruditissimi Augustini, tum aliorum Patrum grauis autoritas comprobat lib. 1. cap. 16. pag. 88. & sequ. vbi docetur quando id Deus Ecclesiæ voce præceperit, & quo modo id imperium sit intelligendum.

IV. Qvæsitvm.

Cum Rex iure offenderetur, si quis ab eo magnificum peteret munus, alterius cuiuspiam meritorum commemoratione gratiaque interposita, vnde in Ecclesia Romana tanta audacia, vt per Sanctorum merita salus à Deo incolumitasque petatur?

Responsio.

Nouus hic quæstionum opifex discere ex hoc libro poterit, quid ea de re sanctissimus Ambrosius censet, & quomodo serm.1. in Lucam eo cœlites honorandos reputat, quod sapientiæ fons Christus id protulerit, Qui vos audit me audit & qui vos spernit me spernit. Intelliget etiam qua ratione lux Africæ magnumq; decus orbis terrarum Augustinus lib. 20. contra Faustum festos dies martyribus consecratos comprobarit, vt insignium meritorũ simus participes: quonam modo Gangrense Concilium Can.20. dirum anathema in illos contorqueat, qui superbia inflati cœtus pios damnant, qui in honorem Martyrum fieri consueuerunt. Vide libr.1.cap.15.17.18.& 19.pag.82.93.95.98. & copiosius quæstione de Indulgentiis pag.756.& seq. item 501.& seq. Atque omnino fateantur omnes necesse est, nullum esse Regem aut Dynastam qui offendi merito queat, quod rogetur beneficiorum adhibita commemoratione quæ in quempiam contulerit, vt affinem illius, gratia & beneuolentia sua prosequatur. Quid igitur? an non affines imò fratres omnes sumus? an non Sanctorum communione perfruimur? merita Sanctorum nonne ab ipso Deo tanquam è proprio fonte redundant.

V. Qvæsitvm.

Quonam modo certi esse possimus beatissimam Virginem Mariam corpore simul animaq; in cœlos euectam, ibique cœli Reginam coronatam fuisse? nam cum eiusmodi in omnibus templis celebretur, cum ea passim opinione omnes imbuantur, certissimum quoddam eius rei testimonium reperiri necesse est.

Responsio.

Si quod olim perpetuam Dei Matris integritatem asserere noluissent, qua tamen perspicuum in diuinis Scripturis testimonium nullum est, hæretici communi orbis terræ iudicio declarati sunt Heluidiani, Antidicomarianitæ, & Pauliciani, vt primo lib.cap.8. pag.44. traditum est, & cap.11.pag.57. quid illis fiet, qui eandem credere nolũt in cœtum beatorum assumptam & splendidam gloriæ possessionem, quam totius Ecclesiæ fides asserit, & solenne piis religionibus eidem consecratur Idibus Augusti, quam astruit doctissimorum Patrum consensio, tum Græ-

corum

Digitized by Google

eorum tum Latinorum , quorum testimonia verè fideliterq; laudat vir eximia eruditione Canisius lib. 5. Marialis cap. 8. & Illustrissimus Baronius Annotationibus ad Romanum Martyrologium & in primo Annalium Tomo? Quod si prætereà hi nostri Commentarii & clarissimæ rationes illis hominibus satisfacere possunt, legant cap. 9. libr. 1. & præsertim à pag. 48. & sequ. vbi festum hunc diem aliosq; eius honori dicatos comprobatos reperient. De titulis verò Mediatricis & Reginæ quod proximè caput sequitur pag. 54. expresse & disertè prodit.

VI. Quæsitum.

An Cœlites qui gloria potiuntur, diuersis terrarum oris præfecti sunt, hic quidem Galliæ vt S. Dionysius, alter Hispaniæ, puta S. Iacobus, &c. quis igitur his muneribus eos ornauit, aut quando hæc primum inducta est opinio?

Responsio.

Quandoquidem dat & concedit Molinæus, fateri oportere Angelum Domini è regii Vatis sententia in circuitu timentium Dominum castra ponere, & vt mundi parens & liberator Christus Matthæi 18. pronunciauit, puerorũ infantium Angelos magni Parentis vultum intueri, non imparatus videtur ad sanctorum Patrum excipiendam doctrinam quam lib. 1. cap. 13. posuimus pag. 72. & seq. qui monēt quemlibet Christianum Angelo tutelari præditum & septum esse, præsertim cum Actor. 12. diuinissimi Petri custos Angelus prædicetur, & 2. Apocalyps. Ecclesiæ Smyrnæ, Pergami & Thyatiræ Angelos habeant suos, & apud mirificum Danielem cap. 10. Princeps regni Persarum Gabrieli resistat Hebræi populi Sospitatori, cui suppetias tulit fortis & inclytus bello Michael in cœlesti militia clarus & nobilis primipilus. Videbit quemadmodum S. Ambrosius lib. de Viduis nos magnopere cohortatur, vt Angelos oremus, quorum curæ prouidentiæq; sumus commissi, & Martyres piè inuocemus, *quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrociniũ vindicari*: quemadmodum item lib. 8. de curat. Græcan. affection. Theodoretus veteres Christianos affirmat in vicos pagos vrbes Martyrum exuuias partiri consueuisse, cum eos medicos animi salutares corporisque indigitarent, ϗ ὡς πολιούχους τιμῶσι ϗ φύλακας, atque vt seruatores custodesq; ciuitatum honorarent. Cæterum illa omnis felicium animorum in gentes prouinciasq; tributio, inde orta est, quod iis in oris vitæ vsuram primum illi exceperint, vel quod diutissimè in iisdem vitam egerint, aut sepulti fuerint, aut diuina prodigia & mirabilium rerum effectiones præstiterint, aut propter alias iustas & legitimas rationes, quæ suadeant, vt in aliquo certo & definito potius loco, quàm alibi, eorum opem & subsidium petamus. Denique an negare quis potest Numinis præsidium, tutelam, munificentiam ibi à nobis singulari pietate & reli-

gione peti posse, vbi haud dubiis argumentis vim suam & latè fusam beneuolentiam dignatur ostendere? Vide cap. de peregrinationibus lib.1.pag.129.

VII. QVÆSITVM.

Vtrum inuocatio Sanctorum necessaria sit ad salutem, & an Deum solum inuocando per Iesum Christum, felicitatem quis adipisci queat.

RESPONSIO.

Si Deum solum inuocare per Iesum Christum ita lubet, vt nulla fiat mentio Spiritus Sancti, erit sanè suspecta huiusmodi inuocatio, nec abhorrebit ab impia Macedonianorum opinione, & Eunomianorum flagitio. Præterea si Diuorum inuocatio eo repudietur, quod Numinis dignitati repugnare videatur, verendum est ne homines illi nimium religiosi ad sectatores Vigilantii, Catharorum & Waldensium aggregentur. At si ductum Catholicæ Ecclesiæ diuinumq; afflatum sequi placet, eius in docendo sapientia proditur cap.16.lib.1. pag.88.

VIII. QVÆSITVM.

An imperarit Deus vt peregrina lingua atque ignota quis eum oret, & quandonam id cœptum fieri.

RESPONSIO.

Si Quæsitor noster diligentius magni Pauli Epistolas peruolutasset, meminisset 1. ad Corinthios cap.14.poni, Orabo spiritu orabo & mente, & cum quis ignota lingua precatur, orare quidem spiritum, mentem autem sine fructu esse. Itaque ex veterum Patrum sententia eum summi Doctoris locum exponentium, D.Paulus non aspernatur aut reiicit eorum hominum pietatem qui linguarum dono atque munere prædi fuissent, qui Deum hymnis & ignota cæteris oratione laudantes prosequerentur, quamq; illi ipsi diuinitus impulsi minus intelligerent, quanquam prophetiæ donum & interpretationis, linguarum dono præferendum censeat. Cæterum si Molinæus Christianos omnes cœtus obligare nititur, vt publicas Ecclesiæ precationes vernacula quique lingua & cuiusque propria gentis prouinciæque obeant, consulat rationes atque testimonia clarissima quæ consignata à nobis sunt libr. 2. cap. 20. pag.300.

IX. QVÆSITVM.

Num in diuinis Scripturis sit præceptum vllum aut exemplum, diuinitatis imaginem, Triadisque sanctæ, collocandi in Templis, picturis aut so-

Digitized by Google

aut solida materia expressam. Cum Deus Deuteronomii 4. prohibuerit vers. 15. &c.

RESPONSIO.

Sæpe iam responsum fuit haud esse Catholicorum mentem essentiæ diuinissimæ Triadis effigiem, aut æterni Genitoris imitamentum moliri, sed tantum Abrahami, Isaiæ, Danielis clarissimorum Vatum exprimere visiones, cum antiquus dierum sese videndum hominibus concedebat. Quid verò? an non Ministri Geneuensis Synagogæ fas & pium existimarunt, Dei in sublimi solio considentis imaginem quam Propheta Ezechiel olim vidit efformare, quæ in Bibliis cernitur ab Henrico Stephano cusis anno 1565? Vide quæ vberius disseruntur cap. 22. libr. 1. pag. 105.

X. QVÆSITVM.

Vtrum in diuina pagina contineatur vllum numinis imperium aut exemplum sese ad terram abiiciendi coram imaginibus Sanctorum, easque osculandi, ornandi, thure & lumine cohonestandi, &c.

RESPONSIO.

Ita semper sua fundit Molinæus, quasi nihil esset agendum, quàm quod imperatur: Poterit autem facilè intelligere ex primo libro cap. 22. pag. 105. cum Hebræi legis tabulas, duosve Cherubinos auro insignes incredibili demissione venerabantur, eum cultum lapide aut metallo definitum & terminatum non fuisse, sed relatum in Deum, qui sculpi & strui imperauerat. Et ex pag. 115. Caluinum ipsum in Psal. 105. agnouisse Dei pollentis imaginem in arca fœderis, quæ caprinis pellibus obtegebatur, quamque identidem adscititio splendore lucis & thure honorabant: Atqui perspicuum est præceptum de Arca veneranda Psalm. 98. *Adorate scabellum pedum eius*, hoc est Arcam: ita quidem eximius Dauid interpretatur 1. Paralipom. cap. 28. quod idem fatentur Autores Annotationum ad Biblia Geneuensia impressa anno 1565. & 1588. eamque adorationem Iudæi incredibili studio præstiterunt, ab ortu Solis ad vesperam; Iosue cap. 7. aliisque in locis. Itaq; se omnium irrisioni ludendum noster hic bellus quæstionum artifex proposuit, cum in Apologia sua contra Missam fol. 264. expositionem D. Augustini reprehendit docentis id scabellum esse carnem Christi, quæ in Eucharistia adorari debeat, vti grauissimum illum Doctorem ingenii lumen & præstantis eruditionis, lapsum esse contendit Hebrææ linguæ ignoratione. Qua in re gloriosus Minister vtriusq; linguæ inscientem & cœcum audacia se ipse declarat, cum inficiatur verbum שחה schacah nomini iunctum & articulo dandi casus, vt hic lahadom להדום significare *adorare* aut *prosternere se* honoris causa & reuerentiæ. Id si verum esset, nulla foret loquendi ratio in

diuinis Commentariis, qua impius idolorum cultus prohiberetur, cum Exodi 20. vers. 5. non alia sit, quàm hæc ipsa locutio cum dicitur, Non adorabis ea neque coles, adeo vt procumbere ante idolum, illudq; adorare, idem planè sit, cumque in Scripturis sacris de Numine adorando præceptum ponitur, eadem adhibetur phrasis, eadem orationis structura & conglutinatio. Quare quemadmodum septuaginta Interpretes in hoc eodem Psalmo dixerunt προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ, Adorate scabellum, ita in Exodo verterunt οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, Non adorabis ea, non autem οὐ προσκυνήσεις αὐτὰ vt Molinæus homo minimè malus dicendũ existimaret ad significandam adorationem, qui iactat non esse in Psalm. 98. τὸ ὑποπόδιον, sed τῷ ὑποποδίῳ, cum vel ipsis Grammaticæ principiis atque Lexico discere potuisset τὸ προσκυνεῖν cum vtroque casu connecti. Enimuerò nunquamne legit Matthæi 2. vers. 2. ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ Venimus adorare eum: & Ioan. 4. 23. προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ Adorabunt Patrem? Omnino paratior esse debuit & Græcæ linguæ copia instructior, vt iure obiicere posse doctissimo Augustino videatur ignorationem eius linguæ, quemadmodum & Iesuitis, quos ait è Græcorum fontibus haurire minimè consueuisse, cum abdita Philosophiæ arcana doctrinamque Sapientum patefaciunt. Sed homini tamen superbiloquentia inflato bonum pro malo reponamus, remittamusque ad caput 20. primi libri, vbi copiose disputatur de corporis inflectione, abiectione, & procumbendi modo quæ tacitæ reuerentiæ & honoris sunt argumenta: pandamus item cap. 22. eiusdem libri pag. 105.

XI. Quæsitum.

An crux eodem quo Deus ipse cultu sit adoranda vt Thomas 3. part. docet quæst. 25. & in eum locum Cardinalis Caietanus aliique plurimi Ecclesiæ Romanæ Doctores. Et cum lignum affatur Sacerdos in hunc modum, Aue lignum triumphale, num stipes quod dicitur intelligat, &c. necesse igitur est vt lignum cui ad honorem Christi verba fiunt, quæ dicuntur percipiat.

Responsio.

Vt dignum sit patella operculum, & aptè ad hanc ineptam & fatuam quæstionem respondeatur, necesse foret vicissim Inquisitorem ipsum rogare, si cum tres illi mirabili animi constantia adolescentes, in fornacem Babylonicam iniecti, in Cantico suo ponerent, Benedicite omnes volucres cœli Domino, benedicite omnes bestiæ & pecora Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula, auiculas ipsas & brutas animantes non compellabant: quî verò necesse fuisse diceret, vt pecora ea ipsa quæ dicerentur intelligerent, an non dignus putandus esset, quem iure ac merito in pecudum numerum adscriberemus?

Quod

Quod attinet ad honorem Crucis & religionem, quamuis sit in Doctorum opinionibus varietas grauissimi & sanctissimi Thomæ Aquinatis est sententia, eum Latriæ honorem esse, hoc est Numini debitam adorationem. Alii verò existimant inferiorem quendã esse cultum, quàm qui Seruatori in cruce fixo tribuatur. Omnes tamen quamuis dissimilis sit loquendi ratio consentiunt, cum agnoscunt, si rem ad viuum resecemus, in Ecclesia vni Trinitati latriæ honorem adiungi, vt exponitur 19. cap. libri primi pag. 98. & seq. quod piè congruit cum doctrina sanctisq; admonitis Nicæni Concilii 2. atque adeo crucis vim omnem atque efficientiam ab ipso crucifixo pendere, in eumq; esse referendam, vt etiam copiose explicatur cap. 40. lib. 2. pag. 365. Cæterum cum Doctores Catholici tuentur atque defendunt, imagines eodem cultu venerandas esse, quo ille ipse quem exprimunt, eo recidit omnis omnium disputatio, vt fateantur, esse adorationem impropriam, siue adorationem per accidens: quam in rem vestium similitudinem adhibent regiiq; ornatus, cui eodem tempore cum quis summo Dynastæ accidit ad genua, honos defertur. Hoc item ipsum est quod communi sententiarum conspiratione aiunt, adorationem esse relatiuam non absolutam, vbi res quæpiam adoratur, non prout talis quædam res est, sed quatenus aliud exprimit & repræsentat. Vide pag. 372. & seq.

XII. & XIII. Quæsita.

Vtrum Christus ea pertulerit quibus animas à purgantis flammæ acerbitate vindicare posset? quod si satis ipse fecit & persoluit cumulatissimè, cur iam noua solutio quæritur? cur diuinæ iustitiæ satisfiat, cui satisfactum iam est? &c. Cur verò non statim inde eripiuntur, sed multos annos in pœna supplicioque hærent?

Responsio.

Non tam de soluenda agitur, quàm de applicanda solutione demortuis & satisfactione liberatoris nostri admouenda. Quare doctrina de Purgatorio nullo modo repugnat expiationi, quam innocentis Agni cruor pretio & dignitate infinitus attulit, neque illius splendorem imminuit magis, quàm præceptum de sancta eluuione adhibenda, aut baptismo pœnitentiæ, tametsi vindex hominum Deus pro nobis fecerit satis & debita persoluerit: qua de re fuse cap. 1. libr. 3. pag. 746. Nam quemadmodum Deus Opt. Max. in huius vitæ angustiis & colluuione, ad meritam pœnam subeundam nos relinquit, & ad fructus passionis Filii sui percipiendos, communione Sacramentorum, & laudabilium operum adiunctione: sic diutius quosdam in Purgatorio esse permittit, cuius loci magna & incredibilis asperitas, ex iis pœnis facile intelligitur, quæ olim ad diuturnum tempus imponebantur iis, qui sceleri se vitioq;

dedi-

dedidissent. De quibus copiose disputatum est lib. 4. cap. 7. & 8. à pag. 769. vsque ad pag. 773.

XIV. QVÆSITVM.

Item cum cæteri religiosi hac quidem tempestate præ Iesuitis nihil esse videantur, vndenam fit vt priuilegiis longe inferiores sint Carmelitis aliisque ad animas è Purgatorio eruendas?

RESPONSIO.

Inconsiderata hæc petitio est iudiciiq; vacua: neque enim à Iesuita quærendum est cur sanctissimi ærarii quæstor summus Pontifex, nõ tot priuilegiis societatem eius prosequatur, quot alios ante ordines insigniuit: multò verò minus ad circunforaneum Ministrum spectat, rationem liberalitatis munificentiæq; suæ repetere ab Ecclesiæ vniuersæ gubernatore: sicut nec ementitum Carentonii vici Pastorem deceret à Rege Britanniæ quærere, cur nolit eam pecuniam quæ à Ministris Puritanis Caluinistisq; Scotiæ exprimitur, eo quo superiorib. temporibus priuilegio gaudere cum nondum eo in regno Episcopi renunciati forent iisdemq; præfecti?

XV. QVÆSITVM.

Cum Romana Ecclesia doceat Purgatorium vsq; ad extremi tantum iudicii diem futurum, vnde sequitur neminem è fidelibus qui tum vita potientur eas pœnas aditurum, quærimus cur ab iis diuini Numinis iustitia nullam purgantis ignis satisfactionẽ repetat? An non male cum illo agitur qui iam vitam cum morte cõmutat, & in Purgatorium compingitur ad multos annos, quod non potius eo vltimo sæculo in vitam venerit? Nam tametsi grauiores pœnas acerbioresq; mereretur, nullas tamen Purgatorii flammas exciperet.

RESPONSIO.

Vide quod docetur cap. 7. 4. lib, pag. 769. de Indulgentiis mortuorũ causa concessis, & quomodo vltima illa pereuntis mundi tempestate diuina vis & potestas exigui temporis pœnam, aucta & amplificata acerbitate, æquare potest longissimo supplicio quod merita intercapedine pendi nequit. Cęterum haud æquior ista est obiectio, quàm eorum querela hominum foret, qui primi parentis æuo, sceleribus suis astricti mortem oppetiuerunt, & iam quinque sex ve annorum millibus Inferorum incendio cruciantur, quod euenire possit vt in magno illo iudicii die plures sint omnium scelerum contagione polluti, qui longè asperiores pœnas sint commeriti, neque tamen obnoxii futuri tot annorum supplicio, qui iam sęculorum continua successione pręterierunt.

Digitized by Google

XVI. Quæsitum.

Cùm asserat Ecclesia Romana infantes pueros qui recens à baptismo intereunt, ad gloriam rectà contendere, cur Sacerdotes pro iis sacrificaturi nummos accipiunt? &c.

Responsio.

Fit iustissimo Dei iudicio vt qui vix adduci possunt vt diuinæ veritati fidem adhibeant, iidem incredibili leuitate hominum mendacio calumniæque adhęrescant. Neque enim vbiuis terrarum quam latè patet Ecclesiæ dominatus, reperietur, diuinam liturgiam pro huiusmodi puerulis celebrari solitam, qui vulgo terræ ita mandantur, vt qui adsunt Dei laudes pio Psalmorum concentu prædicent proque parentibus eius animulæ quæ ad sedes beatorum euolauit, Numini preces fundant. Noster igitur Quęsitorum molitor, melius posthac in rei veritatem inquirat.

XVII. Quæsitum.

Item explicetur nobis vtrum in Scripturis diuinis vllum sit imperium quo prohibeatur diebus Veneris & Sabbathi carnibus vesci, præsertim cum vitæ nostræ parens Christus die Veneris Agnum comederit, & disertè Gentium Doctor S. Paulus 1. ad Corinthios 10. velit vt cum ab Infidelibus inuitamur ad conuiuium omnia manducemus quæ apponuntur, nihil inquirentes propter conscientiam.

Responsio.

Idem ipse diuinæ mentis internuncius D. Paulus scribens ad Romanos, bonum esse ait, non edere carnes, neque bibere vinum, aut aliud quidpiam exequi, quod cęteris offensionem pariat: Iure autem nos offendimur, quod ii qui se pietatē instaurare gloriantur, Ecclesiæ decreta & sanctissimas leges non obseruent, qui eo ipso Aerium Ecclesię perduellem & Waldenses imitātur fœdæ voluptatis aucupes abdominisq; farti mancipia, vt legi poterit cap. 35. & 36. lib. 2. pag. 340. 350. Cęterum dum hos carnifices lautos & opimos tueri vult Inquisitor, pulpa ipse videtur factus qui putet consuetum & solennem diem quo Seruator hominum Christus Agnum Paschalem ederit, Veneris fuisse diem, qua in re bis imprudentia & fœda inscitia labitur: nam disertè Euangelii Scriptor fuisse diem Iouis significat, cum nimirum qui præcessit eius fatum acerbum & luctuosum, quo simul cum discipulis suis Agnum esitauit, consequenti verò die qui Parasceue dicebatur & Sabbatum antecedebat sublatus in crucem fuit. Deinde quamuis eo anno die Veneris Pascha comedisset, non is tamen fuisset ordinarius dies atque status, cum

annis singulis ea celebritas diei ratione variaret, prout decimus quartus mensis primi Nisan in annuam Romanorum descriptionem quæ ad Solis cursum accommodata fuit incideret, lunaris enim Iudæorum annus fuit, vt Molinæus in his rebus hospes & peregrinus, vel à Theodoro Beza potuit addiscere in Matth. cap. 26. v. 17. Decimus quartus mensis Nisan, inquit, eo anno fuit Iudæis quinta Sabbathi siue hebdomadis, nobis autem quarta feria (quintam debuit dicere) siue dies Iouis, quo desinente comedendus erat Agnus ex legis præscripto. Sed noster quidem Molinæus subtiles illas de Astrologia quæstiones non vehementer amat, & cœli palatium deferens, quæ ad palatum sunt longè felicius studiosiusque rimatur.

XVIII. Qvæsitvm.

Ostendatur etiam nobis vbinam Deus Episcopos & Presbyteros vetuerit matrimonii societatem inire: & cum Paulus ad Timotheum scriberet Episcopum irreprehensibilem esse debere vnius vxoris virum, num ea lex de cœlibe vita iam in vsu foret.

Responsio.

Magnus Augustinus priori huius petitionis parti respondet, Coniugium ille prohibet qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius anteponit. Vide locum adductum pag. 548. libr. 3. cap. 18. Posteriori D. Ambrosius satis facit, aitque iis Apostoli verbis Antistitem minimè inuitari vt liberos procreet in Sacerdotio. Vide grauissimi Doctoris sententiam & Patrum aliorum testimonia laudata pag. 518. 519. & solido capit. 17. l. 3. Ex tertio verò Canone Concilii Nicæni pag. 184. cœlibatus Ecclesiastici antiquitatem potes intelligere.

XIX. Qvæsitvm.

Vbi Christus Iesus imperauit vt in sacrificium propitiatorium offerretur pro viuis mortuisque. Et quoniam Sacerdotum ea vocatio est vt ad Christum sacrificandum legitimè constituantur, vbi eorum missio? &c.

Responsio.

Cum Christus sio affatus Apostolos suos est Luc. 22. 19. Hoc facite, id iussit eos agere, quod Ecclesiæ mens in Conciliis œcumenicis aggregatæ, quod Sancti Patres religionis magistri & legitimi interpretes Scripturarum, sacrificium propitiatorium esse docent, vt Quæsitorum machinator facile addiscet ex cap. 50. lib. 3. pag. 665. præsertim verò ex D. Irenæo pag. 668. & seq. qui monet Christum Dominũ cum diceret Hoc est cor-

est corpus meum, nouam nos oblationem docuisse noui Testamenti. Concilium item Nicænum quod non inuitus Caluinus adprobat & agnoscit, canon. 18. declarat, posse Presbyteros offerre corpus Christi Iesu. Disertius verò Ephesinum id vocat λατρείαν ἀναίμακτον *sacrificium incruentum*. In Epistola S. Cyrilli & Alexandrini Concilii, Ephesini œcumenici consensione approbata pag. 80. Commelianæ Editionis & in expositione vndecimi Anathematismi, eiusdem autoritate Concilii confirmata nominatur ζωοποιὸς καὶ ἀναίμακτος θυσία *viuificum & incruentum sacrificium*, quæ loca duo laudantur, primus quidem ab eruditissimo Cardinali Bellarmino lib. 2. cap. 25. de Eucharistia, alter verò ab Illustrissimo Cardinali Perronio in refutatione commentitii scripti, quo disputatio ad fontem Ebladum instituta continebatur fol. 161. Quibus duobus locis Inquisitor noster sese opposuit, & insolenti animi confidentia impudentiq; calumnia contendit vtrumq; suppostitium, fictum & inanem esse, quamuis non modo in editione Græca, verum etiam in Coloniensi ab ipso hæretico adducta, iisdem verbis contineantur, quibus amplissimi illi Patres purpuræ lumina citauerant. Vide pag. 655. & seq.

XX. QVÆSITVM.

Vtrum Christus vel Apostoli cœnam vnquam celebrarint nisi multitudine communicante, & quis priuatam Missam primus instituerit, &c.

RESPONSIO.

Satis huic quæstioni factum est cap. 55. lib. 3. pag. 691. & 56. pag. 696. & sequ. Quod si fortè obiiciant aduersarii nimis priuatam nos Eucharistiam reddere, vicissim opponemus nimis restrictè & malignè ab iisdē ad solos populi cœtus eandem arctari: libenterq; intelligeremus, quis de illorum grege primus deferri Cœnam ad ægros vetuerit, cum primis efflorescentis Ecclesiæ temporibus id religiosissimè fieret, & maximè D. Iustini martyris æuo, vt ipse Apologia 2. ad Imperatorem Antoninum per Diaconos fieri consueuisse testatur. Porrò maledictum est ieiuni animi maleuolentia fusum, esse quædam sacra ad res perditas recuperandas instituta, nisi fortè ad deuias animas ad parentem omnium Deū reuocandas; Cumque inter sacrificandum preces Numini deferuntur pro terræ frugibus, & eorum quibus aluntur homines vbertate & copia; vel vt Deus omni ratione placatus iram à nobis suam, morbum, vastitatem, pestilentiamq; auertat, id fit quod Hierosolymitanus Cyrillus vir excellenti sapientia & religione faciendum monuit, in Catechesibus mystagogicis laudatis à nobis pag. 669. idque ipsum est maximè rationi conueniens, nec alienum à consilio Apostolorum, cum precibus à pollenti Magistro petierunt, vt in fœda & periculosa tempestate eius præsidio salui esse possent. Matth. 8.

Digitized by Google

XXI. QVÆSITVM.

Vndenam fit, vt anniuersaria sacra quæ pro vita functis obeuntur, eorum tantum gratia fiant, qui Ecclesiæ benigne fecerunt, in eamque fuerunt liberales: & Ordinum Mendicantium viri, nec extremo fato intersint, aut pompæ funebri opificum, & eorum qui summa inopia conflictantur?

RESPONSIO.

Tam inepta tamque absurda illa est petitio, quam si quis rogaret, cur enimuerò fiat, vt nullis opibus ac facultatibus præditi regnum cœlorum adipisci nequeant, multa & magna liberalissimè conferendo, nec patrimonium suum vendere, vt donaria inferre in templum possint, & in cœlis thesaurum extruere: nam annua quidem sacra fundare, pro mortualibus opes erogare suas, nihil est aliud, quàm annuos prouentus instituere ad pias sportulas & Clericorum alimoniam, aut eorum religiosorum, qui in summa inopia consenescunt, qui sanè ad pauperum exequias itant cum vocantur, seu collatitiam capiant stipem, seu non capiant.

Sed quid agimus? An negandum Apostolo videatur, licere iis, qui Euangelio seruiunt, de Euangelio viuere?

XXII. QVÆSITVM.

Age verò dicatur num Sacerdos qui sacris operatur rem eandē frangat quam in Cœna Christus fregit, quia vt perspicuè Euangelii Scriptores produnt, illa in partes diuisio ante mystica verba quæ vim habent consecrandi à Christo fuit adhibita, inde sequi necesse est vt panem tantum fregerit, &c.

RESPONSIO.

Hodie delectus & apparatio quæ præcedit, fitq; in sacrario, aut ad aram, respondet illi fractioni panis, quam mundi Seruator adhibuit: at quæ fit à Sacerdote operante, externas modò species attingit, quamuis certa quadam proprietatum communione id etiam ab eloquentissimo Chrysostomo, inumbrato speciebus corpori tribuatur. Sed de his est vberius explicatum cap. 49. lib. 3. pag. 655.

XXIII. QVÆSITVM.

Et quoniam omne opprobrium & contumelia quam Christus Iesus in huius vitæ asperitate exorbuit, ei contigit salutis hominum causa: rogare lubet quid tandem ad salutē nostram id opprobrium attineat quo Doctores Canonesq; Ecclesiæ Romanæ aiunt Christi corpus à muribus atq; vermiculis consumi, cum iam gloria patiatur?

RESPON-

Digitized by Google

RESPONSIO.

Vt diuinitas liberatoris nostri minimè iis vulneribus offendebatur, quæ ipsius excipiebat humanitas, sic eiusdem Filii Dei, quod immortala nunc est & nullis perpessionibus obnoxium, illis iniuriis non læditur, quæ candori fiunt, rotunditati, sapori, aliisque accidentibus sub quibus in sanctissima Eucharistia continetur. Et eadem ipsa charitas, qua impellebatur ad fatum, & vix patibiles animi corporisque dolores, dum mortali vita fruebatur, illum retinet in hoc Sacramento incolumem, quod pignus & monumentum eorum est, quæ olim in cruce dictu grauia atrociaque pertulit: & eius mors in eodem annunciatur, vt autor est sanctissimus Paulus quoadusque adueniat. Cæterum Ecclesiæ Doctores nec tam plumbei sunt, nec tam pingui Minerua loquuntur, quàm hæreticus Minister, sed dicunt quod est verissimum, corpus Christi eo omni in loco reperiri vbi est hostia consecrata, illudque semper & sine vllo exitio comitari Sacramenti species donec corrumpantur: & Caluinus ipse qui impium erroris fontem aperuit, non negat tamen vbi signum visibile est, ibi quoque rem inuisibilem consistere, potius carpit & insectatur eos qui nudum tantum & inane signum esse putant. Sanctissimus autem Cyrillus quem pag. 641. & sequent. laudauimus fatuos appellat eos & vacuos ratione qui existimant consecratam hostiam perdere benedictionem suam posse, quod in diem crastinum reseruetur, aitque non desinere esse corpus Christi. Quod si vel naturæ corruptione, aut aduentitiæ rei incommodo eueniat, vt deuoretur à belluis, nullum tamen Filio Dei opprobrium, aut contumelia inde generatur, cuius corpus pati nihil potest, haud certè magis quàm cum permisit vt à funesto impioque Iuda in vltima cœna caperetur, quod doctissimus Augustinus in Psalm. 110 asserit: eo ipso mirabilem suam & inusitatam in patiendo humanitatem ostendens, vt cum siuit Nouatores haud ferenda impietate atque audacia furentes, hostiam in flammas aut in os belluarum abiicere, non secus ac olim factum à Donatistis Optatus scribit Mileuitanus lib. 2. in Parmenionem. Lege sis admirabilia Eucharistiæ cap. 47. lib. 3. pag. 653. & quod dictum in Præfatione fuit de voluntaria Hæreticorum offensione. Enimuerò corrigenda imaginatio hic est, & in memoriam reuocandum, nihil esse præter peccatum quod displiceat Deo, non brutarum animantium ventres, non abdomen hominum, in quibus vt in aliis rebus omnibus diuina mens reperitur, tum essentiæ suæ ratione totum occupando, præsentiæ vi, peruidendo, admirabili sua potentia operando. Omnis igitur hac in re indignitas in scelere versatur impioque eorum sacrilegio, qui inexpiabili malitia aut negligentia & contemptione, augustissimum Sacramentum contumeliosius tractant: quo refertur etiam eorum insolens contumacia, qui aspectu & luminum imbecillitate huius mysterii veritatẽ metiuntur, quam sensibus duntaxat suis, non Verbi Dei ductu & auspiciis cõplecti volũt.

XXIV. Qvæsitvm.

Cur cum Apostoli non adorarint, quod in Eucharistia mundi Seruator illis tribuebat, cumq; ipse Christus sacrificii nullam mentionem fecerit, hostiam non altè extulerit, omnibus qui tum adfuerunt communionem sit impertitus, vsus quoque sit communi lingua & nota omnibus; hac tempestate contraria omnia fiant à Sacerdote?

Responsio.

S. Augustinus fortissimus Ecclesiæ bellator Inquisitori nostro se opponit ita scribens in Psalm. 98. Nemo illam carnem manducat nisi prius adorauerit. Et quidem idem ipse Molinæus Minister tanti viri autoritate coactus, suo in libro contra sanctam Eucharistiam pag. 244. fatetur carnem Christi adorandam esse in Eucharistia: cur iam igitur culpæ vitioque dat Sacerdotibus quod Eucharistiam venerentur? id autem omnium Patrum consensione & testimonio comprobatū videre est cap. 45. lib. 3. pag. 637. & seq. Quod attinet ad sacrificium, vberrimè disputatur cap. 50. eiusdē lib. pag. 665. Et de hostiæ eleuatione cap. 49. pag. 671. ex Anastasii grauissimo testimonio: & concludi hoc etiam argumento clarè potest, Quisquis de victima loquitur pro peccatis oblata, de sacrificio loquitur etiam ad propitiandum accommodato: atqui parens nostræ salutis Christus in Eucharistiæ institutione, de corpore suo tradito locutus est & cruore fuso pro peccatis: locutus igitur est de sacrificio & quidem propitiatorio in Eucharistiæ institutione. De lingua & idiomate quo legi diuina Scriptura debet tum in augustis mysteriis tum in populi cœtu atque frequentia, vide cap. 19. & 20. libr. 2. pag. 295. & 300. Adiungi quoque his potest Britannici Regis testimonium vt sit pignus animi grati optimæq; voluntatis in Ministrum ob id studium quo nuper transmarinam eius doctrinam & libellum defendit: Ille igitur multæ lectionis princeps in Collatione Heptoncurtiana anno 1604. cuius Acta typis sunt Londini mandata à Roberto Barkero, & Parisiis à Ioanne Richer 1605. clara voce sic vt omnes intelligerent pronunciauit Nulla quidem se vidisse Biblia probe & commode vernacule reddita, quæ verò Geneua prodiissent omnium esse deterrima. Cæterum quis nouo huic Ministro significauit nullam præstitam ab Apostolis intimam animi venerationem cum Seruator illa protulit, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum? & tametsi illum cultum non adhibuissent, indene sequeretur Christum illis corpus suum non tradidisse? Apostoli assiduissime cum Magistro versabantur suo, & agebant cum eo familiariter, sine cultu adorationis eximiiq; honoris: neque tum igitur Deus fuit? aut Apostoli filium esse Dei non credebant? quis ineptam & absurdam consecutionem non intelligit animoq; aspernatur? Verum enimuerò quandoquidem prouocamur nō ad id modo quod egit Chri-

stus

Digitized by Google

ſtus, ſed etiam ad modum & circunſtantias temporis, loci, perſonarum, qui fit vt cum principes religionis Apoſtoli in Azymis communionem perceperint, veſperi, ſedentes, poſt cœnam, in Conclaui, vbi neq; mulieres fuerunt neq; pueri; Nouatores qui reformationem puram & putam crepant, Cœnam ſuam faciant in fermentato pane, cum prima luce, ieiuni, ſtantes, in Templo ſeu nubilario, in frequenti cœtu non modo hominum, verum & mulierum atq; puſionum: & cum dux vitæ noſtræ Chriſtus Syra lingua ſit locutus, cur illi Anglice, Germanice aut Gallice immurmurant & inaudita maioribus noſtris ratione garriunt?

XXV. Qvæsitvm.

Et quoniam Chriſti corpus Euchariſtiam celebrantis erat imbecillũ, doloribus obnoxium & mortale, id autem corpus quod ab illo Apoſtoli capiebant nihil pati aut acerbi quidpiam ſuſtinere poterat, vt Aduerſarii noſtri docent, clare nobis explicari velimus, vtrum hæc opinio ad veri ſimilitudinem accedere videatur, quæ Seruatori vno & eodẽ tempore corpora duo attribuit naturæ varietate contraria, aut ſaltem vnum ſibi ipſi repugnans & aduerſum.

Responsio.

Si Miniſter Molinæus aliquid temporis Scholaſticæ tribuiſſet, ſi veriſſimam illam Theologiam vel ſaltem à primo limine ſalutauiſſet, omnino caperet quod poſitum à nobis fuit cap. 6. primi lib. pag. 22. & ſeq. & probe intelligeret Chriſtum Dominum vt viatorem & adhuc in huius vitæ mæandris hærentem, corpore fuiſſe præditum noſtris ſimillimo ſi labem excipias & ſcelerum contaminationem: vt comprehenſorem verò & gloriæ muneribus ornatum, qualitates habuiſſe corporis felicitate cumulati, non quidem in actu exercito vt eruditiſſimæ Scholæ loquuntur, ſed poteſtate: & quod ad primam impaſſibilitatis dotem attinet, eam oſtendit in Euchariſtiæ inſtitutione, cum corpus ſuum tum mortale, immortalium rerum modo & ratione diſtribuit. Pag. 415. oſtenditur Filii Dei corpus noſtris quidem antecelluiſſe plurimum, ſic tamen vt de naturæ proprietatibus, quæ ſunt nobis cum illo communes, nihil deperderet. Inſcientis igitur eſt, & hominis in Theologia plumbei, exiſtimare, duo corpora ſimul Chriſto attribui, quæ contrariæ repugnantiſque ſint naturæ.

XXVI Qvæsitvm.

Quandoquidem paulò poſt quàm Apoſtoli Sacramentum ſtomachio ſuo excepiſſent, mundi Liberator ſanguineo ſudore perfuſus, captus, ſumma crudelitate verberatus fuit, &c. Quærimus an corpus illud Ser-

lud Seruatoris quod in stomacho Apostolorum fuit, sanguine madeſcret, caperetur, impiorum hominum contumelia pulsaretur, &c.

RESPONSIO.

Quod ad corporis essentiam pertinet, locorum sanè multiplicationem sequitur, non autem actiones quæ respondent loco: itaq; sudans ipsum corpus atq; virgis summa immanitate pulsatum in stomacho Apostolorum fuisset, non autem stillans ipse cruor, nec verberatio, multo minus barbari ipsi milites qui verberabant. Cæterum Minister qui se toties bonarum artium ieiunum & imprimis Theologiæ imperitū ostendit, discat necesse est à doctissimis Patribus antiquitatis quos cap.4.primi lib.pag.15.laudauimus, immensam infinitamq; Dei potentiam posse efficere vt vtrum corpus sit in multis locis, sine vllo propriæ naturæ exitio: Et ex cap.46.lib.3.pag.640.locum non ingredi corporis essentiam, & corpus posse esse corpus sine loco vllo definiente, & quædam alia huiusmodi, quorum ignoratione, Ministri mens tot absurdas & fatuas questiones ebullit, quæ prauitatem opinionū atq; hæresim eo liquidius insinuant, quo sensibus omnes & humanæ mentis imbecillitate nituntur.

XXVII. QVÆSITVM.

Quonam modo conuenire potest quod Ecclesia Romana docet, in manibus Sacerdotis esse rotunditatem, nihil autem rotundum, esse colorem, nullum autem coloratum. Et quidem si hostia consecrata est corpus Christi, probè ratiocinando consequitur, vt aliquod Seruatoris nostri corpus sit rotundum.

RESPONSIO.

Non eo modo in Ecclesia Romana disputatur, aut in Schola veritatis: nam quantitas præteritæ substantiæ (vt Theodoretus loquitur) in propria figura manet, seu rotunda seu quælibet alia fuerit manent præterea color & aliæ qualitates quæ insunt in quantitate per se existente, vt lux olim ante Solis procreationē & syderum aliorum præfuit, vt in sacra Geneseos historia proditur. Quod attinet ad posteriorem Quæsiti partem, nō dicimus Hostiam esse corpus Christi, si hostia id significet quod sensibus obiicitur, sed corpus cum intima sua dimensione atq; partibus sub illa hostiæ rotunditate contineri, sic tamen vt partes spatio non respondeant. Nam vt docetur cap.6.primi libr.pag.184. Quod extra corporis naturam est, minimè impedit quominus absq; illo veram corporis rationem concipiamus: at quod est ipso corpore posterius, vt locus, extra corporis naturam reponitur. Item cap.46.lib.3.dicitur Christi corpus esse in hostia more modoq; substantiæ separatæ à quantitate, quamuis naturales proprietates habeat suas omnes, & dimensionē, sine vllius loci

Digitized by Google

loci occupatione, vt cum ianuis clausis eo penetrauit vbi Apostoli delitescebant Ioan.20. Vide etiam cap.47.eiusdem libri pag.653.

XXVIII. Qvæsitvm.

Et cum Victor Papa III.venenum hausit è calice, vel Henricus VII. hostia veneno imbuta fuit extinctus, quærimus quid illud fuerit quod veneno perfundebatur? Nam si panis aut vinum, iam igitur transsubstantiatio exploditur: si Christi corpus, id polluitur: si accidentia hoc est color & dimensiones veneno imbuebantur, hoc non modo ridiculum est, sed fieri nequit, cum substantia in accidẽtibus hæreret: atq; ista prodigiorum machinatio eo tendit vt Pontifex summus & clarissimus vnus Imperator luce communi spolientur.

Responsio.

Geminæ huius historiæ veritas non explorata magis est atq; perspicua, quàm Philosophia nostri Molinæi: nam eorum scriptorũ testimonio, quos in medium ipse protulit, vtriusq; rei asseueratio suspicione nititur & rumore qui vulgo in principum virorum fato spargi solet; Minister, inquam, hic subtilis Philosophiæ nouę architectus sudat vehementerq; laborat in subiecto excogitando, cui ea de qua loquitur venenata substantia inhæreat, nec docto homini aliud in mentem venire potuit quàm accidens: quod Philosophiæ arcanum abditumq; mysterium nobis videlicet idiotis & prophanis incognitum fuit, priusquam hic Aius locutius audiretur: nam substantia quidem subiectum accidentium esse potest, sed haud queo perspicuè intelligere quod tandem substãtiæ subiectum esse possit, Si liquor veneno infectus in calicem iniiceretur, an non is liquor & substantiam haberet suam & accidentia, quæ sine naturali cum accidentibus vini commixtione existerent, tametsi loco & spatio coniungerentur? Consimili ratione si panis pro saccaro pestilenti aliquo puluere cõspergatur, num substantia panis subiectum est substantiæ illius pulueris aut saccari? Sed vt liquido res percipiatur, dicimus accidentia panis tametsi à substantia separentur in Eucharistia, tamen easdem naturæ proprietates habere quas haberẽt, si subesset quæ abest substantia; Itaq; & agere possunt, & stomachum afficere, cum veneni substantia sociata aliisq; rebus eiusdẽ loci cõmunione permixtis, vt obiter attigimus cap.47.lib.3.pag.653. Quanquam vt aiebam fictæ omnes illæ videntur narrationes & à calumnia excogitatæ, propter varia quæ iactari vulgo solent, cum Dynastæ & principes in orbe viri præter omniũ expectationem ex huius vitæ statione demigrant. Platina quidem certè in summorũ Pontificum rebus gestis proditum esse à Martino Commentariorum scriptore ait Victorem sacris operantem præsenti veneno extinctum fraude impia Henrici 3.Imp. Vincentius autem dysenteria con-

fectum occubuisse prodit; & sub finem historiæ idem ipse Platina scribit eundem mortuum anno 2. Pontificatus non sine veneni suspicione. Et quod attinet ad Imperatorem, idem historicus quem Molinæus adducit, refert ordinem Prædicatorum purgatum ab huius suspicione veneni absolutumq; fuisse, cuius graui & iniusta infamia laborauerat, Abbasq; Trithemius clarè testatur ad annum 1313. id malitiosissimè inuentũ fuisse, vt is ordo tam Ecclesiæ vtilis & fructuosus in inuidiam & offensionẽ adduceretur, qualia hac etiam tempestate Nouatores liberali maleuolentia & maligna benignitate in societatem nostram machinantur.

Cæterum concludit quidem hic Minister Catoniana fronte; Et omne, inquit, illud miraculum ad necandum Pontificem vnum struitur, quasi ad aliud nihil instituta fuisset Eucharistia; vt si quis diceret, Deus Solem procreauit, admirabili naturæ vi insigniuit, eundem lucem orbis terrarum & syderum aliorum principem esse voluit, & id quidẽ vt Caino adluceret cum Abelem fratrẽ summa barbarie & inhumanitate confecit. Deus perfidiosissimum Iudam corpore, anima, genis, ore, labris ornauerat, idq; vt Magistrum suauiari posset. Idem pollens Deus Ministro Molinæo manum & lacertos, pulmones, os, linguam concessit, & hoc quidem vt contra sanctissimam Eucharistiam bacchari & maledictorum plaustra posset inuehere. Ita nouus Doctor mirifica Theologiæ cognitione & Philosophiæ præcellit.

XXIX. Qvæsitvm.

Et quoniam Ecclesia Romana defendit ac tuetur Christi corpus in quaq; parte hostiæ integrum contineri, an non quoq; fateatur necesse est, sacri illius scalpelli acumen quo puncta Hostia vim cruoris effudit, Christum etiam in omni corporis sui parte pupugisse? Nam quod Christus iam gloria perfruens vulnera possit excipere, parum est præ illa persuasione, quod scalpellum acie sua atq; vno ictu infinitas vnius corporis partes attigerit.

Responsio.

Hæresis hoc vno superior est fide, quod quæ proponit omnia, corpora sint, concreta, sensibus obiecta, quæq; facile comprehendi & percipi queant: fides contra sensum omnem exuperat, supra communem animi notionem & naturam se attollit, breui dicam, ea est quam coloribus suis pingit Apostolus, substantia sperandarũ rerum, argumentum eorũ quæ non videntur. Inde fit vt animalis homo propositas ab hæreticorum officina rationes suspiciat & plurimi æstimet, vixq; responsionem æquo animo possit excipere: at qui spiritu animantur, & altius quiddam sapiunt diuino splendore perfusi, eo procliuius ad fidei mysteria mentẽ accommodant & in casta religione conquiescunt, quo minus sensuum infirmitate naturaque rem metiuntur: tum nimirum credentes intelligunt vt summus omnium Magister Christus ait, vt ex proposita modo quæstione

Digitized by Google

quæstione facile percipitur, in qua Molinæus misellis argutiis iuueniliter exultans, pueriles eas subtilitates videt subito vt aranearum texturam fumo & vento exiguo difflari, cum in medium ea proferuntur quæ prodita sunt in his libris, vbi dicitur Seruatoris nostri corpus nec pati quidpiam neque vulnerari vllo modo posse in Sacramento, tum propter excellentem illam dotem immortalitatis, tum existentiæ ratione quæ propria est Sacramenti, quæq; in eo sita est vt more substantiarum sit indiuidua: omnis autem vulneris inflictio atque actio, in subiectum diuiduum tendere debet, quod quia partes habet spatio fusas & loco respondentes, variè tangi & compungi potest, quod diuisionis experti nõ contingit. Atque hic patet quàm sit impia & stuporis atq; inscientiæ plena Ministri obiectio, qui putat Christi corpus fuisse punctum & perstrictum scalpelli acie, quod ille scalpellum tanquam petulans è scena Morio sanctum vocat: quod verò ad cruorem pertinet qui inde manauit, ad diuinum prodigium referri debet, vt is qui Beriti fluxit ex imagine, perditorum hominum amentia & furore sauciata.

XXX. Quæsitum.

Rogamus item quandoquidem opinatur Ecclesia Romana consecrationem minimè fieri, nisi Presbyter certa animi inductione & voluntate ad consecrandum feratur, quonam modo populus qui veneraturus accessit potest intelligere num Sacerdos consecrandi voluntatẽ habuit aut efficiendi id quod Romana iubet Ecclesia, cum sit periculum ne in impium & superstitiosum cultum incidat si non consecratum panem adoret, &c.

Responsio.

Populus Sacerdotis intentionem præsupponere omnino debet, & non modo non in eam curiosius inquirere tenetur & diligentius excutere, sed perspicua se noxa obligaret, eam in dubium reuocando. Non secus ac si dubitaret Molinæus, an ab eo vno Genitore fuisset prognatus cui Anatomen suum dedicauit, aut si is à quo fuit Christiano fonte ablutus, efficere Christianum voluerit, aut qui manus illi imposuit voluerit creare Ministrum. Adeo necessarium est geminam fidem [illegible]e necessariam diuinam & humanam, vt in vitæ huius cursu animi tra[illegible]quillitate frui possimus, & ad vitæ beatioris immortalitatem contendere. In his porrò similibusque rebus audienda est hæc Theologorum diiudicatio, nimirum fidem diuinam esse necessariam in Thesi, hoc est Seruatoris corpus omnino esse verè præsens cum hostia ritè & legitimè consecrata fuit. Humanam autem fidem requiri in hypothesi, vt videlicet in animum inducamus hunc aut illum Sacerdotem exhibitis materia, forma, intentione legitimè consecrauisse. Quod si in hypothesi fraus eueniret aliquando, quod abesset à ministri functione intentio, aut simile quid-

piam necessarium, ipsa nihilominus populi venerantis pietas ad latriam spectaret, quamuis vt Theologi magni loquuntur materialiter esset idololatria: quis verò nescit latriam aut idololatriam in intima animi actione consistere? Cæterum versio & interpretatio Molinæi quam ad verba Papæ Adriani adhibet putidum glossema est Aurelianensis Grammatici semidocti & inepti, quod textum deprauat & inobscurat; neq; enim iubet Pontifex vt sub conditione adoretur Eucharistia, hoc tantum ait, excusari à Concilio idiotas, qui hostiam non consecratam sub conditione venerarentur.

XXXI. & XXXII. Quæsita.

Et quoniam inter nos & Romanam Ecclesiam conuenit nostræ salutis parentem in hoc Sacramento manducauisse: an sese Christus edisset? quid enim illud aut ipsi aut nobis profuisset? &c.

Responsio.

Quantum videlicet profuit Christo aut nobis quam perpeti voluit Circuncisio, Baptismus quo tingi minimè recusauit, nimirum vt exemplum iustitiæ proderet, obedientiæ, pietatis. Quod verò addit Molinęus in hoc Quæsito & proximè consequenti, num extima pars corporis sit intra corpus, an Seruatoris Dei corpus exanime in sepulchro esse potuit, viuum in ciborio, aliasq; id genus quæstiones, intelligi ea omnia possunt & diiudicari, ex ea doctrinæ institutione quam in his Commentariis posuimus: nimirum constat idem corpus vno eodemq; tempore passibile fuisse & omnis perpessionis expers, & eodem in loco aspectabile & inuisum, quæ admiranda sunt magna & suspicienda humanitatis, ad naturæ diuinæ communionē adscitæ, qua de re copiose dicitur primo lib. cap.2.3.4.5.6.& 7. & 4.capite, graue simul atq; leue id fuisse ostenditur. Porrò non magis absurdum est dicere cepisse Christum se, aut tulisse, quàm cum dextra fert sinistram manum & attollit, tum enim anima quę in alterutra est manu, sese capit & gestat in altera.

XXXIII. & XXXIV. Quæsita.

Si Ioannis cap.6. in his verbis Si non biberitis meum sanguinem, agitur de Eucharistia, cur populus vitæ vsura spoliatur?

Responsio.

Hæc soluta sunt à nobis vberi disputatione de Communione sub vtraq; specie cap.54. lib.3. pag.633.

XXXV.

Digitized by Google

XXXV. Qvæsitvm.

An potestas quam sibi sumit Romanus Pontifex regna pro arbitratu suo tollendi, conferendi, & subiectos Sacramenti religione soluendi, diuini sit iuris, an politica tantum & ciuilis?

Responsio.

Qui summi Pontificis autoritatem vocare in odium offensionemq; voluerunt, excogitata malitiæ vbiq; iactarunt eum sibi nescio quam infinitam & nullis terminis circunclusam potentiam sumere, nõ in Reges modo & Dynastas, verum etiam in eorum bona, prouincias, dominatũ. Id verò falsum omnino est, & haud melius inuidorum impudens ea calumnia refutari potest, quam ipsorum Pontificum oratione, & clarissimo testimonio; quam in rem tria duntaxat luculenta loca proferemus, *To. 3. Conc. part. 3. ep. 8. Nicolai I. versus finem.* Vos autem quæsumus (inquit Nicolaus I. scribens ad Michaelem Imp.) nolite præiudicium Ecclesiæ Dei irrogare: illa quippe nullum imperio vestro præiudicium infert. Et infra, Fuerunt hæc ante aduentum Christi vt quidam typicè Reges simul & Sacerdotes existerent, quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia, quodq; in membris suis diabolus imitatus (vtpote qui semper quæ diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu vendicare cõtendit) vt Pagani Imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur: sed cum ad verum ventum est, eundem Regem atq; Pontificem, vltra sibi nec Imperator iura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit, quoniam idem Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum, imperialibus legibus vterentur.

Alterum testimonium est Alexandri 3. qui rogatus à quopiam num prouocatio à prophano Iudice ad sedem Apostolicam, vim & autoritatem haberet, in hæc verba respondit, *Alex III. Cap. Si duobus §. Deniq. Extr. de Appellat.* Tenet quidem in his qui sunt nostræ temporali iurisdictioni subiecti, in aliis verò secundum iuris rigorẽ credimus non tenere. Idem Cap. *Causam*, Extr. *Qui filii sunt legit.* Nos attendentes quod ad Regem pertinent non ad Ecclesiam de talibus possessionibus iudicare.

Tertium est Innocentii III. Cap. *Nouit. De iudiciis.* abiudicat à se Regni Gallici iurisdictionem, Cum iurisdictionem propriam, inquit, non sufficiamus explere, cur alienum vsurpare vellemus? Et Cap. *per venerabilem*, Cum Rex, inquit superiorem in temporalibus neminem recognoscat sine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit, in quo videretur aliquibus quod per seipsum (non tanquam pa-

» ter cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis) potuit dispensare. Tu » autem nosceris aliis subiacere, vnde sine ipsorum forsan iniuria, nisi præ» starent nobis assensum, in hoc subdere te non posses. Alio verò in loco ab astris & luminum varietate similitudinem accipit, quod quemadmodum diei quædam, alia nocti præficiuntur, sic Pontificum autoritas à regia dominatione sit distincta. Vbi nota, inquit doctissimus Bellarminus, quemadmodum non est idem sidus Sol & Luna, & sicut Lunam non instituit Sol, sed Deus, ita quoq; non esse idem Pontificatum & imperium, nec vnum absolutè ab alio pendere, cum perspicuum sit, dominatum & proprietatem siue mancipium bonorũ temporalium nec fundari in gratia, nec in fide aut religione, sed ratione, libero arbitrio & Gentium iure, qua de re summa exemplorum est copia in diuinis Scriptis, sic vt non sit opus in hoc loco illuminando hærere diutius, nisi forte vt hoc quasi per transennam intueamur, operosissimum esse, ac ne vix quidem posse fieri, vt vtriusq; potestatis commoda seiungentur, nam & Reges cum dominatum administrant, curam etiam habent religionis: Cumq; Pontifex communis omnium parens religioni moderator, partem etiam prouidentiæ suæ ad statum politiamq; debet conuertere, sic tamen vt minimè sibi licere intelligat fines & cancellos prætergredi, ab eo pactos atq; fixos, cuius in terris est vicarius.

Idem c. Solita. Extr. de maior. & obed.

Sed quonam modo prætergredi vellet aliquando is qui suo nomine & successorum hæc quæ modo hic ponam profitetur, Exaltationem regni Francorum, sublimationem Apostolicæ sedis reputamus. Cum hoc regnum benedictum à Deo semper in ipsius deuotione permanserit, & » ab eius deuotione nullo vnquam sicut credimus, sit tempore discessu» rum, quia licet interdum hinc inde fiant immissiones per Angelos ma» los: nos tamen qui Satanæ non ignoramus astutias, circunuentiones i» psius studebimus euitare: credentes quod idem Rex illius seduci se fal» laciis non permittet. Non ergo putet aliquis, quod iurisdictionẽ, aut po» testatem ipsius minuere aut perturbare velimus, cum ipse iurisdictionẽ » nostram & potestatem non debeat, aut velit etiam coartare. Cumq; iu» risdictionem propriam non sufficiamus explere, cur alienam vsurpare » velimus?

Innoc. III. Archiep. & episc. Franciæ. Cap Nouit. de Iudiciis. in antiq. collectione Augustini Ep. Ilerdensis.

XXXVI. Quæsitum.

Etiam quærimus num Indulgentiæ quas Papa concedit ea conditione vt nefarium aliquod facinus suscipiatur, vim & laudem habeant, vt cum anno 1588. & 1589. septem annorum indulgentiam largitus est iis omnibus qui sanctæ se vnioni seu fœderi aggregarent, & contra suum Principem eumq; Romanæ fidei Catholicum arma ferrent?

Responsio.

Si inquisitor noster vim & notionem Indulgentiarum mallet percipere,

pere, quàm eas maleuolentissimè impugnare, & nisi ardens quædam reprehendendi libido eius impiam mentem infuscaret, omnino videret sibi se oppugnare, & propriis se acuminibus pungere. Cum enim doceamus concedi indulgentias in gratiam landabilium operum quæ quis fecerit diuina caritate ornatus, planè constat, si adiuncta conditio fieri sine scelere nequeat, non indulgentiam conciliari, sed nouam culpam. Et sanè quod de summo Pontifice comminiscitur, falsum est & infandæ calumniæ plenum, atq; imprimis quæstio facti cōprobanda illi fuisset, tum quod ad ius quidem attinet nihil difficultatis subesse intelligeretur, vt Lector videre poterit cap.3.lib.4.pag.756.& seq.

XXXVII. QVÆSITVM.

Cur populus tanto æstu amoris Romam conuolat anno Iubilei ad percipiendas Indulgentias, cum omni tempore plenam indulgentiam consequi possit, & præterea sexcentorum millium annorum indulgentiam?

RESPONSIO.

Potestas in Ecclesia concedendi indulgentias rata & non dubia est, fructusq; certissimus, sed applicatio ipsa & acquisitio, nō æque certa est, & quæ falli nequeat: quare piæ largitiones multæ sunt atq; variæ, vt si ad nonnullas percipiendas desit quidpiam, in aliis suppleatur, & qui hoc tempore non sat instructus comparatusq; fuit, sit alias ad eam bonorum copiam attentior atq; necessaria dispositione ornatior, præsertim cum pleniores sunt & generales magis Indulgentiæ adiunctis etiam Iubilei priuilegiis de quibus disputatur pag.767. Cæterum hæreticus Minister si oculos ad hos Commentarios adiiciat, ex cap.3.lib.3.pag.456. poterit addiscere Indulgentiam nihil aliud esse quàm relaxationem temporariæ pœnæ sceleribus debitæ, quæ conceditur ea conditione, vt laudabiles actiones & bona opera excellenti aliqua pietate & religione fiant: vnde fit vt quo quis est diligentior in huiusmodi operibus suscipiendis, quod iis vulgo vsuuenit qui Romanam profectionē ea gratia instituunt, eo sint de pio lucro & eximia illa vtilitate certiores. Porrò si Molinæus antiquos Ecclesiæ Canones attentius lectitauisset, meminisset opinor apud Catholicos cum vigeret disciplinæ vis odiumq; vitiorum, pro noxa vna capitali, septem nonnunquam pœnitentiæ annos, decem aliquando, viginti & triginta impositos, quam tamen asperitatē religionis moderatores Episcopi remittere potuerunt: quod Canon vndecimus Nicæni Concilii primi χρηστεύεσθαι εἰς αὐτοὺς appellat, vt videre est cap.7.lib.4. pag.771.& sequ. Nunc igitur ingeniosi Ministri dispositis calculis diligenter rationes subducant, & mihi numerent, quod annorum pœnam mereantur, qui tam sæpe in superiorem locum ascenderint ad pestilentem impiamque doctrinam in populum disseminandam: neque deinceps

ceps belli & festiui homines illudendis Indulgentiis sales suos consumant, quarum beneficio fructuose vterentur, Iubileum reuereantur, cuius priuilegia vimque omnem intelligent ex cap. 6. lib. 4. pag. 769.

XXXVIII. Quæsitum.

Et si quis fortè qui decem millium annorum indulgentia tantum indigeat, lucretur centum millia, quid fiet illis nonaginta millibus quæ supersunt? Cur verò etiam Romæ templa sunt in quibus vno die plena remissio percipitur, & præterea decem aut viginti millium annorum indulgentia? quid tandem illa prodest ad plenam remissionem accessio? an fortè Pontifex eorum scelerum quæ futura sunt relaxationem impertitur?

Responsio.

Humano capiti ceruicem apponere equinam, monstrum est efformare atque prodigium, quod poeta olim bonus depinxit: Eo nimirum colore Minister vt atro carbone connititur doctrinã de indulgentiis impiè deformatam in hominum luce ponere. Hoc igitur imprimis intelligat ad præteritum tempus referri indulgentiam, nunquam autem ad futurum. Secundo cum alicubi indulgentia plena conceditur, minimè id impedire, quominus aliæ quædam non plenæ proponantur, quemadmodum Hebræorum consessus amplitudine maior & autoritate quem Sanedrin indigitabant, non extinguebat Sanedrin aliud minus atque consilium, sicut nec apud nos amplissimæ Curiæ Parlamenti iurisdictio, inferiora tribunalia euertit aut minorum Præsidum vi potestatiq; repugnat. Cumq; in eodem templo aut sacello indulgentiæ duplex illud genus reperitur, id varias ob causas & conditiones accidit, quiq; certus foret plenioris indulgentiæ fructum se consecutum, tum aliis quidem nõ egeret, sed in hac obscuritate & tenebris, atque cœlestium rerum ignoratione, quis reprehendere merito queat, quod animi studiosus amansque sui pro virili parte in eo ornando elaboret, præsertim cum fructuosæ semper esse soleant bonorum operum functiones quæ vulgo adiunguntur, liberalitatis, ieiúnii & piarum precum. Longe felicius cum Nouatoribus agi videtur, qui propter vnicam mentis motionem, nescio quæ iubilea sibi fingunt plena & cumulata, vide pag. 775.

XXXIX. Quæsitum.

Et quoniam Romanus Pontifex in thesauro Ecclesiæ continere se gloriatur labores & ærumnas superabundantes Sanctorum, quærimus 1. quis laborum perpessiones quos sancti viri exorbuerunt in thesauro Papæ reposuit. 2. Quandonam hæc fieri cœpta largitio? 3. Qua ratione

Digitized by Google

tione certi esse queamus fore vt Deus nostro nomine hanc solationem admittat, &c.

RESPONSIO.

His tribus capitibus plene & diffuse responsum à nobis est, & aliis decem huius Quæsiti partibus disputatione de Indulgentiis à pag. 259. vsque ad pag. 775.

XL. QVÆSITVM.

An Papa ius & potestatem habeat concedendi gradum vnum gloriæ in cœlo splendidiorem vni quàm cæteris? Quod si hac potestate præditus est, quærimus vbi & quandonam illi diuinitus fuit tributa: si verò eandem non habet, cur igitur illam sibi arrogat, vt Innocentius III. in Bulla Ad liberandum, vbi gloriæ accessionem iis pollicetur qui ad sanctum religiosumq; bellum se contulerint, &c.

RESPONSIO.

Hæc petitio longè putidior ineptiorque est quàm superiores: quod primum quidem reposcere videatur à nobis rationem periodorum omnium atque phraseon, quæ in Decretalibus aut Epistolis Summorum Pontificum reperiuntur. Secundo quod non sit absurdius accessionem gloriæ illis polliceri, qui in virtute, & bonorum operum exercitatione processus magnos faciunt, quàm quod scribit Apostolus ad Galatas sexto, Quæ seminauerit quis, hæc & metet. Et 2. ad Corinth. 9. Qui parce seminat parce & metet. Tertio quia disputatur de Capitibus fidei symbolo Apostolorum comprehensis, & in Canonibus œcumenicorum Conciliorum, & professione fidei quam Catholici ediderunt, non autem de priuatis scriptis Doctorum atque Antistitum, qui sæpe hoc aut illud in æterna gloria decus pollicentur, non quod sibi animi inflatione, & impotenti superbia potestatem eam munerandi vendicent quæ solius Numinis est propria, sed ea communi loquendi ratione vtuntur, vt significent certum & definitum esse in æternis illis domiciliis præmiũ constitutum iis qui diuinæ gloriæ studuerint. Ita quidem arcanorũ cœlestium interpres loquitur S. Paulus scribens ad Colossenses 3.24. Scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Et in 2. ad Timoth. 4.6. quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. Et Apostolorum coryphæus Petrus 1. cap. 5.4. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Cæterum de Summorum Pontificum autoritate atq; potentia, vide cap. 9. 13. 15 17 & 18. lib. 2. & si ambigis de gloriæ varietate inter cœlites lege cap. 25. primi libri pag. 135. Si fortè ignoras opera pia diuinis donis gratiaque subnixa apud Deum

in omnem partem valere ad merendum, facem præferet cap.11.lib.3. à pag.501.& seq. Quod si hæres etiam & needum potes in animum inducere sempiternam gloriam beatorum, illis dari, qui vsum rationis habent, non tantum vt gratuitum munus, verum etiam vt mercedem, premium & iustitiæ coronam, consule caput 16.lib.4.pag.825.

XLII. Qvæsitvm.

Rectene Concilium Nicænum 2.dixit, cum imagines æquiparauit Euangelio, easque adorandas censuit, item picturis informari Angelos posse quod sint corporati. Præterea Templum sine imaginibus nullius esse pretii & dignitatis. Adhæc imaginibus inimicum esse & aduersarium, inter hæreses principatum obtinere.

Responsio.

Si Minister qui farraginem quæstionum venditat non reprehensione magis quàm rei comprehensione & intelligentia caperetur, iam profectò didicisset, cum agitur de Concilii autoritate, non ea esse proferenda in medium, quæ in ipsius Concilii actis dicta reperiuntur à priuatis, siue cum sententiam suam pronunciant, siue cum refellunt alios & oratione contendunt: sed potius quæ in Canonibus definita sunt, & communi Patrum consensione decreta. Itaque merito reprehensus fuit à doctissimo & eloquẽtissimo viro Ecclesiaste Regio & R. Patre Coeffeteau in Apologia pro Eucharistia pag.681. quod mala fide & perindignissimam calumniam locum hunc protulerit, quod ille bonus religiosus qui imaginem cum Euangeliorum libro comparauerat, non Dei verbum intelligebat in se sumptum, sed quatenus scriptis commendatur, vt nimirum quemadmodum Sacræ historiæ liber honoratur, propter ea quæ in ipso exarantur, qua ratione is honos in hominum Seruatorem Deum refertur, cuius in eodem verba & sententiæ exprimuntur: ita imagines honorantur propter ea quæ exprimunt & repræsentant. Quod ad naturam Angelorum pertinet, variè Patres de ea disseruerunt, vt ex Tertulliano videre est atque Origene quorum loca laudantur cap.12.lib.1.pag. 60. Sed illæ priuatorum opiniones minimè vniuersim probantur, neq; inter fidei axiomata sunt ponendæ, haud magis, quàm aliæ propositiones duæ, quas hic addit Molinæus, quibus iam satis cumulatè est à nobis factum.

XLIII. Qvæsitvm.

Vtrum sextum & septimum Concilium, quibus Honorius Papa hæreseos arguitur, &c.

Responsio.

Diluta fuit hæc de Papa Honorio accusatio, tum quæ in Ioannem XXII.

Digitized by Google

XXII. adornatur, cap.13.libr.2.pro quo Summis Pontificibus Apologia continetur, pag.236.& seq. vbi Lector facile animaduertet effrænatam primum insolentiam hæreseos, deinde notabit schismaticos tantum Pontifices neq; legitimè renunciatos fuisse damnatos à Conciliis: præterea quando & quonam modo intelligi debeat Pontificem Maximum labi & errare non posse in materia fidei, breuiter & dilucidè pag. 258.

XLIV. QVÆSITVM.

Quandonam Papa Romanus triplici tiara ornari cœpit. 2. à concionibus sacris abstinere, &c.

RESPONSIO.

Hæreticus Minister alia quædam aggregat in hoc Quæsito, quæ in religione controuersa non sunt, sed spectant tantum ad temporarium Papæ dominatum, aut modum, quo in perficiendis diuinis mysteriis vtitur, aut etiam alia quæ perspicuè falsa & commentitia sunt. Quod verò ad præstantem eius inter omnes dignitatem attinet quæ tiara & osculo pedum maximè exprimitur, vide cap.15.lib.2.à pag.373.vsque ad 227. Vnde apparet impiam esse maleuolentis animi & inuidiosi calumniam, quod se Deum inter homines indigitet, quod diuinam maiestatẽ, quod denique Regem & Principem totius orbis terrarum. Quod pertinet ad vota & gradus consanguinitatis, de iis quidem lege pag.525. & consequentia tria capita; de his verò à pag.531.vsque ad pag.533. De voce adorationis qua in communi sermone vtimur de Filii Dei Vicario & religionis moderatore verba facientes, oculos adiice ad pag.229.230. Denique de apotheosi & cœlitum ad Diuorum numerum adiunctione, discute sis cap.26.27.28.& 29.primi libri.

XLV. QVÆSITVM.

An vibratum à Summo Pontifice anathema in aliquam rempublicam, propter pecuniariam rationem, vim habere vllam debet?

RESPONSIO.

Hæc quæstio nullum fidei caput attingit quod sit positum in controuersia, sed ad Ecclesiæ tantum politiam administrationemque pertinet. Et quoniam ipsi aduersarii non minus quàm Pontifex, in Consistoriis suis arcere sontes à communione solent, atque anathemate percellere, non est cur à nobis illius rei vsum modosque expectent. Hoc tamen obiter intelligant, anathema sine autoritate & legitima ratione contortũ, hebes & nullius esse momenti, licet is qui fulmine illo vtitur coli obseruarique

uarique debeat. Cæterum de verborum illorum sententia *Occide & manduca*, Petitori nostro satisfiet pag. 215. & sequ.

XLVI. QVÆSITVM.

Primis sæculis post digressum Seruatoris ab hac vita, quanti purpuratorum Patrum suffragia emebantur?

RESPONSIO.

Mimus hic est reformato Copria dignus Carentoniaq; scena. Qui studiosus est veritatis & cupit intelligere quonam modo Summi Pontifices legitima electione creentur, iisque præsit Comitiis Spiritus Sanctus in communi hominũ infirmitate & miseriis quibus vacui minimè sunt Ministrorum cœtus atque Synodi, non magis quàm solennis Imperatorum electio, vide pag. 259. 260. 261. & cap. 15. lib. 2. Rursum de Cardinalibus deque eorum dignitate & dilectu cap. 16. eiusdem libri.

XLVII. QVÆSITVM.

Quanto modo auctiora pretia sunt absolutionum & priuilegiorum, quæ in Romana Cancellaria & Scrinio Pœnitentiariorum petuntur. Sunt enim æstimationes certæ, &c.

RESPONSIO.

Scribarum mercedes in Romana Curia definitæ, non spectant ad quæstiones inter nos controuersas de religione: neque à Curia, sed Ecclesia Romana doctrinæ fidei & religionis interpreratio quæritur. Cæterum quod ad dispensationes attinet quibus Pontifex communi iure quosdam & religione absoluit, iis vtitur prout congruens diuinæ gloriæ & bono animarum amplificando commodum & opportunum esse videt: & id quidem nõ aliàs quàm in iis rebus negotiisq; moderandis quæ libero Ecclesiæ iudicio & iuri vt vocant positiuo subsunt. Quæ verò mercedis & pecuniæ obiicitur certa præfinitio, quæ minor aut maior esse consueuit pro graduum varietate tum affinitatis tum consanguinitatis, nihil est aliud quàm accepti beneficii argumentum seu liberalis testificatio, & pecuniæ quædam summa in pios vsus attributa, cuius procuratio atq; impensa Romanæ sedis iudicio & sapientiæ committitur, quæquidem eam adhibet belli tempestate atq; tumultu aduersus Barbaros Christianæ religionis hostes aliosq; Numinis perduelles: in pace verò & cõmuni Ecclesiæ tranquillitate ad dotanda & locupletanda seminaria erudiendis plurimis nationibus instituta, tum Romæ, tum in aliis prouinciis atq; regnis, deniq; ad vsus alios honestissimos conuertit, qui fa-

Digitized by Google

cile hic numerari explicariq; possent, nisi forent iis omnibus notissimi qui nō quapiam anticipata maleuolentia in Romanam sedem irruunt, aut infesto animo persequuntur. Quod additur de sceleribus infandis & atrocibus, quorum æstimationes sint in Scrinio Pœnitentiarum definitæ, malitiosa fraus & calumnia est non ferenda.

XLVIII. Quæsitum.

Quod crimen maius in Sacerdote videatur, vt vel matrimonio societur, vel arcana libidine se polluat, & vtrum magis reprehendendum existimari oporteat.

Responsio.

Id quæsitum haud fatuum minus est & absurdum, quàm si quis peteret, quod crimen detestabilius videatur aut secreto adulterio incestari, aut secundum inire matrimoniū prima vxore vita & incolumitate perfruente: malum facinus consciscere, illudq; præ se ferre impudenter, aut flagitium admittere, negare tamen esse flagitium: labi simpliciter in hæresim, aut ipsam hæresim reformatæ religionis nomine insignire. Et quoniam fatetur Inquisitor in responsione ad nostram Interrogationē decimam oportere Sacerdotes vota quæ piè nuncupauerunt obseruare, & in responsione ad 11. cœlibem vitam esse maritorum conditione multis partibus superiorem, nonne probe hinc consequitur si Presbyter vxoriis se vinculis irretiat, non id fore iustum & legitimum matrimoniū, sed concubinæ flagitium? aut si id sanè appellare matrimonium lubet, addendum est, nouum, inauditum, à Diua Reformatione inductum. Lege cap. 17. libr. 3. & præsertim pag. 539. 540. de Votorum obligatione tum generatim tum distinctè & sigillatim cap. 15. & 16. eiusdem libri.

XLIX. Quæsitum.

Cuinam peccato grauiorem pœnitentiam Sacerdos imponit, blasphemiæne aduersus Deum, aut maledicto in Papam coniecto? adultero, aut ei qui Veneris die carnes ederit?

Responsio.

Cuinam infando & inexpiabili facinori Ministri Geneuenses atque Magistratus atrociorē pœnam atq; supplicium indicunt, illine qui verbis impiis & insana blasphemia Dei nomen violarit, aut qui contra reip. salutem conspirauerit? an illi qui Dei honorem imminuerit, aut qui vrbis proditionem sit molitus? qui libidine furens atq; nequitia adulteria cōmiserit, aut qui Ministri suggestum incenderit? Est igitur sciendum hæresim plenam & refertam esse erroribus, inscitia, fallaciloquentiis, &

tortuosis verborum aucupiis, flexiloquis sententiis & obscuris, propter scientiæ & conscientiæ inopiam, & ignorationem veritatis. Catholicæ Theologiæ doctrina clara & nitida est atq; simplex, quæ monet peccatorum esse magnam & incredibilem varietatem, quædam esse quæ directè in Numen ferantur, quædam in homines, illa cótra mandata primæ tabulæ, hæc secundæ tabulæ repugnantia, qua de re cap.3.libr.3.fuit disputatum: præterea esse nonnulla quæ caritati & iustitiæ commutatiuæ tantum aduersantur, alia publicæ administrationi & distributiuæ: quorundam improbitas sola culpa inclusa est, sed alia præter culpam obligant ad restitutionem: quædam licet infanda atq; atrocia clam & inter paucos fiunt, quædam grauissimæ offensionis sunt plenissima: alia inaudita malitiâ deformantur, alia euentuum ratione timenda sunt, quædam priuatam rem intuentur, publicam alia. Atq; hinc fit vt sapiens Legislator & publicæ rei administer pro sua prouidētia varietatem suppliciorum constituat, in hoc quam maximè intentus, vt malum perniciesque tollatur & ea imprimis quæ maximè exitiosa videatur. Exempli gratia falsos adulterinosq; nummos cudere, non tam impia & detestabilis fraus iudicatur quàm insolentis dicti contumeliam in Deum euomere: nec stringere gladium in regio palatio, quam in templo magnis religionibus consecrato, cum illud maiestatis tantum humanæ violatæ crimen sit, hoc verò diuinæ: omnes tamen satis intelligunt quàm differentes in ea scelera pœnæ statuantur, neq; tamen ideo quisquam Magistratui obloquitur, aut Dei honorem, hominum dignitati postponi, proq; nihilo duci accusat.

L. QVÆSITVM.

Vndenam ista consuetudo manauit, vt etiamnum inter Pompam inaugurationis Summus Pontifex in familiari sella considere iubeatur, &c.

RESPONSIO.

Ficta Papistæ fabula quam cupidius excipitis atq; lubentius quàm D. Iacobi Liturgiam, quàm Dionysii Græciæ luminis Galliæq; lucubrationes, quàm Machabæorum libros, copiosissimè refutatur cap.14.libr.2. pag.270.& seq. & de nobili illa sella expresse disputatur à pag.267. vsq; ad pag.270.

LI. QVÆSITVM.

An bene & laudabiliter Pontifex inscriptas Romæ cellas & lupanaria publica instituit, quo luce palam & incredibili licentia Antistites & Prælati ingrediuntur.

RESPONSIO.

Qui Deum omnium scelerum architectum, omnium malorum fontem sua-

Digitized by Google

tem suasoremq; faciunt, facile adducuntur vti iactent, Papam religionis magistrum publicæ libidinis diuersoria Romæ inædificasse, & omnium flagitiorum esse principem. Sed qui pariter cum Ecclesia Catholica discrimen agnoscunt inter velle quidpiam, idq; permittere, inter instituere (vt nulla fronte, calumnia maxima loquitur hæreticus Minister) & sinere vti res fiat, satis intelligunt, quod quemadmodum Deus immenso infinitoq; odio scelus prosequitur, neq; illud fieri vult vnquam, tametsi permittat, ita communis Ecclesiæ parens illas omnium impuritatũ cloacas officinasq; nequitiæ odit & detestatur, quamuis toleret atq; dissimulet, quod illi cum Dynastis aliis commune est cumq; Rebuspub. quæ sapientum consilio administrantur. Mens porrò illius est vt etiam animaduertit S. Augustinus 2. libr. de Ordine Cap. 4. adulteria & impudicam hominum libidinem amoliri, aliaq; mala grauissima, minora tolerãdo, *Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus*. Qua in re commune illud dictum Sapientum proferri in medium non potest, non esse malum faciendum nec suscipiendum vllum scelus, vt bona quædam eueniãt, cum permittere aliud quiddam sit quàm facere, cumq; id ipsum quod est in quæstione, non bonum sit, malum potius, quod euitandum studiose videatur. Qui rem fortè exponi liquidius & apposite illuminari volet, adeat cap. 13. libr. 4. & præsertim à pag. 812. & quod attinet ad morum & vitæ corruptelam quæ deplorari debeat potius, quàm in homines Ecclesiæ addictos & Clericorum nationẽ contumeliosissimè referri, legantur sententiæ Tertulliani & S. Augustini pag. 422. collocatæ. Bellè & peropportunè contigit vt ipsa se calumnia frangat & confutet, cum calumniæ fabricator Minister ait Antistites luce palam & summa licentia in ea loca ingredi, quasi verò fraus & calliditas atq; omnis è moribus simulatio eiecta foret: itaq; verissimum illud est, mentita est iniquitas sibi.

LII. & LIII. Quæsita.

Vbinam tandem veterum Patrum animæ hærebant in ea temporis intercapedine à suscitato à mortuis Christo, vsq; ad eiusdem in cœlum ascensum?

Responsio.

Tam curiosus rerum indagator discere tum illud poterit, tum etiam quod proximo quæsito proponit, vbi nimirum sit futurus puerorum infantium Limbus post magni iudicii diem, si legerit cap. 8. atque 9. libr. 4. pag. 774. 775.

LIV. Quæsitum.

Num seruanda sit Hæreticis fides.

Responsio.

Seruanda est non Hæreticis modo, verum etiam Turcis, Agarenis, Infide-

Infidelibus, illis etiam qui hos omnes omni perfidia & crudelitate exuperant. Sed proprium eorum est qui scelerata & impia defectione ab Ecclesia Catholica desciscũt, eandem perfidiæ nomine deformare, cum nullum vnquam fuerit tempus, aut hominum memoria, qua non Hæretici sua vitia & importunæ mentis affectiones in Catholicos reiecerint. Vide Præfationem ad eos qui se falso labentem Ecclesiam instaurare gloriantur, non longe ab initio.

LV. Quæsitum.

An rectè ab iis fieri videatur, qui coram cœlitum imaginibus dicunt *Pater noster qui es in cœlis*, quod etiam fit hac tempestate, & Catechismo Concilii Tridentini comprobatur?

Responsio.

Si Publicanus cuius meminit D. Lucas cap. 18. ausus fuisset ad Sanctuarium propius accedere, an procumbens ante diuinam Arcam supra quam erant Cherubinorum effigies, dicere non potuisset, Deus propitius esto mihi peccatori? Si Christiana fide imbutus coram tabellam intueatur, in qua Martyrum sint acerbi cruciatus effecti, vel coloribus sanctissimæ Dei parentis, os & vultus imitatione expressus, an non potest mente & cogitatione attolli ad eum piè precandum & demisse venerandum, cuius causa incredibili animi constantia Martyr eos cruciatus exorbuit, quemque olim eadem ipsa Virgo peperit? Cæterum illi noui Aristarchi ostendant si possunt, qua in re Catechismus Concilii reprehendendus videatur, cuius hæc ipsa verba sunt, „ Illud maximè cauendum est omnibus, ne quod Dei proprium est, cuiquam præterea tribuant: imò verò cum ad imaginem Sancti alicuius quis Dominicam orationem pronunciat, ita tum sentiat, se ab illo petere, vt secum oret: sibique postulet ea, quæ Dominicæ orationis formula continentur, & sui denique sit interpres & deprecator apud Deum, nam eos hoc fungi officio docuit S. Ioannes Apostolus in Apocalypsi 13. Vide cap. 13. libr. 1. & præsertim pag. 92.

LVI. Quæsitum.

Et cum multi eodem tempore Summi fuere Pontifices, quique fuit inter omnes potentior dignitatem est consecutus, quonam modo probabitur illum vnum cæteris potentiorem fuisse legitimum? nam si ritè lectus non fuit, est igitur sæpius interrupta successio, quique sunt in eodem honore consequuti, vsurpatores sunt & tantum in speciem Pontifices lecti ab iisdem Cardinalibus qui à Papa decessore in purpuratorum Patrum numerum aggregati fuerant, qui cum non esset legitimus vim & autoritatem non habuit creandi Cardinales.

Respon-

Digitized by Google

RESPONSIO.

Licet fraus aut violentia in deligendo Ecclesiæ principe valuerit, & populi temeritate adhibita fuerit, aut sacrorum hominum simulatione, vel totius Ecclesiæ consessus errore, id tamen non impedit quo minus consuetis religionibus ac ceremoniis ab Episcoporum cœtu legitimè consecretur, à quibus manuum impositionem recipit: quare continua est Summorum Pontificum successio nusquam interrupta, tametsi lecti fuissent ab eiusmodi Cardinalibus, quos aduersarius oratione sua depinxit: qui quamuis nō legitimè forent ad eum gradum honoris purpuramq; euecti, ipsi tamen eligunt legitimè, quod in Conclaue & sacra illa septa admittantur, quibus vniuersæ Ecclesiæ consensus liberam illam electionem & renunciationem Papæ commisit, dummodo ea ratio viaq; deligendi seruetur, de qua cap.13.libr.2. Neq; hactenus fuit vlla hominum memoria auditum, quod vllus Ecclesiæ moderator Summus & Pontifex, ad eam amplitudinem dignitatis contra ius fasque euectus, in Petri solio diu constiterit. Et quod attinet ad consecrationem, noster hic ineptus quæstionum opifex rem prius debuit intelligere quàm de ea loqueretur, aut Censoris fatui more, de ignoto & abscondito negotio pronunciaret: neque enim purpurati Patres quatenus sunt Cardinales Summum Pontificem consecrant, sed vt Episcopi, neq; desinit esse legitima & pia consecratio, tametsi electio maculosa fuisset & ambitione infuscata. Adde quod sacri ordinis Clericorum rem intelligentium tacita comprobatio, & continuata possessio dignitatis eius, qui vi & tumultu atq; annorum contentione lectus fuisset, mancam illam & imperfectam electionem corroboret & defectum suppleat, sic vt ab illo in Collegiū Cardinalium cooptati rata & firma autoritate possint & legitima potestate successorem legere.

LVII. QVÆSITVM.

Et quoniam Christus Iesus cum de ea tempestate loquitur quæ antecedere iudicium debet, fidem ait nullam tum in terris futuram, quærimus an Romana Ecclesia pura in fide tum futura est, & nusquam aberratura in doctrina, eum denique splendorem habitura, qui in oculos & hominum aspectum incurrat?

RESPONSIO.

Legenda capita sunt 8.& 11.lib.2.de prærogatiuis & illustribus ornamentis D. Petri Romanæq; Ecclesiæ, cum Seruator hominum Deus de vtroq; apud S.Matthæum 16.cap.dixerit, *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Fuit igitur quæsitoris Ministri ostendere, cum Deus grauissimo hoc effato nullam temporis

Rrrrr circun-

circunscriptionem terminumq; posuerit, potuisse tamē se iure suo tempus illud excipere quod futurum ante iudicium asseruit: aut fateri in hoc loco terræ nomine maximam hominum partem intelligi oportere, vt cum de Salomone dicitur, *Magnificatus est super omnes reges terræ diuitiis & sapientia*, 3.Reg.10.23. fecitq; vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum. ibid. v.27. Et in extremo Euangelio D. Ioannis, mundum vniuersum haud posse libros & Commentarios complecti, qui de rebus à Liberatore nostro gestis perscriberentur, præter eos qui iam lucem vidissent, quo de loquendi genere studiosus Lector videre poterit quod positum fuit cap.22.lib.2. vbi agitur de obscuritate & difficultate diuinarum literarum & præsertim pag.311. & seqq. Præterea an non diuinitus proditum est & diuinis libris significatum, fore vt illi dies propter electos breuientur, quomodo igitur fidem amittēt electi? nam si amittant apud quos mirabiles illas conciones Elias habebit? quinam illi sunt cum quibus Ecclesiæ suæ præsidium Christus, se futurum vsque ad sæculi consummationem est pollicitus? quænam est illa cœlestis Agni sponsa, quæ nunquam à diuino Spiritu deseritur? cuius splendor & eximia species describitur cap.2.lib.2.pag.162.& seq.

LVIII. Quæsitum.

Item quandoquidem Pontifex siue iurisdictionis potestate, vt quidam existimant, siue per modum suffragii, animas è Purgatorio potest eruere, cur non liberat omnes? cur liberos sinit suos tot annis in medio incendio hærere, cum eximere eos possit?

Responsio.

Si Catholica fides suis coloribus exprimeretur, Ministri hæretici, qui auscultare illis vellet, haberent neminem; itaq; ipsam alia quadam effigie deformant, tunc exclamant Doctores Catholicos nec respondere ipsis velle, nec posse. Legant igitur illi mihi cap.7.lib.4.pag.765.& sequ. aut æquo animo alio quodam ex loco discant, Ecclesiæ principē & moderatorem non dissipatorem Christi satisfactionum esse, verum dispensatorem, & necessarias causas conditionesq; adesse oportere, vt debitorum ista solutio vtiliter accommodetur, tum piis manibus, tum hac vita fruentibus, nec proinde rem in eo consistere, vt pro sui animi libidine Pontifex purgantem eum locum exinaniat atq; spoliet, sicut nec peccata remittat, qua de re cap.3.4.& 5.lib.4.disputatur.

LIX. Quæsitum.

Num in verbo Dei reperiatur posse Antistitem à quibusdam sceleribus absoluere, à quibus Sacerdos non possit, & certa quædam esse peccata,

cata, quæ à Summo tantum Pontifice remitti queant, qui reseruati casus nominantur, & quandonam ea consuetudo sit inducta.

RESPONSIO.

Ite in Britannicam scholam quæ mirificè vos delectat, in eaq; intelligetis, sub pœna excommunicationis esse necessarium comprobare modum consecrandi Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, vt verbo Dei congruentem, vt expresse Canone 8. Synodi Londinensis edicitur, & proinde tres eos gradus officiaq; inter se differre, atq; Ministros debere Episcopis obtemperare, vt nuper vestris in Scotia Symmistis summa autoritate atq; imperio denunciatum fuit. Quod si forte traiicere Oceanum non lubet, ne ibi sit necesse linteatos procedere, vel Pontificia veste indui: proinde aut cucullo, instrui poteritis lectione cap. 59. lib. 3. pag. 709. & seq. vbi citatur Concilium Carthaginense 3. Can. 32. Cæterum in Scriptura diuina reperietis omnem potestatem rite atq; ordine constitutam (qualis sane est spiritualis) à Deo esse, Sanctumq; Spiritum gratias suas impertiri atq; diuidere prout vult, gentium Doctorem Apostolum sibi reseruasse absolutionem illius Corinthii incesta libidine infamis, absolutam potentiã regendi & pascendi Christiani gregis D. Petro fuisse commissam, qui Ecclesiam non audiat sicut Ethnicum & Publicanum habendum esse. In antiquis porrò Canonibus perspicua ista est differentia, in operibus quæ ad satisfaciendum accõmodantur, de quibus agitur cap. 10. & 43. lib. 3.

LX. QVÆSITVM.

Item quærimus qua tandem in autoritate fundata sit Romana Ecclesia, & quomodo certi esse queamus, esse in orbe terrarum Ecclesiam vnam, veramq; illam Ecclesiam non aliam esse quàm Romanam? Id vt probẽt Doctores Pontificii haud sanè diuinæ Scripturæ testimonia proferre possunt: nam cum Ecclesiam velint sacris libris autoritatẽ tribuere, satis constat eam Ecclesiam in diuinis Scripturis fundari non posse, nec ab iisdem autoritatem consequi: ædium fundamentũ illis ipsis ædibus niti minime posse.

RESPONSIO.

Ieiuna hæc est & malitiosa calumnia. Neq; enim Ecclesiam dicimus autoritatem diuinæ Scripturæ tribuere, quod ad eius firmitatem attinet, sed tantum respectu nostri, hoc est, autoritate Ecclesiæ certi sumus de veritate & integritate librorum canonicorum siue Sacrarum literarum, quæ vicissim Ecclesiæ dignitatem & autoritatem constabiliunt, vt vberius explicatur cap. 19. lib. 2. Item cap. 22. testimonio magni Augustini ostenditur à sinu Catholicæ Ecclesiæ capiendos esse diuinos Commentarios atq; eorundem expositionem. Neq; enim alio ex fonte hæretico-

Digitized by Google

rum impiæ opiniones manarunt, quàm ex interpretatione Sacrorum librorum, quam pro suo quisq; sensu atq; libidine fingeret, qui proprius priuatusq; sensus non iam pro regnorum & prouinciarum varietate, sed pro capitũ multitudine & copia varius & multiplex solet existere. Quis verò negare ausit certiores multo nos esse de veritate librorum diuinorum deq; Sacræ paginæ intelligentia, quando eandem ab Ecclesia excipimus, quàm si tantum priuato vniuscuiusq; sensu niteretur? Sub finem autem eiusdem capitis demonstratur neminem ea confidentia esse debere plena temeritatis & arrogantiæ, suum vt sensum omnium sententiæ anteponendum existimet. Adi etiam cap 21. eiusdem libri, vbi Nouatores quoq; ipsi de priuatis hominibus queruntur, qui sine publica autoritate pro suo arbitrio diuinas literas exponunt pag. 306. 307.

LXI. QVÆSITVM.

Vtrum congruat illius sanctitati qui se Christi Vicarium nominat, pati Romæ versari Iudæos, qui Christum Iesum hominem fuisse planũ & callidæ improbitatis putant, eisdemq; liberas suæ religionis functiones permittere: eos verò flammis addicere, qui aiunt, non alium esse Mediatorem quàm Christum, non aliud esse propitiatorium sacrificium quàm eius mortem?

RESPONSIO.

Ait diuinus Paulus 1. Corinth. cap. 5. 12. nolle se de iis qui foris sunt iudicare neq; ad ipsum id pertinere. Quis verò nescit, Iudæos, cum neq; ritu Christiano salutaribus vndis tincti sint, nec per baptismum ad Ecclesiæ dominatum adiuncti, Summi Pontificis iurisdictioni non subesse? Et quantum ad externam communemq; politiam attinet, cum Edictis permissuq; Imperatorum Romæ domicilium rerum suarum collocarint, nihil cogebat eos expellere, cum vi compelli minisq; nequeant magis ad Christianam fidem excipiendam, quàm Ethnici qui cum Ecclesia nihil pepigerunt. Quare vir sanctissimus Gregorius Magnus epist. 15. lib. 11. ait illis permittendum esse vt suo arbitratu viuant, & more suo dies festos cõcelebrent, vt suauius ad verissimam religionem traducantur, propriis libris & Vatum prædictionibus conuicti. Ex eorum item cõmercio hanc vtilitatem capimus, quod ipsorum inimicorum testimonio fidei nostræ veritatem comprobamus, tum aduersus impiam hæreticorum & arrogantum contumaciam, tum Ethnicorum superstitionẽ. Cæterum ita legibus & præscripto iure coercẽtur, vt commouere se nequeant, neq; nocere, vel in pietate Christiana violanda, vel scelerata defectione à Principibus & Dynastis qui obnoxii sunt, quorum etiam fit edictis & prouidentia, ne ad publicos honores vnquam, atq; vrbiũ magistratus admittantur. Præterea an non perspicuè in diuinis literis id perscribitur, filiorum Israel reliquiæ saluæ fient? Rom. 9. 27.

LXII.

Digitized by Google

LXII. QVÆSITVM.

Et quoniam in Ecclesia Romana plurimæ reliquiæ sunt, tum falsæ & inanes, tum etiam ridiculæ, vt Romæ ad D. Ioannis Lateranensis præputium Christi, &c. quæ exhiberi nota potest, qua veræ dignoscantur à commentitiis? Et quid tandem eos religionis moderatores impulit, vt populum leuem & imperitum in eam fraudem inducerent?

RESPONSIO.

Romana Ecclesia falsas & ementitas reliquias non comprobat, quia amolitur potius & repudiat, eosq; supplicio coercet, qui fraudem in eo genere admittunt; atq; ipsis Pontificibus cõmendat, vt inquirant in eam rem diligenter, cum Diœcesim perlustrant, & inuolucra omnia impietatis amouenda curent. Fieri verò potest vt qui refractarii sunt hostesq, veritatis vt declaratur pag. 126. vanas putent & adulterinas reliquias quę sunt verissimæ, & proinde consideranda ea sunt diligenter quæ ponuntur vberiusq; probantur cap. 23. primi lib. de legitimo vsu reliquiarum. Porrò ineptum & futile quæsitum est, cum repetitur ratio earum fallaciarum & circunscriptionũ, quæ à priuatis hominibus excogitari & induci possunt, qui siue inani ambitione, siue importuna habendi cupiditate, ad eiusmodi superstitiones fraudesq; impias sint deducti. Neque enim præstare Ecclesia Romana debet atque in se recipere, quæ vitiose à priuatis Ecclesiis & præter fas admittuntur, cum etiam Aduersarii ipsi tam sæpe in Synodos coeant, vt scelera quæ sæpe intercurrunt, atq; hominum malitiam, admonendo puniendoq; refrænent, vt cum de Ministris quispiam in fœnore occupatam pecuniam habet, vel cum aliqui de eorum numero Chymico artificio indulget & monetam adulterinam cudit, quæ fraus ad emẽtitas reliquias proximè accedit, si rei sacræ à prophana differentiam excipias: nonne igitur belle ab iisdem & consimili gratia quereretur, quid graues religiososq; Ministros impulit, vt populũ in fraudem inducerent?

LXIII. QVÆSITVM.

An fides adhibenda sit Monachis, qui se plus quàm imperarit Deus facere gloriãtur, cum velit Deus, vt ipsi ex toto corde atq; viribus omnibus inseruiamus? &c.

RESPONSIO.

Vt huic Quæsito faciamus satis, proponimus quod disputatur copiosius cap. 14. libr. 3. de Consiliis Euangelicis deq; operibus supererogationis pag. 520. deq; Votis generatim cap. 15. pag. 526. Cæterum quemadmodum ex toto corde nostro & virium omnium cõtentione exhaurienda sunt diuina mandata, sic pari animi ardore cum vocamur ad ea diuinitus, consilia sunt à nobis sequenda.

LXIV. QVÆSITVM.

Et quoniam non concedit vlli Summus Pontifex vt pro cōcione verba faciat, nisi ab eo autoritatem habeat & vocationem, vel proximè & immediatè, vel aliorum hominum interpositione, libenter intelligeremus, an ad ipsius Papæ vitia reprehendenda, authoritas ab eodem petenda sit, & an sperandum sit aliquando vt Romanus Pontifex habere certum hominem velit, cui reprehendendi sui liberam potestatem faciat.

RESPONSIO.

Papæ! quantus rationum aceruus! Hoc tam subtili argumento concluderetur non debere populum legere vllos Magistratus, nec Electores coire oportere ad renunciandū creandumq; Imperatorem, quod Magistratus pœna & mulcta coercere populum debeat & Electores suos Imperator, *Cape hunc gladium,* ait Traianus Præfecto Prætorio, *& si non bene imperauero, in me vtere.* Hoc idem Romanus Pontifex iis omnibus proloquitur quos ad ordines sacros admittit, gladium spiritalem intelligens, hoc est verbum Dei. Quid verò? an non sæpe Ministri videntur noui & adolescentes Synodis præsidere atque cœtibus, in quibus Seniores ipsi notantur à quibus tamen ad eum gradum lecti fuerunt? ergone impositio manuum damnanda penitusq; abroganda videatur ne id contingat? Et quoniam vel earum Ecclesiarū quæ reformationis nomen venditant more atq; legibus missio legitima requiritur, vt fuse disputatum fuit cap.57. libri 3. nonne fateri coguntur atq; agnoscere, suos illos architectos nouarum opinionum, qui temere ad docendum primi eruperūt, cum nec vocationem habeant neq; legitimam missionem, iniustè inuasisse in id munus atq; officium quod sibi insolenti audacia imposuerunt, non reformandi, sed deformandi potius & contaminandi veram puramq; religionem.

LXV. QVÆSITVM.

Quonam modo id quod Ecclesia Romana tuetur & defendit, opera quædam fieri ab Ethnicis à Christiana fide alienis meritoria vt appellāt de congruo, conuenire cum D. Pauli effato potest asserentis Rom.14.v.23. quidquid non est ex fide peccatum esse?

RESPONSIO.

Opera Infidelium mortua sunt, vt docetur cap.11. lib.3. pag.501. nimirum ea quæ sine gratia & diuina caritate fiunt, neq; vllo sempiternæ gloriæ præmio compensantur. Et cap.3. lib.4. pag.756. & seq. dicitur, honestas & laudabiles actiones, quas illi suscipiunt, qui lethalis peccati sordibus inficiuntur, defectu gratiæ iustitiam tribuentis, quæq; ipsum princi-

pium

Digitized by Google

pium est vitæ, mortuas putandas, neq; ad beatam æternitatem spectare, & eatenus fructuosas videri, quod interea scelus aliud impediunt, disponunt animam ad statutum suum & pestem agnoscendam, exemplo alios ad honestatẽ inuitant, vitam conciliant & longiorem & feliciorem. Huiusmodi virtutes fuere Socratis, Epicteti, Senecæ, talis eorum hominum fides quam sanctissimus Iacobus appellat mortuam, quod non sit caritatis instructu & ornatu comitata. Et tamen certissimum est, cum bonus Deus misericordiæ suæ thesauros, cum beneuolentiæ fontes aperit, id fieri vulgo ab illo benignius (quod congruum & decens nominãt Theologi) eorum gratia qui eum ornatum habent, siue illos gratia sua conuestiat, siue tantum in hoc vitæ cursu remuneret. Adeo verum, certum & contestatum est quod ore suo pronunciauit Matth. 6. 27. *Filius hominis reddet vnicuique secundum opera sua.* Atq; hinc sequitur quod quemadmodum nullum malum facinus est atq; flagitium, quod non aliquo pœnæ genere puniatur. Ita nullum bonum est quamlibet exiguũ, quod nõ pro merito cõpensetur. Cæterum Molin. Minister discat ab eruditissimis Patribus S. Ioanne Chrysostomo, Theodoreto, S. Ambrosio in eum locum quem ex Epistola ad Rom. protulit, mentem non esse magni Apostoli, damnare, sceleris q; infandi arguere omnes Infidelium actiones, puta iustitiæ, liberalitatis, magnanimitatis, continentiæ, temperantiæ, & similium, nam alioqui iis repugnaret, quæ de obstetricibus apud Ægyptios feruntur, quas mundi conseruator Deus propter liberos Hebræorum conseruatos munerauit *Exod.* 1. 21. Ei etiam nuntio aduersaretur, quem Angelus diuinæ mentis interpres tulit Cornelio, eius nimirũ orationes atq; beneficentiam in diuini Numinis conspectum ascendisse. *Actor.* 10. 4. Est igitur hæc D. Pauli sententia quidquid fit ab homine conscientia repugnante, peccatum esse, cuiusmodi illi fuerũt de quibus scribit, qui communibus cibis vtebantur, quod quia prohibitum esse, tametsi falsò, crederent, in conscientiam suam peccabãt. Hoc nimirum modo Ministri verbi Dei reformati in citandis diuinæ Scripturæ locis felicissimi sunt, & nimium quantum ingeniosi.

LXVI. QVÆSITVM.

An Summus Pontifex & Ecclesia Romana etiamnum condere articulos fidei possunt? vbinam illa potestas diuinitus illis concessa? si id quidem minimè possunt, cur Leo X. in Bulla, *Exurge Domine*, postremo Lateranensi Concilio adiuncta, inter impias Lutheri opiniones collocat, quod Papam & Romanam Ecclesiam dixerit fidei articulos nõ posse conficere.

RESPONSIO.

Negabat Lutherus Catholicam Ecclesiam quæ *Romana* cognomine exprimitur, habere vim & potestatem declarandi, qui & quales fidei sint articuli: quare iure & meritissimo illa hominis plus nimio arrogantis infitiatio,

fitiatio inter impias eius opiniones reponitur. Quod autem hac Ecclesia potestate prædita sit, vt decidere capita ea possit, & difficultates, quæ ad fidem pertinent, & liberos adigere suos ad ea credenda, & recipienda quæ docet, præter diuina oracula quæ diuinis paginis auscultare monēt, & Apostoli grauissimam sententiam, qui *columnam & firmamentum veritatis* eandem indigitat, veritatis studiosus salutiq; suæ Lector videre poterit quod exponitur de felicitate piarum animarum post migrationem à corpore, qua de re fuit diserte conditus articulus in Concilio Florentino pag. 254. & seqq. & de Sanctorum post vltimum vitæ diem consecratione pag. 144. quæ ad caput spectat 29. primi lib. Et generatim quomodo omnium sæculorum ætatibus controuersæ quæstiones de fide & religione ad Romanæ sedis arbitrium delatæ sint, pag. 291. & solido capite 17. libri secundi.

Nunc restare hoc vnum fortè videatur, vt responsiones excutiamus, quas Prædicans Molinæus ad 32. Quæsita adhibuit, toties illi obiecta, atq; proposita: sed quoniam non ex Dei verbo quod petebatur, sed ex humano dicta sua deprompsit, luce clarius est minimè illum satisfecisse, sed potius suam vbiq; & religionis suæ inopiam & ieiunitatem in omniū oculis posuisse, quæ ne quidem locum vnum diuinæ Scripturæ proferre potest ad ea comprobanda, quæ contraria fidei Catholicæ tuetur & docet. Est præterea quod Deum Opt. Max. meritis laudibus efferamus, quod idem Minister abiudicare cogitur, atque eiurare viginti quatuor articulos, quos illius Symmystæ omnes & fidei communioni sociati, pertinere contendunt ad Confessionem Geneuensem: hæc enim ipsius verba sunt, Nam ex illis 32. Quæsitis, quarta modo pars fidem nostram & religionem exprimit, viginti autem quatuor meræ sunt calumniæ, quid abnuere potuit disertius & tota mente repudiare, quàm quod dixit ad fictam calumniam pertinere?

FINIS.

REPER-

Digitized by Google

REPERTORIVM SIVE INDEX RERVM MAGIS NOTABILIVM QVÆ IN HOC OPERE continentur.

A

Aron filii. occisi. 346
Abdias abiecit se ante Heliā. 227
Abrenunciatio quæ fiat in Baptismo. 594. *fit Occidenti.* 595
Abram & Abraham. 212. *coram filiis Heth vt se strauerit.* 102. *in quo loco tres beatos spiritus exceperit.* 109. *qua ratione illos adorauerit sub quercu Mambre.* 116. *filios Heth adorauerat.* 271. *depicta historia eiusdem natum suum immolare conantis.* 110
Abraham Abbas per aquam consecratam aridis cuiusdam mulieris mammis lactis vbertatem restituit. 391
Abrasio capitum solennis in luctu. 552
Absolutio sacerdotis ad confessionem necessaria. 622
Abstinentia & religio antiquorum. 359
de Abstinentia quod attinet ad ciborum delectum & qualitatem 345. *& seqq. quando in vsum venerit.* 347. 348. *eius commendatio ab Ecclesia fit sine superstitione.* 345. 346. *alia Christianorum, alia paganorum siue hereticorum.* 347. 348. *non est contra D. Paulum dicentem.* Quia omnis creatura bona est &c.
Abusus esse in Ecclesia, non ab Ecclesia. 119
Acacius Episcopus Cæsareensis, Arriensis. 141. 142. 143
Accidens naturaliter à subiecto posse separari. 16. 17. *& seqq.*
Acolythorum ordo in Ecclesia. 704. *faces accendunt.* 430
Ἀκρόασις. 362
Adamum non fuisse libertate spoliatum post casum. 481. *& seqq. ab illo tamen vim liberi arbitrii debilitatam.* 485. *remissa illi est culpa, non autem pœna.* 748. 757
Actiones humanæ Deo offerendæ. 764. *earum alia viua, aliæ mortuæ seu mortificata.* 762
Adonai, Sadai, Elohim, loco Iehouah. 378
Adoratio explicatur. 98. *& seqq. Deo soli debita.* 98. 99. *sumitur pro quauis reuerentia seu honore.* 101. *qua ratione etiam aliis rebus quam Deo possit tribui.* 116. *natura sua externam actionem significat.* 272
Adoratio qualis Dynastis maximisq; dominatoribus à subditis præstetur. ibid.
Adorare & honorare differunt. 116
S. Aduentor martyr. 409
Adulterio patrato non esse licitum renubere. 726. *& seqq. vt olim puniebatur.* 772
Aerius Ponticus pro cuiusq; libitu fieri Ieiunium cupiebat. 350
Æra campanæ. 413
Æneæ Troiano cur plurimi tumuli assignati. 128
Æternitas in Deo est tota simul quoad tempus præteritum, præsens, & futurum. 36. 815. *& inde.*

Digitized by Google

Ægyptii vtebantur Symbolis aut Hieroglyphicis. 150. inter illos primo nati vapulabant. 35.36
Affinitas spiritualis quæ in Baptismo contrahatur 729.730. tres affinitatis modi ibid.
Agapetus Papa Flauianum Antiochenum Episcopum de solio deturpauit 293
Agrippinus Carthaginis Episcopus primus omniũ baptizandum esse censebat 217
Alaricus, Roma vi militum capta, à sacro D. Petri fano, vbi ipsius sepulchrum visebatur, manus abstinuit 226
Alcuinus Caroli Magni præceptor 400
Alexander Episcopus Alexandrinus 403
Alexander se martyrem profitens damnatur 148
Alexander Antistes diuino instinctu Ierosolymam venit 130
Alexander III. Pont. Max. D. Bernardum canonizauit. 143. hæreseos accusatur. 253. Venetias proficiscitur 274
Alexandria, Sedes Patriarchalis 216
Alexander Magnus adorabat Iaddum siue Ioiadam. 272 vitam adhuc ducens imperium dispertiuit. 337. & seqq. reperto pretiosissimo Darii scrinio, ex illo librorum Homeri custodiam effecit. 443 primus Græciæ moderator 338
Altare D. Petri Romæ 403
Altare Thymiamatis structum de lignis Setim 422.423
Altare Dei non debere esse Asyli loco iis, qui per insidias alterum occiderunt 512
Altaris lapis in quo differat à cæteris lapidibus 402
Altarium mentio fit in Concilio Laod. 197
S. Amandus solo tactu quæuis morborum genera curabat 737
Ambitio laudabilis in quo consistat 142
D. Ambrosius cum tota plebe ad Psalmos canendos solitus excubare. 567. visi ab ipso fuerunt D. Paulus, Geruasius & Protasius. 786. de illo historia memoratu digna 519
Anima Samuelis apparuit Sauli 784.787
Anima & spiritus differunt 377
Anima quomodo insit corpori. 34. non augetur, neque minuitur. ibid. in imagine non habere motum absolutum, sed relatiuum ad rem duntaxat repræsentatam. 110. natura sua est libera. 480. à præceptis si aberrauerit, obliuioni omnes iustitiæ redduntur. 499. qualem fiduciam in operibus bonis habeat 506. & seqq.
Animæ lucem Dei introeuntes tanta uniuersitatis cognitione valent, quanta valuit Adamus cum nomina omnibus animantibus imposuit. 87. omnia intuentur quæ illas respiciunt. 88. corpore soluta ac iam purificatæ statim Dei visione fruuntur. 256. & seqq.
Animæ cœlites solutæ corpore in quali statu sint. 78. variæ de illis opiniones 77
Animæ Patrum per descensum Christi liberatæ cum illo in gloriam ascenderunt 79. & seqq.
Animæ cælites etiam ante resurrectionem cum Christo sunt. ibid. Sacra scriptura alium locum illis non constituit. ibid. post migrationem è corpore non dormiunt. ibid. quid de extremo iudicio expectent ibid.
Anni & numeri Iudæorum differunt ab annis Chaldæorum 337
Annunciatio B. Virginis 497.498
Anthemius Episcopus Constantinopolitanus de gradu deiectus. 246
Antichristus quando venturus, eius nomen & signa. 324. & seqq. qualitates ipsius. 234. 235. quo pacto pastoris vniuersalis nomen illi conueniat. 233. & seqq. antichristi plurimi ibid.
Antiochia Sedes Patriarchalis. 216. Θεούπολις dicta 376. Antiocheni ciues Leonem Imperatorem orant vt S. Simeonis corpus in ciuitate retinere possint 124
Antiochus Epiphanes. 335. eius mors. ibidem & seqq.
Antiochus filius, Demetrii maioris ibid.
Antiphonæ Ecclesiæ 573
Antonii sex beati 127
Antonius magnus Hippocentauro animaduerso fecit signum crucis &c. 368. vidit animam Ammonis Monachi in cælum abeuntem. 79. vestem B. Pauli Heremitæ à palmis contextam in sum-

Digitized by Google

in summo habuit honore. 121. illam non nisi solennibus diebus Pascha & Pentecostes gestabat. 558. Energumenos liberabat, expresso in eis Crucis signo & Iesu nomine inuocato. 366. Arrianos spectabat asinorum specie indutos pedibus altaria proterere. 403. contra Gentiles vtebatur exorcismis. 717. & seqq. eius figura explicatur. 151
Amedeus Antipapa, nominatus Felix V. 258
Amen quid 572
Ammon cum vxore in perpetua virginitate vixit 594. & seqq.
Amor & concordia Spirituisancto attribuitur 449
Amor inordinatus sui caussa est passionum inordinatarum 137
Ampulla sacra 736
Anacletus Papa D. Petri Successor 281
Anacletus Papa. 579. contra Centuriatores defenditur 237
Anastasius Imperator ob contemptas Ecclesiae minas tonitru exanimatus concidit 245
Anastasius Episcopus Antiochenus Sinaita dictus, vir exquisitae eruditionis. 64
Anastasius S.R.E. Bibliothecarius 265
Anastasius II. accusatur de tribus 245
Anatolius à Dei matre repudiatus, cum ante pictam illius imaginem, manibus à tergo reuinctis suplex accidisset 109
Anatholius Episcopus Constantinopolitanus confirmatus 292
Andreas Carlostad. primus Germaniae sacerdos, qui vxorem duxit 532
Angelus vno eodemq; tempore pluribus in locis 33. & seqq.
Angeli facti tanquam homines. 20. inter angelos ordinum & hierarchiarum distinctio. 60. 61. de illis opiniones variae. ibid. tria in disceptationem veniunt ibid. & seqq. eorum diuisio in ordines nouem. ibid. subordinatio eorum approbatur. 61. 62. 63. graduum ac scientiarum differentia. ibid. de illis quid credendum. 71. tristes & laeti quomodo dicantur. 63. & seqq. res huius seculi annunciant. 86. 87. quo pacto à nobis inuocentur. 91. quo pacto honorentur. 99. figurantur in veste candida. 110. & seqq. vt depingendi. 117. aram cingunt dum sacrificium missae celebratur. 404. officia illorum qualia. 73. 74
Angeli custodes cuique dati ibid. & 75. 76. ab illis cur amemur. 75. cur de nobis curam gerant. ibid. de illis quid credendum. ibid. & seqq. fides illa in quo fundetur. 72. 73. & seqq.
Angeli post defectionem naturae proprietates non amiserunt 60
Animi vere nobilis nota ceu indicium 521
Arca Noe dicitur Ecclesia per figuram 165. & seqq.
Arca foederis facta ex ligno incorruptibili. 680. & seqq. cur ita vocetur. 444. 445. occulta est 446. 449.
Arcadius Imperator ossa Samuelis Prophetae transferri curauit 124
Archiepiscopi Papae vocati 283
Archiepiscopi Galliae primo dignitatis introitu quatuor Baronibus gestantur 280
Area quid 408
Aristobulus Ptolemai Doctor 335
Aristobulus Hircani filius Iudas appellari voluit 336
Armenii crucem baptismo consecrabant 365
S. Arnoldus Metensis Episcopus, & eius miracula 737
Arriani vocem ὁμοούσιον repudiant. 340. templa spoliant. 403. & seqq. & 407
Asa Dei mandata custodiuit. 454
Asella mundi vanitatem damnat. 559
Asyria fatua sanatur aqua lustrali. 391
Assumptio B. Virginis 457
Ἀσφάλεια. 507
Asterius Martini martyris corpus eximio honore prosequitur 121
S. Athanasius quanto gaudio exceperit pallium D. Antonii. ibid ab Arrianis accusati. 419. & seqq. in exilium amandatus. 240. & seqq. Orientis Episcoporum machinatione gradu deiectus ad Papam Iulium prouocauit. 292

Digitized by Google

SS. Athanasii V. 127
Athenæ prostrata, ibiq; studia rursus celebrata. 264
Audoenus S. Elgii vitam conscripsit. 432
S. Augustinus D. Cyprianum inuocauit 89. 90. misit S. Bonifacium Nolam, vbi S. Felicis corpus erat cōditum. 133. accusatur iniuste. 148. Concilio tertio Carthaginensi interfuit. 298. interfuit etiam quarto Concilio eidem. 416. sua tempestate Psalmos latine cani consueuisse significat. 305. normam ipsius & regulam quoad Ecclesiæ authoritatem. 144. S. Scripturæ difficultates explicat. 310. inuehitur in Ianuarium, qui scripserat nihil ab ipso ignorari. 313. in publicis supplicationibus ipse procedebat. 426. vt mandata legis distribuit. 448. quo tempore vixit. 452. & 752. fœminas omnes domus suæ aditu prohibuit. 547. S. Augustinus Angliæ Apostolus cognominatus. 736. & seqq.
SS. Augustini III. 127
Eleemosyna ad satisfaciendum valet. 505. 506.
Aurelius Episcopus Carthagine Deo Ecclesiam consecrauit. 404
Augustus Cæsar propter Arium Philosophum ab Alexandria abstinuit 129
Anthropophagi se mutuo deuorant 412
Antoninus Florentinus miraculis splendet 739
Antonini tredecim 127
S. Anselmus Cantuariensis Episcopus Dynastum quendam maioris Britanniæ à lepra fœdissima liberauit 738
Anxietas euitanda 523. & seqq.
Apelles falsò accusatus innocentiam suam in picta tabella repræsentat 259
Aphraates Anachoreta aqua lustralis vi miracula facit 391
Αποκρισεις Græcorum 358
Apollinis oraculum in præsentia corporum B. Martyrum Iuliano Apostatæ recusauit respondere 121. & seqq.
Apollonius πολυπρόσωπος 26. multas regiones peragrauit. 461. capillis in ignominiam priuatur 552.
Apostoli Mediatores appellantur. 89. funera D. Stephani summa pompa & religione persoluunt. 124. & seqq. in aliorum plurimorum funeribus laudati. 411. 412. demersi fuissent, quia in naui erat Iudas, nisi opem tulisset Christus. 128. Christianorum satores & parentes primi fuere. 211. & seqq. Christus Iesus non pari communicatione usus est erga omnes. ibid. Ecclesias in omni terra habitationi idoneæ constituerunt. 304. 305. testimonia scripturæ protulerunt ex versione septuaginta interpretum. 302. 303. Traditiones seruandas præceperunt. 342. 343. Christianis undis elui curabant eos, qui Ioannis baptismo tincti fuerant. 588. illi Spiritum sanctum soli dabant. 612. ire ad limina Apostolorum. 469
Apparitio animarum. 784. & seqq. quomodo fiat, & de illa quid credendum. 786. 787
Appetitio hominis modo ad actionem modo ad perpessionem refertur. 486
Aqua populum designat, 213. 683. in oleum conuersa. 735. ab omni tempore in sacro calice mixta vino. 681. & seqq. vice olei arsit in lampadibus 431
Aquæ lustralis vis approbata. 389. & seqq. vicem purificationum veteris Testamenti tenet. 389. 390. miracula eius virtute effecta. 391. super mortuis conspersa. 413. 414. super igne ut ardeat 713
Aquila Christianæ religionis perduellis factus septuaginta interpretes inuertit. 300. 301
Aræ veterum fuerunt sepulchra Martyrum quæ memorias vocitabant. 127. in campis erectæ ad memoriam martyrum, & deinde dirutæ. 200. & seqq. nulli martyrū sacrificatur. 672. Ara in Ecclesia consecrata ab omni tempore. 401. 404. & seqq. quomodo sint consecrandæ ibid. licitum esse illas exornare. ibid. & seqq. consecratio illarum. 200. 201

B

Balsamum regiam potestatem exprimere. 614

Baptismus,

Digitized by Google

Baptismus, ipsius necessitas, variaque de illo hæreses 582.583. fieri debet cum aqua consecrata 390. omnia peccata delet 490. nominatur arca 583. quomodo & quando laicis baptizare licitum 586. & seqq. cur ex materia tam communi institutus ibid. & 591. à quibus administrari debeat 586.587. affinitatem spiritualem constituit 729. & seqq. vnde eius vis & efficacia 746. & seqq. absolutè ad salutem necessarius 774. & seqq. reiteratur in Paulianistis 188. hæreticorum baptismus approbatus 166.193. eius ceremoniæ 345.348. de eius aqua benedictione 591 & seqq. de sale in eius vsu adhibendo 595. & seqq. de saliua eius 596. & seqq. de exsufflatione eius 597. & seqq. eius candida vestimenta 600. Exorcismi 716.717.718.719. ordo habitus quoad baptismum ibid.

Baptismus Spiritus Sancti aquæ Baptismi comparatur 145

Baptismi diuersa significata 251

Baptismus ignis alterius æui 751

Baptismus in nomine Iesu Christi 379.250 & 364

Baptismum S. Ioannis non habuisse eandem efficaciam cum Baptismo Christi 588. & seqq. erat ille in remissionem peccatorum 590

Baptismus pro defunctis quid 749

Baptismus campanarum 251

Baptisterium 590

Baptisterium Constantini 469.591

Baptizare infantes traditio est 343. & seqq. 348

Baptizati diabolo renunciant 344. ter in aquam demersi 598.599. nominibus SS. Martyrum insigniuntur 602. cum patrinis matrimonium contrahere nefas 601. & seqq.

Baptizati recenter Gentiles à cruore abstinebant 363. & seqq.

Bardi 581

Baruch 323. in eodem gradu quo Ieremias ponitur ibid & seqq.

Basilica quid 407

Basilides abdicatus in Hispaniam ad Papam appellauit 492

Basilides ad fidem conuersus precibus S. Virginis Potamianæ, quæ triduo post occasum vitæ ei se visendam obtulit 83.785

D. Basilius omnes suas facultates vendidit & pauperibus distribuit 130. archimagirum Valentis Imp. de rebus fidei disputantem refutauit 306. annos 13. in monasterio permansit 308. & seqq. omnium Monachorũ in Oriente pater 566. eius responsum ad Iulianum Cæsarem 756

Beatitudinis nomen Papæ attribuitur 283

Beatorum gloria dispar 135. & seqq. eorum vnitio in Deo 136. summa eorum dilectio 137

Bela Babyloniorum rex 327

Benedictus III. Leoni IV. successit 263

Benedictus XII. Papa Ioanni XXII. successit 256

Benedictus XIII. Papa 258

S. Benedictus longa locorum intercapedine à discipulis suis absens, eis tamen se videndum exhibuit 327. vas veneno plenum signo crucis dum benedicit, subito ruptam 369.370. ipsius regula quàm fuerit Ecclesiæ vtilis 572

Berengarius damnatus 253

S. Bernardus canonizatus 143. eius miracula 737.738. & 769. & seq.

SS. Bernardi IIII.

Bernardus Senensis 380. eius miracula 738

Bethel quid 363

Bethesda quid 129

Bethleem domum panis denotat 638

Beza fatetur ab vnico Ægyptios fuisse percussos 33. eius doctrina quoad sepulchrum Christi 15. eius doctrina quoad miraculum Christi super aquas incedentis 24. quid de inuisibilitate corporis Christi tenuerit ibid. & seqq. quid tenuerit de introitu Christi clausis foribus 21. 22. eius doctrina de B. Virgine ad Angelum 45.46. illam Virginem esse credit 58. & seqq. fatetur quarto à morte Christi sæculo parietũ picturam in Christianorum templa fuisse inuectam 116. & seqq. fatetur item extra Ecclesiam neminem saluari 210. pro defunctis orat 413. arguit Lucam inquinatæ scriptionis 648. scribit Deum Adami casum voluisse 803.

803.& seqq.
Bibliorum Geneuensium mentio 78.101.316. 366.514.585.617.722.728.734.758.776 777
Bigami irregulares 719.& seqq.
Bigamia prohibetur illis qui ad clerũ aspirare nitebãtur 715.& seqq. ordinationi Ecclesiasticæ repugnat 722
Boanerges filij Zebedei 212
Bona Monasterio quæsita Religiosi donatione non amittuntur, etiamsi à religione egrediatur ibi.
S. Bonauentura 563. eius miracula 738
Boni bonum ferunt & important 127
Bonifacius V. defensus 247 (scripsit 52
Bonno Pseudocardinalis Gregorii VII. vitam de-
Bonorum Ecclesiasticarum priuilegia 579. excipiuntur pontium instaurationes quæ sunt in Ecclesiæ territorio ibid.
Bonum Ecclesiæ quid 576.& seqq.
Bonzij in Iapone 581
Brachmanæ ibid.
Breuiarium & eius antiquitas 570. redactum ad antiquam normam 572.& seqq.
S. Brigitta viriditatem arido trunco impertiuit 736 eius visa diuinitus patefacta in Concilio Basiliensi examinata 771
Budæus in librum Dionysii habet obseruationes 58 & seqq.

C

CÆsar vehit secum fortunam 128
Caius Imp. comatulos radi curabat 552
Calice in sacro semper aqua vino mixta esse debet 681.& seqq. nullo præcepto ad aquæ vsum astringimur 685. qua ratione dixerit Christus bibite omnes 684. errores hæreticorum 681
Calix, quem Christus Dominus in veneranda Sacramenti institutione adhibuit ibid.
Caluinus à Catholicis tum accusatur tum excusatur 4. eius doctrina de Sacros. Trinitate 5. nimia eius audacia in repudiandis Patribus primi Concilij Nicæni, eiusq; ignorantia quoad veram Theologiam 5.10.& seqq. error eius de Christi resurrectione 15. doctrina eius de Christo introeunte clausis ianuis 21.22. in matrem Dei inuehitur 44. orationes Sanctis tribuendas approbat 87. Sanctorum merita non negat 94. imaginem Dei recipit, & fatetur liberè Decalogi præcepto tantum religiosam imaginum adorationem esse prohibitam 116. omnia Concilia admittit 196. prima IV. generalia admittit 206.& seqq. concedit D. Petrum Romæ fuisse mortuum 228. animas cælites diuina visione nondum frui sustinet 255. 256. eius impostura contra Papam & Cardinales 262.& seq. Scripturæ difficultatem agnoscit 307.313. pastorum vocationes non repudiat 316. Epistolam D. Iacobi Canonicam esse fatetur 348. eius opinio quoad nomen Iesu 380.& seqq. confirmat omne peccatum esse mortale 476. omnem concupiscentiam peccatum esse tenet 492. fatetur confirmationẽ Sacramentum fuisse temporibus Apostolorũ 613. eius opinio de Pœnitentia 624. transsubstantiationem in Eucharistia approbat 644.& seqq. realem Christi præsentiam in Eucharistia admittit 634.& seqq. 651.& seqq. Hebraicum textum falsificauit 675. agnoscit Sacramentum Ordinis 704. fatetur se purè laicum fuisse defectu impositionis manus ibid. admittit Sacramentũ extremæ vnctionis 734 sanctos Patres in lymbis hæsisse fatetur 775. eius sententia quoad mortem Christi refutata 781. negat infernum esse 782. constituit Deũ authorem peccati 803.& seqq. Deo liberam & absolutam potentiam tribuere recusat 812
Calicis significatio 421
Calipha 58
Campana quædam voci Gregorii Episcopi Lingonensis obediens non sonat 433
Campana Senonensis, & de illa miraculum 433
Campanæ & earum vsus in Ecclesia 432.& seqq. tam in Oriente quàm Occidente 433.434. illarum benedictio 433. loco tubarum Mosaicarum ibid. vsus earum in deferendis defunctis 432.& seqq. certis diebus hebdomadæ non sonant 433.& seqq.
Candelabra Ecclesiæ 418

Canon

Digitized by Google

Canon Apostolorum 338

Canonizatio Sanctorum 138.& seqq. quid illa sit & in quo consistat 139. approbatur ibid.& seqq. generalis est & particularis & cuius sit de illa ferre iudicium 237.& seqq. de illa quæ credenda 153.& seqq. Ecclesiæ iudicium certißimum est 144

Canonica Scripturæ 333.& seqq.

Cantica Canticorum 313

Cantores & Canonicos solos decere in Ecclesia psalmos decantare 435

Cantores & Lectores quales vxores accipere debeant 193.194

Cantor sola iussione presbyteri, absque scientia Episcopi cantare potest 708

Capilli radebantur in signum luctus & tristitiæ 555.556.

Capitula Breuiarij 572

Cardinalis S.R.E. Archipresbyter 287

Cardinales Ecclesiæ 284.& seqq. eorum institutio 197.285.& seqq. numerus eorum mutatus 286.287. cur LXX. creati 287. in tres classes diuisi ibid. cur sic nominantur 288. dignitas illorum aucta ib.& seqq. illorum officiũ 286.& seqq. Cardinales tres S.Balbinæ congregati 286

Carnis vsum plurimi detestati sunt 348.349

Caro auis miraculo in saxum conuersa 348

Carolus Magnus Galliæ rex prostrauit se ante pedes Pontificis 274. fit Imperator ibid.

Carolus Borromæus Cardinalis, in quẽ dum quidam fistulam ferream explosisset nullum incõmodum persensit

Casus & lapsus iusti & peccatoris 474

S. Caßius nullum præterijt diem quo placationis hostiam Deo non offerret 695

Castitas virginalis, vidualis & coniugalis inter se conferuntur 547. responsum iis qui solent dicere, si castitatẽ vouerent omnes quid de mundo fieret 547.548

Castitatis votum 532.533. non esse impoßibile 529.& seqq.542.& seqq.

Cataphrygarum hæresis 148

Catatumba siue Catacumba 408.409

Catharina defenditur & purgatur à blasphemiis hæreticorum ibi. eius miracula 727.& seqq.

Catechismus Geneuensis 634

Cathedra Mosis à Iudæis cognita 466.467

Cathedra lignea D.Petri adhuc in Vaticano 467 468

Cathedra D.Petri nunquam deficit ibid.

Cathedra D.Petri 710.& seqq. tres Ecclesia agnouit, duarum tamen memoriam tantum celebrat 462. earum memoria cur celebretur 463.465

Cathedra SS.Iacobi & Marci mire conseruata 467

Cathedra Episcoporum in illorum absentia velo obtecta 467.& seqq.

Cathedra Romana non admittit iudicem, aliarum verò omnium est iudex 199.200. de sella familiari fabula 268

Cathedræ significatio qualis 462

Catholica fides semper consistit in medio 796. 797

Catholicum quid sit 158.173

Catholicus verus 161. Catholicus Romanus semper appellatus 229

Catholicos non esse matrimonio infestos 548.& seqq. quid credere debeant 158

Cazi peregrini ad Meccam oculos sponte sibi eruũt 170

Cephas S.Petrus cur dictus 212

Cera benedicta & eius vis seu virtus 396

Cerdo hypocrita 617

Cereæ Ecclesiæ faces 428.& seqq.

Cereæ faces paschales 431

Cereæ faces in ecclesia 428.& seqq.

Cereæ faces crucibus impositæ 429.430

Circumcisio ad iustificationem inualida 604. 605. quare introducta 604. per Laicos administrari solita 587

de Cereis Agni imagunculis 396.& seqq.

Ceremoniæ ecclesiæ 363.& seqq. scriptis mandatæ per S.Dionysium 69

Chaldæi 581

Cherub vocem esse compositam non simplicem 106

Cherubi-

Cherubinorum forma & figura 105.106. *varia de illis opiniones repudiata* 105
Christianus non potest esse certus se de numero prædestinatorum esse 798. *nisi id singulari reuelatione à Deo habeat ib. & seq. vox* Christianum *recenter conuersis obiurgatur* 385. & seqq.
Christiani non debent sepeliri in prophanis terris seu monumentis 409. *non nascimur Christiani sed fimus tales post baptismum* 585.586 *illis character spiritualis inuritur* 605. & *seqq. sunt multi, vnum tamen constant corpus* 685. *illorum pietas cum ethnicis comparata* 461.462. *primaui & facultates suas & semetipsos ad pedes Apostolorum abijciebant* 272 *eundem honorem exhibebant Episcopis & Sacerdotibus* 275.276. *à Paganis ignominiis affecti, eo quod oraculis respõdere prohibebant, si fortè crucis signo se signassent* 281.282. *Discipuli vocati* 387. *accusati per inuidiam, eo quod antelucanos cœtus haberent ad cantum Deo celebrandum* 434. & 566. *capillis per derisionem spoliati ibid. post conuersionem asperrimo vitæ genere se conficiebant* 628
Christi nominis significatio 374. & *seqq.* 395.396.397. *Regibus & Pontificibus conuenit* 375
Chrisma sacrum & diuinum 610. & *seqq. approbatum per Scripturam sanctam & Patres* 394. & *seqq. eius confectio Episcopo tantum reseruata* 196. *conficitur singulis annis die Iouis hebdomadæ sacræ. ad baptismum necessarium* 394.645. *post baptismum adhibetur* 198.394. *cum in summo vultu applicetur* 601. *adhibitum ijs omnibus qui Arrianorum sectam deserebant & ad Ecclesiæ communionem aduolabant. eius miracula* 394.
S. Christophorus defensus contra hæreticorũ blasphemias 150.151
XP̃Σ 380
Cinerum supra caput aspersio signum luctus 361. & *seqq.*
Circuncisio Theologorum quomodo à Græcis appelletur 379
Clauorum Christi pars in galea Constantini inserta 372
Clemens Romanus accidit ad pedes D. Petri 273. *eius successor designatus* 667.668
Clemens collector canonum Apostolicorum 336
Clemens de quo S. Dionysius agit 68
Clemens III. *Antipapa* 252
Clemens Papa V. egregia pompa Lugdunum ingressus 280
Clemens VII. *Papa* 258
Clericatus vtilitas in quo consistat 700. & *seqq.*
Clericus neque ad tutelam neque ad curam nominari debet 672. & 753
Clericus siue lector non debet suscipi nisi commenditias litteras à proprio Episcopo habeat 193
Clerici ex vectigalibus vrbium aluntur 575. *exemptiones illorum & immunitates* 577. & *seqq.*
Clerus Romanus iureiurando se astringit neminẽ præter Liberium Pontificis loco habiturum 242.243
Cletus Papa tertium à D. Petro Sacerdotum numerum definijt 285
Clinicus quid 609
Clodouei Regis corpus in Basilicam S. Vincentij deportatum 430
Clotarius Rex Galliarum ibid.
Cœlum ante Christi aduentum clausum: iam verò apertum 78. & 775
Cœlestia aliter perpenduntur quàm terrestria 136
Cœlestinus Papa defensus 244. & *seqq.*
Cœlibatus Clericorum 535. *eius vtilitates & cõmoda* 539. & *seqq. neminem vi adigi ut ei se astringat ibid. doctrina eius communi hominum fragilitate superior* 542. *Cœlibatus Laicorum* 541. *omnis cœlibatus in odio habetur apud hæreticos ibid. & seqq. cur à tempore Christi in maiori honore fuerit quam antea* 544. & *seqq.*
Cœmeterium seu sepulchrorum religio approbata 408. & *seqq. quid significet* 409.410. *cœmeteria pietatis causa frequentata* 408. *sunt ecclesiæ contigua ibid. consecrantur* 409 *spirituum malorum referta ibid. cœmeteriorum ingens*

Digitized by Google

ingens numerus Romæ 407.408
Collyridiana B. Virgini sacrificantes 53
Columba Spiritum Sanctum denotat 612
Communicatio interna Diuinitatis terminata 136
Communicatio idiomatum 8
Communio primitiuæ Ecclesiæ ter in anno indicebatur 693.694. defertur ægrotis 107
Communio sub vna specie approbata 685.& seqq. sumptio sub vtraque specie à sacra Scriptura neque præcipitur neque prohibetur 690 inconuenientia quæ inde oriri possent 689. obiectiones hæreticorum dilutæ & repudiatæ 689.690
Completorium 566
Conciliabulum Syrmiense 241
Concilia plena siue Plenaria 205.206. quo pacto vnum Concilium corrigat aliud ibid.
Concilia quatuor prima generalia 206.207. œcumenica XVIII.163.164.207.208. prohibuerũt vllã arã consecrari in qua non fuerint reliquiæ 126.& seqq. inter se differentias essentiales non habent 208. qualia concilia fidei articulum condere possint 210.& seqq. ab omni errore aliena 204. nisi in facti quæstione 251. illorum authoritas 210.& seqq. ab hæreticis reiecta ibid. particularia errare possunt 211. in vnaquaque prouincia bis debent celebrari in anno 185.& 191
Concilium Agathense 198.361.406.219.549.571.577.658.691.& 711.
Concilium Alexandrinum 320
Concilium Ancyranum 628.700.769
Concilium Anglicanum 250
Concilium Antiochenum 706.& seqq.
Concilium Arelat. I.& II.320.610.611.III.790
Concilium Basiliense 258.580.770
Concilium Bracarense I. 756. idem Concilium III. 426
Concilium Carthaginiense 322.327.592 II.198.III.ibid.& 297.299.328.329.332.334.460.571.596.683.710.748.754. IV. 199.416.421.430.549.550.658.689 706.715.719.723. V.200.458.585
Concilium Chalcedonense 84.193.195.248 282.292.294.403.575.701.714
Concilium Catalaunense 756
Concilium Claromontanum 770
Concilium Coloniense 580
Concilium Palestinæ 780
Concilium Romanum 146 194.419.707. IV. 754.
Concilium Sardicense 294.320
Concilium Sinuessanum 240
Concilium Syrmiense 320.& seqq.
Concilium Toletanum 395.708.709.II.731. III.555. IV.235.400.431.434.571. XII. 693
Concilium Turonense 576.II.463
Concilium Tridentinum 43.103.115.206. 257.297.298.432.512.590.594.608. 611.681.690.697.770
Concilium Triburiense 419
Concilium Treuirense 580
Concilium Trecis in Gallia habitum 263
Concilium Trullense 688.729.730
Concilium Vasionense 473
Concilium Vercellense 638
Concilium Viennense 38.208.770
Concilium Vvormatiense 755
Concilium Constantiense 258.287.561.580. 770
Concilium Constantinopolitanum 189.207. 208.294.717. III.667. V.207. VI.207. 208.209. VIII.207
Concilium Elibertinum 320.610.688.692. 707.715.727.772.
Concilium Ephesinum 19[illegible].207.217.229.244 249.294.341.675.720
Concilium Florentinum 65.142.208.257.276 299.611.691.780
Concilium Gangrense 403.457
Concilium Hierosolymitanum 346.364.669
Concilium Laodicenum 197.322.323.324.334. 351.405.219.435.566.570.571.628.688. 707.769
Concilium Laodicense 298.299
Concilium Lateranense 207.405.579.650. 765.

Ttttt

765.771.II.207.III. ibid. & V. ibid.
Concilium Lugdunense 52.207.457.771.II. 207.732.733.
Concilium Moguntinum 580.730
Concilium Matisconense 576
Conciliũ Meldense siue Parisiense 275.276.278
Concilium Mileuitanum 728.780
Concilium Mediolanense 241
Concilium Nannetense 693.696
Concilium Neocæsariense 320.628
Concilium Nicænum 84.184.189.204.205. 207.208.240.292.293.320.323.329.350. 394.415.537.538.539.556.558.566.588. 591.593.601.611.628.593.684.710.713. 720.726.733.769.818.II.64.206.576. 633
Concilium Nicænum 371
Concilium Arausicanũ 591.592.II.93.455.791
Concilium Aurelianense 576.610.IV.683
Concupiscentia quæ post baptismum in regeneratis manet quid illa sit 487.488. quo pacto peccatum dicatur 488.492. quare nobis relicta 489. peccatum non est 492
Condemnari ad Metalla qui dicantur 552
Condignitas quid 496
Confeßio approbata 615.& seqq. medicina comparata 618.619.623.& seqq. coniuncta vera pœnitentiæ 615. comparata egressui Lazari 624. post peccatum fit 621. est vera Ecclesiæ nota siue signum ibid. soli Deo non sufficit 622.& seqq.
Confeßio S. Petri in Vaticano 460.467 confeßio, memoria & monumentum SS. Apostolorum ibid.
Confeßio Geneuensis quoad S. Scripturam reiecta 339
Confirmatio quid 609. instituta 238.239. approbata 609.610. & seqq. quis possit & quis debeat illam administrare 246.607 administranda & recipienda est ieiuno 611. est neceßaria 613. ab hæreticis contemnitur 609.610. ab ipsismet recepta 615.& seqq. eius character 609.610. materia eius 615. ipsius ceremonia 612
Conscientia improba & peruersa ad maiorē peccandi licentiam excusationes inquirit 453
Consecratio Episcoporum, simplicium Sacerdotũ, &c. 199.200
Consecratio sacrificij missæ qua vi & virtute polleat 674.675
Consensio Legatorum tum Orientis tum Occidentis 282
Consensus est in nostra potestate 485
Consilia cum præceptis comparata 523.524
Consilia Euangelica 520.& seqq. 524.& seqq.
Constantinus Imperator hæreseos nomine damnatus 242
Constitutiones Monachorum à S. Dionysio conscripta 68
Consuetudines Ecclesiæ antiquißimæ 28.243.& 244. rationibus confirmatæ 549. disputare aduersus consuetudinem vniuersalem mania est 349
Consuetudines neceßariæ ad quietam & moderatam Reipublicæ gubernationem 346.& inde.
Consubstantialis vox reiecta ab Arrianis 340. 341
Constantia in Ecclesia vbicunque seruata secundum ritus & doctrinam Apostolorum aut generalium Conciliorum 204.205.346.347. 554. vnde huius rei veritas eruenda 354.& seqq.
Constantia filia Constantini, perlato ad se nuntio, quod S. Hilarionis corpus in Palestinam exportaretur, exanimata 90
Constantia per intereeßionem B. Agnetis sanitati restituta 786
Constantinus Magnus Imperator creatus 779. 469. à lepra sanatus 469.470. corpora D. Andreæ & D. Timothei traduci curauit 124. quare cum dracone depingatur 150. sæpißime se signabat signo crucis in facie 366. crucem vidit in cœlo 370. festos Martyrũ dies celebrandos indicebat 458. infideles ab exercitu reijciebat 600. accusationes aduersus Episcopos factas reijciebat 711. S. Petrus & S. Paulus illi apparuerunt 785. eius zeli mira

Digitized by Google

ædificandis Ecclesiis 403.469. eius singularis pietas in SS. Apostolos Petrum & Paulum 90 eius effigies 370
Constantinus Papa Nicomediæ ab Imperatore Iustiniano exceptus 8.& 273
Constantinus Copronymus edixit, vt omnes simpliciter atque nude efferrent Stephanum, &c. 95. reliquiis infensus 559.562.563
Constantinopolis Noua Roma nominata 268
Constantinopolitani magna rerum caritate ac inopia vexati, carnes etiam venales expositas in Quadragesima coemere noluerunt 359
Continentia 520 nō est impossibilis 541.542. & seq. Ecclesiasticis iniūcta 198.721.722. Israelitis præcipitur 535.536 item Sacrificulis 538. quæ Catholicorum est, nihil habet cum errore Marcionistarum commune 544.545
Conuexa cœli empyrei nullo in loco reponitur 17
Cordis imagines in bullis adumbratæ 397
Cor humanum quomodo compositum 796
Cornelius Centurio ad pedes D. Petri se obiecit 272. Spiritum Sanctum etiam ante baptismū recepit 589
Cornelius Papa defensus 239
Corona Clericorum iam inde ab exoriente religione in vsu fuit 549. quid denotet ibid.& seqq.
Corona iustitiæ 503.504.507
Corporalia in Ecclesia 420.421
Corpus Domini nostri Iesu Christi, vide Iesum Christum.
Corpus à suo loco separatum 18. quomodo in pluribus locis vno & eodem tempore esse possit ibid. 34.667 quo pacto à Dæmonibus videatur inuisibile reddi 26. 27
Corpus nostrum corpus peccati 582.& seqq.
Corpora plurimorum in terris honorantur, quorum animæ torquentur in gehenna 148
Corpora seu ossa mortuorum non polluunt contingentes 129
Corpora cœlestia siue Beatorum de essentia propria nihil deperdunt 21
Correctio fraterna est aliquando ex præcepto, aliquando verò ex consilio 524 & inde.
Creophagia Græcorum quid 348
Crucis nomen tantummodo pro instrumento passionis sumitur
Crux argentea inter duas faces cereas in supplicationibus gestari solita 426
Cruces in cœmeteriis erectæ 409. & inde.
Cruces sunt insignia Christi 368.369
crux mirandum in modum honorata 371, & 372. in medio Ecclesiæ constituitur 372
prohibitum ne illa iudices in supplicium reorum vtantur 373
à Crucifixo tota illius virtus promanat 374
Iudæis scandalo, &c. 551.805
nomen Christi in cruce triplici idiomate inscriptum 398
illius meritum omnia merita excedens 81
dimensiones illius 370.371.373. 374
Crux vera Christi miro modo inuenta 372. 373
Crucis signum 593.& inde. est consuetudo Ecclesiæ, non scriptum tamen quicquam de illo 344 346.367
manus motione effectum 365.& seqq. approbatum per Anglicam confessionem vltimam 369. efformatum mente seu imaginatione 367.368. est necessarium 366.367.368 369. de illo crebra mentio in Liturgiis 369
in fronte, in brachio, in corde ibid.
non est licitum illud insculpere in materia quæ pedibus calcatur 367.368
vsus illius in armis 272
alias signum fuit opprobrij, nunc verò est gloriæ 368.373.374. vtilitates illius 370. 371.373.374.
in iudicio extremo spectabitur 370
in cœlo Constantino Magno apparuit ibid. & 468.469. in quo loco licitum depingi 363.364. crucis effigies in vestitu pedum Papæ expressa 277.& seqq.
crux in Ducali Venetorum Ducum pileo adtexi solita ibid.

Digitized by Google

Crucis signum permanens seu materiale 370. & *seqq.*
Crypta, Arenaria & Spelunca 408 409
Culpa & pœna *sunt termini relatiui* 473
Culpa absque contritione iis nunquam remittitur, qui rationis vsum attigerunt 627
Culpa quo pacto remittatur 756. & *seqq.* *cum gratia compati nequit* 757
Cucullus religiosorum 558
Cultus latriæ, vel supremus cultus nulli alteri nisi soli Deo exhiberi debet 447. 448
Cyprianus Arelatensis Episcopus 391. 392
S. Cyrillus Concilio Ephesino præsidebat 294. *ab Arrianis accusatus* 416. *quo auo vixerit* 664
SS. Cyrilli XII. *ibid.*

D

DAcius Mediolani Antistes 570
Dalmat. institutio 199
Damasus Papa Concilium Constantinopolitanum instituit 294. *Flauianum Episcopum Antiochenum gradu deiecit* 293
S. Dametanus Episcopus plurimis miraculis enituit 738
Danielis corpus virginitate obduratum 47. *solum æternum in solio confidentem viderat* 116 *Bel destruit & draconem interficit* 327. *eius ieiunium* 356 & *seqq.*
Dauid corā Ionatha ter se abiecit 101. *post ipsius mortem ieiunauit* 750 *permisit vt Abigail ad genua eius aduolueretur* 272 *rex inungitur* 375 *præcepta Dei omnia custodiuit præter ea quæ spectabant ad Vri* 453 *erat vir iustus* 474. & *seqq.* *orabat Deum pro peccatis incognitis* 514. *remissionem peccati habuit, sed non pœnæ* 748. 757 *eius monumentum Herodes aperuit* 412. *petijt donum intellectus vt mandata Dei facilius perciperet* 313. & *seqq.*
Decalogi præcepta 441. 442. 443. *sunt leges charitatis* 449
Decimæ Ecclesiæ persoluendæ 574. & *seqq.* *solu* (?) *sacerdotibus Deo offeruntur* *ibid*
in Decretalibus quicquid ponitur non est semper Apostolicum Decretum 254
Dedicationes Ecclesiæ approbatæ 417. & *seqq.* *quotannis per spatium octo dierum celebratæ* 402. 403. *quicquid exterius continent, illud spiritualiter accipi debet* 405. *omnes eius ceremoniæ ad quinque capita reducuntur* *ibid.* *instituta per Iudam Machabæum* 750. & *seqq.*
Demetrius Thebis propter Cratem parcit 134 & *seqq.*
Δευτερώσεις 347
Deus natus est, &c. *locutionis formula* 9
Deus omnipotens in cunctis quæ non impicant contradictionem 32. *eius epitheta* 54. 55 *Sanctis quascunque voluerit visiones potest immittere* 89. *adoratio proprie dicta ipsi soli debetur* 114. & *sequentib.* *vt illi inseruiendum* 236. *eius gloria & nostra salus inseparabilia sunt* 141 *vbique est, sed modis variis* 134. *non est compositus, sed simplex* 135. 136. *multæ & variæ in ipsius ædibus mansiones* 135. 136 137. 502. 503 *non fere mutat nomina nisi ob causas magni momenti, seu ob priuilegia quæ talibus hominibus confert* 212 *qui Ecclesiæ pastoribus deferuntur honores illos acceptat* 279. 280. *non imposuit nobis nec præcepit impossibilia* 455. 456. *Sancti honorantur & ipse in illis honoratur* 459. & *seqq.* *nihil inique facit* 484. *salutem illis donat qui cooperantur & compatiuntur* 497. & *seqq.* *adorare scabellum pedum eius quid* 639. *est obiectum animarum fœlicium per quod illæ ipsum contemplantur & cognoscunt* 674. *non potest animæ condonare, nisi illa contritionem habeat* 758. 759. *omnes homines saluos esse cupit* 789. 790. *cor hominis desiderat* 795. 796. *peccatum admittit, non tamen vult, neque enim hominem ad perditionem creauit* 801. & *sequentib.* 806. *cum peccato comparatus*

Digitized by Google

803.& seqq. qua ratione peccatum permittit cum tamen impedire poßit nempe an velit omne id quod ad diuinam gloriam spectat 805 806. qua ratione peccatores deserere dicatur. 808. in agendo liber est, atque in eis, quæ sunt extra ipsum, procreandis. 812. ab omni æternitate eadem in illo voluntas. 814. omnipotens est, & potentia eius absoluta. 816. & seqq. omnia potest, & tamen non vult omnia quæ potest. 816. 817. 818. 821. non habet rationem personarum. 823. & seqq. ab illo per solam bonitatem eliguntur beati. 825. & seqq. refundit malo malum, malo bonum, bono bonum, nunquam vero bono malum 827

Deus fecit omnia propter seipsum, improbum propter diem tremendum 828

Deus facit omnia secundum consilium voluntatis. 828. 829. 830. 831

Diabolus huius sæculi deus nominatur. 55. coram monumento Christi contremiscit. 124. 125. inanium Deorum Apotheosin persuasit, nec non Sanctorum canonizationi est aduersatus. 138. timet campanas. 434. & seqq. impedire conatur gloriam Dei & salutem hominis. 439. & seqq. vltra voluntatem nos cogere nequit. 482

Diaconatus sacrificium est 416. 417

Diaconissa non admittitur, nisi post ætatis annos XL. & nubere nequit 198. & seqq.

Diaconi cuius ætatis esse debeant 200

Diaconorum institutio. 285. 286. 712. & seqq. illorum officium. ibid. inferiores sacerdotibus. 712. quo pacto sacramenta attingere illis licitum. 192. 193. vtuntur Dalmaticis. 415. non possunt Confirmationem neq; etiam Spiritum sanctum tribuere populo. 612. 613. nuptialibus conuiuiis interesse illis probibitum 708

Diaconi VII. vulgo Regionarii dicti deinde Cardinales 145. 197. 286

S. Didacus, authore Blosio, prædicanda multa fecit 739

Dii qui 138. 139

Donysius Alexandriæ Patriarcha accusatus coram Dionysio Papa 292

S. Dionysius Papa numerum parochiarum Romæ amplificauit 286

S. Dionysius Areopagita. 667. cognomine Magnus. 330. cælestem Hierarchiam descripsit. 65. & seqq. eius volumina in Galliam missa dein latine fuerunt translata. 66. 67. commentariis comprehensa. 67. contra aduersarios defensa. ibid. per ipsummet approbata. ibid. & seqq. contraria sententia repudiata. ibid. facit mentionem Clementis philosophi. 68. 69. qua ætate martyrio affectus fuerit. 69. citat Epistolam S. Ignatii 69. 70

SS. Dionysii XIX. 127

Distinctionem certam esse in fælicitate & gloria beatorum 144. 145. 146. 147. 502. 503

Distributiones quæ fiunt in Ecclesiis 576

Diuinitas Iesu Christi in primitiua Ecclesia declarata 579

Doctrina coniuncta cum actione 523. & sequentibus.

Dæmon Apamea templo sola aqua lustrali eiectus 391

Dæmonibus crucis signo timor incutitur. 366. 367. 368. sacrificio missæ abiguntur. 672. nomen Dei reuerentur. 717. tormenta illis per exorcismos immissa. 718. exorcismis seu tacitis conuentionibus expulsi. 719. aeriæ potestates campanis fugantur 532

D. Dominico Albigensium naui & maculæ falso inuruntur. 243. canonizatus 238

Dona Ecclesiæ facta non debent alienari 576

D. Donatus obiecto signo crucis in fauces Draconis exspuit, & sic ipsum interemit 368

Donatus postquam hæresim eiurasset pristino munere functus est 292

Donatistæ sacrum oleum contemnebant. 393. Catholicorum cæmeteria violabant. 204. Catholicis in sepeliendis defunctis molesti fuerunt. 412

Draco per Danielem interemptus. 311. per sanctum Donatum 368

Dulia quid 99. 100

Durandus errans reprehenditur 250. & sequentibus.

Digitized by Google

E

Ecclesia quid sit, & eius significatio 406. 407

Ecclesia eandem habet potestatem quam olim habuerunt Apostoli.140.141. qualis sit illa potestas.765. quo pacto illam audire debeamus, Spiritus sanctus ipsius præsidet conuentibus, non potest errare in canonizatione sanctorum 140. & seqq. magnam semper habuit de illa sanctorum canonizatione inquisitionem.141.142.143. omnia in mensura constituit. 141. maiori odio idololatriam prosequitur quam hæretici.118.119. ad illam in rebus dubiis accurrendum.14·. triumphans & militans non nisi vnum constituunt corpus.154. eius authoritas requisita ad explicationem S. scripturæ.157. & seqq. diuersæ hæreticorum de illa opiniones.149 & seqq. de illa quid credendum. 150.151. est visibilis.152. & seqq. Lunæ comparata. 154. naui comparata. 177. & inde in illa boni & mali, prædestinati & reprobati inueniuntur.155. & seqq. vera & certa eius signa.170. & seqq. ad vnum in Conciliis œcumenicis repræsentata. 153.154. ipsa & eadem est, quæ nunc præsidet.180. & seqq. manifeste apparet Ecclesiam esse.120. & seqq. concilia congregare debet. ibid. est Catholica. 171. & seqq. sola per Christum Iesum regitur. 282.283. est Apostolicum corpus Iesu Christi. 173.174.175. de cunctis hæresibus victoriam reportauit. 175. 176. & præsertim Romana Ecclesia. 465. 466. eius norma seu leges semper à Romanis Episcopis latæ & institutæ. ibid. eius cõsensus vniuersalis est indubitatæ veritatis declaratio.206. finem non habet nec latere potest, sed semper militans super terram 208. extra illam non est salus.211 illa S. Petri inter medias tempestates sola immobilis stetit, triumphans & militans per eius retia figurata. 213.214. cur in illa vnus tanquam caput debeat præsidere. 217. 218. instituta per Iesum Christum. 222. 223. Catholica, Apostolica, & Romana.228. & seqq. etiamnunc vera est Ecclesia.230.231. illa plerunque præ cæteris prouocatur.236. non est licitum in disceptationem vocare illud, quod semel in Ecclesia determinatum est & conclusum.299. vniuersali Ecclesiæ debemus assentiri. 321.345. eius consensus tantum valet quantum valent ea quæ sunt scripta.344. leges habet quæ mutari nequeunt. 343. plurimo etiam tempore sine Scriptura extitit. 346. & seqq. condere potest leges quæ in conscientia obligent, & nouas introducere ceremonias quantum ad cultum diuinum attinet. 346.347. & seqq. eius intentio quoad abstinentiam ciborum. 350. in suis precationibus nõ tam curat idioma quam concentum & decorem.299.400. & seqq. eius diuitiæ & thesauri quæuis pretia superant & excedunt 419. acceptare cogitur. 575. talis erat ante aduentum Christi 577. de illa Regum edicta.579. & seqq. funestos Sanctorum dies celebrat. 457. ante Constantinum Magnum plurimis persecutionum procellis iactata 579. mera omnino est & pura. 674. orat pro Regibus & cæteris omnibus qui in aliqua præeminentia existunt 698. eius authoritas.620 & seqq.

Ecclesia S. Crucis Hierosolymæ. 349. 469. D. Pauli ad viam Ostiensem 469. D. Petri per Constantinum Magnũ ædificata. ibi. & 470.

Ecclesia si fuerit destructa, nihil impedit quin superstes locus sacer remaneat. 406

Ecclesiæ soli Deo consecratæ sunt, licet habeant nomen B. Virginis, Apostolorum &c. 99. dedicatæ. 418. & seqq. licitum esse illas exornare. 405. & seqq. quæ ratio in illis habenda inter infideles.192.

Ecclesiæ Cardinales quid. 288.289.

Ecclesiasticus Bibliorum canonicus. 331. & seqq.

Ecclesiastici non debent curare terrena neque vagari. 193.194. quis iudex eorum. 194. in Principum palatiis non nisi vrgente necessitate manere debent.196. capillos alere non debent. 199.550. vitam cælibem perpetuo seruare debent. 536. & seqq. in beneficiis residere debent.

Digitized by Google

bent. 199. *illis cum fœminis habitare illicitum.*537.*tonsuram, quæ antea contemnebatur honorificam reddiderunt.*649.*ad diuitias acceptandas coacti.*575.576.*bona Ecclesiastica alienare nequeunt. ibid. omnibus muneribus seu officiis exempti.*579.580. *non debent publica diuersoria frequentare.* 704

Edictum in eos, qui virginibus Deo consecratis nuptias persuadebant. 642

*Elementum quo subtilius & leuius eo etiam altius ascendit.*81.*& inde.*

Elias queritur de se solo relicto, & de altarium destructione quæ diuino cultui erant dedicata. 163.

Elias Thesbites non sicut cæteri sed singulari quodam modo erat vestitus. 557

S.Elgius Nomodunensis Episcopus miraculis claruit. 737

Elisabetha. 451. *erat mulier iusta.* 474. *per incredulitatem peccauit.* 43

Elisabetha filia Regis Hungariæ fecit miracula. 738.

*Elisæus post mortem Propheta nominatus.*118. *& seqq.solo eius ossium tactu mortuus reuixit. ibid. ad pedes obuolutam Sunamitam non reiecit.* 271

Encænia quid. 462

S.Ephrem. 432. 433. *vixit anno circiter* CCC. 202.*& seqq.*

Ephod vestis Sacerdotalis. 107. *eius duæ species. ibid.*

Epiphanius ab omnibus honoratus. 276

Epistolarum siue patentium scribendarum cura quibus sit danda. 198.*& seqq.*

Episcopo sacris initiato Confirmatio danda est à sua Prouinciæ Metropolitano. 185. *cum rus proficiscitur Archipresbyterum sibi comitem assumere potest.* 186. *curabit vt examinentur, quos ad sacros Ordines admittere voluerit.*187 *indulgentias potest elargiri iis, qui de peccato commisso contritionem habuerint.* 187.188. *in sacris Ordinibus conferendis pecuniam acceptare non debet.*192.*& seqq.quo pacto possit accusari, post eius obitum nulli licitum in eius bona inuolare.*195.196. *œconomum habeat. ibid. qua ætate ad Episcopatus gradum sit promouendus.*201.*qua ratione de bonis suis disponere posse dicatur. ibid. ipsi soli cura Sacerdotum reseruanda.* 708.709

*Episcopus debet esse vnius vxoris vir.*538.539.540 719.721.

Episcopus dignitate sacerdote superior est. 704. *& seqq.in quo sint pares.* 710

Episcopus quidam ad corroborationem fidei Catholicæ ignem ingressus, illæsus omnino & intactus conseruatus est. 736

Episcopus Constantinopolitanus secundum Romanum Episcopum honorificũ Primatis titulum obtinet. 192.*& seqq.*

Episcopus Alexandrinus quos habeat Episcopos suæ iurisdictioni addictos. 190.*& seqq.*

Episcopus Salonitanus sine Pontificis authoritate dignitatem obtinuit. 292

Episcoporum muneris est, curare vt populus probe instruatur quod attinet ad intercessionem & inuocationem Sanctorum, & quoad honorem reliquiis legitimoque imaginum vsui exhibendum. 116.*& seqq. non debent curare de Ecclesiis extra Diœcesim existentibus.* 192. *& seqq. isti sunt excommunicati, qui alterius Diœceseos clericos detinent.*196. *adiurantur per coronas.* 275. *pontificio habitu indui vbi crucem gestant.* 278. *Pontifices vocabantur.* 282. *celebrabant diem illum quo fuerant ad dignitatem promoti.* 464. 465. *celebrabant & tonsuram.* 550.*qui vrbibus præsident superiores, quam qui ruri.*709.*illorum dignitas approbata.*703. *vnde ordo ipsorum duxerit originem.*711.712. *qui proditionem fuerint machinati propriis Episcopi gradu deiiciendi.*196.*& inde.*

Episcopi Galliæ cum dignitatem adipiscuntur, tribus nobilissimis Baronibus feruntur. 280. 281.

Digitized by Google

Episcopi Italiæ eodem die Romam se conferebant, quo Papa assumptionem Cathedræ Apostolicæ celebrabat 464
Errores huius sæculi quatuor rationibus reiecti 349
Essæi publicam de cælibe vita habuerunt professionem 47.48
Esdras Canonem, primum ceu antiquum appellatum conscripsit 333
Esseni qualiter ieiunium commutauerant 365. & seqq.
Essentia diuina omnia offeruntur 86.87
Esther capiti cinerem iniicit. 360. & seqq. liber eius canonicus 322
Eua istus Papa Sacerdotibus Rom. Vrbis titulos & dignitates diuisit 285.286
Euagrius Monachus, Diaconus 713
Euangelistis quatuor quis præceperit scriptionem 347.348
Euangelium, quod festo die Assumptionis B. Virginis legitur 52
Euangelii lectionem cur stantes audiamus. 659. quibus ceremoniis à sacerdote gestetur. 109. & seqq.
Eubulus omnes suas facultates vendidit & pauperibus distribuit 132
S. Eucharistia qua ratione corpus Christi contineat. 16.27.31.32. & seqq. ieiune celebrari debet 198.199.539.500. quãdo perfecta. 421. in supplicationibus & processionibus elata. 424. 425. unda, quam attractu virgæ è saxo elicuit Moses Eucharistiæ adumbratio & figura. 640. celebrata vt sacrificium. 655. & seqq. posita per antithesim cum cæteris Gentilium sacrificiis. 665. 666. est Sacramentum vnionis, duobus eget qui ad illud peruenire cupit. 706. realiter & ex veritate corpus Domini nostri Iesu Christi & sanguinem eius continet 633. & seqq. deferebatur iis qui conuentibus non poterant interesse. 683. & inde conseruabatur in ædibus singularibus. 686. primeui Christiani illam à conspectu infidelium seponebant. ibid. paruuli scholam frequentantes superstites particulas excipiebant. ibid. miracula eius virtute acciderunt quamplurima. 687. & seqq. miri effectus qui illam semper comitantur. 653. & seqq. hæreticorum de illa opiniones atque sententiæ. 623.634
Eudocia uxor Theodosii Imperatoris peregrinationem Hierosolymitanam est aggressa 131
S. Euphemius & eius martyrium depictum in parietibus Ecclesiæ 109.110. ex ipsius corpore sanguinis guttæ extrahebantur 123
Εὐλογία 392
Eunomiani eandem Spiritui sancto venerationem quam Patri & Filio nolebant deferre 340
Eunuchi irregulares sunt atque adeo ad Clerum non admittendi. 190. & seqq. tripliciter sunt tales 531.542.548.549
Eustochium filia D. Pauli 559
Euthymius Zigabenus cognominatus 66
Eusebius Cæsariensis vixit annos 196. post Christum 108
Eusebius Pamph. errore Arrianorum infectus 68.69
Eutychius subdiaconus ab Arrianis ad mortem vsque male tractatus 705.706
Excellentiæ tres species. 99.100. quarta species. ibid & seqq.
Exorcistæ inuenti in Templo Salomonis 708
Exorcistæ in Ecclesia constituti 355.704. & seqq. 715. & seqq.
Extrema Vnctio approbata. 732. & seqq. eius effectus. 732.733. forma & materia. 733.734
S. Ezechielis Prophetæ sepulchrum diligenter à Chaldæis custoditum 130
Ezechias Rex sanitati restituitur ipsiusq; annis adhuc XV. anni superadduntur 508. & sequentib.
Ezechias serpentem æneum obruit & interimit 372
Ezechias clam Palestinam versus reliquias. S. Hilarionis transtulit 122.123

F

FAbianus Papa diuisit vrbem Romam in parochias. 300. 301. Prælatos redarguit, qui

Digitized by Google

qui eodem throno duobus aut tribus annis continenter vtebantur. 606. 607. *& seqq. eius mors* 670. 671

Fabiola publice pœnitentiam agit 727

Faces in obsequiis 413

Facies Christi apparuit Romæ in parietibus Ecclesiæ S. Saluatoris 469

Facultas operatrix quando vtilis, & quando non 819

Falcidius hæreticus 715

Federicus Ænobarbus Imperator 274

S. Felix Nolanus post mortem apparuit 30. *&* 784

Felix hæreseos culpatur. 242. *V. Antipapa* 258

Felix Papa loco Liberii constitutus. 241. 242. *eius monumentum fuit repertum Anno* M. D. LXXXII. 242

Festum in Synagoga noue institutum 363

Festum Innocentium quare celebratum 95

Festa sanctorum nō sunt commutāda in conuiuia 130. *cur celebranda.* 456. *& vbi* 288. *quare plurima in Ecclesia* 458. 459

Festa in honorem B. Virginis & Sanctorum instituta 455. *& seqq.*

Festa Christianorum & festa Iudæorum 457. 458

Fides & beatitas inter se discrepant 256

Fides gratiam ad mandata obseruanda impetrat. 484. *non potest hominem absque operibus iustificare.* 494. *& seqq.* 496. 497. 498. *est principium vitæ.* 495. 496. *fides mortua est sine charitate* 759. 762

Fides Catholica vna & eadem vbique reperitur. 173. *& seqq. quomodo à falsa hæreticorum intelligentia discernatur.* 157. *& sequentibus.*

Fiducia quæ sit in bonis operibus ponenda. 423. *& seqq.*

Filius solus patrem cognoscit 135

Flagellantes in vigilia Natiuitatis & Assumptionis tantum solebant ieiunare 350

Flamen Dialis 580

Flauia Domitilla Deo dicata 543

Flauianus Episcopus Antiochenus gradu deiicitur 293

Flauianus Episcopus Constantinopolitanus ad Papam appellauit 292

S. Florentius Episcopus cæco visum & muto linguam restituit 737

Florinus peior hæretico censetur 801

Fœmina, viro adhuc in viuis degente, alteri nubere non potest 725. *& seqq.*

Fœmina virum sine caussa adulterii deserens, & alteri adhærens ad communionem non est recipienda 728

Fœmina caussa anxietatis & miseriæ huius sæculi. 547. *& inde.*

Fœmina sanitati reddita, sola virtute aquæ lustralis, quam alioqui fœminam indies 30. gallinæ non poterant saturam reddere. 387. *& seqq.*

Fœmina omnibus videbatur in iumentum conuersa præterquam D. Macario Ægyptio. 26. *per aquam lustralem ab aliis recognita.* ibid.

Fœmina morti condemnata, quia prope Domitiani statuam toga mutata aliam induerat. 112. *& seqq.*

Fœmina togam tangens Christi Iesu fluxu sanguinis liberatur. 116. *& inde.*

Fœmina defuncta precibus sacerdotis in lucem reuocata 735

Fœmina in Patriarchali Constantinopolitana sede 266. 268

Fœminam qui viderit ad concupiscendam eam *quomodo hoc sit intelligendum* 490

Fœminæ in templis silere debent. 434. *nullum ibi viri officium obire debet.* 430. 431. *non debent cum clericis cohabitare.* 536. *familiaritas illorum periculosa* 548

Fœminæ piæ sequentes Apostolos 547

Fœminæ hæreticorum plurimum insolentes 718

Fœmina cæca visum recuperat, cum solummodo tangeret flores quos Episcopus Proiectus circa D. Stephani reliquias iacentes exceperat. 125. *& seqq.*

Digitized by Google

Fons baptismi consecratus. 718
Fons ex loco exsiliens in quo S. Iulittæ ossa fuerant collocata. 120. & seqq.
Formosus Cardinalis gradu deiectus. 250. & seqq. confirmatus Papa & electus. ibid.
Fortunatus Pictauorum Episcopus. 275
Fortunatus & Fœlix à D. Cypriano Romam prouocarunt. 292
Fossa absque aqua quid. 746. 747.
Franciscus Xauerius miraculis insignis. 738. 739
Franciscus de Paula miranda effecit opera. 739
S. Franciscus. 507. 508. canonizatus. 143. eius miracula innumera. 739
Fridericus Imperator pedes Papæ osculatus. 274
Fructus Spiritussancti. 826
Funera cur instituta. 411. 412. ceremoniæ in Ecclesia celebratæ. 413. 414 approbata. 755

G.

Gallicum omnino à latino differt. 278
S. Gallus extremum sui funeris diem ex reuelatione cognouit. 687
S. Gamaliel. apparuit Luciano. 785
Gelasius Papa. 244. 297. 298
Genius Socratis. 74
Genua misericordiæ dicata. 274. & seqq.
Georgius Pachymerus opera S. Dionysii explicuit. 68.
S. Georgius Martyr contra hæreticorũ calumnias defensus. 149. & seqq. eius imago. 150
Germanicus Episcopus coronam non eo modo gestabat quo cæteri. 550
Gerson natus anno M.CCC.LXIII.
SS. Geruas. & Proth. 123. 124
Gloria sempiterna prædestinatis tribuitur tanquã præmium & corona iustitiæ, &c. 764. 821. & seqq. est gratia consummata. 824
Gloria Patri, &c. 572
Gloria Sanctorum cum Regum & Principum vanitate comparata. 571. 572
Gloriæ Sanctorum ratio diuersa. 575. & seqq.
Giraldus Doctor Parisiensis. 363. eius miseranda admodum mors. 564
Godefridus Bullionius insigni pompa Hierosolymam ingreditur. 281
Godolias occisus. 352
S. Gordius martyr munitus signo Crucis immutato colore lubens ad supplicium tendebat. 367
S. Gorgon. caput ad altare mouit, &c. 404
Græci olim semel in anno communionem suscipiebant σύναξις quomodo apud Græcos vocetur. 380
Grana consecrata. 396. 397. 398
Gratia non tollit liberum arbitrium, sed sanat voluntatem. 486. & seqq. nemo pro certo tenet quod sit in gratiæ statu nisi illud habeat per singularem reuelationem 511. & seqq. 516. & seqq. illa incertitudo est vtilis. 517. certitudo gratiæ vnde procedat. ibid. sola est formale principium vitæ. 760. & inde. causa formalis bonorum operum. 520. est pars gloriæ 824.
Gratianus enodatus & defensus. 240. 241
S. Gregorius Nazianzenus Sanctos inuocauit. 84. 89. 90. improbrauit Iuliani Apostasiam siue contemptum Sanctorum. 120. tribus annis in monasterio permansit. 308. 309. eius mater signo Crucis sanata. 368
S. Gregorius Nazianzenus designat qua ratione eius mater per signum Crucis sanitati fuerit restituta. ibid.
S. Gregor. Nazianzen. S. Theodorum Martyrem rogat, vt exercitum Scytharum, qui in orientem irruebat precibus suis detorqueret alio. 90.
Gregorius I. Papa defensus. 244. & seqq.
Gregorius tertius Papa defensus. 248
Gregorius septimus Papa defensus. 250
Gregorius decimus Papa. 271
Gregorius duodecimus Papa. 258
S. Gregorius Magnus à Caluino Magnus denominatus. 26. imagines approbat. 63. 100. Ecclesiæ Anglicanæ ornamenta mittit. 393
Guilhelmus per signum Crucis nobili cuidam sanitatem restituit. 738

Guilhel-

Digitized by Google

Guilhelmus Mascon. 563. & seqq. Romam euocatus. ibid. & seqq.
Gutta vnica sanguinis martyrum eandem habet efficaciam ac integra corpora. 120. & seqq.
Gyges inuisibiles. 26
Gymnosophistæ. 580
Γνῶθι quid. 550. & inde.

H.

HAbacuc historia. 495
Habitus Monachorum & aliorum Clericorum. 557
Habitudines intellectus & voluntatis inter se differunt. 494. & seqq.
Hadrianus Papa. 274
Hadriano Imperatore regnante multi reperiebantur quos Christus in terra à diuersis morbis curauerat vel omnino resuscitauerat. 70
Hæresis tam sensum & naturam quam gloriam & gratiam prouocat. 86. 87. est omnium vitiorum, quæ sub ficta & alienata Ecclesiæ specie latent, origo. 139 & seqq. aquis torrentium similis. 172. cum Catholica fide comparata. 173. ipsa & iniquitas comites sunt. 320. semper extrema sectatur. 536. dum incipit insignes Deus eruditione viros excitat, qui illi resistant. 386. vnde eius origo. 168. 122. 123. 225.
Hæreses inter se differunt. 173. & seqq. omnes à Catholica Ecclesia refutatæ. 176. & seqq. Veterum hæreses per Patrum scripta nobis manifestæ. breuis descriptio hæreseon, quæ nos præcesserunt & à quibus dimanauerint. 177. & seqq. quot à tempore Apostolorum fuerint. 311. 312. & seqq.
Hæresiarchæ Romam prouocabant. 203
Hebræi coram propitiatorio se proiiciebant. 271
Helena Constantini Imperatoris mater inuisit loca Sanctorum. 129. & seqq. veram Crucem quæsiuit. 371. 372. eius pietas. 545
Helias Propheta in curru ardenti raptus. 141. Christo apparuit. 784. 785. 786
Henricus II. Angliæ Rex & Ludouicus Galliæ Rex Papam Alexandrum III. peditem equis insidentes comitabantur. 275
Hæreticus cum Apellis tabella comparatus. 259. 260. omnes hæretici affirmant suos conuentus veram esse Ecclesiam. 170. & seqq. demonstrare tamen non audent, cum Catholica Ecclesia ab illis requiritur. 174. & inde. irregulares sunt etiam post relictam hæresim. 186. oues sunt errantes super faciem terræ. 208. eorum fallacia in explicatione Euangelii, si duo aut tres congregati fuerint, &c. ibid. neque Christiani neque Martyres esse possunt. 186. 187. 189 omnes Antichristi. 233. Concilia odio habent. 203. & seqq. eorum obiectiones contra illa. 208. & seqq. Christi imagines tollunt & illarum vice Diaboli imagines substituunt, &c. 284. 285 Patres & Antiquitatem & traditiones reiiciunt. 340. & seqq. ieiunia & ciborum abstinentiam. 345. & seqq. signum crucis. 365. Sacrum oleum. 394. ornamenta sacra. 414. 415. Festa. 456. 457. Cælibatum. 541. Clericos. 562. & seqq. bona opera ab eis semper reiecta. 495. & seqq. aliquando tam bene cum Catholica professione conueniunt, vt vix aliquod inter illos esse discrimen dixeris. 237. baptizati Spiritum Sanctum non excipiunt. 243. & seqq. quomodo confundantur per Scripturam sacram. 314. 315 proprium capitis iudicium in ipsius interpretatione sequuntur. 316. admittunt pastorum vocationem. 485. 486. & seqq. spiritualem vnctionem non habent. 395. Ecclesiæ & altaribus semper inimici. 401. 402. & seqq. templa & aras deuastarunt. 418. & seqq. superati ab Ecclesia Romana. 465. 466. vere falsi sunt Prophetæ 147. Ecclesiasticorum defectus congregant vt suam tegant apostasiam. 430. & seqq. si conuertantur non opus est vt rursus baptizentur. 610. 611.

Digitized by Google

purgatorium in terra fatentur. 750. pro certo credunt se saluos esse. 798. Deum authorem peccati constituunt. 800. 801. 802. eorum opiniones quod attinet ad concupiscentiam. 487. quod attinet ad bonum Ecclesiæ 574
S. Heribertus Archiepiscopus mulierem sanauit dum suam illi daret benedictionem 737
Hermâs discipulus S. Pauli 66. & seqq.
Herodes sepulchrum aperiri curauit 412
Hesychius corpus S. Hilarionis Maiemam traduxit 124
Hesychius versionem septuaginta correxit. 301. 302. interpretatio septuaginta iure aliis præfertur 302
Hesychius refutatus quod attinet ad Decalogum 446. & inde.
S. Hieronimus nunquam elegantior fuit, quam cum pro Reliquiis contra Vigilantium disputauit. 124. Bibliorum vulgarem versionem correxit. 304. defensus contra Wittach. 334. iuuenis adhuc studiosus cœmeteria inuisere solebat diebus dominicis. 409. 410. quomodo Decalogi Præcepta distinxerit 445. 446
Hieremias Prophetha Iudæ Machabæo apparuit. 784. illius opera non omnia ad nos peruenerunt 334
Hierosolyma propter loca sancta ab omni tempore visitata. 132. vrbis & ipsius Templi combustio 352
S. Hildegardus per infusam scientiam Sacræ scripturæ intelligentiam accepit 745
Hilarius concessis omnibus suis bonis vltro Ecclesiæ bona auxit. 576. miraculis insignis 743
S. Hilarion. 507. & seq. dæmonibus circumdatus signum crucis fecit & sic absq; ullo timore illis iuit obuius. multa fecit miracula. 742. & inde
Hilduinus Abbas S. Dionys. ciuitatis in Gallia. 65
Hippocentaurū. S. Anthonius animaduertit. 369
Hircani & Caspi corpora mortuorum canibus deuoranda proijcere soliti 412. 413
Hispanicum à latino differt 400. & seqq.
Historia Bel de Dracone & Habacuc 326
Hoc, pronomen demonstratiuum nunquam ponitur attributo figurato 375
Homerus in summo honore habitus ab Alexandro Magno 443. 444
Homicidium qua pœnitentia punitum. 772 773
Homines sicut Angeli erunt 19. 20
Homo est sui iuris 479. liberum habet arbitrium. 802. 803. duas facultates obtinet. 485. 486. vt se ipsum iudicat. 505. incogitanter multos errores admittit. 515. 116. sibi ipsi perditio est. 780. & seqq.
Homo iustus suæ patriæ quasi murus fortis 146
Honor debitus Regibus, Magistratibus &c. 90 91
Honorare & adorare differunt 110. & inde.
Honorius II. Papa constituit septem Episcopos Cardinales 286
Honorius Papa defensus 250. & seqq.
Horæ Canonicales &c. 661. & seqq. quare institutæ. 568. & seqq. diuisæ secundum actiones Iesu Christi passi 569
Hostia semel consecrata, si in alterum diem reseruetur, non idcirco benedictionem amittit. 692
S. Hugo Gratianopolitanus Episcopus inter Diuos relatus 143
Hugo S. Victoris, cognominatus secundus Augustinus 66
Hyginius Atheniensis Papa creatus 286
Hymni Ecclesiæ 434. & seqq.
Hymnus Ananiæ, Azariæ, & Mizaelis 324
Hyperdulia quid. 100. debetur humanitati filii Dei prout separatim ab hypostasi consideratur, & Beatæ Virgini 54. 99. 100
Hypostasis diuina realiter idem est cum substantia diuina 9. 35. 36

I

IAcob septies se inclinauit corā Esau. 100. 101. osculatus est virgam Ioseph. 109. in signum lapidem posuit quem supra caput habebat. 363 364. oleum superposuit. 376. signo crucis benedictionem dabat &c. 365. 366

S. Iacobi

S.Iacobi in Gallicia peregrinatio approbata 133
Iacobitæ omnes Patres dedignabantur 341
Idola & imagines differunt inter se 113.114.115.116
Idololatria non consistit in externis actionibus 101. *non est tam horrenda apud Christianos quàm apud Israelitas* 114
Iehoua 380
Ieiunio Deo satisfacimus 505
Ieiunium Quadragesimæ 198
Ieiunia legis veteris, quæ pro mortuis fiebant 750
Ieiunium approbatum 749.& *seqq. Deo acceptũ* 750.751
Ieiunium quatuor temporum 343.344. *vigiliarum & festorum* 342.& *seqq. in honorem Sanctorum* 754.755
Ieiunium quarti, quinti, septimi, decimi mensis 342.343
Iepht. cur permiserit Deus vt filiam sacrificaret 527
Iesuitarum ordo 595
Iesuitæ à calumniis defensi 381.& *seqq. ab Ecclesia approbati* 383.& *seqq. illorum institutio* 386.563.564
Iesus filius Iosedech 380.& *seqq.*
Iesus filius Naue ibid.
Iesus filius Sirach ibid. author Ecclesiastici existimatur 333
Iesus nomen quid 374.& *seqq. vnde eius origo & excellentia* 377.378. *conficit* IↃCCC.LXXXVIII. 378. *pronunciatur cum honore & reuerentia* 378.379.380. *Deum designat & quidem ipso est* 379.660. *à pictoribus per modum Solis repræsentatur* 381.& *seqq. cum tribus literis & titulo,* IHS *ibid. ante incarnationem multis attribuebatur* in recto post in obliquo 383.384
Iesus appellatur Christus propter excellentiam 376.396
Iesus Christus nihil ignorat 8.9. *eius dolor in cruce ibid. habet quatuor scientiæ modos ibi. omnes eius actiones infinitorum meritorum pro nobis satisfaciunt in rigore iustitiæ* 7 *eius incarnatio, Conceptio & Natiuitas* 6.7.10.& *seqq. multi errores quoad eius humanitatem* 6. *nascens matrem virginem conseruat* 10. *egressus est clauso sepulchro dum resurrexit* 14. *hora resurrectionis eius nobis incognita ibid.* & *seqq. est* ἀπάτωρ & ἀμήτωρ 11.12. *intrat clausis ianuis* 15.648. *tres penetrationes* 15.16.& *seqq. in vno & eodem loco cum alio corpore potest existere, & tamen locum non occupabit ibid.* & *seqq. quid credere fas* 20.21. *eius corpus post resurrectionem idem est quoad substantiam, sed diuersum quoad qualitates ibid. semper eum hic in terris degentẽ proprietates corporis Gloriosi comitabantur ibid. inuisibilis* 22.23.& *seqq. errores hæreticorum ibid. quare eius corpus cæteris antecellat* 26. *in plurimis locis absque vlla proprietatum essentialium iactura* 28.& *seqq. quid Iesu Christo soli conueniens* 31. *quomodo insit in Eucharistia* 14.21.30.33.34. *de veritate ipsa rei quid credendum* 38. *qualia miracula illi denegent hæretici* 26. *ascendit ad cœlos per penetrationem* 21.24.26. *incessit super aquis* 21.22.23 *apparuit S.Petro* 18.214.215. *D.Paulo* 19.28.649. *ipse in persona in terris offertur* 31. *comparatur matri* 58.& *seqq. solus mediator est* 91.92. *linteum in quo imago eius expressa erat ad Abagarum Edessæ Regem transmisit* 109. *non solum totum terrarum orbem ad se attraxit, sed et discipulis suis illorum ossibus & monumentis* 131. *vti Honorius dixit, non nisi vnicam esse voluntatem* 250.251. *ab omni tempore vrgentem & seuam paupertatem passus est* 254. *approbat Traditiones* 342.& *seqq. quomodo opera sua nobis contulit* 501. *curauit per Iudam emi quæ ad festum essent necessaria* 525. *priuilegia Ecclesiastica curabat seruari, non dedit tributum pecuniarum quas portabat Iudas* 580.& *seqq. adoratur in Eucharistia* 637.& *seqq. vbique est quoad hypostasiam non quoad naturam humanam* 371. *ipse se manibus suis gestauit* 144.145. *non amplius moritur* 673

Digitized by Google

non satisfecit pro peccatore nisi & ipse aliqua ratione satisfaciat 747 748. adueniens quasi Spiritus spiritibus Euangelium prædicabat in Erebo 777.778. qua ratione nos redemit 783 784. mortuus pro omnibus est 791. medium semper tenet 795.& seqq carnem humanam aliũde quàm ex Adamo assumere potuisset, saluare potuisset Iudam 816.& seqq. eius descensus ad inferos probatus & enodatus 775.& seqq. opiniones hæreticorum ibid.& seqq.

Ignatius Eunuchus Patriarcha Constantinopolitanus 266.& seqq.

Ignatius Loyola Luthero opponitur 387.388. *multa miracula confecit* 738

S. Ignatius suæ Diœceseos subditos admonebat vt in Ecclesia decantarent, instinctus occasione visionis 434

Ignis absque calore 18

Ignis in thuribulo Christi diuinitatẽ denotat 423

Ignis beatitudinem Sanctorum designat 431. *& seqq.*

Ignis in inferno 782

Ignis ardere prohibetur magica Iudæi cuiusdam arte 713

Imaginatio vno & eodem modo fertur in imaginem & in rem imaginatam 117.118.172

Imagines à S.Scriptura approbatæ 104.105. *depictæ & in ecclesiis suspensæ* 109.115.& *inde. in ecclesiarum vestibulis* 471. *in quo honore à Catholicis habeantur* 469.470 471. 472.47 5.516.& *seqq. qui honorem imaginibus nõ exhibent neque etiam illis exhibere videtur quos imagines illæ referunt* 470 *olei per illas distillatio & sanguinis proiectio ibid. quantum prosunt ibid.&* 472. *non prohibentur per Decalogum* 114.115.471.472. *prohibetur tantum earum vsus malus* 474 *possunt dici in plebe specimen Christianæ instructionis & pietatis* 114.115.472.473. *approbatæ per S.Gregorium Magnum, Venerabilem Bedam, & per Concilia* 473.& *seqq. non possunt omnino hominibus auferri* 113. 114. *approbatæ per Lutherum, Caluinum & Huss.* 115. *eæ quæ mouent risum, lasciuiam, &c. prorsus tollendæ nisi alio modo vitari queant* 115.116. *nullo in loco debent constitui nisi ab Episcopo sit confirmatum* 116.126.& *seqq. Decretum Concilij Tridentini de illis* 115.116. *sculptæ in cereis Agni* 396.397.398

Imago Crucifixi à Paganis tracta 110 & *seqq. ad contemplationem multum iuuat intellectũ* 116.117. *visa in parochia Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis* 403

Imagines Iesu Christi, B. Virginis & Sanctorum persæpe comminutæ & deuastatæ 104.105

Imagines Christi & Sanctorum non debent prohiberi potiori ratione, quã imagines seu effigies Pontificum, Imperatorum, Regum, &c. 115

Imagines quæ sanctissimam Trinitatem referunt, &c. rarò proponi, sæpius verò annunciari populo debent 118.119

Imago Christi gestantis ouem in humeris in calice insculpta 110.111

Imagines S. Petri & S. Pauli visæ per Eusebium Cæsariensem 107.108

Imagines S.Petri & S.Pauli vna congregatæ Deũ in medio habebant 111

Imago S.Hypoliti super monumento eius cum miraculis impressa ibid.

Imagines & idola differunt 113.114.115.116

Imago seu effigies ab Hæmorrhoissa muliere in honorem Christi erecta, vbi erat herba vi prioribus sæculis ignota 109. *Iulianus Imperator destrui curauit* 112.113

Imperatoribus, Regibus, Principibus, Sacerdotibus, Druydibus, & Vestalibus ea ab antiquitate concessa est ceremonia, vt se spectabili in sella succollare curarent 280

Imperatores cognomina Prouinciarum quas adepti fuerant vsurpare soliti 377.378

Impositio manuum est confirmatio 609.610

Impositio manuum probata 699.700.& *seqq.*

Incarnatio Dei quomodo opera dæmonis Paganis occultetur 7. *de illa quæ credenda* 8.& *seqq. communicatio idiomatum & de tribus mirabilibus eius vnionibus* 9.10.& *seqq.*

Indeterminatio duplex est 816

Indulgentia approbata 187.767.& *seqq. ab Ecclesia*

clesia concessæ 398. illis etiam qui Ecclesiarum dedicationi præsident 405
Indulgentia quid 756. indulgentia tum pœnæ, tum culpæ 758.759. nunquam futurum respiciũt peccatum 759. quomodo Ecclesiæ attributa 765. Papa iure diuino illas elargiri valet, & restringere potestatem presbyterorum quam illi obtinent 768. concedi debent conformiter secundum intentionem Iesu Christi 766.767 earum distinctio ibid. vnius Carenæ, Quadragenæ, septenæ, decẽnii, Toties quoties, pro pœnitentia iniunguntur 766. à meritis Iesu Christi proueniunt 767. quando vtiles 772.773. sex, decem, decem millium annorum 771. pro mortuis 771. & seqq. blasphemia hæreticorum contra illas 758.759
Infallibilitas multum à necessitate discrepat 793
Infernus & pœna seu tormenta ipsius 781. & seqq. locum abiectum seu depressum denotat 775. differt à sepulchro 776
Ingratitudo execrabile vitium 219
Innocentius I. Papa 298. accusatus 242. & seqq.
Innocentius II. canonizauit S. Hugonem 143
Innocentius III. accusatus 253. & seqq.
Innocentius VIII. Papa defensus 258
Inuocatio Sanctorum confirmata 90. quomodo illam Ecclesia præcipiat ibid & seqq.
Innocentius in baptisterio sanatus 690.691
Ioab ad altare captus 512
Ioanna Papissa, nec non varia de illa opiniones 259. & seqq.
Ioannes Dux Britanniæ comminutus inter parietes 281
Ioannes Hierosolymitanus non poterat æquo animo ferre honorem qui Epiphanio tribuebatur 275.276
Ioannes Ecclesiæ Antiochenæ Lector 714
Ioannes Papa cæco visum restituit 736
Ioannes VII. & Ioannes VIII. 263
Ioannes VIII. Papa gradu deiecit Formosum Cardinalem 251. & seqq.
Ioannes XII. Papa moribus corruptis & dissolutæ vitæ populo scandalum exhibuit per fœminam nomine Ioannam 268
Ioannes XXII. Papa defensus 254. & seqq. defunctus Anno M. CCC. XXXIV. 255
Ioannes XXIII. accusatus 257.258
Ioannes XIV. Papa nominatur 263
Ioannes Exingena opera S. Dionysii latinè interpretatur 65
Ioannes Picus Mirandulanus laudat S. Dionysiũ 66
Ioannes à Sancto Francisco 739
S. Ioannes Baptista gratiam Spiritus Sancti tribuere non poterat 589.590
S. Ioannes Chrysostomus sede expulsus ad Papam Innocentium prouocauit 222.292. eius corpus Constantinopoli receptum 428
S. Ioannes Euangelista Mitram siue laminam auream sacerdotalem gestauit 416. immersus oleo ebullienti 226.735. reprehensus cum se ad pedes Angeli abiecisset 279. & inde. quando Euangelium scripserit 346.347.348
SS. Ioannes XXXXI. 125
Ioannes Hussus B. Virginem Mariam inuocauit 50. & seqq. precationes & merita Sanctorum inuocat 87.95. imaginum vsum confirmat 115. fatetur corpora Martyrum esse honoranda 125
Iob iustus 454. de salute incertus 795
Ionas caussa fuit tempestatis 125
Iordanis vndam dissecauit & eius cursum malleo retardauit Elias 118. & seqq.
Ioseph curauit corpus Iacobi transferri in Hebron 122 & seqq. eius reliquiæ Palæstinam translatæ 122
Iosephus Iudæus conuersus incantationes aliquas dissipauit sola virtute aquæ, quam signo crucis benedixerat 367.368
Iosias mandata Dei custodiuit 453.454
Iosue filius Naue 382. & seqq. obseruauit præcepta Dei 453.454
Iosue & Balaam adorauerunt angelos 271.272
Iouinianus edictum tulit contra eos, qui virginibus Deo dicatis persuadere, vt viros ducerent, conabantur 545

Iouis

Digitized by Google

Iouis dies absolutus 362
Iphigenia obtulit & consecrauit virginitatẽ suam Deo, consilium secuta S. Ioannis Euangelistæ 543.554.555
rene virgo patri apparuit 785
Irene Imperatrix 561.& seqq.
S.Ireneus vixit temporibus S.Polycarpi 465. 466
Irenei filius à morte resuscitatus statim atque illum B.Stephanus attigisset 123.429
Irmingarda Regina Galliæ nominata Augusta 273
Isaac coram Esau se proiecerat 271.659.& seqq.
Isidorus quo tempore vixerit 659
Isidorus de Seuil 595
Israelitæ à Deo notati 606.& inde.
Itinerarium S.Clementis à D.Paulo & D.Thecle damnatum 146
Iubileum approbatum 767. eius virtus. ibid. & 768
Iubileum seculi, quinquagesimo quoque anno haberi solitum, post verò vigesimo quinto quoque anno habitum ibid.
Iudas Machabæus vidit in somnis Oniam Pontificem pro populo deprecantem 86
Iudas quale nomen 335
Iudas cum Apostolis partem Ecclesiæ cõstituit 165. 166
Iudæi tabulas legis reuerebantur 109. non reprehenduntur ob constructa super corpora & ossa mortuorum Prophetarum monumenta 118. & seqq. quo tempore sacram Scripturam primo lectitare cœperunt 308.& seqq.
Iudæus conuersus sola virtute signi crucis 370 & seqq. (ibid.
Iudæus paralysi laborans in Baptisterio sanatur
Iudicia Dei admirabilia 320.321. iusta 282
Iudith liber est canonicus
Iustina mater Valentiniani persecuta est Ecclesiã 123.568
Iustinus senior Imperator ad pedes Papæ Ioannis se abiecit 273.274
Iustinianus Imperator tria in honorem signi crucis ordinauit 371.& inde.
Iustinianus II.osculatus est pedes Constantini Papæ 273
SS.Iuuentinus & Maximianus martyres 458

K

Kemnitius falcificauit textum Hebraicum 675. correctus 697

L

Labarum 372.& seqq.
Lacedæmonienses cum ingenti frugalitate degebant 358.& seqq.
Lacus absque aqua quid significet 746.747
Laicis quando communio facienda 196.& seqq.
Latina lingua omnium communissima atque adeo Ecclesiæ Catholicæ conuenientior 399.400
Latria in habitudine siue in actu considerata 98. latria sola Trinitas adoranda 98.99.100. 110 & seqq.
Laudes canuntur post horas matutinas 564.568
in Lauacro spirituali tertio mergi quid significet 599
Lauacrum Hierosolymitanum erat in foro ouium constitutum 129.130
Laurentius Celsus Venetorũ Dux pietate & prudentia insignis 277
S.Laurentius Martyr 419
Lectiones horarum matutinarum 571.572
Lectores in Ecclesia 704 & seqq. vnde eorum ordo 708
Legati nati; item, à latere 288
Legenda Sanctorum non leguntur in Ecclesia absque nominibus authorum 127.& seqq.
Leo Propheta corpus custodiens 120.& seqq.
Leo Papa 292. non successit Felici II. 243. defensus 244.245
Leo Armenius clericos persecutus 661
Leo Papa III.canonizauit Suuibertum 143
Leo electus Papa IV. 279
Leo IX. Papa Ecclesiæ Constantinopolitanæ obiectat, quod &c. 266
Leo X.numerum Cardinalium auxit 286
Leo Imperator Constantini Copronymi filius 561
Leuitæ numero supra mille xxx. ordine instituebant

Digitized by Google

uiebant 537. cur illis liberum erat vxores ducere ibid. & seqq. officium illorum 712
Lex perficitur per liberum arbitrium 484. ad nullam perfectionem conducit 545. & inde.
Lex aliquid præcipiens tacite contrarium prohibet 447. 448. & seqq.
Lex Quadraginta diebus 351. 352
Liberi ante parentum pedes se abijciunt 274. & seqq. mortui absque baptismo, visione Dei priuantur 779. & seqq. cur baptizati 583. 584. 585. responsiones hæreticorum obiectionib. facta 585. & seqq.
Liberi Ecclesiæ 97
Liberius Papa defensus 240. & seqq. in quo errauerit 242
Libertas Euangelica 538
Libertinus Abbas inuisibilis 23. & inde.
Liberum quid 485
Liberum arbitrium approbatum 477. & seqq. non annihilat præscientiam Dei nec eius gratiam destruit 482. & seqq. liberum est ibi. ipsi auferri non potest 484. variæ quoad illud opiniones 477
Limbi infantium 779
Limbi approbantur 774. & seqq. vbi sint 775. 777. 778
Linus D. Petro successit 225. 226. defensus contra hæreticos 237
Litterarum Apostolicarũ hæc concepta verba sunt. Salutem & Apostolicam benedictionem 285
Litterarum olim conscribendarum mos siue consuetudo 216. 217
Liturgia sacrificium significat 666
Liturgiæ quatuor, per Apostolos vel eorum discipulos traditæ ibid.
Liturgiæ defunctis multum prosunt 80. & sequẽtib.
Locus est prorsus accidentarium quid 16. corpore posterior 31. & seqq. locus triplex ibid.
Lollardi doctorum interpretationes aperte abijciebant 341
Lotharius excommunicatus ob lubricitatis peccatum 266
S. Lucianus interpretatus est sacram Scripturam 301. 302. eius historia memoratione digna. 667
Lucillus Episcopus sanitati restituitur, eo quod in publica supplicatione S. Stephani reliquias gestasset 125. 427
Luctus in abrasione pilorum denotatus 553
Ludouicus Pius Imperator 65
Ludouicus Iunior Rex Galliæ 278. & seqq. eius responsum memoria dignum ibid.
Ludouicus Rex Galliæ, Alexandrum III. Papam equitantem ipse pedes comitatus est 275
Lumen quamuis tantum sit accidens, in creatione tamen præ cæteris primum extitit 17. 32. 33
Luminaria in Ecclesia ab omni tempore habita 428. & sequentib. quare de medio die accensa 429. 430
Lutherus preces Sanctorum admittit 87. illorum merita fatetur 92. non reijcit pietatem illorum, qui honorem illis exhibent 94. & seqq. reliquias, templa, & imagines approbat 110. & seqq. Scripturæ difficultatem agnoscit 307 & seqq. cupit vt potius in Quadragesima quã vllo alio tempore carne vescamur 354. & sequentib. comparatus cum Ignatio de Loyola 386. 387. concedit liberum arbitrium 484. postquam à fœmina repulsam tulerit ancillam quærit 533. 534. S. Hieronymum ad mortem vsq; odio prosequitur 545. 546. horas siue preces proprio modo instituit 569. Confirmationem admittit 613. Pœnitentiam approbat 624. 625. Agnoscit transsubstantiationẽ 651. 652. concedit sacrificium Missæ ab omnibus vbiq; probari 663. 664. eius impudentia 341. eius natiuitas 386
Lylium Galliæ Regum insignia 278. & seqq.

M.

S. MAcarius veram cuiusdam fœminæ formã solus vidit inter plurimos, quibus illa per illusionem Dæmonis in iumentum videbatur conuersa 25. & seqq.
S. Macarius Patriarcha Hierosolymitan. 371

Machabaeorum origo 333. *illorum libri approbati.* 200. 660. & *seqq.* *obiectiones haereticorum quoad illos* 333. & *seqq.*
Magi 88
Magia prohibita 372. *arcetur virtute aquae lustralis* 391
Mahometa ieiunium Quadragesimae mutauit. 350
S. Maiolus Cluniacensis Abbas, vir miraculis insignis 738
Malachias sacrificium Missae praedicauit 681. 682 & *seqq.*
Malachias Episc. miraculis insignis 737
Mali malum cōferunt 146. *propter particularem culpam & casum ordinem integrum damnāt* 350. & *seqq.*
Malum est contra naturam 481. 484
Malus & peruersus duo habet 790. 791
Mammea mater Alexandri Imperatoris acciuit Origenem 319
Mammertus Episc. virtute lachrymarum ignem extinxit 736
Mancipia capillis priuata 547. 550
Mandata Dei obseruare nos posse, nec esse illud impossibile 453. 454. 455. 456. 522. 523. 805. 806. *cui & quomodo vi deatur impossibile* 454. & *seqq.* *quanta cura sit adhibenda in illorum obseruatione* 443. 444. *plus etiam praestare nos posse quam illa praecipiant* 521. 522. & *sequentib.* *Coetum nullum seu hominum frequentiam posse reperiri, cui non labes aliqua aspergantur* 534
Manducatio nunquam fuit de essentia sacrificij. 678. 679.
Manichaei sub praetextu Apostolorum commentarios publicabant 146. *damnarunt omnia ieiunia & die dominica abstinebant* 350. *communionem sub vna specie celebrabant* 76
Mansuetudo 523. 524
Marcellinus Papa accusatus Idololatra. 239. 240.
Marcellus II. Papa 271
Marcellus Episcop. Ancyr. ad Papam prouocauit. 292.
Marcilius Ficinus S. Dionysii scripta latine tradidit 66. & *seqq.*
Marcion excommunicatus ante Pium I. Episcopū suum prouocauit 222. 291
Matrimonium corrumpi non potest propter crimen haeresis 252. *tale non est culpandum* 492 *tribulationem habet comitem* 534. & *seqq.* *cum coelibe vita collatum* 541. 545. 546. *impeditum per consanguinitatem tum spiritualem tum corporalem* 602. 730. & *seqq.* *consanguinitatis gradus quis vltimus, ibi.* & *seqq.* *Ecclesiasticis prohibitum* 714. 720. 721. 722. *probatur esse sacramentum* 724. 725. & *seqq.* *inseparabilem coniunctionem naturae diuinae cum humana repraesentat* 725. 726. 729. *non annihilatur per partium disiunctionem* 728. & *seqq.* *opiniones haereticorum quantum ad illud attinet* 724. 725. *edicta Geneuensium* 726. & *seqq.*
Martialis Episc. censuram incurrit, quia puerum in profano sepulchro curauit collocari 408
Martialis Primus Lemouicensium Episc. 543
Marcianus Imperator in publicis supplicationib. pedes incedebat 426
Maritus fidelis iustificat vxorem infidelem, &c. 586
Martianus Leonis presbyteri gener 551
Maritus votum vxoris annihilare potest 44. *illam deserere non potest, vt alij renubat* 725. & *seqq.*
S. Martini Martyris corpus ab Astyrio summo honore affectum 121 & *seqq.*
Martinus I. Papa defensus 251. 252
S. Martinus Episc. 274. 275. 508. *apparitionem damnata latronis animae habuit* 146. *exorcista* 707. *plurimis miraculis fulget* 369. 616. & *seqq.* *saepius allocutus est B. Virginem, &c.* 786
Martius erat primus mensis in Calendario synagogarum 352. 353
Martyribus rogantibus nihil est quod Deus non concedat, comparati cum huius saeculi athletis 83. *sunt intercessores* 89. *vti nos exaudiant* 90. *pro peccatoribus intercedebant* 767. *illorum*

Digitized by Google

rum monumenta qualem pariant vtilitatem 91. illorum memoria celebrata in Ecclesia 96. 697. quid illa celebratio designet 696. illorum reliquia & dies festi 96.97. qui illorum ossa tangit aliqua ratione particeps sit gratiæ, qua ipsimet sunt sanctificati 120. & sequent. pro illis non fiunt pre ationes 754. 755.

Martyrium coram Deo quale laudandum 209. 210. eius energia 145

Martyrij responsum ad Nectarinum 701

Massagetæ se mutuo deuorant 412

Mathematici à plebe Magi appellati 250. & sequent.

S. Matthias electus absque Scripturæ testimonio. 363.364.

Matrimonio coniuncti quomodo se gerere debeant 547.548

Matutinæ horæ habentur de media nocte 563. 568.569

Mauritius Imperator 423

S. Maurus miraculis insignis 737

Maximinus Episc. Arrtensis nihil admittebat, nisi quod vno vel altero Testamento esset expressum 427.428

Maximus Episcopus Antiochen. in suo Episcopatu per Leonem Papam confirma us 292

S. Maximus religionem ingressus martyr mortuus est 65

Mahzor liber Iudaeorum ibid.

Melchisedech sacerdotium suum exercebat etiam ante Circumcisionem 677. offerebat panem & vinum cum aqua mixtum. 683.

Meletius Martyr in publica supplicatione translatus 425. & sequent. Theodosio Imperatori apparuit 786. eius effigies vbique repræsentata 610.611

Mendacium semper peccatum 477

Mercatura propter reliquiarum aduentum prohibita 130

Mercurij & sabathi diebus cur abstinentia fiat. 343.344.350

Merita Christi Iesu nunquam amitti possunt. 765

Meritum & compensatio termini sunt relatiui. 501.502

Meritum condignitatis & congruitatis 96. & seqq.

Meritum vnde procedat 764.765

Methodius Episcopus Olympi in Lycia 49.50. acta conscripsit in laudem Sancti Dionysii. 66.

Michael Imperator Constantinopolitanus libros Sancti Dionysii in Galliam transmisit 65. 66.

Michael Singelus panegyricam D. Dionysii orationem conscripsit ibid.

Michol in lectulo mariti sui Teraphinum posuit l co Dauid 107

Ministrorum impostura 119.120

Miracula facta in ipso limine monumentorum Apostolicorum 470

Miraculum ampullæ sacræ 609.610. de sacrificio Missæ 657.670.671

Miracula in Ecclesia Catholica continuo de sæculo ad sæculum extiterunt 735. & sequentibus.

Miraculorum plerumque sola causa instrumentalis est fides & charitas illorum, qui Deum ad auxilium ferendum per mediationem Sanctorum inuocant 127. potius in vno quam in alio loco fiunt 136.137. facta ad inuocationem Sanctorum ad quid prosint 144.145. diligẽs de illis inquisitio facienda 146 147. examinatio etiã requiritur, si populo reg la detur 154.155. per signũ Crucis facta 368.269. & seqq. per nomen Iesu 380. & seqq. per aquam lustralem 391. & seqq.

Misericordia opus supererogationis 524

Misericordia Dei certius sustẽtaculum est salutis nostræ quam bona opera 9.509.510.

Misnia 284.285

in Missa fit commemoratio Sanctorum 83. 697. & seqq. an in illorum honorem celebrari queat ibid. mentio de Missa in secundo Concil. Carthaginensi 193.194. qua ratione illi interesse debeamus, ibi. & seqq. per quem, & quo in loco debeat celebrari 405 695. nunquam melius obser-

Digitized by Google

obseruata & celebrata fuit nisi à temporibus modernarum hæreseon 655. tres partes essentiales habet 664. explicatur quoad rem ipsam quid habitus & ornamenta presbyteri denotent 659.660. celebrata in priuatis ædibus 693.& seqq. præceptum non obligat ad communionem illum pro quo offertur 637.& sequentib.

Missa priuata quid 690.694.& seqq. prohibitum est celebrare Missas publicas in Monasterijs 696. miraculum in Missa S. Patri Gregorio Nazianzeno accidit 670.671. loci aliqui S. Ioannis Chrysostomi explicantur 691. 692. obiectiones hæreticorum 662.& sequentibus

Missæ sacrificium 655 & seqq. eius vis & virtus applicatur secundum vniuscuiusque pietatem 661. probatum 665.& seqq. semper est vnum & idem sacrificium 670.671. soli Deo offertur, & pro quibus 673.689.& seqq. prædicatum per Malachiam 704. panis absq; vino assumi potest 705. omnes Christiani illi debent interesse diebus festis & dominicis ibid.

Missa fidelium & Catechumen 658.659

Missa composita Wittembergæ in honorem Carlostadij 534.535

Missa nomen in Ecclesia maxime vsitatum 655. 656.& seqq. vnde deriuatum 659

Monasteria noua constitui non possunt absq; permißione Episcopi 201

Monasteria in prophanas ædes non debent commutari 196

Monasterium Nõnarum à monasterio Monachorum dißitum esse debet 201

Monachi non possunt monasteria neque alia orationum ædificia erigere, absq; speciali permissione Episcopi 287. non possunt se immiscere secularibus militijs ibid. non debent nubere 193. quanto in honore apud antiquos fuerint 276.277. sunt participes priuilegiorum Ecclesiasticorum 579

Monachi Apostatæ 529.530

Monachouitulus apparuit Friburgi in Misnia 284.285

Monachi nomen quid designet 531. præ cæteris omnibus hæreticis inuisum & infestum 562

Monica mater S. Augustini moritur 656.657. 673.674.

Montanistæ tres Quadragesimas ieiunando obseruabant 350

Monumenta à ratione probata 490.491

Mortui precibus Ecclesiæ iuuātur 749.772.773 precationes semper sunt vtiles 750.& seqq. debent esse baptizati 753. sacrificium de illis esse faciendum quomodo probetur 751. & sequentib. Liturgia illis vtiles 754.755. Ecclesia in hoc cogit neminem 772.

Mors est salarium ceu stipendium peccati 746. 756.757.824.825.& seqq.

Mos, in more positum, &c. 346

Moyses se inclinauit coram Iethro 101. adorauit angelum, qui iussu Dei illum alloquebatur in monte Sina 115.116. sustulit ossa Iacob, & illa sepelijt in Sichem 119.120. extendens brachia fecit signum Crucis & sic dedit victoriam Iesu Naue 365.366. curauit fieri duas tubas, vt congregaret populum & primates 432. mortuus est in mõte Nebo 627. nunquam terram promissam est ingressus 748.757. apparuit Christo Domino 784.785.786.787

Moyses insignis nebulo fit religiosus 797

Musica Ecclesiæ 433.434.& sequent. eius vtilitas 435

Myrrham in thure recusant Manichæani 425

N.

NAbuchodonosor se abiecit coram Daniele. 271

Natalius Confessor agit pœnitentiam de commissis peccatis 629

Nathan accedens ad Regem, inclinauit se faciem in terram demissa 101

Natiuitas B. Virginis 457.458

Naufragium sarti tecti, qui euitarant vngues & capillos sibi abscindebant 551.552

Nazareni vinum non gustabant 348.140

Necessitas & infallibilitas inter se differunt 793

Digitized by Google

Neobustan idem est quod pars æris 115
Nepotianus laudatus, eo quod Ecclesias ornauerit 406
Nero credebat nullum in mundo castum posse reperiri 454
Nicetas Eunuchus, Patriarcha Cōstātinopolitanus 266
S. Nicetius Episc. Treuerensis 551
Nicolaitæ & Valentiniani Idolothyt. carne sine scrupulo vescebantur 345
Nicolaus Antiochenus, vnus ex septē primis Diaconis 535
Nicolaus primus Papa defensus 251
Nicolaus I. Diaconus 541
Nicolaus IV. accusatus 254
Nicolaus V. Papa 258
Nicolaus Masalon Patriarcha vitam Parasceues in flammas inijci curauit 147
Nocturnum cur tripliciter fieri dixerint 571
Noe cognominatus Iustus 454. 473
Nomen est imago rei 57. 386. impositum duobus modis 381. 382
Nomina imposita sunt à superioribus & ab inferioribus recepta 386
Nomocanon Photij 729
Nona horarum Ecclesiasticarum 566. 567. & sequent. 569. 570
Nonnæ non possunt renubere 528. 529. tonsæ 554 555 illis probibitum linteum sacrum attingere, & thus offerre 424. & seqq.
Notarij Apostolici septem instituti, qui actiones & passiones Martyrum describerent 145. 146
Nouatiani ad veram Christi Ecclesiam conuersi vngebantur 393
Nouatus per Exorcistas à malo genio liberatus. 716
Nuntij Apostolici 388
Nuptiæ in Quadragesima inhibitæ 199. & sequent.
Nuptiæ secūdæ permittuntur, sed in ignominiam nubentium 721

O.

Obedientia 531. 532. votum eius in quo habeat fundamentum ibid.
Oblatio pura & munda 703. 794
Oblationes pro leprosis factæ erant Eucharistiæ symbola ceu figura 705
S. Odilon Cluniacensis Abbas hominem à natura cæcum sanauit 737
Obsequia 411. & seqq.
Occasio peccati prout euitanda 501
Octauianus schismaticus 274
S. Octauius Martyr 406. & seqq.
Oeconomi in vnoquoq; Episcopatu instituti 575
Oleum sacerdotalem potentiam designat 614. 615. & seqq.
Oleum sacrum in Ecclesia 393. & seqq. differt ab oleo simplici & communi ibid.
Oleum per Exorcismos sanctificatum 375
Onias Pontifex apparuit Iudæ Machabæo 784
Opera Dei cum operib. humanis comparata 444 non fiunt incassum 764
Opera supererogationis 520. & seqq. 522. 523. & seqq.
Opera ad satisfaciendum & consolandum idonea 505. & seqq. quomodo talia 505. 506. 758. 764. & seqq. nostra opera quamuis vilia, tamen si Deo fiant, vitam æternam merētur 505. & seqq. 763. 764.
Opera humana omnia sunt viua, mortua, vel mortificata 505. 762. & seqq.
Opera viua siue viuifica quatuor habent qualitates 763. 764
Opera bona ad iustificationem necessaria 494. & seqq. non iustificant absq; fide 496. 497. 498. quare viua nuncupata 505. 506. quomodo bona dicantur 510. fieri debent secundum vitiorum quantitatem & qualitatem 628 semper ab hæreticis reiecta 894. & sequent.
Opera quæ intelligat S. Paulus scribens ad Hebr. &c. 826. & seqq.
Oracula responsa non dabant, si forte quispiam signum Crucis fecisset 367. 368. 369
Oratio opus aptum est ad satisfaciendum 505. 506

Orationes Sanctorum in Apocalypsi significata. 82.83. *approbata, &c.* 82. *& seqq. maiorem vim habent quam si essent viuentium* 85.86
Oratio trium puerorum in igne existentium. 324
Orationes funebres 304
Ordinationes quæ tum Ceremoniæ, tum Iudicia nuncupantur 441.442
Ordines vnicuique per proprium Episcopum conferri debent 187. *publice & gratis* 189. *tribus quoque mensibus* 192. *& sequentib. antiquitus conferebantur mense Decembri* 344. *quomodo conferantur* 702. *& sequent. Ceremoniæ in illis conferendis obseruatæ* 707. *& seqq. vt quis legitime recipiatur, sex concurrere debent* 703. *Sacramentum esse confirmatur* 702.703. *baptismo Ordinis Sacramentum comparatur* 701. 702. *eius character* 608. *designat indissolubile Iesu Christi cum Ecclesia matrimonium* 271. *& seqq.*
Ordo qualiscunque sit, prohibetur illi, qui concubinam habet, vel qui aliam duxerit 720
Ordo Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum Hierarchiam Ecclesiasticam refert 712
Ordo Subdiaconorum, Acolythorum, Exorcistarum, Lectorum & Ianitorum Ecclesiæ 704. *& seqq.*
Organorum, musicæ instrumentalis & campanarum vsus in Ecclesia 431. *& seqq.*
Origenes Sanctos inuocauit 86. *propter præsumptionem miser redditur* 118. *& seqq. interpretatus est sacram Scripturam* 302. *quomodo Decalogi præcepta distinxerit.* 447. *& sequentib. vixit anno ducentesimo quinto post Christum* 451. *vir admodum insignis.* 461.462
Ornamenta sacra 414. *& sequen. quare ornamenta & vasa sacra Ecclesiæ possint diuendi.* 416
Opobalsamum 373
Osculum sanctæ pacis 661
Oseas Propheta enodatus 107.108
Osius Episcop. Corduacensis, Vitus & Vincentius presbyteri Romani Niceno I. Concilio præsidebant 294
Osius vir insignis in apostasiam incidit. 320. 321.
Otilia cæca nascitur, & in baptismo sanatur. 737.
Otreius Episc. Maltensis 549.550.
Ouinius Gallicanus omnibus summum miraculum iniecit, eo quod mundo nuntium remiserit ibid.

P.

PAllium *ornamentum Archiepiscopale* 293
Panis benedictus in Ecclesia 393.660
Papa idem quod Pater 219. 220. 282. *cui olim hoc nomen fuerit attributum* 282. *à sancto Ignatio vsurpatum* 281. 282. *quomodo Papa sit eligendus* 219. 220. 270. 271. *per compromissos ibid. per accessiones ibidem. per scrutin. ibid. per adorationem* 271. 272. *& sequentib. postquam fuerit electus, adoratur. ibid. circumstantiæ in ipsius electioné obseruatæ.* 263. 264. *Cardinalis Ostiensis illum debet consecrare* 287. *in qua cathedra collocetur post electionem.* 267. 268. *signum Crucis gestat* 272. *& sequent. pedes eius osculis excipiuntur* 270.271. *& seqq.*
Papa vere successor Diui Petri, & caput totius est Ecclesiæ 219. *& sequent.* 291. *& sequent. non potest esse Antichristus* 230. *& sequent. quomodo errare dicatur* 251. 252. *Sancte affirmat se seruum seruorum Dei esse* 273. *adiuratur per vestigia* 275. *ad pedes eius se abijcit populus* 277. *& sequent. cum pauperibus manducat, & illis pedes lauat, &c.* 271.
Papa & Pontifex Summus nuncupatur. 282. 283. *quomodo in hæreticorum sigillaribus repræsentaretur* 285. *est Episc. vniuersalis, Ecclesiæ vniuersalis* 294. 295. *Conciliis præsidere debet* ibid.
Papa contra hæreticos defensi 236. *& seqq. habitabant*

bitabant ad Ioannem Lateranensem ante annum M. CCCL. 264. 265. confirmati per Imperatores 266. non idcirco desinunt esse Papæ, quia sunt deprauata vita 268. elati à duobus in Cathedra prælati 280. hoc fit ob quatuor rationes 281. quomodo per ciuitatem incedere soliti ibid. sancti appellati 282. 283. diem assumptionis in Cathedra Apostolica celebrabant 459. 460

Papaselli imago à Melanchthone edita 284. 285

S. Paphnutius plurima fecit miracula 735

Paradisus latroni promissus, quomodo sit intelligendum 777. 778

Παρρησία 506. 507

Parochiæ, Diœceses, & Prouinciæ diuidi non debent 193. & seqq.

Patriarcha Femeninus electus Constantinopoli. 266. 267. 268

Pascha die dominica celebratum 191. 192. & seqq.

Pascha neque Hebraicum, neque Græcum est. 304

Paschasinus & Lucentius Episcopi cum Bonifacio sacerdote Romano Concilio Chalcedonien. præsidebant 294

Passiones prauæ vnde proueniant 136. 137

Passiones in homine non sunt causa peccati. 490

Pastor vniuersalis quid 233

Patientiæ exemplar 524

Patrinorum erga baptizatos potestas 602

Patrini in baptismo qui dicantur 601. & sequent.

Pauliani in morbis sanandis vtebantur cruce, alioquin illam pedibus calcabant 365

Paulin. presbyter administrauit S. Eucharistiam D. Ambrosio 689

S. Paulinus relictis & concessis omnibus suis bonis Ecclesiam suam ditauit & amplificauit. 576

Paulinus & eius vxor mutuo consensu mundo valedixerunt 555. 558

Pagani decepti veritati Catholicæ comparantur. 7. 25. 26. tractatum de magia in publicum prodiderunt sub Christi nominis specie 111. & seqq. quare statuas & amphiteatra erigerent. 141. cur reprehensi 110

Peccatum causam efficientem non habet. 810. peccans quid sit 361. Inter peccata actualia quædam sunt grauiora aliis. 472. & sequentibus, grauia igne puniuntur, venialia vero herba fullonis 474. quomodo omnia peccata possint dici mortalia. 475. 476.

Peccatum procedit ex voluntate 474. absque voluntate libera non est peccatum 810. peccatum tripliciter distinguitur 474. quatuor modis sumitur in sacra Scriptura 488. voluptas illud antecedit ibid.

Peccatum per baptismum deletur 491. 621. & per pœnitentiam eadem ratione 621. & sequentib. remissa culpa pœna non semper remittitur 626. & sequent. auersionem & conuersionem continet 756. 757. ducit ad perditionem 790. & sequent. non est à Deo 802. 803. & sequent. committitur, Deo prauidente 806. fit contra voluntatem Dei, sed non contra voluntatem peccantis. ibid. quomodo ad gloriam Dei tendat. 807. materiale & formale peccatum 808. materiale Deus vult, formale nequaquam. ibid. & seqq. peccati omissio, & peccati commissio ibid.

Sanctus Paulus incarceratus vidit Christum Dominum 19. in via Damasc. 29. 30. corpore absens inter Corinthios præsens mente extitit. 89. 90. dum appareret per picturam alias visam, fuit cognitus. 111. & sequent. aliquando Ecclesiam est persecutus. 165. 166. Sanctum Petrum consulebat, si quos difficultatum obices haberet. 214. 215. capite truncatus est. 225. & sequentibus. 462. 463.

Scripturæ difficultatem probat. 307. sæpe vtebatur nomine vnctionis. 376. 377. semper nomen Iesu in ore habebat. 380. in primos Christianos inuectus est, propter nimiam insolentiam, quam in Ecclesia exercebant 407. eius sepulchrum per eos fre-

Digitized by Google

frequentatum 468. de eius salute dubitabant 514. 515. suos capillos Templo dicauit 549. pœnam quã Corinthijs imposuerat, remisit 768. 769. dum de bonis operibus agit præ cæteris nobis humilitatem commendat 820. & sequent.
Paulus Episcop. Constantinopolitanus ad Papam prouocauit 291. 292
Paulus III. Papa 286. 287
Paulus IV. Papa 271. 287
Paulus Samosatensis nullam de suis prædecessorib. mentionem fieri patiebatur 340
S. Paulus Eremita 508
S. Paulus ante Crucem extensis manibus illam tam ardenter adorauit, ac si ipse Christus illi fuisset affixus 111. eius obsequia 430. & sequentib. eius responsum D. Hieronymo factum 630
Paupertas voluntaria 254. 520. 531. 532
Pauperum eleemosynarij pecuniarum expensarum Episcopo rationem reddere debent 189. 190
de Peccato remisso curam ne negligas. 748
Pedes Euangelizantium; adiunguntur quædam beatitudines 276. & seqq.
Penetratio dimensionum probatur per Scripturã sacram 19
Pipinus rex Galliæ osculatus est pedes Stephani Papæ 274. saluum cõductum peregrinis est elargitus 133. 134
Peregrinationes approbatæ per sacram Scripturã, Patres, & rationem 129. & seqq. quomodo & cui prosint 133. in quibus fides illis non adhibenda 133. 134
Περιχώρησις 379. 380
Permittere duo significat 808
Permißio Dei & eius voluntas differũt 805. 807 obiectiones contra illam 809
Permutatio beneficiorum quomodo permissa 194 195
Perpetuitas vna est ex essentialibus proprietatib. Ecclesiæ Dei 230. 231
Persæ polenta & cardamo & pane cibario victitabant 355. 356. & seqq.
Peccatum veniale quid 774. 775. eius remißio, ibid. & seqq. viam sternit ad mortale ibi. multæ & variæ quoad peccatum opiniones 470. & inde, nullus ab eo eximitur 513
S. Petrus in aquis incedebat & mergebatur 22. 27 28. solus in aquis incessit 213. egressus est è carcere strictißime vinctus 19. pulsans ostium cognitus fuit ab ancilla Rhode 74. cum S. Andrea pro auia orauit 88. 89. eius vmbra morbos sanabat 120. 121. eius ossa in magna veneratione posita 131. tantum ipsius cathedra apud antiquos Patriarchales censebantur 216 princeps erat Apostolorum 203. 211. 212. 217. & seqq. primus Iesu Christi diuinitatem agnouit, ibid. soluit tributum pro Christo Domino, & pro se, ibid, & 222. 223. Cephas nuncupatur 212. primum eius miraculum in claudo apparuit 213. fundamentum est Ecclesiæ 220. fundauit & sanguine suo Ecclesiam Romanã Deo consecrauit 225. & seqq. Romæ crucifixus est 224. & seqq. 462. 463 primus Antiochenus Episcop. 227. duabus de causis accusatur 236. 237. & seqq. prostratum coram se Centurionem erexit 272. non repudiabat honorem sibi fieri ab illis, quibus erat notus 282. 283. plurimi ad illius pedes se abijciebant 283. ex medio Apostolorum cœtu surrexit, Concilium primo aggressus est 270. 271. 294. approbat Scripturæ difficultatem 307 308. per omnẽ terram habitationi idoneam discipulos dimisit 463. 464. tonsus per ignominiã 549 eius prærogatiuæ 212. & seqq. retia eius fracta hæreses, schismata, & scandala denotabãt 214 eius sepulchrum à Christianis frequentatum 468
Petri Cœlestini miracula 738
Petrus Abaillard. & Henricus Tholosan. traditiones contempserunt 341. 342
S. Petrus Alexandrin. Episc. 457
Petrus Chrysol. 592
Petrus de Cugnerijs 577
Petri Eremitæ miracula 736
Philippus Primus Christianorum Imperator per litteras

Digitized by Google

literas Origenis catechizatus, 316. humiliauit se coram Fabiano Papa 273
Philippus à Byzantii sede abstinuit propter Leonē Byzantinum 128
S. Philippus Diaconus baptizauit Simonem Magum 612
S. Philogonius Martyr 458. 459
Philo Iudæus alius ab illo qui vixit tempore Christi Domini 333
Philoromus bis sanctam terram peragrauit, &c. 524
Phocius Patriarcha Constantinopolitanus, 273. 274
Pictor qua ratione manum corruperat ob depictam Iesu Christi imaginem in specie Iouis, & vt per Genadium fuerit sanata 736
Peregrini ex publico alebantur, &c. 132. 133
Pietas principalior Deo debetur 91
Pietas Constantini Magni 578. 579
Pileus roseus Cardinalibus concessus, 288. character sacramentalis Baptismi, ordinis & confirmationis, 606. 607. charitas duo respicit & intuetur, 449. est vitæ scopus, 412. 413. illius vis ad remissionem peccatorum 755. 757
Plato Philosophus 300
Pœna retenta, culpa remissa, 747. 748. & seqq. quomodo remittatur, gratia potest compati, 756. & seqq. remissa per indulgentias 759
Pœnæ temporales remitti nobis possunt, per specialem satisfactionem meritorum filii Dei 762
Pœnitentia ab hæreticis pro Sacramento habita, 623. 624. 625. est abolitio peccati, 630. 631. plena & integra, quæ & qualis sit, 631. mirabilis in quibusdam pœnitentibus, 633. diuersa de illa hæreticorum opiniones 633. 634
Pœnitentia antiqua, quæ olim in Ecclesia Romana vigebat 631. & seqq.
Pœnitentia publica iussu Ecclesiæ quomodo fiat, 361. 362. interdicta 387
Pœnitentiam publicam qui debuerant agere, coram Episcopo die cinerum repræsentabantur, 361. Ecclesia eiecti, 363. rursus absoluti die iouis, ibid.
Pœnitentibus mutis, vel eloqui non valentibus Eucharistia ori imponitur, etiamsi in phrenesim inciderint 200. & seqq.
Pœnitentes si ante factam pœnitentiam moriantur, post illorum obitum pro illis oratur, ib. pœnitentes primitiuæ Ecclesiæ 201
Pœnitentes publici radebantur 555. 556
Pœnitentia quinque, septem, decem vel duodecim annorum pro vnoquoque peccato mortali iniuncta 770. 771
Pœnitentia septem decem aut duodecim annorum 766. 767
Pœnitentia baptismo succedens & præcedens, 617
Pœnitentia vera cum confessione sacerdotali coniuncta 617. 618
Pœnitentia iniuncta iis qui fidem Deo praestiterunt 186. iniuncta ab Episcopis secundum qualitatem & differentiam 198. 199
S. Polycarpus Martyr se Romam transtulit, vt cum Papa de paschatis die communicaret, 291. 292. discipulus Ioannis Euangelistæ, 466. ad ignem damnatus 735
Poma granata 431
Pontianus Papa defensus 239
Pontifices iniuncti 375. 376
S. Poppo ferrum ardens gestauit pro fidei veritate confirmanda 737
Populus frequenter instruēdus quoad adorationem Dei & sanctorum 103
Porphyrius infensissimus Christianorum hostis in Alexandr. se transtulit vt Origenem audiret 305. 306. 461. 462
Præcepta antiquæ legis tredecim supra sexcenta, 441. 442
Præcepta moralia omnia ad decem redacta, ibid. ex ore Dei pronunciata ibid. propria ipsius manu in duabus lapideis tabellis insculpta, ibid. & seqq. cum arca fœderis comparata, ibid. in illa custodita, ibid. & seqq. illorum distinctio, 443. & seqq. nulli essent vsui si liberum arbitrium non esset concessum homini, 482. 483. 486. primis tabulis fractis secundis inscribitur, 447. 448. præcepta tum prima tum secunda tabulæ 449. 450. aduersariorum argumenta refuta-

ta 450.& seqq.
Præceptum & consilium inter se comparantur, 523.524
Præcepta vniuersalia & specialia 605.606
Prædestinatio quomodo ab Ecclesia Catholica definiatur, 790.791. & seqq. hominibus incerta nisi specialem de illa habeant reuelationem, 795. & seqq. quare Deus nos in timore contineat, 799. 800. non potest absq; præscientia existere, 808. tria comprehendit in iis qui ad vsum rationis peruenerunt, 824. 825. opiniones & obiectiones hæreticorum de illa, 793. & seqq.
Prædicatio verbi Dei sitne symbolum & nota Ecclesiæ, 170. fieri debet lingua communi, 399
ad Prædicationem nullus admitti debet nisi legitime fuerit missus 203.204
Præscientia Dei libertatem nostram nullatenus infringit 480.481 & seqq.
Præsumptio multorum causa ruinæ est & perditionis 318.& seqq.
Præscientia esse potest absque prædestinatione, 808
Preces stando faciendæ diebus dominicis & festo Pentecost. per primum Nicenum Concilium, 187
Preces horis distinguendæ 566.567
Precum coniunctio magis requiritur, quam multitudo earum 207.208
Preces mortuorum Ecclesiæ traditio, 345.346. probatur 750.& seqq.
Preces publicæ communi cuiusq; nationis idiomate fieri debent, particulares vero pro cuiusque pietatis instinctu 399 & seqq.
Prepedigna Claudini Imperatoris vxor osculata est pedes Papæ 272.273
Presbyteri Aegyptii neque ouis neque lacte vescebantur, 347.348 ex publico alebantur 580 581.
Presbyteri Deæ Isidis ad supercilia vsque radebantur 559
Presbyter summus Iouis cognominatus Flamen Dialis. 581.
Presbyteris antiquæ legis tonsura capillorum prohibebatur 552.553
Presbyteri victimis pro peccatis consecratis vescebantur, non item ille pro quo offerebantur 690 691
Presbyter debet esse congrua ætate, 185. 201. 202
S. Chrisma nequit consecrare, 200. sacrificium qui celebrat tenetur pœna sacrilegii sub vtraque specie communicare & consecrare, 243. ipsi soli tenentur & obligantur, 683. in primitiua Ecclesia certis quibusdam diebus sub vna tantum specie solebant communicare, 687. presbyter cui olim poterat nubere, 720.721. & seqq. cur nubere soliti, 539. excommunicatus sacrificare non debet, 199. schismaticus Spiritum sanctum non recipit, etiamsi rite fuerit consecratus, 242. ob commissam fornicationem duodecim annorum pœnitentiam egit, 772
Presbyteris in suis domiciliis fœminas habere non licet, 185. abstinentes & casti esse debent, 535.& seqq. 539.540. illorum matrimonium qualia comitentur incommoda, 540 officia & munera commutare illis non est integrum, 186. viuere debent prout status & gradus illorum requirit, 420.421. illorum numerus adauctus, 285 286. coniurantur per coronas, 550. 551. tonsura illorum ibid. illorum impudicitia, & obiectiones aliæ, 535. & seqq. plurimi constituti absque vlla cura siue iurisdictione animarum, 691.& seqq. omnibus muneribus exempti, 705.706. qualium personarum possint esse curatores siue tutores, 714. 715. Episcopo inferiores, 709. nihil efficere possunt absq; eius nutu & permissione, 709. nullo modo Episcoporum functionibus se debent ingerere, 711. illorum dignitas, 618. 619. & seqq. omni præsumtione carere debent, 613. illorum authoritas, 620.& seqq.
Presbyteri adulteri 529.530
Presbyterorum origo, 712. respondetur hæreticis, qui statum presbyterorum cum gradu Episcoporum confundunt 709.710

Digitized by Goo

Primatus vnde 211.212
Primæ ad matutinas 565.568.569.570
S. Proclus Martyr capite truncatus coram populo se sistit 736
Proclus lector, deinde diaconus 714
Πρόκλαυσι 363
Propheta Anonymus morte mulctatus propter inobedientiam 748.749
Prophetæ inuncti 376
Προεδρία 517.518
Protonotarius Apostolicus institutus 145
Prouerbia Salomonis collecta 333
Prouinciæ vnicæ vnicus Metropolitanus, 193 & *seqq.*
Prudentius vidit imaginem S. Cassiani variis coloribus ditatam 110.111
Psalmi in Ecclesia, 566. *per Angelorum ministros confirmati* 569.570
Psalmi intelligentia difficiles & obscuri, 400
Psalmi alternatim decantati 572.573
Pseudonotarii actus apocryph. sanctorum publicantes mendacio conuincuntur 145
Pulcheria Imperatrix per reuelationem quadraginta Martyrum reliquias inuenit 124
Pulcheria annos nata 15. *suam virginitatem Deo dicauit, &c.* 545
Purgatorium quid 746.747
Purgatorium probatum 746. & *seqq.* 749 & *inde. non magis repugnat passioni Iesu Christi quam baptismus* 746
eius efficacia vnde 747
eius pœna 871.872
possunt augeri 872
Purificatio B. Virginis in Ecclesia celebrata, 429. 456.457
Pythagoras vno & eodem tempore diuersis in locis visus, 17. *multa peragrauit itinera & regiones vt rerum experientiam adipisceretur*, 461. 462

Q.

QVadragesima, &c. 350 & *seqq. quinque præcipue ob causas instituta*, 351. *à Conciliis approbata*, 200.201. *à patribus*, 350.351.352
qui à carne abstinuerint 358
Quadragena indulgentia quid 767
Quatuor tempora 350.351.352 & *seqq.*

R.

RAcha quid 475
Rachel è paterna domo Teraphinos furto transportauit 107
Ratio, imago diuinitatis 32
Rationes quibus quadragesima & abstinentia approbentur 348.349
Rei habitæ à Deo laudati 546
Rapacitas punita 196.197
Rationale sacerdotis quid 107
Razias seipsum interficit 337
Redemptionis humanæ origo, 9. 10. 58. 59. *creationem excedit, designatur per nomen Iesu* 325
Reges inungi soliti 374.392.393
Reges Christianissimi vel Catholicissimi, 282. 283
Rei capillis denudati 549
Religio quid 531.532
Religiosi à malo genio illæsi conseruati virtute cuiusdam imaginis 109
Religio quæuis legem certam infert homini ex parte Dei 673.674
Religio Christiana à paganis derisa 284
Religio sic dicta, eo quod soli Deo nos astringat, 195 *perpetuum Dei cum hominibus commercium est* 674.675
Religiosi ab antiquis summo honore habiti, 274. 275. *qui munus suum obeunt optimi*, 533. 534.535. *nomen & habitum mutant*, 554. 555.556. *tonsi*, 556.557. *non debet curare mundanorum verba*, 559. *nobiliorem Ecclesiæ partem constituunt*, 561. *iubentur arma gestare*, 553. *persecutionem patiuntur*, 562.563. *filius intrare religionem potest parente etiam non consentiente*, 579.580. *triplex eorum ratio*, 531
illorum statuta 532.533

Religiosi conuentuales 568
Religiosi ordinis S. Benedicti, S. Francisci & S. Dominici 564
Religiosis nubere illicitum 195.196
Reliquiarum multitudo vni eidemq; sancto attributa fundamentum habuit in causis quatuor, 127.128. pars earum in templorum vestibulis inserta 470.471
Reliquiæ S. Stephani miraculis fulgent 125
Reliquiæ S. Marcellini miraculis splendent 737
Reliquiæ sanctorum approbatæ, à paganis & hæreticis pedibus calcatæ, 120. & seqq. cur Deus nobis reliquerit, illas sæpius attingere debemus, 122. 123. illarum veneratio à S. Hieronymo confirmata, 123. quomodo à Catholicis honoratæ, 124. 125. ab omni tempore in honore habitæ, 133.134. quæ nobis inde vtilitates, 120. & seqq. illarum vsus modis duodecim necessarius, 126. elatæ in supplicationibus, 425.426
S. Remigius Episcopus Rhemensis fecit miracula, 756
Remissio peccatorum non fit per solam non imputationem, 627.628. per solam fidem, 631. illius reuelatio paucis facta 523.524
Reprobatio procedit ex homine 791
Reproborum numerus maior prædestinatorum, 165
Responsoria lectionum 872
Reus in festo Paschatis liberatus 348
Robertus Episcopus miraculis insignis 738.739
Robertus Rex Galliæ ægros curabat 738
S. Rochus pestis labe infectos curat 739
Roma maiores honores ex reliquiis S. Petri & S. Pauli excepit quam ex omnibus trophæis bellicis, 121.122. quæ olim altaria falsis diis erigebat & consecrabat, ea nunc est sedes veritatis, 138.139. lectiones publicæ ibi non habebantur anno DCCC. 263. primatus eius in omnibus, 281.282. in parochias diuisa, 286. Sede Alexandrina superior erat, &c. 215.216. eius Ecclesia cæterarum omnium mater, 220.221. 228. & seqq. 291. eius primatus cognitus. 222. à S. Petro fundata, 224. & seqq. omnes hæreses in illam sunt inuectæ, 228. nunquam aberrauit. 224.229. sola Catholica nuncupata 230.231.
Rogationes 349.350. ad meliorem formam redactæ per Mamertinum Episcopum Viennensem, 424.425. & seqq.
Romani tempore luctus capillos accrescere sinebant 555.
S. Romanus exerta lingua adhuc loquebatur. 735.
Romanus semper pro Catholico accipiebatur 228. 229.230.
Romani cathedris se gestari curabant 280. & seq. mortuos balsamo condiebant, 409.410. quanti pontifices æstiment &c. 64
Rubus ardens non consumitur 1218
M. Rufus senator post obitum in senatum veniebat & consuetum locum ibi occupabat, 784. 785
Ruffinus erat Origenista & in plurimis errauit, 333.334
Ruffinus viginti septem annis continenter excipiebat eos, qui voti complendi causa Hierosolymam proficiscebantur 528. & seqq.
S. Rumoldus defunctum quendam inuitare reduxit 737

S.

Sacerdos si filia spiritali abutatur quomodo puniendus 772
Sacerdotium ex quibus personis constari debeat, 720
Sacerdotium fuit mutatum sed non abolitum, 665. 674. & seq.
Sacramenta quomodo peccatorum nostrorum culpam & pœnam deleant, 758.759. an illorum administratio sit symbolum Ecclesiæ 169.170
Sacramenta veteris legis non eandem habebant efficaciam quam Sacramenta nouæ legis, 603. & seqq.
Sacra scriptura non consistit in lectione sed in intellectione, 109. non vno & eodem modo omnes illam intelligunt, 155. & seqq. quisq; pro suo modo illam cupit explicare, 305. & seqq. non est facilis explicationis neq; intelligentiæ, 306. & seqq. cur Deus scripturæ difficultatem voluerit, 308.309.310. difficilis duobus modis dicitur

dicitur 308. tribus etiam modis dicitur difficilis 311 & 312. duplicem habet sensum 309 quadruplicem sensum habet 313. eodem spiritu legi debet, quo dictata 310.312.313. quo idiomate legenda in publicis ecclesiæ conuentibus 303. & seqq. reprehenduntur illi, qui seipsos illam intelligere præsumunt 308.309 non debent illam particulares interpretari sensu quo velint proprio 315 & seqq. illam præcedit Ecclesia 294.& inde. quo pacto, quod ad illam attinet, Catholici & hæretici inter se conuenire possent 302.& seqq. quando ad origin. recurrendum 303.304. an contineat quicquid ad salutem necessarium 347.348.& seqq. tres continet partes 314. variæ eius traditiones 300.& seqq. scriptura vetus omni præfertur 302.& seqq. illa.quæ est LXX.in Oriente recipitur 305

Sacrificia legis veteris omnia in hoc Missæ mysterio abolita sunt,& penitus inobscurata 673. vbique celebrantur 679.680

Sacrificia omnia à tempore Messiæ destiterunt, vno duntaxat excepto sacrificio panis & vini 675.676. illorum vsus ex lege naturali 674

Sacrificium soli Deo fit 97.98

Sacrificij tanta fit mentio in nouo Testam. quanta Sacramenti 674.675

Sacrificuli idolorum radebantur, obiectio est contra Tonsuram 551.552. omni munere & officio exempti 577.578

Sacrificium olim celebrabatur in singulari vno aliquo templo tantum 537

Sacrificium legis & Ecclesiæ 674.& seqq.

Sacrificium Melchisedecis augusti sacrificij Missæ fuit adumbratio 675.& seqq. probatum rationibus 677.678

Sadducæi nihil præter Moysis libros admittebant. 340

Sancti omnibus iis adesse possunt à quibus inuocantur 31. cur primis sæculis diuturniorẽ degebant vitam 69. pro nobis orant & omnem de nobis cognitionem habent 85.& seqq. tribus de causis nobis auxiliantur 85.86. efficaciam aliquam & virtutem in monumentis habent. Prophetis præferuntur 89. sunt mediatores inferiores & superiores 92. ista mediatio nullam Christo Iesu infert violentiam 91.& seqq. 94.95. eleemosynariis Regum comparati 101. 102. quomodo à nobis honorentur 98.99.& seqq. 103.104. illos honorantes Deum honorant 100.101. magis à Deo quam ab hominibus honorati 128.& seqq. honos illis deferendus 99. qualis sit ille honor 139.140. relatiuus Deo ibid. quare, per quem & quomodo debeant canonizari ibid.& seqq. tales agnoscuntur tres ob causas 153.154. illorũ exempla plurimum nobis prosunt 140.141. nullus debet sanctus reputari nisi à sede Apostolica talis approbetur 142.143. nullus cogitur ad illos vt confugiat 154

Sanctum nomen est quod pluribus & diuersis rebus potest attribui 282.283

Sapiens stulti redemptio 129

Satisfactio quid 623.624

Satisfactiones & merita Iesu Christi quomodo nobis applicentur 762. quomodo fiamus participes 761

S. Satyra à naufragio saluus per Eucharistiam, quam ex collo dependentem gestabat 687

Saul Rex consecratur 375

Scandalum qua ratione dicimus esse necessarium 482.& seqq.

Schisma in Ecclesia 253.257.258. eius origo 170.& seqq.

Scriptiones S. Andreæ, S. Iacobi & S. Philippi memorata damnantur 146

Scriptura habebat intelligentiam 745

Scriptura Protocanonica 295.& seqq. Deuterocanonica 297. libri quamplurimi de illa amissi 673.674. libri Apocryphi 322.& seqq.

Scylla primus Romanorum ordinauit vt corpus suum combureretur 340.& seqq.

Statua matris & filij in deficiente S. Vaticani platea 261

Statua Simoni Mago Romæ erecta 227

Statuæ & imagines Imperatorum summo in honore Romæ habebantur 112.113

Statua Tyberij ipsius loco triumphauit 112

Seleucidæ 337
Seleucus Rex Syriæ & Babyloniæ ibid.
Sententiæ Sapientiæ Salomonis in vnum collectæ 333
Sensus hominis semper in malum vergunt 485. 486
Sentire non est in potestate hominis ibid.
September primus anni mensis 352.353
Septimana sancta pœnalis 281.282
Sepulchra Martyrum maiori in honore habita, quàm aulæ Regum siue Principum 104
Sepulchri sancti peregrinatio approbata 133. 134
Sepulchra sancti Petri & sancti Pauli à Christianis frequentata 468
quo pacto ad ea accedatur 470
Sepulchra violare prohibitum 412.413
Sepulchrum Publij Sextii ibid.
Sepultura approbata 411. & seqq. improbo recusata 412
Seraphini in qua figura repræsentati 105. 106
Serapionis iamiam morientis historia memoratione digna 685.686
Serenus Marsiliensis Episcopus à D. Gregorio reprehensus, eo quod imagines aliquot rumperet 110.111
Sergius II. Papa 279.280
Sergius III. accusatus 250.& seqq.
Serpens Moysis Christi Domini figura 370.& seqq.
Serui ad pedes Dominorum se abijciebant 362.
Seuerus Sulpicius discipulus sancti Martini 273. 274
Seuerus Boucherius cœcus visum recuperat, solo attactu panni qui supra SS. Geruasi & Protasi corpora sternebatur 124
Sexta in horis 567.568.& seqq.
Sigillarium vsus 396.397.& seqq.
Alexander circa collum prout vsus est, &c. 370.& seqq.
Signa exteriora reuerentiæ exterioris 100.& seqq.
Signum verum tres conditiones requirit 160
Signum seu symbolum veræ Ecclesiæ 168.& seqq.
S. Simeon Cleophæ Martyris filius 69
Simeon iustus 454. eius corpus transuectum 123. 124
S. Simeon Stylitus ad summos honores euectus Romæ & eius miracula 735
Simon Metaphrastus vt vir sanctus honoratur 141.142
Simon Cyrenæus tempore passionis in Christi Iesu locum substitutus existimabatur 7
Simon Magus 225.226
confirmationem non excepit 612.613
Simplicitas idiomatis 524
Sinus Abrahami quid 774.
vbi sit 775
Siricius Papa defensus 242.243
Sisinnius disputat contra hæreticos 315. 316
Sixtus III. Papa misit ad Leonem Archidiaconum vt Polychronium Hierosolymitanum Episcopum gradu deijceret 293.294
Sixtus V. Papa 271
Spelunca 409.410
Spectantia reiici nullo pacto queunt 425
Spes ad quid nobis prosit 518.& seqq.
Spiritus ad certum quendam locum potest constringi 34.35
Spiritus Sanctus per linguas igneas sub columbæ specie adoratus 114.& inde. non admisit vt Ecclesia vnquam deciperetur in cognitione Sanctorum 145.& 146 nihil dubitanter dictauit 212
Spiritualis affinitas in affinitate virtutum consistit 87
S. Solutor Martyr 410
Stationes Christianorum temporibus persecutionum 768
Stercoraria Pontificis caro 267.268
Stephanus Papa in Galliam venit 276.& inde. imperiali sceptro Carolum Magnum donauit,

nanit, necnon Reginam Irmingardam Augustam pronunciauit ibid.
accusatur 237.238. eligitur 279.280
Stephanus III. Papa 281
Stephanus reorum custodia prafectus coram D. Paulo se abiecit 272
S. Stephani nomine locus insignis Lugduni inter sanctae Crucis & Divi Ioannis sacras ædes situr 591
Stoici omnia peccata esse æqualia volunt 572
Stola Spiritus Sancti 416
Strumosi attactu Regis Galliæ morbo liberantur & sanantur 740
Subdiaconi non debent nubere 197.178
continentes esse debent 797.798 & seqq.
approbati 794. & seqq.
Successio Episcoporum in Ecclesia 173.174 & seqq.
Succollare 280
Superbi à casu dignoscuntur 320.321
Superioritas Regum, Principum, Magistratuum à Deo est 100
Superstitio illorum qui liberis suis nomina imponebant hominum qui longam vitam traxerant, omittentes Sanctorum nomina 370. & seqq.
Supererogationis apud Patres crebra fit mentio 524
vnde deriuetur 522.523
Supplicationes in primitiua Ecclesia 422. & seqq. illarum vsus 423
Supplicatio S. Sacramenti instituta 264. 265
Supplicatio facta per Theodosium Iuniorem 427
Supplicatio Papæ per plateam S. Clementis 261. 267
Historia S. Susannæ Canonica est 326
S. Suuibertus canonizatus 147.148
Syluerius Papa sede sua à Bellisario expulsus 244. & seqq.
Syluester Papa defensus 248
consecrauit altaria & Ecclesiam dedicauit 395
lampadas Ecclesiæ & reliquiis dari curauit 427. & seqq.
Symmachus Ebionita, bis circumcisus sacram Scripturam inuertit 503
Symbolum Nicænum 188.140
Symmistæ 188
Synodus Capuensis 198.199
Synodus Trullensis 333
Synodi bis in anno in vnaquaque prouincia fieri debent 185
Syriaca lingua tempore Esdræ Iudæorum materna erat 304

T

Tabernaculum Christianum est Baptisterium 590
Tabula legis fracta 352.353
Tabula propositionum 423
Talismanni 581
Tamesim transeunt nudis pedibus 735.736
Targum, paraphrasis Rabbinorum 300
S. Thecle Virgo Imperatori Zenoni apparuit 785. & seqq.
Telesphorus Papa accusatus quatuor de causis 237
Telismanni 580
Templorum Ianitores 701.702. & seqq. 708. 709
Templum Senense 261.266
Templum idem quod locus sacrificij 407. Deo sacratum 99
Te Deum conceptum & receptum in Ecclesia 570.571
Tempus præsens in S. Scriptura sumitur pro illo quod est in more positum
Tentationes, & quomodo vincantur 445. per viam iniquitatis denotantur 490
Teraphim, & quid in S. Scriptura designent 106. & seqq.
Terra Scabellum pedum Dei 638
Tertia in horis 566.567. & seqq.
Tertullianistæ credebant animas corpore solutas

lutas in dæmones conuerti 410
Tertullianus baptizatus dereliquit & contempsit doctrinam Ecclesiæ 306 quo tempore vixerit 451. hæreticus factus, quæ de indulgentiis admiserat denegauit 768.769
Testamentum vetus pro authographo habet textum Hebraicum, nouum verò Græcum 300.302.303
Testamentum nouum nobis potius repræsentat formam sacrificij quàm sacramenti 674
Thalasius sola pronunciatione nominis Iesu ægros curauit 736
Thau, figura signi crucis 366
Thecle damnatur 146
Themison damnatus 146 147
Theodora Principissa Tuscaniæ Ioannem sibi fauore iunctum, Papam declarari iussit 268
Theodorus Augustus Imperator hæresi damnatus 248.& seqq.
S.Theodorus Martyr 458
Theodoretus ab ictu conseruatus, quem in illum dæmon vibrauerat propter vetus S.Iacobi Minoris vestimentum 125. ad Papam prouocauit 292. denodatus & hæresi liberatus 738
Theodotion Marcionista, qui postea Iudæus, Sacram Scripturam inuertit 301
Theodosia Virgo captiuos ad supplicium euntes inuisebat, & orabat vt grates agerent, dum ante conspectum Dei venerint 86
Theodosius Abbas donum curationis habuit 736
Theodosius Apostata in cloacam coniectus 412
Theodosius in supplicationibus ibat cum toto Clero, inuisens corpora Martyrum & Apostolorum 94.426
Concilium congregauit 333.
Templum in honorem S. Ioannis ædificari curauit & Templum Fortunæ purgauit 405
ieiunabat, orabat, &c. antequam bellum Eugenio offerret 425. vxorem suam ad votum implendum dimisit ad 528.
à S. Ambrosio excommunicatur 627
duas visiones singulares habuit 786. eius miracula 573.574
Theognostus insignis Theologus 69
Theopolis, vrbs Antiochena 378.379
Theotimus Episcopus inuisibilis 25
Therebinthus ibi crescit, vbi quercus Mambre 108
Toga D. Pauli Eremitæ ex palmis contexta 559
S.Thomas Aquinat. 565. enodauit libros S.Dionysii 67
S.Thomas de Cant. canonizatus 143. aquam in vinum mutauit 745
Thus Spiritum Sanctum in ecclesia denotat 421 & seqq.
Thus ab omni tempore in ecclesia oblatum 422.423. confundit Arrianos 424. thus in ecclesia 422.& seqq.
Timotheus Episcopus Ephesinus 70.71
Tituli ceu Parochiæ vrbis Romæ 285.286.& seqq.
Titus Liuius magnæ admirationis vir 461
Tobiæ liber quomodo dicatur canonicus 328
Tonsura antiquissima in Ecclesia 549.550.554.& seqq. quid significet 659. in illam obiectiones quatuor 55[illegible].& seqq.
Traditiones Ecclesiæ approbatæ 340.& seqq. necessariæ in Ecclesia 346.& seqq. regulæ sunt discernentes 344.345. quod ex traditionibus est, semper viuum est 346
Traductio communis Scripturæ Sacræ 301.302
Græca 300.301
Trans-elementatio, nomen vsitatum apud Græcos 651
Transsubstantiatio probata 640.& seqq.
varia de ea considerationes 644.& seqq.
S. Trinitas à Diabolo & hæreticis comparata 2.& seqq.
de illa quid credendum 6.7.8
sola cultu latriæ honoratur 98.99.
tres personæ in vnaquaque illarum comprehensæ 378.379. repræsentatur per præcepta 449.& seqq.
Troglodites defunctorum suorum corpora in flumina coniiciunt 413
S.Trudo Presbyter miraculis insignis 737.& seqq.

Tuba

Tuba ex cornibus ouium in Leuit. quid significent 767

Tumuli 408. possunt in Ecclesiis ceu Monasteriis fieri 410.411

Tybarytes mortuorum suorum corpora è scopulis deturpant 413

Tyberio regnante quatuor statuta capitalia 109. 110

Tyberius Iustiniani Imperatoris filius Constantino Papae obuiam iuit 273

Tyrsus Martyr Pulcheriae Imperatrici apparuit. 785.

V.

VAlens Imperator admiratione captus audiens Psalmodiam Ecclesiae &c. 403. & seqq. persecutor Ecclesiae 661

Valentiniani damnati propter tria à S. Irenaeo 495.496

Valentinian. Imperator abiecit se ad pedes Sancti Martini Episc. 274.& seqq.

Vandali quaecunque anni ieiunia reiiciebant. 350. 351.

Vanitas Regum & Imperatorum cum solida Sanctorum gloria comparata 132

Vas ignominiae duo in se continet 791

Vasa sacra & alia vtensilia ab omni tempore in Ecclesia fuerunt, & illa attingere profanis manibus nefas 418. & seqq. cur diuendi possint. 416.

Vasa sacra Christianos infestos Tyrannis reddiderunt 419

S. Vdalricus plurima fecit miracula 738

Veneris & Sabbathi dies dicantur abstinentiae. 352 353.& seqq.

Verbum est imago Patris 111

Verbum nomen sumptum pro integra sententia, vnum verbum 442.443

Verbum pro integra sententia sumptum 442. 443. verbum vnum ibid.

Verbum Dei cum S. Eucharistia comparatum. 685.687

Veritas incerta in ore frigidum & calidum exsufflante 3.4

Veritas an possit esse nota & symbolum Ecclesiae. 170. & inde.

Veritas Filio attributa 449.450

Vesperae 565.566. & sequent. principium Officij. 569.

Vestigia in sacra Scriptura quid significent 273

Vestimenta sacra 414. & seqq.

Vetus orbis eluuio figura erat baptismi 612

Viaticum infirmorum 683

S. Vibert. mit aculis splendet 737

Wiclef. fatetur reliquias, imagines, & sacramenta esse adoranda cum circumspectione 127

Wiclef. repudiatus, & eius ossa reiecta 562

Victor Papa excommunicatione in omnes Asiae incolas vsus est, qui Pij I. de celebratione Paschatis statutum noluerunt acceptare 291. ab omni errore purgatur 238

Victus positus in monumentis defunctorum 463

Viduae quae castitatis votum continent 527.528

Viduae non deberent renubere 543

Viduae ex Ecclesiae eleemosynis alebantur. 719. 720.

Viae peregrinationum S. Petri, S. Ioannis, & S. Thomae tractatae damnantur 146

Vigilantiani nullum ad Diaconorum ordinem admittebant, nisi prius matrimonio fuerit coniunctus 532. & seqq.

Vigiliae festorum 350. & inde.

Vigiliae Festorum 352. & seqq.

Vigilius Antipapa loco Syluerij electus Papa 243. & seqq. Imperatricem & Origenem damnauit ibid.

S. Vincent. Ferrariensis miracula fecit 741

Vinum quod Deo solebant offerre, aqua miscebatur 682

Virginitas matrimonio praestat 46. omnib. praeceptis antecellit 520. & seqq. ex consilijs tantum est 531.543.544.545. & inde. non est impossibilis 608. & sequen. cum matrimonio comprobata 594. & seqq. ab omni tempore in Ecclesia conseruata 531. & seqq. in sola Catholica Ecclesia perpetua illius seruatur professio 594. illa Christianorum differt à virginitate Paganorum 533

Virgo salutem mundi vtero gestauit 545
Virgo Deo consecrata peccans, qua ratione absolutionem consequi valeat 244.& seqq.
Virgines vestales 580
Virgines Templo Salomonis inseruire solitæ 47. *Deo consecratæ in Monasterium immitti debent* 199.& seqq. *si peccauerint tondendæ.* 554.555.*præsentandæ Episcopo, vt sacris initientur ibid. sunt participes priuilegiorum Ecclesiasticorum* 678. *quare præ cæteris à Deo diligantur* 522.& seqq. *sunt sponsæ Christi.* 593.594.*sacrilegium ingens illas violare* 545
Virgo Maria Christi mater 11.12.& seqq.*à profanis proprijs errorib. approbata* 14. *error Originis quoad illã* 11. *ab omni peccato munda* 37.& seqq.*quid credere fas* 42.43.*eius Conceptio* 39.*cur haalma vocata* 13. *votũ fecerat virginitatis, nec dubitauit de omnipotẽt. Dei, cum quæsiuit ab Angelo, quomodo fient ista, &c.* 43.& seqq.*cur voluerit Deus, vt omnes subierit conditiones* 51. *meliora eligere potuisset* 46.47. *honoranda est & inuocanda, semperq; in Ecclesia dies festi de illa fuerunt celebrati* 48.& seqq. *inuocata & laudata ab hæreticis* 54.57.*quomodo adoranda* 92. *est mediatrix* 54.& seq.*regina* 57.58.*cum filio comparata* 58.& seqq. *eius virginitas tripliciter considerata* 58.*secunda Eua ibi.* θεοτόκος *nominata* 340. *apparuit S. Gregorio Thaumaturgæ & Ioanni Euangelistæ* 785.*horrendus de illa à Gnosticis editus liber* 146.*historia infantis per illam in igne ardenti nutriti* 686
Virtus in infirmitate perficitur 585.588. *consistit in medio* 796
Vita hominis continua pugna in terris 486
Vita sempiterna cui patefacta 495
Vita æterna omnibus Sanctis vna & æqualis 136 *appellatur merces in omnibus Scripturæ locis.* 822.& seqq. *nobis per gratiam est acquisita. ibid.*
Vitiza Rex impudicissimus 535.& seqq. *persecutus est Ecclesiasticos* 533.& seqq.
Vnctio Christianorum 376.377
Vnctio cur baptizandis applicetur 593.594
Vnctio sacerdotalis significata per vnctionẽ Saul. ibid.
Vnctio Spiritus S. per Iesum Christũ super omnes Ecclesiæ partes diffunditur 376.377
Vnctio spiritualis Catholicorum 393.394.395
Vnguentum aromaticum defluebat de capite Aaron vsq; ad extremitates vestium 376
Vnio beatorum spirituum quo pacto fiat 136
Vnio incarnationis 8
Vnitas Patri conuenit 449
Vnitas Ecclesiæ triplex 196
Vocatio Pastorum ab hæreticis approbata 319.& seqq.
Voluntas Dei quoad exteriora libera 816. & seqq.
Voluntas Dei differt ab eius permissione 803. & seqq.
Voluntas Dei duplici modo consideratur 816. & seqq
Votum religiosum quid & sanctum esse 526.527
Votum obligat. 526.& seqq.*naturalia debita superat ibid. multa votorum forma ibid. illorum propria materia* ibid.
Votum obedientiæ approbatum 520
Votum solemne 527
Votum rei indifferentis, & rei prohibitæ 532
Vota Religiosorum 531.& seqq.
Vrbanus Papa defensus 143.144
S. Vrban. Papa & Martyr 419
S. Vrsula & eius sociarum historia 152.& seqq.
Vsura prohibita Ecclesiasticis 187.& seqq.
Vsus cereorum accensorum dum legitur Euangel. 428.430 *in obsequijs* 413
Vti Deus sit omnipotens, & omnipotentia eius nunquam otiosa 817.& seqq.
Vsus sacrorum funebrium approbatus 756

X.

Xerophagia 348
Xixtus IV. Papa auxit numerum Cardinalium 287

Y.

S. Yues presbyter miracula fecit 745

Zacha-

Digitized by Google

Z.

ZAcharias peccauit per incredulitatem 44. iustus erat 454. prædixit Crucem 372 & seqq.
Zepherinus XV. Papa post S. Petrum 338
Zepherinus Papa accusatus, quomodo defendatur 238
Zeuxis peritissimus, & excellentissimus Pictor. 169.
Zubedi domus campestris à Lutinis liberata. 55.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google